Gilbert Norwood.

THEOCRITI
IDYLLIA.

COMMENTARIIS CRITICIS ATQUE EXEGETICIS

INSTRUXIT

AD. TH. ARM. FRITZSCHE
IOANNIS DOROTHEI F.
PROF. LIPS.

ACCEDUNT ADNOTATIONES SELECTAE CHR. WORDSWORTHII.

EDITIO ALTERA PARABILIOR

UNO VOLUMINE COMPREHENSA.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
CIↃIↃCCCLXX.

LIBRARY
DEC 12 1972
UNIVERSITY OF TORONTO

FRIDERICO RITSCHELIO

QUINA LUSTRA

BONNENSIA

GRATULATUR

EDITOR

Quum ante hos septem annos Theocriti carmina scholarum in usum adnotata ederem, erat mihi in animo, Ritscheli, causas, ob quas in locis singulis constituendis ab editorum recentissimorum sententiis discessissem, vindiciis Theocriteis separatim edendis exponere. Postea, occupato me iam in hoc opere, in dies nova prodire videbam scripta et tuorum et meorum et Godofredi Hermanni, communis nostri praeceptoris, discipulorum, quae partim optimae frugis plena, partim certe non negligenda videbantur. Simul amicorum ad me afferebantur querimoniae, in numero editionum Theocritearum haud sane spernendo eiusmodi librum desiderantium, qui tum ea contineret, quae homines docti vel in variis annalibus philologorum vel in aliorum scriptorum veterum commentariis vel in opusculis miscellaneis post Ioannis Augusti Iacobsii et Ernesti Friderici Wuestemanni memoriam ad Theocritum emendandum et explicandum contulissent, tum eorum placita insigniora complecteretur, quorum libros de Theocrito editos temporum iniquitates aut locorum inter-

valla rarissimos reddiderunt. Nam ut nemo fere philologus magnus his triginta annis exstitit, qui non animum in Theocritum adverterit et de poeta elegantissimo memorabile aliquid scriptum reliquerit, ita non sine summa difficultate libri Philetici, Divi, Zamagnae, Briggsii, Wordsworthii, Ringwoodii, Didotii, Renierii, ut alios omittam, comparantur. Itaque instantibus amicis, pro vindiciis Theocriteis hanc maiorem idylliorum Theocriteorum editionem in usum hominum eruditorum paravi, quae ita emittetur, ut parte prima carmina bucolica, altera parte carmina reliqua contineantur, tertia denique parte de vita et scriptis poetae, de dialecto, de fatis carminum bucolicorum, de codicibus eorum et editionibus, denique de omnibus iis rebus disputetur, quibus suum locum commentariorum angustiae denegarunt.

Ita habe tibi, Ritscheli, quidquid huius libri est, multosque per annos memoriam huius candidi diei sospes ac felix nobiscum recole. Vale.

Scr. Lipsiae d. VI. Mai. CIↃIↃCCCLXIIII.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΕΙΔΥΛΛΙΑ.

FASC. I.

PROLEGOMENA VETERUM

DE POESI BUCOLICA ET DE THEOCRITO.

I.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΓΕΝΟΣ.

A. *Θεόκριτος, ὁ τῶν βουκολικῶν ποιητής, Συρακούσιος ἦν τὸ γένος πατρὸς Σιμίχου, ὥς αὐτός φησι·*

Σιμιχίδα, πᾶ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις;

ἔνιοι δὲ τὸ Σιμιχίδης ἐπώνυμον εἶναι λέγουσι· δοκεῖ γαρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι, πατέρα δὲ ἐσχηκέναι Πραξαγόραν καὶ μητέρα Φιλίναν. ἀκουστὴς δὲ γέγονε Φιλητᾶ καὶ Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει· ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα

2. *Σιμίχου*] Auctoritas codicis Vat. 1 (Ahrensii videlicet siglis utor), ubi est *Σιμύχου*, aliorumque subsidiorum, de quibus vide ed. Ahrensii, tom. II p. 454, facit ut Ahrensium ipsum sequar et *Σιμίχου* scribam pro *Σιμιχίδου* (ed. Ald. cet.) vel *Σιμμιχίδου* (cod. Lips. cet. apud Ahr. II p. 1). Suidas quoque (vide editionis nostrae p. 7) quin *Σιμίχου* legerit vix est dubium. Cf. Suid. Bernh. p. 1141. Aliter sane indicat vir doctus in Zarnckii ephem. litt. 1859 n. 39 p. 622. Sed vide quae in additamentis disseremus. — *αὐτός*] Theocr. VII, 21.

6. *Φιλίναν*] Ita Ahrensius e codd. Gen. Lips. et ed. Ald. cet. pro *ΦίλιννAν* (Ziegl. Duebn. Mein. II. III.) vel *Φιλίνναν* (Iunt. Gaisf. al.). Vide Ahrens. tom. II p. 434.

7. *μνημονεύει*] Theocr. VII, 40. — *κατὰ τὸν Πτολεμαῖον — Λάγου.*] Emendavit Ahrensius quod est in codd. et edd. antiquis (cod. 1. 2. Ald. cet.) *κατὰ τὸν Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα Λαγωόν.* — Valckenarius II scripserat *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λαγωοῦ.* Meinekius III *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ*

[*Φιλάδελφον, τὸν*] *Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λάγου. περὶ δὲ τὴν τῶν βουκολικῶν ποίησιν εὐφυὴς γενόμενος πολλῆς δόξης ἐκ τούτων ἐπέτυχε. κατὰ γοῦν τινὰς Μόσχος καλούμενος* [*ὕστερον*] *Θεόκριτος ὠνομάσθη.*

B. *Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Θεόκριτος ἐγένετο ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου καὶ τοῦ Καλλιμάχου καὶ τοῦ Νικάνδρου. ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου.*

C. *Ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἤκμασαν ἑπτὰ ποιηταὶ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ Βερενίκης, οἳ παῖδες ἦσαν ἀμφότεροι Πτολεμαίου τοῦ Λάγου καὶ Βερενίκης τῆς Ἀντιγόνου θυγατρός. διὰ δὲ τὸ ἑπτὰ εἶναι τῆς Πλειάδος ἐλέγοντο. ὧν τὰ ὀνόματα· Θεόκριτος, ὁ τὰ βουκολικά· Ἄρατος, ὁ τὰ φαινόμενα καὶ ἕτερα γράψας· Νίκανδρος· Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικὰ ἢ Αἰαντίδης· Φίλικος, Ὅμηρος ὁ νέος, τραγικός· Βυζάντιος ὁ Ἀνδρομάχου, ὃς δράματα ἐποίησε νζ· καὶ ὁ Λυκόφρων.*

II.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΡΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ.

A. *Τὰ βουκολικά φασιν ἐν Λακεδαίμονι εὑρεθῆναι καὶ περισσῶς προκοπῆς τυχεῖν. τῶν γὰρ Περσικῶν ἐνεστώτων ἔτι*

ἐπικληθέντος Λάγου. Nam floruit Theocritus tempore Ptolemaei Philadelphi, utique annis ante natum Servatorem 265—258. Vide quae scripsi *de poet. Gr. buc.* (Giss. 1844) p. 4 sqq. — I. Hauler, *de Theocriti vita et carmm.* (Frib. Brisg. 1855) p. 25 sqq. Ahrens l. l. p. 454. M. H. Dauphin, *Théocrite, aperçu biogr. et litt.* (Ambiani 1857) p. 7. Hartung. p. VIII. Didot. p. VI sqq. Eberz. p. 7 sqq. Fr. Zimmermann. p. 19. I. Adert, *Théocrite* (Genev. 1843) p. 18 coll. Ameis. in Iahnii annal. *XLV* p. 127. Fr. A. Guil. Spohn, *lectt. Theocr.* I (Lips. 1822, 4) p. 7.

3. *Μόσχος κτλ.*] Haec eo tempore scripta esse existimo, quo Moschi ac Bionis carmina cum Theocriteis collecta uno iam volumine comprehendebantur, neglectis autem auctorum nominibus eiusdem collectionis carmina modo ad eum cui plurima debebantur auctorem referebantur, modo diversis poetis tribuebantur. Vide quae scripsi de *poet. buc.* p. 31—32 coll. Aug. Wissowae Theocrito Theocriteo (Vratisl. 1838) p. 9. Ahrens. l. l. p. 454. Maxime inscriptio carminis Mosch. III (editionis Mein.) quae est in codice Vindob. *Μόσχου ἢ Θεοκρίτου* (Ahr. tom. I p. 213) huc pertinet.

6. *Ἀράτου κτλ.*] Cf. de *poet. buc.* p. 5 sqq. Theocr. VI, 2. VII, 98.

12. *Τὰ βουκολικά*] Cf. Prob. et Serv. procem. Verg. buc. p. 347 et p. 95 Lion. et quae dixi *de poet. buc.* p. 11 sqq. Th. Bergk. in Mus. Rhen. VI, 1. 1838 p. 19 et quos auctores nominavi in proecdosi p. 4. His addantur hi scriptores C. de Langs-

καὶ φόβῳ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ταρασσόντων ἐνέστη ἑορτὴ Ἀρτέμιδος Καρυάτιδος. τῶν δὲ παρθένων ἀποκεκρυμμένων διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ταραχήν, ἀγροῖκοί τινες εἰσελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν ἰδίαις ᾠδαῖς τὴν Ἄρτεμιν ὕμνησαν· τῆς δὲ τούτων ξένης Μούσης ἀρεστῆς γενομένης, παρέμεινε τὸ ἔθος καὶ ἐφυλάχθη. ἄλλοι δὲ [τοῦτον τὸν τρόπον] ἐν Τυνδαρίδι τῆς Σικελίας πρῶτον ᾀσθῆναι λέγουσι τὰ βουκολικά. Ὀρέστῃ γὰρ ἐκκομίζοντι τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ἐκ Ταύρων τῆς Σκυθίας χρησμὸς ἐξέπεσεν ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ μιᾶς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολούσασθαι· ὁ δὲ πορευθεὶς εἰς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας τὸ ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις διαφόροις ποταμοῖς, ἔπειτα εἰς Τυνδαρίδα τῆς Σικελίας ἦλθεν· οἱ δὲ ἐπιχώριοι τὴν θεὰν ἰδίοις ποιήμασιν ἀνυμνήσαντες ἔθει τὴν πρώτην παρέδωκαν εὕρεσιν. ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος οὗτος· ἐν τοῖς Συρακουσίοις στάσεώς ποτε γενομένης καὶ πολλῶν πολιτῶν διαφθαρέντων, εἰς ὁμόνοιαν τοῦ πλήθους λοιπὸν συνελθόντος, ἔδοξεν Ἄρτεμις αἰτία γεγονέναι τῆς διαλλαγῆς. οἱ δὲ ἀγροῖκοι τούτου χάριν δῶρα ἐκόμισαν καὶ τὴν θεὰν γεγηθότες ἀνύμνησαν, ἔπειτα δὲ τοῖς ἀγροίκοις ᾠδαῖς τόπον ἔδωκαν καὶ συνήθειαν.

B. *Ἄιδειν δέ φασιν αὐτοὺς ἄρτον ἐξηρτημένους θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα καὶ πήραν πανσπερμίας ἀνάπλεων καὶ οἶνον ἐν αἰγείῳ ἀσκῷ, σπονδὴν νέμοντας τοῖς ὑπαντῶσι, στέφανόν τε περικεῖσθαι, καὶ κέρατα ἐλάφων προκεῖσθαι καὶ μετὰ χεῖρας ἔχειν λαγωβόλον· τὸν δὲ νικήσαντα λαμβάνειν τὸν τοῦ νενικημένου ἄρτον· κἀκεῖνον μὲν ἐπὶ τῆς τῶν Συρακουσίων μένειν πόλεως, τοὺς δὲ νενικημένους εἰς τὰς περιοικίδας χωρεῖν ἀγείραν-*

dorff., *de id. Germ.* („*über die Idyllendichtung der Deutschen*“), Heidelb. 1861. P. Soullié, *de idyllio Theocriteo* (Paris. et Andegav. 1860) p. 60 sqq. E. Egger, *mémoire sur la poésie pastorale avant les poètes buc.* (Par. 1859) p. 2 sqq. R. Polwhele, *the id. of Theocr.* (Lond. 1810) II p. 16 sqq. Fr. Zimmermann. p. 9 sqq. Moerik. et Notter., p. 1 sqq. Hartung. p. XXXV. Frustra acquirere studui hos libros: Sinner, *recherches sur la poésie pastorale.* Paris. 1842, 12. E. Roux, *de idyllio Theocr.* Paris. 1847 (?).

2. *Καρυάτιδος*] Ita ed. Ald. cet. pro *Ἁλυάτιδος* (ut est in codd. E. I.) vel *Ἀλυάτιδος* (cod. N). Cf. Prob. l. l. p. 347 et quem Duebner. laudat Pausan. III, 10, 7 *ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος Καρυάτιδος*. Preller. myth. Gr. I p. 190.

6. *ᾀσθῆναι*] Ael. Var. H. X, 18 *ἐκ τούτου δὲ τὰ βουκολικὰ μέλη πρῶτον ᾔσθη.* His Schaeferi coni. *ᾀσθῆναι* pro *ἀχθῆναι* (codd. Duebn.) bene defenditur. Vide Ahrens. l. l. p. 455, contra Duebnerum schol. p. 115 disputantem.

19. *Ἄιδειν*] Cf. Duebner. p. 116. Ahrens. l. l. p. 455.

τας ἑαυτοῖς τὰς τροφάς· ᾄδειν δὲ καὶ ἄλλα τινὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἐχόμενα, καὶ εὐφημοῦντας ἐπιλέγειν·

δέξαι τὰν ἀγαθὰν τύχαν,
δέξαι τὰν ὑγίειαν,
ἃν φέρομεν παρὰ τᾶς θεοῦ,
ἃν ἐκαλέσσατο τήνα.

III.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ.

A. Τὰ βουκολικὰ ἔχει διαφορὰν τῆς τῶν ποιημάτων ἐπιγραφῆς· καὶ γὰρ αἰπολικά ἐστι καὶ ποιμενικὰ καὶ μικτά. τὴν μέντοι ἀπὸ τῶν βοῶν εἰλήφασιν ἐπιγραφὴν ὡς ἀριστεύοντος τοῦ ζῴου. B. διὸ καὶ βουκολικὰ εἴρηται πάντα. λέγεται δὲ βουκόλος παρὰ τὸ τὰς βόας ἐλαύνειν ἢ παρὰ τὸ τὰς βόας κολούειν ἀτιμαγελώσας ἢ τῶν βοῶν κορεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι τροπῇ τοῦ ἀμεταβόλου εἰς ἀμετάβολον.

C. Τὰ μέντοι τοῦ Θεοκρίτου ποιήματα βουκολικὰ ἐπιγράφονται, οὐχ ὅτι βουκόλοι μόνοι εἰσὶν οἱ προσδιαλεγόμενοι· καὶ γὰρ καὶ αἰπόλοι εἰσὶ καὶ ποιμένες· ἀπὸ μέντοι τοῦ ἐπικρατεστέρου τῶν ζῴων, ἤγουν τοῦ ὀνόματος τῶν βοῶν, ἔτυχον τῆς ἐπωνυμίας.

D. *ΑΠΟΡΙΑ.* Πῶς βουκολικὰ ὑπεγράφησαν, μὴ ὄντων ὅλων βουκολικῶν, ἀλλὰ καὶ ποιμενικῶν καὶ αἰπολικῶν; *ΛΥΣΙΣ.* Ἐκ τοῦ κρείττονος μέρους ταῦτα τῶν τετραπόδων ὑπέγραψαν.

7. διαφορὰν] Carmina Theocriti genuina partim sunt *mimica*, partim *epica*, partim *lyrica*: *mimica* partim *urbica*, ut ita dicam, quibus Sophronem imitatus est poeta (id. II. XIV. XV), partim *rustica* sive *bucolica*, in quibus plane est suus (id. I. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX? X. XI). Et haec quidem Dorica dialecto scripta sunt. Alterum est genus *epicorum* carminum dialecto quoque ad epicos veteres propius accedentium: haec partim fabulas vel res gestas heroum tractant (id. XIII. XXIV. XXV), partim more hymnorum veterum laudes vel *deorum* atque *heroum* (id. XXII. XXVI) vel *regum* (id. XVI. XVII) continent. *Lyrica* dicas licet carmina XII. XVIII et haud *dubie* XXVIII. XXIX. Ceterum cfr. Th. Bergk. in Mus. Rhen. VI, 1838 p. 23 sqq. H. C. Abr. Eichstadius, *adumbr. quaestionis de carmm. Theocr. ad genera sua revocandorum indole* (Lips. 1793, 4). E. Hepnerus, *de var. Theocr. idyll. generibus* (Thorun. 1836, 4).

E. *Πῶς οὐχ ἐπιγράφονται ταῦτα τὰ ποιήματα διάλογοι (διαλέγεται γὰρ ἔν τισι τούτων πρόσωπα) ὡς καὶ τὰ τοῦ Λουκιανοῦ; — οὐκ ἤθελεν ὁ ποιητὴς θεῖναι ἀλλοίας καὶ ἀλλοίας ἐπιγραφάς, ἀλλὰ μίαν ἁρμόζουσαν πᾶσι τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ. εἶδος γὰρ λόγου ἐστὶ καὶ τὸ διηγηματικὸν καὶ τὸ δραματικὸν καὶ τὸ μικτόν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπεγράφησαν εἰδύλλια.*

F. *Θεοκρίτου Εἰδύλλια βουκολικά. Ἰστέον ὅτι εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα ἀπὸ τοῦ εἴδους, ἡ θεωρία, οὐκ ἠδύλλιον παρὰ τὸ ἥδω, τὸ εὐφραίνω.* — G. *Εἰδύλλιον λέγεται, ὃ ποιὸν εἶδός ἐστι λόγου· ὑποκοριστικῶς δὲ εἴρηται εἰδύλλιον.* — H. *Εἰδύλλια λέγονται ἀπὸ τοῦ εἴδω τὸ ὁμοιῶ· ἐοικότες γὰρ τοῖς προσώποις εἰσὶν οἱ λόγοι.* — I. *Εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα, ἐπινίκιον δὲ λέγεται ἓν ἕκαστον τῶν τοῦ Πινδάρου.*

IV.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

A. *Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας, διηγηματικόν, δραματικὸν καὶ μικτόν. τὸ δὲ βουκολικὸν ποίημα μίγμα ἐστὶ παντὸς εἴδους καθάπερ συγκεκραμένον· διὸ καὶ χαριέστερον τῇ ποικιλίᾳ [τῆς φράσεως μᾶλλον δὲ] τῆς κράσεως, ποτὲ μὲν συγκείμενον ἐκ διηγηματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ δραματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ μικτοῦ, ἤγουν διηγηματικοῦ καὶ δραματικοῦ, ὁτὲ δὲ ὡς ἂν τύχῃ. εἰς ὅσον δ' οἷόν τέ ἐστιν, [αὕτη ἡ ποίησις] τὰ τῶν ἀγροίκων ἤθη ἐκμάσσεται, τερπνῶς πάνυ τοὺς τῇ ἀγροικίᾳ σκυθρωποὺς [τὸν βίον] χαρακτηρίζουσα. ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸ ἄγαν ἁδρὸν καὶ ὑπέρογκον τῆς ποιήσεως.*

V.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

Θεόκριτος, Χῖος — ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος, Πραξαγόρου καὶ Φιλίνης, οἱ δὲ Σιμίχου. Συρακούσιος, οἳ δὲ φασὶ Κῷον, μετῴκησε δὲ ἐν Συρακούσαις. οὗτος ἔγραψε τὰ καλούμενα βουκολικὰ ἔπη δωρίδι διαλέκτῳ. τινὲς δὲ ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν

8. *εἰδύλλιον*] Vide proecdosin p. 24. Wiss. p. 14. — Plin. Ep. IV, 14 de carminibus suis: ,,*sive idyllia, sive eclogas sive poematia — licebit voces.*''

καὶ ταῦτα, Προιτίδας, ἐλπίδας, ὕμνους, ἡρωίνας, ἐπικήδεια μέλη, ἐλεγείας, ἰάμβους, ἐπιγράμματα. ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς γεγόνασι βουκολικῶν ἐπῶν ποιηταί, Θεόκριτος οὑτοσί, Μόσχος Σικελιώτης καὶ Βίων ὁ Σμυρναῖος, ἔκ τινος χωριδίου καλουμένου Φλώσσης.

VI.

ΕΙΣ ΒΟΥΚΟΛΙΚΗΝ.

Ὥσπερ σκύφος γάλακτος ἢ καὶ κισσύβη
ἡ βουκολικὴ πᾶσιν ἔκκειται βίβλος.
τοίγαρ ῥοφῶμεν οἱ θέλοντες τὸν λόγον
στόμασι λάβροις, εἰ κελεύουσιν φρένες.

VII.

ΕΙΣ ΘΕΟΚΡΙΤΟΝ.

Σιμιχίδα Θεόκριτε, σοφῶν ὀίων ποιμάντορ
καὶ τοκάδων ἀρνῶν αἰπόλε μηκάδων,
τὰς Ἑλικωνίτιδες βοτάναι θρέψαν καλλίστως·
οὐ περὶ μάνδραν ἔδον τεήν, ἀλλὰ σποράδας
ἐξ ὀρέων συνέλεξα καὶ ἐς μίαν ἤγαγον μάνδραν
βωκολικὰς Μοίσας, αἳ γέννημα σέθεν·
οὐ πλεόνων δ' ἐπέτυχον, ἐπεί γε μόλις καὶ τῶνδε.

1. Προιτίδας κτλ.] Vide quae disputavi *de poet. buc.* p. 25.

VI. Epigramma, quod in ed. Ald. p. 97 et in codd. p. cet. (Ahr. p. 3) legitur, una cum proximo a Wartono tom. I p. V e cod. p. prolato repetere libuit, ut quantum inter priscorum Graecorum et Byzantinorum poesin intercedat discriminis etiam h. l. intelligatur. — Nam Byzantinum nescio quem elegiacos versus pangere volentem e carmine proximo (Σιμιχίδα κτλ.) agnosces.

IUDICIA VETERUM

DE

THEOCRITO.

LONGIN. Sublim. XXX p. 117 Weisk. *Θεόκριτος ἐν τοῖς βουκολικοῖς εὐτυχέστατος.*

QUINTILIAN. Inst. X, 1, 55. Admirabilis in suo genere Theocritus, sed Musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat.

GELL. Noct. Att. IX, 9. Quando ex poematis Graecis vertendae imitandaeque sunt insignes sententiae, non semper aiunt enitendum, ut omnia omnino verba in eum in quem dicta sunt modum vertamus. Perdunt enim gratiam pleraque, si quasi invita et recusantia violentius transferantur. Scite ergo et considerate Vergilius, quum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorundam aliorum locos effingeret, partim reliquit, alia expressit.

Sicuti nuperrime, apud mensam quum legerentur utraque simul bucolica Theocriti [id. V, 88 sq.] et Vergilii [Eclog. III, 64 sq.], animadvertimus, reliquisse Vergilium, quod Graecum quidem mire quam suave est, verti autem neque debuit neque potuit. Sed enim quod substituit pro eo quod omiserat, non abest quin iucundius lepidiusque sit:

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα
Τὰς αἶγας παρελᾶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάζει.

Malo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices et se cupit ante videri.

Illud quoque alio in loco animadvertimus caute omissum, quod est in Graeco versu [Theocr. III, 2 sqq.] dulcissimum:

Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλον πεφιλαμένε, βόσκε τας αἶγας,
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν
τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεν μή τυ κορύξῃ.

Quo enim pacto diceret *τὸ καλὸν πεφιλαμένε*, verba hercle non translaticia, sed cuiusdam nativae dulcedinis? Hoc igitur reliquit [Ecl. IX, 23 sqq.] et cetera vertit non infestiviter, nisi quod *caprum* dixit, quem Theocritus *ἐνόρχαν* appellavit — auctore enim M. Varrone is demum Latine *caper* dicitur, qui excastratus est —:

Tityre, dum redeo — brevis est via — pasce capellas,
Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
Occursare capro — cornu ferit ille — caveto.

PROB. Prooem. Verg. buc. p. 348 Lion. Bucolica Theocritus facilius videtur fecisse, quoniam Graecus sermo sic videtur divisus, ut Doris dialectus, qua ille scripsit, rustica habeatur. Opportunum fuit ergo ei, qui pastores inferebat, ea lingua disputasse. Vergilio tanto factum opus maius, quanto una lingua loquens sensus rusticos aptare elaboravit sine reprehensione sermonis.

SERV. Prooem. Verg. buc. p. 95 Lion. Character humilis adhibetur ad carmen bucolicum, quod debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes si sit dactylus, meliorem efficit versum, ut [Verg. Ecl. I, 3] *nos patriae fines et dulcia.* Primus etiam pes secundum Donatum dactylus esse debet, et terminare partem orationis, ut [Ecl. I, 1] *Tityre.* Quam legem Theocritus vehementer observat, Vergilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deviavit. Hic eam in paucis secutus est. Terentianus [v. 2132 Lachm.] quum de hoc metro diceret: *plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus, noster rarus eo pastor Maro:* intentio poetae haec est ut imitetur Theocritum Syracusanum, meliorem Moscho et ceteris, qui bucolica scripserunt. — Et aliquibus locis per allegoriam [Vergilius] agit gratiam Augusto vel aliis nobilibus —: in qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim ubique simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerumque etiam ex Theocriti versibus facit: quos ab illo dictos constat esse simpliciter.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ.

I.

ARGUMENTUM.

Thyrsis pastor et caprarius quidam in nemore amoeno Siciliae (cf. v. 65—69) prope fontem praecipitem congressi hoc idyllio introducuntur. Laudata utriusque arte musica insigni (v. 1—11), caprarius Thyrsidem, ut carmen splendidum de Daphnidis obitu (*τὰ Δάφνιδος ἄλγεα*, v. 19. v. 64 sqq.) canat, instanter rogat proponitque ei praemia (v. 25 sqq.), imprimis scyphum quendam artificiosissime factum, qui v. 27 sqq. ad augendam carminis exspectationem accurate describitur. Morem gerit Thyrsis, canit carmen inter Theocritea praestantissimum (v. 64 sqq.), collaudatusque tandem a caprario auditore (v. 146) praemia promissa accipit. Scilicet insignis apud pastores Siculos fama erat Daphnidis armentarii eiusdem ac venatoris, Mercurii (vide v. 77 adn.) filii, Musis Nymphisque amici (v. 141), peritissimi fistulae pastoriciae modulatoris (v. 123—29). Is quum elatus insolentia iuvenili nunquam se Amoris vi subactum iri magnifice prae se tulisset (v. 97), temere laesit numen Veneris et ab hac dea amore puellae alicuius incensus est. Puella autem (ut mea faciam verba Kreussleri) tantum aberat ut mutuum detrectaret amorem, ut assectaretur eum et, postquam ille delitescere coepit, per consuetos locos solitaque pascua quaereret ac vestigaret (v. 82—85). Ast ille, quum tandem constringi se vinculis amoris videret vimque ardentem penitus ingruere haerereque in medullis sentiret, tum quam vana gloria atque iactantia sua fuisset intellexit. At dum vult sibi constare et obdurato pectore affectibus amoris resistere, frustra sustinet hos gravissimos animi dolores, frustra cum his affectibus luctatur (v. 103) ac tandem his inferior, consumptis viribus, marcescit, tabescit, diem supremum obit, pastoribus quidem ac diis ruralibus frustra solatia ei afferentibus, ipsa ad extremum Venere commiserante, sed sero ei auxiliante (v. 139 sqq.).

Habes summam carminis suavissimi, cuius rationes simplicissimas perspexerunt Dav. Iac. van Lennep., comm. Inst. Belg. class. III. tom. III 1820 p. 176. et vir mihi carissimus O. Kreusslerus, *observatt. in Theocr. carmen I* (Misenae 1863) p. 10. Vehementer enim cavendum ne aliorum scriptorum narrationibus in haec Theocritea immiscendis — id quod multis viris doctis accidit — res liquidae turbentur et clarae caligine obducantur. Nam varia apud veteres de Daphnide eiusque amore atque obitu tradebantur. Pridem eandem materiam carmine persecutus erat Stesichorus, qui et ipse in carminum popularium de Daphnidis doloribus a Siculis cantatorum vestigiis institit (cfr. Welcker. in censura Stesichori Kleiniani inserta Iahnii annall. 1829, IX, p. 284). Alia alii tradidere: cf. schol. Theocr. VII, 79 p. 264 Ahr. et VIII, 93. Diodor. Sic. IV, 83. Aelian. Hist. An. XI, 13. Aelian. Var. Hist. IX, 18. Nonn. Dion. XV, 307. Tim. apud Parthen. Erot. 29. Serv. ad Verg. Ecl. V, 20 et Ecl. VIII, 68. Ovid. Met. IV, 276 sqq. Ovid. Art. Am. I, 732. Sil. Ital. XIV, 466. Diomed. gr. II, p. 184 Putsch. Diversas hominum doctorum de his fabulis cum carmine Theocriteo conciliandis sententias maxime habes in his scriptis: Lud. Doederlin. lectt. Theocr. (Erlang. 1843, 4) p. 3 sqq. coll. Ameis. in Iahnii annal. 1845 XL p. 108. I. Adert. Theocr. p. 40. Carol. Fr. Hermann. in eph. doct. Gotting. 1845 n. 107 p. 1072. Idem Hermann. in progr. de *Daphnide Theocrit.*, Gotting. 1853. Francisc. Buecheler. in Iahnii annall. 1860 *LXXXI* p. 359. Klausen. in l. *Aeneas und die Penaten* p. 518 sq. I. Hauler. l. l. p. 45. Ameis. in Zimmermanni annal. 1842 p. 202. Ei, quam in proecdosi ad v. 64 protuli explicationi, nunc etiam favet Lud. Schmidtius in libro hac pag. extr. nominando p. 14.

Magna denique quaestio est de carmine Thyrsidis (v. 64 sqq.) in strophas suas restituendo. In diversa abiere God. Hermannus, in Zimmerm. annal. 1837 p. 227 et in dissert. *de arte poesis Gr. bucolicae* (Lips. 1849, 4) p. 9. Maur. Hauptius in Museo Rhen. a. 1846 p. 260. Eberz. in translatione carm. Theocr. p. 199. G. Ad. Gebauerus 1860 p. 113. Armin. Koechly in programmate *de carminibus Theocr.* in strophas suas restituendis (Turici 1858, 4) p. 31, adversus quem disputavit Franc. Buechelerus in *Jahrbb. f. Phil.* l. l. Ribbeckius in Mus. Rhen. 1862 XVII p. 543 sqq. Praeterea conferatur editio Ahrensii p. 9 et eiusdem *Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος* (Lips. 1854) p. 29 sqq. et Fr. Casp. Goebbelii diss. *de ephymniorum apud Gr. et Rom. ratt.* (Gotting. s. a.) p. 7 sqq. atque eiusdem progr. *de Theocr. id. I. II. . . ratione strophica*, Warendorf. 1862, 4. Simplicem rationem stropharum, idyllii secundi eandem simillimam eoque maxime commendatam, perspexit Kreusslerus p. 18, quem ego vehementer auctorem, paucis mutatis, secutus sum. Nam nihil magis quam intempestivae versuum transpositiones huic elegantissimo carmini nocuit. Ita Ahrensius mire in sua editione hoc carmen deformavit.

Speciatim hoc idyllium editum est Parisiis hoc titulo inscripto: *Théocrite. Première idylle, texte grec avec des notes en français* par M. Clachet. *Paris, Dezorby.* 1845. Vide Ameis. in Iahnii annal. XLV p. 223.

Latinis versibus carmen primum Theocriti quum a Philetico, Eob. Hesso, Whitfordo, Dan. Heinsio, Wetstenio, Raim. Cunichio, tum a me expressum est in gratulatione collegae de me meritissimi R. Klotzii, *Theocriti Thyrsis Latine*, Lips. 1856, 4. Teutonicis versibus singulariter expresserunt I. Weissgerber. (Offenburg. 1842) et Lud. Schmidt. (*Uebersetzungsproben aus Theokrit*, Demmin. 1862, 4).

Ad explicationem huius idyllii haud pauca collata sunt a Vossio, *Anmerk. und Randgl. zu Gr. und Röm. von I. H. Voss, herausg. von Abr. Voss.* Lips. 1838, p. 151 sqq. Praeterea hos libros commemorare visum est. Scholia Mch. Toxitae *in Theocriti idyllium primum. Ex scholis I. Sturmii.* Tiguri, Iac. Gesner. 1562, 8. *Kleine Beiträge zur Erklärung u. Kritik des ersten Theocritischen Idylls* von I. P. E. Greverus, Lemgo 1822, 4. Repetuntur eadem in Greveri libro „*zur Würdigung, Erklärung und Kritik Theokrits*", Zweite Aufl., Oldenb. 1845 (nam prodierant paene eadem, Brem. 1830) et novo dumtaxat titulo praefixo Oldenb. 1850. Vide Kayserum in ephem. Monac. 1850 n. 54 sqq. et Ameisium in Iahnii annal. XLV p. 224. Hartm. Ern. Schaumann. *obss. in Theocr.* Gissae 1820, 4. Godofr. Ern. Groddeck. *commentat. in primum id. Theocr.* Gedani 1782, 4. Lud. Chr. Zimmermann. obss. in Theocr. id. I. Giss. 1807, 4. His addatur Io. Mich. Heinzii invitatio. Progr. Luneburg., s. a. 4. Everhardi van Driel oratio pro Theocritea poculi descriptione. Trai. ad Rhen. 1788, 4. Nic. Bach. anth. Gr. Hannov. 1838. Io. Fr. Guil. Burchardt. anth. Gr. Berol. 1839, 8, ubi id. Theocr. I. VI. VII. VIII. IX. X. XIV. XV explicantur. H. W. Stoll, *Anth. gr. Lyriker,* part. II. ed. II. Hannov. 1858, ubi hoc idyllium una cum id. III. IV. VII. XI. XIII. XV. XX exscriptum est. Kreussleri libellum supra (p. 12) indicavi.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Αὕτη ἡ ὑπόθεσις εἰς Δάφνιν γέγραπται, ὃς διὰ μὲν τούτου τοῦ εἰδυλλίου τέθνηκε, διὰ δὲ τοῦ ἑξῆς ὡς ζῶντος αὐτοῦ μνημονεύει. ὅμως τοῦτο προτέτακται διὰ τὸ χαριέστερον καὶ τεχνικώτερον τῶν ἄλλων μᾶλλον συντετάχθαι· Πίνδαρος γὰρ [Ol. VI, 3] „*ἀρχομένου δ' ἔργου, φησί, πρόσωπον χρὴ θέμεναι τηλαυγές*". *ἔστι δὲ ἀμοιβαῖον καὶ δραματικώτερον, μὴ ὑποδευκνυμένου τοῦ ποιητικοῦ προσώπου.*

Τὰ μὲν πράγματα διάκεινται ἐν Σικελίᾳ· ποιμὴν δέ τις εἰσάγεται πρὸς αἰπόλον διαλεγόμενος, οὗ τὸ ὄνομα οὐκ ἔστι γνωστόν.

ΑΛΛΩΣ. Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διαλέγονται πρὸς ἀλλήλους Θύρσις ποιμὴν καὶ αἰπόλος ἤτοι Μενάλκας ἢ καὶ Κομάτας. ἀγνοεῖται γὰρ τὸ τοῦ αἰπόλου ὄνομα.

A.

ΘΥΡΣΙΣ Η ΩΙΔΗ.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα,
ἃ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τύ

1—2. *Ἁδύ τι κτλ.*] Thyrsis pastor, amoenitatem nemoris, in quo cum caprario quodam, cuius nomen de industria non indicatur, versatur, describens sic ait: *mire quam dulcis est hic susurrus* (foliorum scil.) *et pinus ista, quae prope fontes numerose canit,* i. e. sibilat. Verbo *μελίσδεται* praeparatur comparatio insequens *καὶ τὺ ἁδὺ συρίσδες* et quod v. 7 caprario dicendum est, *ἅδιον τὸ σὸν μέλος* (cf. XX, 28). De verbis *ἁδύ τι* cf. Theocr. V, 89 et Theocr. VIII, 82. Articulus *τὸ ψιθύρισμα* habet vim demonstrandi ut v. 2 *ποτὶ ταῖς παγαῖσι*, v. 8 *ἀπὸ τᾶς πέτρας*, v. 21 *τὰν πτελέαν*, v. 23 *ταὶ δρύες*. III, 38 *ποτὶ τὰν πίτυν*. V, 3 *ἀπὸ τᾶς κράνας*. Vide Ameis. *de articuli usu ap. poet. Gr. buc.* (Muehlh. 1846) p. 15. Respondet huic loci in quo colloquentes versantur significationi v. 7—8 *τὸ καταχὲς — ὕδωρ*. Vocabulo *ψιθύρισμα* audito quisque ad susurrum complurium, ut fit in nemore, arborum *folia* leniter motantium (cf. v. 21 *πτελέαν*) animo suo informandum ducitur. Quare huius loci memor poeta in Anth. Planud. 228 scripsit: *ἁδύ τι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις*. Vernacule dixeris: wunderbar schön ist doch diess Blättergeflüster und dort die Pinie mit ihrem Gesäusel. Cf. Arist. Nub. 1008 Mein. *ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ*. Theophylact. Simoc. quaest. phys. p. 24 Boiss. *ὡς ἡδύ τί μοι ψιθυρίζει ἡ ἀμυγδαλῆ καὶ μέτριαί τινες αὐτὴν περιπνέουσιν αὖραι.* Scriptor anonymus apud Etym. M. p. 819 *ἡδύ τι τὸ ψιθύρισμα τῶν δένδρων ἠκούετο*. *Folia*, inquam, arborum quum motantur ac strepitant, id proprie dicitur *ψιθύρισμα*, Geflüster (*the whisper*), uti de hominibus usurpatur *ψιθυρίζειν* Theocr. II, 141. Contra pinus, quae non foliis, sed *ramulis* ventilatis sibili quam susurri similiorem sonum edit, *μελίσδεται*, sie säuselt melodisch (*it moans*). Sensit idem Firm. Didot., quum h. l. verteret: *le bruit harmonieux, que forme au bord des eaux ce pin mélodieux.* Idem Moschus V, 8 ed. Mein. expressit verbis *ἁ πίτυς ᾄδει*. Cf. LXX. Paralipp. XIV, 15 *ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν τοῦ σεισμοῦ τῶν ἀπίων.* Verg. Ecl. VIII, 22. Maenalus *argutum-*

συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.
αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ·
αἴκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταρρεῖ

que nemus pinosque *loquentes* semper habet. Theocr. XX, 28. Auson. Ep. 25, 14 *loquitur coma pinea.* Ante omnia confer imitationem Claud. Rapt. Pros. I, 203, reliqua vide in additamentis. Aderto vero, *Théocr.* app. p. 3 ed. 1843, nemo assentietur coniectanti *ᾅδει τοι ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς* —. Equidem Call. Heins. Valck. I. II. Briggs. alios secutus v. 2 *ἅ* relativum pronomen, pro quo recentiores, Schaef. ed. 1809, Mein. I. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. II. Hartung. [Boiss. I. II. littera maiuscula *Α* nec spiritu nec accentu addito edidit] al. ex H. Stephani coni. *ἁ* articulum scripserunt, e codd. et edd. prr. (Mediol. dico atque Ald. et Iunt., quas ipse contuli) restitui. — *ἁδὺ*] Cf. Theocr. VII, 89. Repetitur post caesuram bucolicam voc. in prioris versus initio positum, ut Theocr. XXIV, 109—110. V, 118—119. Hesiod. *ἔργ.* 73—74. Verg. Ecl. II, 14—15. Georg. III, 332—333, locisque reliquis, de quibus dixi in *symb. Theocr. et Verg.* 25—26.

3. *συρίσδες*] praesenti tempore Dorice dici pro Attico *συρίζεις* adnotare puderet, nisi nuperrimus interpres Schmidtius vertisset „*auch du hast lieblich geflötet*", quasi esset *ἐσύρισδες*, tempus imperfectum. Tu confer e. gr. I, 19 *ἀείδες.* IV, 3 *ἀμέλγες.* — *μετὰ Π. τὸ δεύτερον*] Cf. Theocr. II, 131. Herod. I, 31 *ἐπειρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι.* Ibid. I, 32 *εὐδαιμονίης δευτερήια ἔνεμε τούτοισι.* Plat. Legg. VII p. 801, A. Long. Past. II, 32 p. 64 Schaef., laudatus a Toupio apud Warton. II p. 389: *ἐσεμνύνετό τις ὡς λύκον ἀποκτείνας, ἄλλος ὡς μόνου τοῦ Πανὸς δεύτερα συρίσας.* Verg. Eclog. V, 49 *tu nunc eris alter ab illo.* Hor. Sat. II, 3, 193 Aiax, heros ab Achille secundus. Hor. Od. I, 12, 19.

4. *ἕλῃ*] *Pan si ceperit caprum.* Cf. e. gr. Ovid. Met. II, 694: cape praemia vaccam. Falso Hartungius et alii „*si elegerit*", id quod *ἕληται* dicendum erat: cf. Theocr. XI, 49. Nec recte Vinsemius, quem Briggsius ac plerique sequuntur, *si acceperit.* Vide Iliad. XXIII, 613 *ὁ δ' ἔπειτα λέβηθ' ἕλε παμφανόωντα.* Iliad. XXIII, 779. — *κεραὸν*] *Cornutum* (cf. Epigr. I, 5) dicit caprum propter ea, quae sequuntur, *αἶγα — χίμαρος.* Alia est ratio Homerici epitheti *ἔλαφος κεραός*, Iliad. III, 24. XI, 475. XV, 271. XVI, 158. — Ceterum attende ad sonum similem vocabuli *αἴκα* in initio versus positi (quamquam longa est eius syllaba ultima — cf. adn. ad id. V, 21 —) atque vocabuli *αἶγα* in quinto pede post caesuram bucolicam collocati. Cf. proxima *αἴκα δ' αἶγα* et adn. ad I, 15 p. 18 atque V, 128.

5. *γέρας*] donum honorarium, praemium victoriae cantu eximio reportatae. Cf. e. gr. Pind. Ol. II, 49 *γέρας ἔδεκτο.* Pyth. V, 29 *γέρας ἀμφέβαλε τεαῖσιν κόμαις.* Cum voc. et hic et v. 10 ante caesuram bucolicam collocato cf. id. XVII, 69. — *τὲ*] Cf. V, 38. — *καταρρεῖ*] *ad te properat* (ita apte Witter.), h. e. ultro ac lubens de monte, ubi pascitur (*κατὰ* —), venit ad te „fetus capellae" (Tib. I, 1, 31), qui tibi obtingit. Ita de Musis legimus apud Bion. VI, 6: *ἐς τῆνον* (plane ut hic *ἐς τὲ*) *μάλα πᾶσαι ἐπειγόμεναι προρέοντι.* Polyb. VIII, 16, 6 *κατέρρεον εἰς τοὺς ὁμαλοὺς τόπους*, coll. Arist. Acharn. 26. Vide et ADD.

ἁ χίμαρος· χιμάρῳ δὲ καλον κρῆς, ἔστε κ' ἀμέλξῃς.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

ἅδιον ὦ ποιμὴν τὸ τεὸν μέλος ἢ τὸ καταχές
τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.
αἴκα ταὶ Μοῖσαι τὰν οἰίδα δῶρον ἄγωνται,

6. χιμάρῳ] „*alumnae*" *isti pulcra caro est, donec eam mulseris*, h. e. quamdiu ipsa non ediderit fetus. Genetivum *χιμάρω*, quem habent codd. k. cet. (Ahr. p. 3) et tabulae litterarum ductus codicum G. N.[A.] in ed. Gail. 1828 tom. III. referentes, ex edd. Mediol. Call. revocaverunt Boiss. I. Am. Hart. Mein. III. (cf. et Ahrens. Philol. VII p. 406) expressitque Lec. his verbis: *la chair d'une jeune chèvre est bonne*, Hartungius his: *des Zickleins Fleisch ist fein bis es Milch giebt.* At sive hoc sive illud dicere voluisset poeta, sic potius verba collocasset: *χιμάρω δὲ κρέας καλόν.* De dativo (edd. Ald. Iunt. Mein. I. II. Boiss. II. Ziegl. Ahr. I. II. cet.) a scholiasta etiam lecto, perraro ita ut hic a Theocrito usurpato, cf. id. XIV, 2 (Mosch. I, 7—8. 19.). id. V, 104. XI, 51. (XXIII, 23—24). — κρῆς] Haec est lectio codd. et edd. prr. — Heinsius, *lectt. Theocr.* p. 295 ed. 1604, propter id. V, 140 coniecit *κρέας*, quod post Valck. I. II. Briggs. Gaisf. Mein. III. Ahr. II. Hart. al. ediderunt et Wordsworth. praef. p. XIX sqq. unice verum esse demonstrare studuit. At recte Mein. I. II. Ahr. I. Boiss. I. II. Ziegl. Am. alios Doricam formam *κρῆς* servavisse, et a Schuemannio (cf. adn. ad I, 130) nuper ostensum est et in ADD. a nobis pluribus demonstrabitur. — ἔστε] Vide adn. V, 22.

7. ἅδιον κτλ.] *suavius est carmen tuum, opilio* (cf. Theocr. I, 80), *quam illa cum grato strepitu aqua de rupe destillat:* quae et ipsa *suaviter* et cum summa nostra voluptate defluit. Cf. Theocr. X, 22 et Ovid. ex P. III, 5, 18 *gratius* ex ipso fonte bibuntur aquae. Soph. Ant. 70. 436. Hor. Od I, 2, 22. — Ovid. Met. III, 442. — ἢ τὸ καταχ.] Hor. Ep. I, 10, 21 „*quam* (aqua) *quae per pronum trepidat cum murmure rivum*".

8. ὑψόθεν] Hor. Epod. II, 25 labuntur altis interim ripis aquae. Ibid. XVI, 47. Imitatur Verg. Eclog. V, 83. Cfr. Henr. Steph. *imitatt.* p. 86 sqq. — Arm. Koechly, existimans initium carminis (v. 1—11) duas strophas senarias continere debere, l. l. p. 36 patere contendit inter versum 8 et 9 huiuscemodi versum tertio versui respondentem excidisse: *ἦ μὰν σὺν Μοίσαις ᾄδων ἴσον ἆθλον ἀποισῇ.* At sumpsit vir doctissimus, quod probari nequit.

9. οἰίδα] Ita scripsi post Ahr. I. II. (quem vide in Philol. VII p. 407) pro *οἴιδα* (Mein. I. II. III. et edd. cet.). Vocabulum est deminutivum, quocum cf. voc. *ἀμνίς* (id. V, 3. 139) et quae Ahrensius l. l. collegit: Theocr. VII, 26 *ἀρβυλίς*. VII, 133 *χαμευνίς*. VII, 138 *ὀροδαμνίς*. IV, 59 *Ἐρωτίς*. Suaviter autem Theocritus scripsit voc. *ὑποκοριστικόν* ad significandum mite illud Musarum propter acceptam ovem gaudium, quam ipsae non iam communi nomine ovem, sed leniori ac blando vocabulo *ovem teneram* seu *oviculam suam* („*their dear little sheep*"), appellare finguntur. Vide e. gr. Arist. Plut. 1010. Athen. VII p. 308 F. Aur. Vict. Vir. Ill. 43 Q. Fabius Maximus — *ovicula* a clementia morum dictus. Cf. etiam Theocr. VII, 132.

ἄρνα τυ σακίταν λαψῇ γέρας· αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ
τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄιν ὕστερον ἀξῇ.

ΘΥΡΣΙΣ.

λῇς ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, λῇς αἰπόλε τεῖδε καθίξας,
ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον αἵ τε μυρῖκαι,
συρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.

11. *τήναις*] Ahr. (quum hac nota utor, solam significo editionem Ahrensii maiorem 1855) e codd. p. cet. scripsit *τήνας*, id quod Koechl. p. 36 perinde improbat atque *ἑξεῖς*, ab eodem Ahrensio ,,Hartungium trahente" scriptum pro *ἀξῇ* (codd. v. 6.), cui gemellae sunt vitiosae l. varr. *ἀξῇς* (codd. k. cet.) vel *ἀξεῖς* (codd. p. cet., edd. prr.). Nam quod schol. scribit, *τὰ δευτερεῖα τῶν Μουσῶν ἕξεις*, eo haudquaquam *ἑξεῖς* in libris veteribus fuisse probatur, quae est sententia Ahrensii, Phil. VII p. 407. — *δὲ*] Cf. Theocr. I, 25, ubi *δὲ* pro *τε* e codd. k. a. post Ahr. II., recepi, et id. II, 124. Odyss. XI, 592. al.

12. *λῇς* —] *placetne tibi?* ut Theocr. VIII, 6 et in aperta huius loci imitatione, Theocr. Epigr. V, 1. Cf. Bion. II, 1 *λῇς νύ τί μοι Λυκίδα Σικελὸν μέλος ἁδὺ λιγαίνειν;* In ceteris locis omnibus *λῇς* cum particula conditionali a Theocrito coniunctum est: V, 21. V, 64. VIII, 85. XI, 56. — *ποτὶ τ. Ν.*] Interrogationi obtestatio inseritur, ut Theocr. V, 74 *πὸτ τῶ Διός*. Cf. e. gr. Eur. Or. 92. Lucian. Dial. mort. III, 3. Ubique autem Theocritus in hac obtestationis formula Homero adhuc ignota (nam aliter comparati sunt versus Odyss. XI, 67. XIII, 324) ponit articulum. Cf. IV, 50. XV, 70. Herm. ad Arist. Nub. 783. Lucian. pisc. 51 *πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς* al. — Iteratur autem post caesuram *πενθημιμερῆ* verbum, quod erat in versus principio positum, ut saepissime fit apud Theocritum. Cf. I, 69. 71. 83. 101. 110. 115. 117. II, 16. 25. V, 38 cet. Vide meas *symb. Theocr.* p. 15 et p. 17 sqq. et e. gr. Hor. Sat. II, 7, 13. Verg. Ecl. II, 16. III, 6. III, 61.

13. *ὡς κτλ.*] *ubi declivis est collis.* Eadem loci significatione *ὡς* apud Theocritum legitur id. V, 101. 103. Wuestem. Testantur hunc usum tituli (Corp. Inscrr. 5594 et Ussing. Inscrr. ined. II, 4), ab Ahrensio Phil. VII p. 407 et Mein. (Meinekii editionem III. 1856 solam hoc siglo significo) ad h. l. commemorati. Accedit usus demonstrativi voc. *ὧδε*, Theocr. V, 100. III, 38 al. Quid, quod Catullus XI, 3 et XVII, 10 *ut* pro *ubi* dicere ausus est? Non est igitur Heinsius audiendus, qui *lectt. Theocr.* p. 329 *ὧ* pro *ὡς* coniecit, nec cum Brunckio, Briggs., Boiss. I. II. (cf. Valck. I.) *ἐς* scribendum, quod est in codd. s. cet. (Ahr. p. 4). Versum totum, quem tamen schol. legerunt, Ahr. I. II. et Hart., tamquam ex id. V, 101 huc translatum, eiiciunt. At vere iam Wuestem. p. 11 saepe doctis etiam viris fraudi fuisse scripsit, hanc veteres poetas licentiam sibi concessam arbitratos esse, ut, si quid a se dictum ipsis probaretur, eo dicto bis terve in eodem opere uterentur. Cf. proecdosin meam p. 88, adn. V, 45—46. Praeterea voc. *τεῖδε* v. 12 accuratiorem loci descriptionem requirit. — *κάταντες*] Verg. Ecl. IX, 7 qua se subducere colles incipiunt mollique iugum demittere clivo.

14. *ἐν τῷδε*] *ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ τὰς αἶγας βοσκήσω.* Schol. Cf. e. gr. Appian. Mithr. cap. 72 *ὡς ἐν τῷδε τὴν*

ΑΙΠΟΛΟΣ.

οὐ θέμις ὦ ποιμὴν τὸ μεσαμβρινόν, οὐ θέμις ἄμμιν
συρίσδεν. τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἦ γὰρ ἀπ᾽ ἄγρας
τανίκα κεκμηκὼς ἀμπαύεται· ἔστι δὲ πικρός,
καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

νίκην ἀκίνδυνοι ἕξων. Thucyd. VI, 18, 3. Non recte Vinsem., quem plerique interpretes sequuntur, *interea.* — *νομευσῶ*] Cf. Theocr. VII, 87—88. Verg. Ecl. V, 12 incipe: pascentes servabit Tityrus haedos. *Δοκευσῶ* Mein. III. e coni. scripsit pro *νομευσῶ*. Refutaverunt hanc coni. et Kreusslerus p. 4 et Gebauerus *de adi.* p. 5.

15. *οὐ θέμις*] Ut v. 12 in allocutione Thyrsidis, ita in caprarii responsione anaphora adhibita est, sed illa, qua vocabulum in principio versus collocatum redit in pede quinto post caesuram bucolicam. Vide quae dixi *de poet. Gr. buc.* p. 20 et *symb. Theocr.* p. 9. Cf. Theocr. I, 64. 66. 67. VII, 105. II, 1. 23. 44. 49. 118. 150. 165. III, 18. IV, 31 cet. Geb. 1861 p. 35 sqq. — *τὸ μεσαμβρινόν*] *κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας.* Schol. Habes idem Theocr. X, 48. Cf. VII, 21. Similiter tempus indicatur V, 126 *τὸ πότορθρον, mane.* X, 2 *τὸ πρίν, antea.* [XX, 21 *τὸ πάροιθεν*]. Bion. I, 97 *τὸ σάμερον.* Theocr. IV, 3 et V, 113 *τὰ ποθέσπερα, sub vesperam.* XVII, 75 *τὰ πρῶτα.* De articulo cfr. *La Roche, stud. Hom.* p. 42 (Iliad. V, 806. IX, 403 cet.) et adn. ad I, 41. — *ἄμμιν*] nobis, qui fistula canimus, cuius sono ira Panis faciliter excitari potest (Voss. *Randgl.* p. 152). Cf. adn. ad Theocr. V, 106.

16. *ἀπ᾽ ἄγρας κτλ.*] *ἀπὸ ἄγρας σχολάσας ἀναπαύεται κεκοπιακώς, ἐν αὐτῇ δηλονότι.* Ita recte schol. Vide Thuc. VII, 73 *ἀνθρώπους ἀπὸ ναυμαχίας ἀναπεπαυμένους.* Ioseph. Antt. III, 5, 5 *ἀναπαυομένους ἀπὸ παντὸς πόνου.* Apocal. XIV, 13. Neque obstat schol. explicationi Nemes. III, 2: „torrentem patula vitabant ilice solem, quum Pan *venatu fessus* recubare sub ulmo coeperat et somno lassatas sumere vires". Minus accurate schol. alter *ἡνίκα ἂν ᾖ κεκμηκὼς ἀπ᾽ ἄγρας, ἀναπαύεται.* Spectavit ad haec Theocritea Philostr. Imagg. II, 11 p. 416, 17 Kays. *κατὰ μεσημβρίαν, ὅτε δὴ λέγεται καθεύδειν ὁ Πὰν ἐκλελοιπὼς τὴν θήραν.*

17. *ἔστι δὲ*] Item in versu Adonio ad explicanda vel confirmanda superiora *ἔστι δὲ* — usurpatur Theocr. II, 154. V, 65. Cf. IV, 51. VI, 35. VI, 2. V, 8. V, 26. V, 41. V, 47. V, 51. V, 138. VI, 10. VI, 26. VI, 37. XIV, 31. III, 41. V, 122. Odyss. IV, 450 al. — *ἔστι δὲ* e Stob. Flor. XX, 23 (ubi etiam Mein. ita edidit, quamquam — cf. Mein. Stob. I. p. XXVII — est l. v. *ἐντὶ δὲ*) edidi cum Ahr. I. II. Hart. pro *ἐντὶ δὲ* (codd. a. cet. Boiss. I. II. Mein. I. II. III. Am. al.) vel *ἐντί γε* (codd. Burn. Butl. Harl. Cant. k. al. et edd. prr. Steph. Heins. Valck. I. II. Ziegl. al.). Vide ADD. — *πικρὸς*] *βαρὺς καὶ ὀργίλος.* Schol. Cf. Eur. Suppl. 1222 Nauck. Iac. III, 14. Act. VIII, 23.

18. *καί οἱ*] Non esse hiatum docet e. gr. Iliad. I, 79 *καί Fοι πείθονται Ἀχαιοί.* Vide e. gr. Theocr. I, 74. I, 33. I, 41. Hermann. ad Orph. p. 781 et opusc. I p. 248 sqq. — *δριμεῖα*] Cf. e. gr. Iliad. XVIII, 322. — *χολὰ*] *μεγάλη ὀργή.* Schol. Cf. Theocr. XXIII, 13. — *ποτὶ ῥινὶ*] Recte Mein. p. 470

ἀλλὰ τὺ γὰρ δὴ Θύρσι τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀείδες,
[καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας]
δεῦρ', ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, τῶ τε Πριήπω

comparat dativum Theocr. VII, 138 ποτὶ ὀροδαμνίσιν, et hoc exemplo accusativum ῥῖνα ab Ahr. II. propter Stob. ad v. 17 l. [ubi nunc Mein. ῥινὶ edidit] revicit. Cf. Odyss. II, 80, ubi voc. ποτὶ ab Ameisio non recte adverbium esse dicitur. Theocr. XIII, 13 et XI, 32 sane est ἐπί. — Bern. Martinus var. lect. I, 11 p. 24 ed. Trai. ad Rhen. 1755 hos auctores comparavit: Herond. [frgm. 4 in Bergk. anth. p. 178] μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας ἔχ' εὐθύς, ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ. Pers. Sat. V, 91 *disce, sed ira cadat naso.* Xenoph. de re equ. I, 10 ὅταν ὀργίζηται ἵππος ἵππῳ ἢ ἐν ἱππασίᾳ θυμῶται, εὐρύνει μᾶλλον τοὺς μυκτῆρας. Hinc Philostr. Imagg. [II, 11 p. 416, 18 Kays.] Pan his verbis pingitur: πρότερον μὲν ἀνειμένος τε καὶ πρᾷος τὴν ῥῖνα, καὶ τὸ ἐπίχολον αὐτῆς λεαίνων τῷ ὕπνῳ· τήμερον δὲ ὑπερχολᾷ. Valck. I. Shakspearius *(Taming of the Shrew)* de muliere indignata, ut et nos Germani, ,,*albescit nasus*''. *Gail.* 1792: nous disons de même en français: ,,*la moutarde lui monte au nez*''.

19. ἀλλὰ τὺ γὰρ] Thyrsidem caprarius ad canendum excitat ut his verbis Phemium Penelope, Od. I, 337: Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας, — τῶν ἕν γέ σφιν ἄειδε παρήμενος. Cf. Theocr. I, 102. Verg. Aen. I, 65. Iliad. VII, 328. Iahnii annal. 1858, LXXVIII p. 196. — τὰ Δάφν. ἄλγε' ἀείδες] *tu videlicet cantas dolores Daphnidis*, h. e. scis ac tenes carmen illud nobilissimum de doloribus Daphnidis (qui in pastorum proverbium abierunt: Theocr. V, 20) et de huius obitu flebili (cf. I, 65. VII, 73). De tempore praesenti, quo eleganter id, quod saepe accidit et alicui in usu est, exprimitur, satis est comparare versum huius idyllii 3 (συρίσδες) et 26 (ποταμέλγεται) vel id. II, 98. Hor. Od. IV, 11, 5 *est hederae vis multa, qua crines religata fulges* (fulgere soles). — Particula δὴ (de qua quae scripsi in Bergkii annal. 1848 p. 748, Ahrensius quoque, Phil. VII p. 408, probat) res nota et extra dubitationem posita declaratur: cf. Theocr. XXV, 29, Iliad. II, 301 (εὖ γὰρ δὴ τόδε ἴδμεν ἐνὶ φρεσίν, ἐστὲ δὲ πάντες μάρτυροι), Soph. Electr. 1020 aliaque exempla apud Baeumlein. part. Gr. 100. De lectt. varr. vide ADD.

20. καὶ τᾶς β. κτλ.] Uncis inclusi versum, qui ex similibus (id. I, 64. VII, 49. VII, 28 et VIII, 17) consutus videtur et cuius explicatio, si ille explicari omnino potest, haec est: *ad primas* (Cic. Brut. 47), *principatum*, *praemia carminis bucolici pervenisti.* Cf. v. 24. Cum verbo ἵκεο comparari potest Odyss. VIII, 226 (οὐδ' ἐπὶ γῆρας ἵκετ' ἐνὶ μεγάροισι). Iliad. IX, 56. Odyss. XV, 366. Pind. Nem. X, 14 ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν. Verba τὸ πλέον sane id. VIII, 17 significant *id quod potius est, praemium.* Cf. Soph. Oed. R. 500 ἀνδρῶν ὅτι μάντις πλέον ἢ 'γὼ φέρεται, *sapientiae me superat gloria vel praemio,* ubi vide Schneidew. At restat dubitatio gravissima de aoristo ἵκεο, quum perfectum ἷξαι exspectetur: cfr. Kreussler. p. 4: aliusque generis sunt versus Odyss. XIII, 4. Odyss. XVI, 57.

21. δεῦρ'] *huc ades.* Minus apte Eberz. coniunxit δεῦρο ἑσδώμεθα (*considamus illic sub ulmo).* Cf. Odyss.

καὶ τᾶν Κραναιᾶν κατεναντίον, ᾇπερ ὁ θῶκος
τῆνος ὁ ποιμενικὸς καὶ ταὶ δρύες. αἰ δέ κ' ἀείσῃς,
ὡς ὄκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων,
αἶγα δέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,

VIII, 292. XXVII, 10. 12. VIII, 50. Quamquam e. gr. Iliad. V, 640 δεῦρ' ἐλθών legitur.

22. **τᾶν Κραναιᾶν**] τας Νύμφας Κρηνείας εἶπε, ὡς καὶ τῶν Νυμφῶν συγκαθιδρυμένων τῶν Πριάπῳ. τινὲς δὲ τὰς κρανείας ἀπεδέξαντο, ἅ ἐστι δένδρα οὕτω καλούμενα. Ex his schol. verbis intelligi necesse est, κραναιῶν fuisse in libris antiquissimis pro Κρανιάδων, quod Ahr. II. et Mein. I. (Mein. II. III. κρανιάδων) Valck. I. II. Am. Ziegl. Hart. al. ex codd. v. cet. (Ahr. p. 5) et edd. Med. Iunt. Call. scripserunt, pro quo ed. Ald. κρανιίδων, codd. k. a. cet. κρανίδων, cod. 6. κραναΐδων, codd. P5. D5. κρανίδαν, Steph. al. κρανιάδαν. Κρανίδων, quod Reiskio *animadv.* p. 147 placuit et Ahr. I. dederat, adversatur metro: cf. Mosch. III, 29. Κραναιᾶν defendunt verba Odyss. XVII, 240. Nihil autem impedit, quominus simulacra Priapi ac Nympharum aut certe ,,imagunculas rudi artificio edolatas" in hac scaena Theocritea fingi existimemus. Vide Mein. p. 175 contra Ahrensium, Philol. VII p. 408, disputantem et Alciphr. fragm. VI, 4, p. 80 Mein. ἀπὸ τῆς πέτρας ὕδωρ ἀκήρατον ἐστάλαττεν. ἐπὶ δὲ ταῖς ἐξοχαῖς τῶν πετριδίων Νύμφαι τινὲς ἵδρυνται καὶ Πὰν οἷον κατοπτεύων τὰς Ναΐδας ὑπερκύπτων.

24. **ὡς ὄκα κτλ.**] *ut tum, quum contendens cum Chromide Libyco cecinisti.* Ὡς ὄκα [codd. k. cet. Ahr. p. 5] explana ὡς τότε, ὅτε. ,,Ita particulae ὡς ὅτε coniunctae leguntur apud Pindarum [Nem. VIII, 40. IX, 16.] et *ut quum* apud poetas Latinos, e. gr. Tibull. III, 4, 33 [ubi Lachmannus quidem et Hauptius, *et quum*, quamquam voc. *ut* postulatur versu 31]." Haec adnotavit Kiesslingius, commendans ὡς ὄκα, receptum a Mein. II. III. Ahr. I. II. al. Non apte Steph. et qui eum sequuntur (velut Valck. I. II. Gaisf. Briggs. Mein. I.) ὥς ποκα, quod est in cod. D et cod. 6 *sup.* Illatum olim illud ποκα e Theocr. VII, 78 credibile est. — De verbo ἐρίζω cf. adn. ad V, 23. — **Ὁ Λιβύαθε Χρόμις** dicitur ut e. gr. Plat. Gorg. p. 495 D. Σωκράτης ὁ Ἀλωπεκῆθεν. Cf. Goettl. ad Hesiod. ἔργ. 1 Μοῦσαι Πιερίηθεν. Cic. II. Verr. I, 6, 17 *hinc* homines maxime illustres. Naev. bell. Pun. I. frg. 6 multi alii e Troia strenui viri. Cic. Cat. mai. VII, 24. Cic. II. Verr. I, 59, 154. Holtz., *synt. prisc. script. Lat.* I. p. 50. Nihil miri habet pastor e Libya in Siciliam adscitus, sive captivus ille sive homo liber. ,,Quid, quod etiam capris Libycis pastores Siculi usi sunt?" Cf. Theocr. III, 5. Calidius Hartungius e coni. F. C. Matthiae Λιλύβαθε (cf. Ahr., Phil. VII p. 408) edidit. — **Χρόμις** nomen est Iliad. II, 858: hinc illud fluxit in Verg. Ecl. VI, 13. Aeneid. XI, 675. Ovid. Met. XII, 333. Χρῶμις est Long. IV, 38 p. 144. Sch.

25. **ἐς τρίς**] *ad mulgendum tibi dabo* (i. e. *concedam*, id quod dico propter Theocr. VIII, 86) *non semel tantum bisve, sed adeo ter.* Homerus quidem praep. εἰς ad numerum terminandum non ita adhibuit: at adhibuerunt e. gr. Pindarus (Ol. II, 68) et Xenophon (Anab. VI, 2, 16. VI, 2, 19) itemque Theocritus II, 43. XVII, 72. Cf. ἐς δύο versu proximo.

ἅ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας,
καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέι κηρῷ,

26. ἅ δύ' ἔχ. κτλ.] *quae quamquam* „*binos alit ubere foetus*" (Verg. Ecl. III, 30), *tamen lacte suo, quoties mulgetur, mulctras adimplet binas.* De participio cfr. Theocr. XIII, 60, de accusativo πέλλας *La Roche, stud. Hom.* p. 30. Krueger. gr. Gr. I, 2 § 46, 6 et II, 2 § 46, 7 ed. 1862. Homerus quidem dicit, Iliad. IV, 434, ὄϊες ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν. — De numerali ἐς δύο cf. Krueger. I, 2 § 68, 21, 9. Thuc. VIII, 73 ἐγένοντο ἐς τριακοσίους ξυνωμόται, Krueger. ind. Thuc. p. 262 ed. 1858. Non recte Steph., *imitt.* p. 60, „*in mulctras* binas mulgebitur illa". Haec adnotare iuvat, quum videam manum viri docti (Schaeferi, si recte coniicio) in exemplo ed. Valck. 1773, quod in bibl. nostra Paulina asservatur, adscripsisse: „fortasse spurius versus, quem qui procudit, legit v. 25 ἐς δίς" [quod Appian. Mithr. 78 dixit]. — ποταμέλγεται] Praesens, cui favet cod. k. ποτ' ἀμέλγεται, ex cod. P. post Ahr. I. II. Mein. III. Hart. pro ποταμέλξεται (codd. rell. et edd. prr. Mein. I. II. Am. al.) nunc quoque tenui. Cf. adn. I, 19 et Ahr., Phil. VII p. 408.

27. καὶ β. κισσ.] Κισσύβιον est vas pastorale ligneum, antiquitus ex hedera confectum (κίσσινον ποτήριον, Athen. XI p. 476, F), cui apud Homerum lac infunditur, quo ad bibendum ruri homines utuntur: Odyss. IX, 346. XIV, 78. Athen. XI p. 498, F. Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος φησὶν ὅτι τῷ σκύφει καὶ τῷ κισσυβίῳ τῶν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καὶ νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ ὡς Εὔμαιος [Odyss. XIV, 112] πλησάμενος δῶκε σκύφος, ᾧπερ ἔπινεν. De forma huius vasis, quod *scyphum* quoque (v. 143) appellare licet, et de ornamentis, quae in eo esse versu 29 et sqq. dicuntur, accurate disputavi in proecdosi p. 35 sqq. Ibi quae de sententia virorum, qui in his studiis vitae tabernaculum posuerunt, clarissimorum, imprimis Ludolfi Stephani, exposui, ea postea quoque peritissimis quibusque viris probata esse cognovi, nominatim Io. Overbeckio, collegae meo. Itaque lectores ad librum illum a. 1857 editum ablego. Tantum moneo. Qui descriptionem scyphi a me exhibitam propter verba βαθύ, κεκλυσμένον ἁδέι κηρῷ (v. 27) falsam esse dixerunt (velut Ribbeckius, Mus. Rhen. XVII p. 550, Gebauerus 1861 p. 201, ut omittam Hartungii p. 347 paene puerilem scrupulum), refutati illi iam a Kreusslero p. 8, contemplentur modo scyphorum antiquorum figuras a me in proecd. p. 35 indicatas vel illas, quae sunt in l. Gerhardi, *Berl. ant. Bildw., tab.* I. n. 28 coll. p. 263. Relegant iidem libellum Rumpfii, *Beitr. z. homer. Worterkl.* (Giss. 1850) p. 1 sqq. et opus praestantissimum O. Iahnii, *Beschr. d. Vasensamml. Kön. Ludwigs zu München* p. XCIX. — βαθὺ] non vulgari ambitu, sed magnitudine amplissima scyphus est, eoque nomine commendatur. Iliad. XI, 560 βαθὺ λήιον. Theocr. XIII, 35 βαθὺν κύπειρον. Eurip. Hipp. 1139 βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν. Imprimis compara Soph. Ach. Conv. fragm. 149 Dind. φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν κρητῆρα. Hor. Epod. IX, 33. Ovid. Met. III, 172 laticem funduntque capacibus urnis. Eur. Cycl. 390. — κεκλυσμένον] *cera imbutum:* quod ita fieri potuit, ut patera cerae liquefactae immergeretur. Mein. — ἁδέι]

ἀμφῶες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.
τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,
κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος· ἁ δὲ κατ᾽ αὐτόν

Cf. Odyss. XII, 48 *κηρὸν δεψήσας μελιηδέα*. Theocr. I, 128—129.

28. *ἀμφῶες*] Vide Iahnium l. l. p. XCIX. Athen. XI p. 500 A. *ὕστερον κατὰ μίμησιν εἰργάσαντο κεραμέους τε καὶ ἀργυροῦς σκύφους. ὧν πρῶτοι μὲν ἐγένοντο καὶ κλέος ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι λεγόμενοι —. ἔπεστιν ἐπὶ τῶν ὤτων αὐτοῖς ὁ λεγόμενος Ἡράκλειος δεσμός.* Neque enim sufficiunt, quae scripsit Valck. Ep. ad Roev. p. XXV. — *νεοτευχές*] Iliad. V, 194 *δίφροι καλοί, πρωτοπαγεῖς, νεοτευχέες.* — *γλυφάνοιο*] Ita explanat quod modo dixerat *νεοτευχές*, *caelum* sive *manum sculptoris adhuc redolens*. Valck. I. *Fraichement ciselée et sortante des mains de l'artiste.* Gail. 1792. Cf. Varr. apud Non. p. 19, 17 scyphus caelo dolatus. — *ποτόσδον*] Cf. I, 149 *θᾶσαι . . ὡς καλὸν ὄσδει.* Apte Mein. comparavit omissam ab Ahr. imitationem Nonni, Dion. V, 578: *εὐκελάδου δὲ Λήμνιος ἀρτιτέλεστον ἔτι πνείοντα καμίνου ποικίλον ὅρμον ἔτεινε πολύχροον Ἀμφιγυήεις.* Nonn. Dion. X, 312 *τηλίκον ἔλλαχε κάλλος ὁ βουκόλος, ὃν σὺ τραπέζῃ αἰθερίῃ ξύνωσας ἔτι πνείοντα βοαύλων.* Ibid. XIX, 130 (*οἶνον*) *ἄγων ἔστησε βαθυνομένῳ κενεῶνι ληνὸν ἔτι πνείοντα νεώτερον ὄγκον ὀπώρης.* H. Stephanus: „negari non potest", inquit, „quin nonnulli sint apud Theocritum idiotismi, quibus nihil elegantius, nihil venustius apud ullum Graecum scriptorem inveniri possit, quorum e numero est illud *ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.*" Theocritum imitatur Verg. Ecl. III, 38.

29. *τῶ*] Genetivum Harl. Schaef. Gaisf. et editores recentissimi e codd. a. cet. (Ahr. p. 5) iure post Call. Steph. Apel. Heins. al. revocaverunt pro dativo *τῷ* (codd. s. cet. edd. Ald. Iunt. Valck. I. II.) vel genetivo *τοῦ* (codd. v. cet. ed. Med.). Cf. e. gr. Iliad. XI, 24. XVIII, 481. — *χείλη*] Odyss. XV, 116. IV, 132. IV, 616 de cratere: — *χρυσῷ δ᾽ ἐπὶ χείλεα κεκράανται.* Hesiod. *ἔργ.* 97. Arist. Ach. 459. — *μαρύεται*] Verg. Ecl. VIII, 12 hanc sine tempora circum inter victrices hederam tibi *serpere* lauros.

30. *κισσὸς*] Repetitur vocabulum ultimum versus proximi, ut e. gr. Bion. I, 50 sq. *ἐπεὶ σύ με δύσμορε φεύγεις, φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι.* Ibid. 88 sq. *οὐκέτι δ᾽ Ὑμάν, Ὑμὰν οὐκέτ᾽ ἄειδε.* Tib. I, 5, 1 vos tenet, Etruscis manat quae fontibus *unda, unda* sub aestivum non adeunda canem. Verg. Ecl. VIII, 55—56 sit Tityrus *Orpheus, Orpheus* in silvis. Aen. X, 180—181 sequitur pulcherrimus *Astur, Astur* equo fidens et versicoloribus armis. Ovid. Met. III, 629 630. Ovid. Met. II, 216—217 silvae cum montibus *ardent: ardet* Athos Taurusque. Met. II, 613—614. Cf. Theocr. XIII, 44. — *ἑλιχρύσῳ κεκον.*] *floribus helichrysi* (vide proecdosin p. 35. Schol. Nic. Ther. 625) *fulvis sive aureolis*, qui quidem hederae foliis intertexti sunt, *leviter conspersus*, sicuti pulvisculus alicui rei inspergitur. *Κεκονιμένος* (Hesiod. *ἔργ.* 481) nunc scripsi e codd. p. cet. (Ahr. p. 5) pro *κεκονισμένος* (codd. k. cet. et edd. prr.), quod Niclas ad Geop. XI, 3 tom. III p. 825 non apte de pulvere auripigmento sparso accepit. *Κεκομημένος* coniecit Alph. Hecker., Philol. V p. 416, quod properantius Ahr. II. recepit, postquam Philol. VII p. 409

καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
ἔντοσθεν δὲ γυνά, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,

pluribus de eo disputavit. Cobet. *varr. lectt.* p. 130 maluit κεκυλισμένος, *hedera helichryso volutata*, Meinekius κεχροισμένος, quam coniecturam a me in proecdosi p. 35 commendatam nunc, re diu ac multum considerata, ne Vergilii quidem verbis (Ecl. II, 50 mollia luteola *pingit* vaccinia calta) stabiliri censeo, quamvis possis etiam proferre Cul. 142: ,,ipsaeque (hederae) excedunt ad summa cacumina lentae *pinguntque* aureolos viridi pallore corymbos''.

30—31. ἁ δὲ κατ' αὐτὸν κτλ.] *claviculae autem hederae secundum ipsam hederam volvuntur (serpunt) bacca hederae crocea gestientes, superbientes, sese conscientia pulcritudinis efferentes.* — Ἕλιξ haud secus atque καρπῷ (cf. id. V, 125) numero singulari dicitur *(das Geranke, le ramage)*, ut e. gr. Ovid. Met. IV, 410: non illas pluma *(,,plumage'')* levavit. Cic. Nat. D. II, 47, 121 (cf. Theocr. VII, 66), significatque claviculas (Cic. Cat. m. XV, 52) hederae vel capreolos (Varr. R. R. I, 31, 4). Ovid. Met. VI, 128 ultima pars telae ... *nexilibus* flores *hederis* habet intertextos. Cum articulo v. 30 ἁ substantivo suo pluribus interiectis verbis separato cf. Theocr. VII, 7 ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν —, ubi sunt verba pariter in versu Adonio posita, et VII, 80—81. VII, 145—146. VII, 138—139, Kreussleri adnotationes p. 11 et Krueger. gr. Gr. II, 2 § 50, 3, 3. Odyss. XX, 7 ταὶ δ' ἐκ μεγάροιο γυναῖκες ἤϊσαν. Ut apud Theocritum h. l., ita post caesuram bucolicam legis Iliad. XXIII, 474 αἱ δέ τ' ἄνευθεν ἵπποι ἀρσίποδες πολέος πεδίοιο δίενται. — Hesiod. scut. 229 ταὶ δὲ μετ' αὐτὸν Γοργόνες —. Ahr. II. e coni. scripsit κατ' αὐτό, quum idem, Schneid. Philol. VII p. 409, κατ' αὐτόν (quod exhibuit in ed. I., perinde atque Mein. I. II. III. al.) *ex adverso* explicasset, id quod damnat Mein. p. 181. Greverus coniecerat κάτωθε, Sauppius, *epist. crit. ad Herm.* (Lips. 1841) p. 30, κατ' αὐτῶν, scil. τῶν χειλῶν, Gebauerus 1861 p. 200 ἁ δὲ καὶ αὐτά, Meinek. ἁ δὲ κατ' ὤτων. At nihil mutandum. Nam praepositio κατὰ eodem iure usurpata est atque e. gr. Theocr. I, 43. Boissonadio vero nemo credet ad Nicet. Eug. tom. II p. 75 κατ' αὐτόν explicanti ἁ ἕλιξ αὐτοῦ, ἁ τοῦ κισσοῦ ἕλιξ. — καρπῷ] *baccam hederaceam* (ut appellat Colum. R. R. VIII, 10, 4) intellige. — ἀγαλλομένα] *fier des fruits dorés.* Gail. 1792. Prop. V, 5, 22 et quae sub Tyria concha *superbit* aqua. Odyss. V, 176 νῆες — ὠκύποροι περόωσιν ἀγαλλόμεναι Διὸς οὔρῳ. Iliad. II, 462. Mosch. II, 59 ὄρνις ἀγαλλόμενος πτερύγων πολυανθέι χροιῇ. — κροκόεντι] Cf. proecdosin p. 35 et Plin. H. N. XIV, 34, 62 hedera nigra, semine crocato, a Graecis chrysocarpon dicta. Nonn. Dion. XIX, 128 τοῦ περὶ χείλεος ἄκρον ἐπ' ἀμπελόεντι κορύμβῳ κισσὸς ἑλιχρύσοιο πέριξ δαιδάλλετο κόσμῳ. De verborum collocatione artificiosa, qua vocabula καρπῷ et κροκόεντι in principio et fine versus posita ita complectuntur verba reliqua, ut sit re vera versus in se teres atque rotundus, cf. Theocr. XXV, 277.

32. ἔντοσθεν] Contrarium huius voc. est ἔκτοσθεν. Significat igitur id, quod *intus* est, sicuti Theocr. II, 39. *Intus* scilicet, *in fundo* scyphi, eae quae versibus 32 sqq. designantur figurae expressae sunt, *in medio*, ut dicit Theocritum imitans Vergilius, Ecl. III, 40 et 46. Ibi autem, quantumvis profundus esset

ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι. πὰρ δέ οἱ ἄνδρες
καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος

scyphus, potuisse ab artifice fingi figuras mulieris eiusque amatorum, docet adspectus eius scyphi vel cissybii, quo Ulixes Polyphemo vinum bibendum praebuit (Od. IX, 346 sqq.), quale apertum vides in tabula Overbeckii (*Gall.* tab. 31), docent idem vasa quae exstant plurima. Vide Mein. p. 181, qui tamen nimium tribuens vocabulo *παντᾷ* (v. 55) imagines omnes in fundo interioris vasculi effictas fuisse statuit. Nec erat cur Ameisius in Iahnii ann. 1845, XLV p. 224 rideret *Clachetium* l. l. *ἔντοσθεν* „*en dedans*" explicantem. Est igitur voc. *ἔντοσθεν* eadem vi positum qua e. gr. Iliad. IV, 454 (*ἐς μισγάγκειαν ξυμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ — κοίλης ἔντοσθε χαράδρης*) atque Quint. Smyrn. XII, 518 (*ἐν δὲ λύκοι καὶ θῶες ἀναιδέες ὠρύσαντο ἔντοσθεν πολέων*). Non temere autem voc. *ἔντοσθεν* in universae descriptionis principio collocatum est: facit enim lectorem suspensum dum legat ea, de externa parte vasis quae narranda sint (v. 39). Ceterum cave ne voc. *ἔκτοσθεν* sic accipias, quasi hoc sibi poeta velit: „si ab interna parte contemplari incipis", ad quam explicationem ducatur quispiam collatis verbis Pausaniae, V, 17, 7. Ibi enim hoc de cista Cypseli scriptum est: *ἀρξαμένῳ δὲ ἀνασκοπεῖσθαι κάτωθεν τοσάδε ἐπὶ τῆς λάρνακος ἡ πρώτη παρέχεται χώρα.* At diserte ibi *ἀρξαμένῳ ἀνασκοπεῖσθαι* additur. Diversas hominum doctorum de h. l. sententias in ADD. indicabo. — *τὶ θ. δαίδαλμα*] *tam pulcra, ut eam* „*dii immortales fabricati videantur*" (Cic. Nat. D. I, 2). De pronomine enclitico ante substantivum suum collocato vide Theocr. VII, 11. Soph. Ant. 159 Dind. (*χωρεῖ, τινὰ δὴ μῆτιν ἐρέσσων*). Paus. I, 44, 9 (*κατά τι δὴ λόγιον*), Arist. Ran. 154 (*ἐντεῦθεν αὐλῶν τίς σε περίεισιν πνοή*): de accentu cfr. Lobeck. pathol. el. part. post. p. 331. — *Δαίδαλμα*, pro quo Mein. p. 182 *θεῶν ἴνδαλμα* coniecit, Hart. *θεῶν εἴδαλμα* adeo recepit, vindicatur comparatione Theocr. XV, 79 vel Eustath. Macremb. I, 5 p. 163 ed. Herch. (*ξυνεπεκάθητο τῷ φρέατι χελιδὼν καὶ ταώς — ἃ πάνθ' Ἥφαιστος ἐχαλκούργησε καὶ Δανδάλου χεὶρ ἐτεχνούργησεν*) verbisque Nonni, qui totius huius descriptionis memor in versu supra laudato (ad v. 30—31) *δαιδάλλετο* scripsit. Norunt omnes illud Schilleri: *wie ein Gebild aus Himmelshöhn*, quod, dudum his scriptis, a Buechelero quoque in Iahnii annal. 1860, LXXXI p. 366 comparatum animadverti. Cf. Stat. Silv. I, 1, 2—3.

33. *ἀσκητὰ*] *κεκοσμημένη.* Schol. Adiectivo, quod apud Homerum duobus illis ubi legitur locis (Odyss. XXIII, 189 et Odyss. IV, 134) rem affabre factam significat, Theocritus ita usus est, ut Homerus participio, Iliad. X, 438: *ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται.* Aesch. Pers. 182: *ἡ μὲν πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη.* Eur. Hel. 1379. Soph. El. 452 *καὶ ζῶμα τοὐμὸν οὐ χλιδαῖς ἠσκημένον.* Plura vide apud Blomf. gloss. Pers. p. 116 (v. 187). — *ἄμπυκι*] Cf. Iliad. XXII, 469.

34. *καλὸν*] epice, ut e. gr. Odyss. I, 155. VIII, 266. Iliad. XVIII, 570. Odyss. XIX, 519. X, 227. Theocr. I, 46. V, 46. V, 135 al. De prosodia vocabuli cf. adn. ad id. VI, 19. — *ἐθειράζοντες*] Cf. e. gr. Iliad. II, 323 cet. *κάρη κομόωντες Ἀχαιοί.* — *ἀμοιβαδὶς*] *λόγοις ἐρίζουσι πρὸς ἀλλήλους κατὰ ἀμοιβήν, περὶ αὐτῆς τὴν ἔριν ποιούμενοι δηλονότι.* Schol. Homerus dicit *ἀμοιβηδίς*: Iliad.

νεικείοισ' ἐπέεσσι. τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς·
ἀλλ' ὄκὰ μὲν τῆνον ποιδέρκεται ἄνδρα γελᾶσα,
ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

XVIII, 506 ἀμοιβηδὶς δὲ δίκαζον. Odyss. XVIII, 310. Ahrens. adn. cr. p. 5 fortasse rectius e cod. P. ἀμοιβαδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ scribi existimat. Sed similitudo formae Homericae facit ut vulgatam h. l. praeferam. Ita etiam Apoll. Rhod. IV, 199 ἀλλ' οἱ μὲν διὰ νηός, ἀμοιβαδὶς ἀνέρος ἀνὴρ ἑζόμενος, πηδοῖσιν ἐρέσσετε. — ἄλλοθεν ἄλλος] Odyss. XII, 392 νείκεον ἄλλοθεν ἄλλος [ἄλλον, Bekk.]. Cf. et Theocr. VI, 46.

35. νεικείουσ' ἐπ.] Imagines ita ad vivum expressae sunt, ut res quae describuntur ipse praesens videre, altercantium verba audire tibi videare. Valet idem de proximis, v. 36 ὀκὰ — ἄλλοκα, v. 38 δηθά, v. 51 φατί, v. 49 φοιτῇ. Vide van Driel. l. l. Serv. ad Verg. Aen. I, 483 („*ter* circum Iliacos raptaverat Hectora muros“): hoc ad Aeneam referendum est, qui sciebat. Sed apud auctores multa ad sensum, non ad adspectum possunt referri. Tertio enim tractum intelligere possumus, non in pictura conspicere. Serv. ad Aen. VIII, 634 de clypeo Aeneae („fecerat et viridi fetam Mavortis in antro procubuisse lupam — tereti cervice reflexa *mulcere alternos* et corpora fingere lingua“): non, quod in pictura erat, dicit, sed id, quod intelligimus factum fuisse. — τὰ δ'] Cf. e. gr. Odyss. XXIII, 152 τὰ δ' οὐκ ἴσαν ὡς ἐτέτυκτο. Theocr. XXII, 167.

36. ἀλλ' ὄκὰ] Hanc Schaeferi 1809 emendationem cum Wuestem. Mein. I. II. Hartung. pro ἄλλοκα (ut edd. prr. Call. Steph. Heins. Valck. I. Aug. Iacobs. Boiss. I. II. Am. Ahr. I. al. et codd. D. cet. Ahr. p. 6) recepi. Mutato accentu ὄκα Brunck. Valck. II. Ahr. II. Mein. III. cum codd. p.ᵃ et v.ᵃ ? et de coni. Heinsii, *lectt. Theocr.* p. 297. Comparavit Brunckius, *anal.* III, 2 p. 65, Iliad. XI, 64 ὡς Ἕκτωρ ὅτὲ [ita Bekker.] μέν τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκεν, ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι κελεύων. Iliad. XVIII, 599—602. Iliad. XX, 49—50. Apollon. Rhod. IV, 945—946. Oppian. Hal. V, 401—2. Idem Theocr. IV, 17 Schaeferus restituit.

36—37. τῆνον — τὸν] Cf. Mosch. III, 79 sqq. χὠ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα — κεῖνος δ' οὐ πολέμους. Ameis. *de art.* p. 8. Ovid. Met. I, 293 occupat *hic* collem, cymba sedet *alter* adunca.

37. δ' αὖ] Cf. adn. ad I, 75.

38. δηθὰ] Vocabulum saepe ab Homero adhibitum (Od. VII, 152 cet.) frustra praeter h. l. in Theocriteis carminibus quaeres. Color epicus, qui ex tota hac parte carminis elucet, tulit etiam verba epica. — κυλοιδιόωντες] οἰδοῦντες τὰ κύλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς. συμβαίνει γὰρ τοῖς ἀγρυπνοῦσιν ὡς ἐπίπαν οἰδαίνειν τὰ κύλα· ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀναγκαίως δι' ἔρωτα πάσχουσι. Ita recte schol. Cfr. Curtius, Etym. I p. 127. Nam nihili est, quod Doederl. gloss. Hom. I p. 249 κυλοιδιᾶν hic et Arist. Lys. 472 verborum λοιδορεῖν et νεικείειν synonymum esse dicit et *convicia iactare* explicat. Nec recte Cunichius: „ignem oculis iactant tremulis frustraque laborant“. Heliodorus IV, 7 de puella amante: γνώριμον ψυχῆς εἶναι τὸ πάθος καὶ τὴν νόσον ἔρωτα λαμπρόν. οὐχ ὁρᾷς ὡς κυλοιδιᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ βλέμμα διέρριπται; Vide et Nic. Alex. 478. — ἐτώσια μοχθ.] Redit idem Theocr. VII, 48. Qua arte Theo-

τοῖς δὲ μετὰ γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
λεπράς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει

critus hoc idyllium elaboraverit, etiam versibus spondaicis, quos ille in hoc carmine non fecit nisi auxilio verborum laborem durum (h. l.) vel sonum tristem (v. 71. 75. 136) significantium, declaratur: nam v. 65 *ἀδέα* legendum. Liberiorem talium versuum usum id. XIII, 42—44 animadvertere licet.

39. *τοῖς δὲ μετὰ κτλ.*] Iam describuntur imagines in externa parte cissybii expressae, ut exposui in proecdosi p. 36 sqq. In parte altera rupes et piscator rete trahens conspicitur, in parte altera ansis utrinque a priori superne leviter separata vinea est puerulusque custos et vulpeculae astutae (v. 45). Editores nuperrimi (Ahr. II. Mein. III. Hart.) certatim scripserunt *τὼς δὲ μετὰ*, coniecturam Dieterici Fabricii, *Beitr. z. Erkl. d. Theokr.* (Dresd. 1844) p. 7, quam speciose munias comparatis verbis Paus. V, 17, 9: *μετὰ δὲ τοῦ Ἀμφιαράου τὴν οἰκίαν ἐστὶν ἀγὼν κτλ.* At nondum explosa est explicatio verborum *τοῖς δὲ μετὰ* Schaef. ed. 1809 p. 187, a me in proecdosi defensa. Nam praepositione *μετὰ* ita cum dativo coniuncta *accessio rerum* significatur, ut Latina praepositione *ad* et alii scriptores utuntur et Livius, e. gr. XXVI, 45: *ad id*, quod sua sponte . . . trahebatur aqua, acer etiam septentrio . . . stagnum eodem quo aestus ferebat. Exempla Latinae praepositionis *ad* vide apud Weissenborn. ad Liv. III, 7, 8. Fabr. ad Liv. XXI, 49, 7. Hand. Tursell. I, p. 96. Et Handius quidem: ,,usurpatur'', inquit, ,,praepositio *ad* de eo, quod alicui rei additum est, aut simul cum ea exstat. Quo pertinent formulae *ad cetera*, *ad id*, *ad omnia*, quae commode quidem explicari possunt per praepositionem *praeter*.'' Ita equidem ego *τοῖς δὲ μετὰ* h. l. verto: *ad hos*, vel quo clarior res sit *praeter hos*, sicuti Schaeferus. Id recte factum esse non negabit, intentis oculis qui inspexerit Theocr. XVII, 83—84, ubi *ἐπὶ* et *μετὰ* praepositiones variandae orationis causa ita, ut eandem fere significationem habeant, usurpatae sunt, quique cum his Theocr. XXV, 93—94, ubi *μετὰ* et *ἐπὶ* item sese excipiunt, contulerit. His adde Theocr. XXV, 129. Odyss. XVII, 285 et V, 224 *μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω*, cuius loci interpretationem ab Ameisio propositam probare non possum. Sed nescio an non possit comparari fragm. Cypriorum ab Athenaeo VIII, p. 334 C servatum: *τοῖς δὲ μετὰ τριτάτην Ἑλένην λάβε* (ita enim pro *τέκε* e coni. Schneidewini legendum). — Accentum praepositionis *μετὰ* pro *μέτα* primus posuit Ameisius. Cf. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 68, 4, 2. K. Lehrs. *quaestt. ep.* (Regim. 1837) p. 75. Theocr. II, 48. VI, 20. — *γριπεύς*] Vere quum alii dixerunt, tum Deiters. *de Hesiod. scuti Herc. descriptione* (Bonn. 1858) p. 7 Theocritum hic intueri in exemplum Hesiodi, scut. Herc. 213: *ἐπ' ἀκταῖς ἧστο ἀνὴρ ἁλιεὺς δεδοκημένος· εἶχε δὲ χερσὶν ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον, ἀπορρίψοντι ἐοικώς.* — De particulis *τε — τε* cf. adn. ad Theocr. II, 77.

40. *λεπράς*] aspera et undarum appulsu exesa (non *λευκή*, ut quaedam schol.). Oppian. Hal. III, 340 *ἀγαθὸς δέ τοι ἔσσεται ἰχθὺς κάνθαρος, ὃς πέτρῃσιν ἀεὶ λεπρῇσι γέγηθε.* Adiectivi *λεπρός* antiquis epicis plane inusitati formam feminini generis *λεπράς*, qua ut substantivo Oppian. Hal. I, 129 utitur, similibus formis Lobeckius vindicat, pathol. prol. p. 441. — *ἐς βόλον*] *ad capturam*

ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.
φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν·

piscium. Informandum esse senem in littore stantem et rete per fluctus trahentem, nunc persuasit mihi Meinekius consideranti Aesch. Pers. 424 τοὶ δ᾽ ὥστε θύννους ἤ τιν᾽ ἰχθύων βόλον ἀγαῖσι κωπῶν ... ἔπαιον. Plut. Sol. 4 Κώων καταγόντων σαγήνην καὶ ξένων ἐκ Μιλήτου πριαμένων τὸν βόλον. Suet. rhet. 1 ,,adolescentes ... piscatores trahentes rete adierunt et pepigerunt, *bolum* quanti emerent. Nummos solverunt. Diu exspectaverunt, dum *retia extraherentur. Aliquando extractis,* piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta.'' Kreusslerus similiter p. 9 piscatorem dicit rete attrahere in spem largae capturae. Contra vetus interpres εἰς βόλον explicat: εἰς ἄγραν, εἰς τὸ ῥῖψαι αὐτὸ ἐπὶ ἄγρᾳ ἰχθύων, deceptus, ut opinor, verbis Hesiodi ad v. 39 allatis — ἀπορρίψοντι ἐοικώς. Vide Kreussler. l. l.

41. ὁ πρέσβυς] De vi articuli dixit Ostermannus in Iahnii annal. 1858, LXXVIII p. 361. Cfr. e. gr. Iliad. I, 33 ὣς ἔφατ᾽· ἔδδεισεν δ᾽ ὁ γέρων et Iliad. I, 35 πολλὰ δ᾽ ἔπειτ᾽ ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ᾽ ὁ γεραιός. Theocr. XXV, 1. C. Hentze, *de pron. relat. Gr. ... usu Hom.* (Gotting. 1863) p. 9 et quae accuratissime collegit Krueger. gr. Gr. II, 2 § 50, 3, 4. — τὸ καρτερὸν] transit in notionem adverbii καρτερῶς. Arist. Acharn. 622 dicit ταράξω κατὰ τὸ καρτερόν. De usu Theocriteo cf. id. III, 3 et III, 18 τὸ καλόν *(pulcre)* atque adn. ad I, 15. Lucianus Amor. 25 ὑάκινθοι τὸ καλὸν ἀνθοῦντες. Callimachi epigr. 52 τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον, εἰ μὲν ἔμ᾽ ἔχθει, τετράκι μισοίης, εἰ δὲ φιλεῖ, φιλέοις (cf. *de poet. Gr. bucol.* p. 6). Sed non potest comparari Aesch. Prom. 212 ὡς οὐ κατ᾽ ἰσχὺν οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν χρείη, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερτέρους [Herm. pro ὑπερέχοντας] κρατεῖν. Versum Sophocleum autem, Oed. Col. 1640, a Nauckio in cancellos coniectum, ὦ παῖδε, τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φρενὶ [non φέρειν, ut e. gr. Schneidew.] χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε, Hermannus recte explicavit: ,,id quod generosum est animo subeuntes''. — ἐοικώς] Saepe sic dicitur de artis operibus. Hesiod. scut. 215 ἀπορρίψοντι ἐοικώς. ibid. 228 αὐτὸς δὲ σπεύδοντι (cf. Theocr. I, 40) καὶ ἐρρίγοντι ἐοικὼς Περσεὺς Δαναίδης ἐτιταίνετο. Apoll. Rhod. I, 738 Ζῆθος μὲν ἐπωμαδὸν ἠέρταζεν οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη μογέοντι ἐοικώς. Ex his exemplis a Iacobsio allatis simul intelligitur, quid de hiatu qui videtur, ἀνδρὶ ἐοικώς, statuendum sit, quum littera Aeolica vocabulum veteres protulerint posterioresque poetae epici hunc usum observaverint. Quemadmodum est e. gr. Odyss. XI, 606 vel Iliad. I, 47 νυκτὶ ἐοικώς, ita constanter Theocritus in versus exitu I, 86 ἀνδρὶ ἔοικας, XVII, 63 πατρὶ ἐοικώς, XV, 110 Ἑλένῃ εἰκυῖα. At XXII, 154 ἀριστήεσσιν ἔοικε et in versu medio XXV, 39 κακοῖσιν ἐοικότα atque XXII, 73 ὀρνίθεσσιν ἐοικότες, item littera longa correpta XXII, 180 τοι ἔοικε, brevi elisa XXII, 57 τόδ᾽ ἔοικεν, denique VII, 14 ἔξοχ᾽ ἐῴκει, quamquam legimus Odyss. I, 208 κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας et similia.

42. φαίης κεν] Iliad. III, 220 φαίης κε ζάκοτόν τέ τιν᾽ ἔμμεναι. Iliad. XV, 697 φαίης κ᾽ ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν ἄντεσθ᾽ ἐν πολέμῳ. Iliad. III, 392. Odyss. III, 124. Quum autem Theocritus nusquam praeter h. l. φαίης, semel in carmine ionico XII, 13 φαίη κε dixerit, ceterum hunc optativum non usurpaverit,

ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες
καὶ πολιῷ περ ἐόντι, τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἅβας.
τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἁλιτρύτοιο γέροντος
πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά,
τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει

ego non dubito quin, quum epico more narrentur res, Homeri auctoritate impulsus κεν scripserit (id quod est etiam in codd. optimis dederuntque edd. prr.), non κα, quod Ahr. I. II. Hart. e coni. varia lectione cod. P. καὶ parum firmata ediderunt. Cf. et Theocr. XXV, 115 coll. e. gr. Ovid. Met. I, 242 in facinus iurasse *putes*. Ibid. V, 193 adapertaque velle ora loqui *credas*. Ibid. V, 6 assimilare freto possis. Contra ibid. I, 162 scires e sanguine natos. Sall. Cat. 61 confecto proelio — tum vero cerneres.

43. ὧδε] Compara Theocr. XXV, 133 ut Heinsium, Reiskium, Valckenarium I. II., quos excepto Briggsio recentiores fere omnes secuti sunt, ᾧδε codd. tantum non omnibus et edd. prr. firmatum recte pro αἱ δὲ (cod. p. edd. Call. Steph. Wintert. al.) scripsisse intelligas.

44. καὶ πολ. κτλ.] Odyss. XXIV, 499 καὶ πολιοί περ ἐόντες. — ἄξιον ἅβας] ἄξιόν ἐστι νέῳ τινὶ εἶναι (schol.), robur est, quod ne iuvenem quidem dedecoraret.

45. τυτθὸν δ' ὅσσον κτλ.] Hinc incipit designatio areae eius, quae respondens superiori (v. 39 sq.) in parte altera externa vasis conspicitur, *exiguo ansarum* spatio a priore separata, ut saepe factum est in vasis antiquis. Recte schol. τοσοῦτον διάστημα ὅσον ὀλίγον. Iliad. IX, 354 ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν, ibique Faes. Arist. Vesp. 213 τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην; Theocr. XXII, 195. Vide etiam Krueger. ad Thuc. I, 111, 1. Xen. Anab. VII, 2, 5. Adi. τυτθός proprie usurpatum fuisse a Thessalis schol. ad Iliad. XIII, 466 scripsit. Theocriti aequalibus ex Homeri carminibus (Odyss. I, 435 cet.) satis notum fuit vocabulum. De eius origine vide Curt. Etym. II p. 80. — ἁλιτρύτοιο] Plin. Ep. II, 3 nos, qui in foro verisque litibus *terimur*, multum . . . addiscimus. In vineae descriptione, id quod Deitersius quoque l. l. statuit, nemo non agnoscet vim scuti Achillei, Iliad. XVIII, 561 ἐν δ' ἐτίθη σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν (Theocr. v. 46), καλήν, χρυσείην· μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν.

46. πυρναίαις] *colore badio* vel *spadice* uvae sunt, qualis est ferme color uvarum passarum, qualis est etiam color *panis triticei* (πύρνου, Odyss. XV, 312), quo colore uvarum maturitas proditur. Ita Ostermannus quoque in Iahnii annal. 1858, LXXVIII p. 361. Quare schol. ταῖς περκαζούσαις ἢ τροφίμοις. Πυρναίαις, quod est in codd. et antiquis edd. omnibus, nunc restitui pro πυρραίαις, quod in priore ed. e coniectura Ahr. II., quem vide Phil. VII p. 410, scripseram. Nulla enim ratione vocabulum recte formatum mutatur. Briggsius περκναῖσι, Meinekius πυκναίαις coniectavit. — βέβριθεν] Cf. Il. in adn. ad v. 45. Pind. fragm. thren. 1 προάστιον χρυσέοις καρποῖς βέβριθεν. Theocr. XV, 119. Theocr. VII, 146 ὅρπακες βραβύλοισι καταβριθοντες ἔραζε.

47. ὀλίγος] „*corporis exigui*" (Hor. Epist. I, 20, 24). Contrarium est μέγας Odyss. IX, 514—515. Theocr. XXII, 113. Iliad. II, 528 de Aiace Oilei filio — οὔτι τόσος γε ὅσος Τελαμώνιος Αἴας,

ἥμενος· ἀμφὶ δέ νιν δι' ἀλώπεκες ἁ μὲν ἀν' ὄρχως
φοιτῇ σινομένα τὰν τρώξιμον, ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ

ἀλλὰ πολὺ μείων· ὀλίγος μὲν ἔην, λινοθώρηξ. — *αἱμασιαῖσι*] plurali numero dicitur, ut id. V, 93. VII, 22.

48. *ἥμενος*] *sedens cum pace bona*. Egregie pingitur haec pueri securitas vocabulo in initio versus novi posito. Odyss. XXI, 425 *Τηλέμαχ', οὔ σ' ὁ ξεῖνος ἐνὶ μεγάροισιν ἐλέγχει ἥμενος.* Iliad. V, 356 *εὗρεν ἔπειτα . . . Ἄρηα ἥμενον*. Cf. adn. ad I, 85. Tibull. I, 5, 72 (sedulus), ibid. v. 74 (solus), ibid. I, 3, 68 (abdita). — *νιν*] Ita Ziegl. primus e coni. pro *μιν*, qua forma Theocritus in bucolicis et mimicis carminibus non videtur esse usus. Cf. Meinek. p. 184 et imprimis Muehlmann., *legg. dial. qua Gr. p. buc. usi sunt* (Lips. 1838) p. 128. — *ἀλώπεκες ἁ μὲν*] Eieci virgulam in ed. Ald. Iunt. Mein. I. II. Hick. Ziegl. Ahr. I. II. al. (quum plene interpungant Call. Boiss. I. II. al., coli signum habeant Steph. Heins. Gaisf. al.) post *ἀλώπεκες* positam, deletam a Meinekio III. Fidem faciunt verba schol.: *σχῆμα ὡς Ὅμηρος* (Odyss. XII, 73) „*οἱ δὲ δύο σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει*—“: cf. Iliad. XVI, 317, Theocr. XXII, 112 et quae collegit Ameis. ad Odyss. I, 109. — *ἀν' ὄρχως*] secundum ordines vitium: *antes* dicit Verg. Georg. II, 417 (iam canit effectos extremus vinitor antes).

49. *φοιτῇ*] *itat*, ut Theocr. II, 98. Cf. Iliad. II, 779 *οἱ δ' ἀρχὸν ἀρηίφιλον ποθέοντες φοίτων ἔνθα καὶ ἔνθα κατὰ στρατόν* (ut hic *ἀν' ὄρχως*). — *σινομένα*] *Κλέπτιν ἀλώπεκα* vocat Alciphr. III, 22. — *τὰν τρώξιμον*] „Videtur fere esse ἡ τρώξιμος (σταφυλή scil.) uva, quam vocamus vernacule *chasselas*, quae non vini causa colitur, sed est mensis accepta secundis.“ Boiss. II. — „*Two foxes round him skulk: this slily gapes, to catch a luscious morsel of the grapes.*“ Polwh. Substantivum *σταφυλή*, maxime propter v. 46, facile potuisse omitti, Schaeferus ostendit ad Bos. Ell. p. 442.

49—50. *ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ*] Cave ne haec verba per se accipias, *altera ad peram* (ut e. gr. Zimmerm.), sed coniunge cum proximis *κεύθοισα πάντα δόλον*, *clandestinum dolum in peram pueri intendens*. Rem absolvit aperta Tryphiodori imitatio v. 221 a Wernickio pridem ad Tryph. indicata: *μοῦνος ἐλέλειπτο Σίνων — κρυπτὸν ἐπὶ Τρώεσσι δόλον καὶ πήματα κεύθων*: qua firmatur voc. *κεύθοισα*, quod in antiquis antigraphis pro *τεύχοισα*, codicum nostrorum lectione, fuisse schol. tradidit: *γράφεται καὶ κεύθοισα· πανοῦργον γὰρ τὸ ζῷον.* Cf. quae scripsi *de poet. buc.* p. 54. *Κεύθοισα*, teste Wordsworthio, est etiam in margine cod. Burn. Recepit id Ahr. II.: *τεύχοισα* (edd. prr. cet.) Mein. I. II. III. al. retinuerunt. — De dativo praepositioni *ἐπὶ* adiecto praeter locos in procedosi in medium prolatos cf. Theocr. VI, 13. Arist. Acharn. 660 *καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω*. Soph. Antig. 57 *μόρον κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν*, ubi alia Schneidewinus commemorat. Lucian. Luc. s. Asin. 18 *λῦσαι τοὺς κύνας ἐπ' ἐμοί* (ut me morderent). *Τεύχοισα* verbum nemo, opinor, defendet Aesch. Prom. 1089 (1091 Mein.) *τοιάδ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπὴ Διόθεν τεύχουσα φόβον στείχει φανερῶς.* Ex his simul apparet nullius momenti esse l. v. *πήραν* (codd. P. *corr.* Q. edd. prr.) a Steph. Mein. I. II. aliisque servatam: *πήρᾳ* scripserunt post Heinsium quum alii, tum Ameisius, Zieglerus, Ahrensius

πάντα δόλον κεύθοισα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνησεῖν
φατὶ πρὶν ἢ ἀκρατισμῷ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

I. II., Meinekius III. Scholiastam quoque πήρᾳ legisse, id quod iam Am. praef. p. VI significavit, declarant eius verba ἡ δὲ ἐπὶ τῇ πήρᾳ, ἤγουν κατὰ τῆς πήρας τῆς τὸν ἄρτον τοῦ παιδὸς ἐχούσης, πάντα δόλον κατασκευάζουσα.

50. ἀνησεῖν] Similiter Alciphr. III, 21 αὐτὸς οὐ πρότερον ἀνήσει πρὶν τὰς παρὰ τοῦ λύκου δίκας εἰσπράξασθαι. Sed his verbis Alciphronem Theocritea imitatum esse, id quod Toupius suspicatur, pro explorato haberi non potest.

51. φατὶ κτλ.] *dicit se puerum non prius dimissuram* (ab eo discessuram) *quam ille ad siccum ientaculum consederit*, h. e. cibo in pera asservato per vulpeculam privatus, *siccus, ieiunus, impransus* fuerit. Cf. Quintil. XI, 3, 67. Cic. Legg. I, 9, 27. Xenoph. frg. I in Bergk. anth. p. 32 ἄλλος [ἔστιν, ut ego coni.] δ' οἶνος ἑτοῖμος, ὅς οὔποτε φησὶ προδώσειν. — πρὶν ἢ] Redit πρὶν assumpta particula ἢ post πρὶν superius ut e. gr. Iliad. V, 288. Cf. Krueger. ad Thuc. V, 61, 1. — ἢ ἀκρατισμῷ] Synizeseos rarae sane apud Theocritum exempla sunt id. V, 116. V, 120. XXIV, 38. Vide Odyss. IV, 165. XV, 477. XII, 330. Bekker. *hom. Bl.* p. 173. Muehlmann. *dial.* p. 92. Ahrens. *de cras.* p. 14. — ἀκρατισμῷ] Ita scripsi e coni. pro ἀκράτιστον ut excepto codice p. (in quo est ἢ κράτιστον) in omnibus codicibus et edd. prr. legitur. Commendationem huic coniecturae paratam esse arbitror verbis schol. πρὶν ἢ τοῦ ἀκρατισμοῦ ξηρὸν ποιήσει αὐτό, quae verba ut inepta sunt ad lemma, h. e. lectionem nostrorum codicum, πρὶν ἢ ἀκράτιστον, ita aptissima sunt ad id, quod scripsi. Vocabuli ἀκρατισμός aliquem casum lectum esse a schol. Hartungius quoque intellexit, quamquam ille nimium discessit a librorum scriptura, quum ita ederet: πρὶν ἢ ἀκρατισμὸν ἐπὶ ξηροῖο καθίξῃ (*„bevor er ein Frühstück bringt auf das Trockne“*). — Ξηροῖο, quod Ahr. in ed. I. e coni. Siebelisii ad Paus. IX, 3, 4 p. 12 posuerat, idem vir doctissimus Phil. VII p. 411 reiecit, et pro eo nunc in ed. II. ξηροῖσι revocavit. Dicitur autem ξηρὰ τῷ ἀκρατισμῷ, *sicca ientacula* ut e. gr. Lucr. VI, 332 *rara viarum,* Hor. Od. IV, 12, 19 *amara curarum,* Hor. Sat. II, 2, 25 *corruptus vanis rerum.* Similia Latinorum vide apud Orell. ad Hor. Od. IV, 4, 76. Haas. ad Reisig. schol. gramm. Lat. p. 636. Ad Graeca quod attinet, compara Odyss. V, 277 ἐπ' ἀριστερὰ χειρός, coll. Theocr. XXV, 18. Soph. Antig. 1209 ἄσημα βοῆς. Ibid. 1265 ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων. Eurip. Phoen. 1485 ed. Nauck. βοστρυχώδεος ἁβρὰ παρηίδος i. e. ἁβρὰν παρηίδα. Adi. ξηρός plane respondet Latino *sicco*, maxime Hor. Sat. II, 2, 14: *siccus, inanis* sperne cibum vilem. Cf. Hor. Od. I, 18, 3. IV, 5, 39, ibique Mitscherl. Epist. I, 19, 9, ibique Obbarr. Plaut. Pseud. I, 2, 51 al. Opportune Wordsw. memor fuit Theocr. XVI, 12. Nam remotiora sunt illa: Ar. Vesp. 1452 ξηροὶ τρόποι, Luc. Tox. 24 ξηρὰ γυνή, Eur. El. 239 ξηρὸν δέμας. — De praepositione ἐπὶ cf. Iliad. V, 36. Odyss. XX, 221. — Voc. ἀκρατισμός legitur apud Athen. I p. 11, D. — καθίξῃ] Ex his, quae hucusque disputavimus, apparet huius verbi subiectum non esse *vulpem* (ut schol. et plerique homines docti existimaverunt et ego ipse quondam arbitratus sum), sed τὸ παιδίον. Nam verbi καθίζειν formae quotquot apud Theocritum inveniuntur habent significationem intransitivam. Cf. Theocr. I, 12. id.

αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκοισι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν
σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας
οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.

V, 32. id. XV, 3. Epigr. XXI, 4. Ceterum vide ADD.

52. αὐτὰρ ὅγ'] Ter tantum praeter h. l. αὐτάρ est in Theocriti carminibus bucolicis (VI, 23 et, sequente voc. ἐγώ, VI, 32. VII, 131: cf. e. gr. Iliad. VII, 286. 296. 361), saepius in epicis (XXII, 51. 87. 105 cet.) Et hoc epicum quiddam sonat et additum pronomen ὅγε, quo in bucolicis et mimicis carminibus Theocritus, excepto hoc versu (et id. VIII, 3 — τώγε —) abstinuit, sed quo utitur in duobus maxime carminibus epicis: vide id. XXII, 87 (αὐτὰρ ὅγε). XXII, 118. XXIV, 44. XXIV, 23 et XXII, 95 (ἤτοι ὅγε). XXII, 123 (ἀλλ' ὅγε). XXII, 207. XXV, 73. XVII, 126. XXV, 77. XXV, 258. (XXV, 128. 136. 114.). Cf. e. gr. Odyss. I, 4. Iliad. I, 320. II, 3. — ἀνθερίκοισι] e caulibus asphodeli. Cf. Bekk. anecd. p. 403, 15. Ἀνθερίκοισι commendatum ab Ahr., Phil. VII p. 411, et ab hoc ed. II. atque ab Hart. receptum e cod. k. pro ἀνθερίκεσσι (edd. vett. codd. reliq. Am. Ziegl. Boiss. I. II. Ahr. I. cet.) firmat Eust. Iliad. XX, 227 p. 1206, 7: ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός· ἡ δὲ χρῆσις καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ. Probat etiam Long. Past. I, 10 p. 12 Schaef.: ἡ μὲν Χλόη ἀνθερίκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξ ἕλους ἀκριδοθήραν ἔπλεκε καὶ περὶ τούτου πονουμένη τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν. Nam Longi verborum fons apud Theocritum quaerendus, ut mirer Seilerum (ed. Lips. 1843 p. 8) ἀκριδοθήκην pro ἀκριδοθήραν scripsisse. Neque enim est ἀκροδοθήρα ,,vox nihili'', ut ille homo doctus ad Long. p. 176 scribit, sed habet analogiam vocabulorum γαλεάγρα, πυράγρα, βαλανάγρα, de quibus dixit Lobeckius parall. p. 375. Verum non est ,,cavea asservandis locustis'', ut scribunt Lobeckius et Meinekius p. 186, sed cavea quaedam, qua infestae vineis locustae capiuntur vel deprehensae ex arboribus vel vitibus excutiuntur (vide proecd. p. 39). Dico hoc maxime ob censorem Wordsworthii Hermannum, qui in annal. Vindob. 1848 p. 211 scripsit: ,,*eine Falle für Heuschrecken ist ja etwas ganz Undenkbares.*'' Legitur ἀκριδοθήραν, cui etiam a schol. p. 58, 10 ed. Ahr. fides accedit, in edd. prr. et recentt. usque ad Geel. Briggs., A. Iacobs., estque in codd. plerisque Ahrensii idemque in Wordsw. codd. Cant. Harl. Butler., contra ἀκριδοθήκαν in bono sane cod. D. *pr.* cet. (Ahr. p. 7). Posterius Mein. I. II. Boiss. I. II. Hick. Hart., prius habent Ziegl. Am. Ahr. I. II. Mein. III. Non insulse autem Wordsw. leporem quendam in eo esse dicit, quod ὁ θηρῶν ἀκρίδας ipse a vulpe θηρεύεται. — καλὰν] epice (e. gr. Iliad. XI, 629), ut saepe apud Theocritum. De quantitate syllabae primae vide adn. ad id. VI, 19.

53. σχοίνῳ ἐφαρμόσδων] In fine hemistichii participium ad superiorem versum pertinens a Theocrito ponitur aliquoties. Cf. e. gr. Theocr. XIII, 39 χάλκεον ἄγγος ἔχων. XIII, 47. XXIV, 26. Iliad. V, 216. XV, 24. al.

54. τοσσῆνον] κατὰ τοσοῦτον explicat schol. Habes idem pronomen id. III, 51. Cf. Buttm. gr. Gr. I p. 306 ed. 1830. — περὶ πλ. γ.] Fortasse hic est unicus locus, ubi *gaudendi* verbo alicui praepositio περὶ dativo iuncta est adiecta. Nam quod scribit Wuestemannus hanc constructionem non esse sine exemplis, id non probatur Schaeferi

παντᾷ δ᾽ ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος,

adnotatione ad Longi Past. p. 337, neque Dissenii ad Pind. Nem. I, 54 tom. II p. 367 [non p. 359] neque reliquorum virorum doctorum sententiis, ad quas Wuest. provocat. Neque tamen propterea pro *ὅσον περὶ πλ. γ.* legendum *ὅσον τ᾽ ἐπὶ πλ. γ.*, ut placet Meinekio p. 186. Nam bene dicitur et eleganter *γαθεῖ περὶ πλέγματι* de puero, cuius animus est *circa* opus suavissimum (Hor. Od. II, 5, 5), vel qui *totus est* (Hor. Sat. I, 9, 2) in opere perficiendo, qui in hac una re animum fixum habet, in hac una re occupatus est. Potuit enim dici *ὢν περὶ τῷ πλέγματι γαθεῖ*, ut dicitur e. gr. Arrian. Anab. I, 27, 1 *ἦσαν περὶ τῇ ἄκρᾳ οὐκ ὀλίγαι οἰκήσεις*, vel ibid. I, 22, 6 *ὁ πλεῖστος φόνος περὶ ταῖς πύλαις ξυνέβη*. Plat. Rep. II p.359 D. *περὶ χειρὶ ἔχειν δακτύλιον.* Iliad. XVII, 133 *ἑστήκειν ὥς τίς τε λέων περὶ οἷς τεκέεσσιν.* Similiter accusativo casu addito legimus Xen. Anab. III, 5, 7 *οἱ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ ἐπιτήδεια ἦσαν,* quod ibid. § 14 repetitur. De dativo cf. etiam Thucyd. II, 89, 7, ubi *περὶ ταῖς ναυσὶ μένοντες* pro *παρὰ* legendum est, et Krueger. ad Thuc. VII, 84, 2, ne morer in Odyss. II, 245 (Am.). Scholiastes, qui praepositionem *περὶ* agnoscit, sic eam interpretatur: *περὶ τῷ πλέγματι, τοῦτ᾽ ἐστὶν ἐπὶ τῷ πλέγματι.* In huius explicatione conquiescant licet iis, quibus haec, quam modo protuli, non apta videtur. Nam ut verbis *dolendi, metuendi, sperandi,* similibus, additur praepositio *περὶ* cum dativo coniuncta, ita, quin *gaudendi* verbo addi ea non potuerit, nihil impedit. Cf. Long. Past. I, 12 (p. 13 Sch.): *ἀλγεῖ Δάφνις περὶ τῷ κέρατι*, ubi Vill. coniecerat *ἐπὶ*, sed ubi nihil sollicitandum esse Schaeferus, *not.* p. 337, contendit quidem, at tantum ad hunc nostrum Theocriti locum provocat et ad locum Herodoti [VIII, 99 *ὡς περὶ αὐτῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες*]. Plat. Phaed. p. 114 D.: *ἀλλὰ τούτων δὴ ἕνεκα θαρρεῖν χρὴ περὶ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ*, ubi tamen est l. v. *περὶ τῆς — ψυχῆς.* Iliad. X, 240: *ἔδδεισεν δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ.* Plura vide in Lex. Pass. et Pap. s. v. *περὶ*, et apud Kruegerum ad Thuc. VI, 9, 2 atque I, 60, 1: quamquam non consentio cum Papio, qui hunc Theocriti locum iuxta explicat atque illum Aeschyli, Pers. 696 Dind.: *σέβομαι δ᾽ ἀντιλέξαι σέθεν ἀρχαίῳ περὶ τάρβει.* His dudum scriptis vidi interpretationem Ribbeckii, Mus. Rhen. 1862 p. 550, quae ad nostram proxime accedit, his illam verbis conceptam: „das angefochtene *περὶ* scheint mit der Absicht gewählt zu sein, um das behagliche Interesse, womit der Knabe sein Geflecht *von allen Seiten, ringsherum*, verfolgt, anschaulich zu machen.“

55. *παντᾷ*] in parte poculi inferiore usque ad areas illas, in quibus piscator (v. 39 sqq.) et puerulus vineae custos (v. 45 sqq.) expressi sunt. Vide procd. p. 37. — *δέπας*] hic vocatur cissybium, quum generatim iam et universe pastor de eo loquatur *(das Gefäss, le vase).* Cf. Athen. XI p. 469 D. sqq. — *περιπέπταται*] Verg. Ecl. III, 45 et molli circum est ansas *amplexus* acantho. Cf. Henr. Steph. *imitt.* p. 62. — *ὑγρὸς*] Cf. Theocr. XXV, 206. Plin. Epist. V, 6, 16 acanthus in plano mollis et paene dixerim liquidus. Plura collegit Gebauer. 1861 p. 202—203. — *ἄκανθος*] „acanthus longifolius“ (Host.), cuius folia in artium operibus persaepe ornatus causa efficta videmus. Cf. Ecl. l. l. Ovid. Met. XIII, 701 „summus inaurato crater erat asper acantho.“ Voss. ad Verg. Georg. IV, 123 („flexi vimen acanthi“).

αἰολίχον τι θέαμα, τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.
τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καυλωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα
κῷνον καὶ τυρόν γε μέγαν λευκοῖο γάλακτος·

56. **αἰολίχον κτλ.**] Haec verba non de toto poculo, ut dicit Mein. p. 470, sed de acantho solo poculum ambiente accipienda esse, docet vocabulum *αἰολίχον*. Nam „asperitas" foliorum acanthi (id quod dico propter Ovid. ad v. 55 l., Verg. Aen. IX, 263 „aspera signis pocula" et Ovid. Met. XII, 235 „signis exstantibus asper crater") habet illam versicolorem speciem et varietatem, qua acies paene praestringi dicitur et quae adi. *αἰολίχος* significatur (cf. Homericum *αἰολοθώρηξ*, Iliad. IV, 189, et similia). Debemus hanc emendationem Ahrensii sagacitati, qui voc. *αἰολίχον* ab adiectivo *αἰόλος* recte derivatum esse praef. ed. min. 1856 p. III et adn. ad schol. p. 472 ostendit, idque in hac ed. minore et in maiore ed. II e coni. scripsit pro *αἰπολικόν*, quod legitur in codd. *k. a.* cet. et edd. prr. *Αἰπολικόν* Vinsemius explicavit *miraculum, quod quis pastor miretur*, Ahrensius Phil. VII p. 411 defensitavit („miraculum pastoribus"), sed ipse haud dubie postea damnavit, quum ediderit *αἰολίχον*. Atque patrocinium habet haec coniectura in lect. var. cod. p. (?) *αἰολικόν*, quam et nominatim affert schol. p. 59 Ahr. et explicat (*ποικίλον — ταῦτα γὰρ δύναται τὸ αἰολίζειν*), et in verbis Hesychii ac Phav. (*αἰολικὸν θέαμα*). Illud *Αἰολικόν* e marg. ed. H. Steph. mai. transiit in ed. Wintert. Valck. et recentiores, e. gr. Gaisf. Am. Mein. Ahr. I cet. Explicant hoc praeeunte Hesychio (*ἡ γὰρ Καλυδὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο*) *ex Aeolide advectum*. „Nam teste Thucydide III, 102 regio, quae olim *Aeolis* appellata fuerat, ipsius tempore Calydon appellabatur". Ita Wuestem., cuius sententiae calculum Mein. p. 186—187 adiicit. At refragatur huic explicationi additum pronomen *τι*, quod aptissimum est in lectione a nobis recepta (cf. I, 1 *ἁδύ τι* cet.). — **τέρας κτλ.**] *Τέρας* nominativum, *ἀτύξαι* optativum esse (*miraculum animum tuum obstupefaciat*, ut recte Kiessl. explicavit), dicendum est propter diversas loci interpretationes. Pind. Pyth. I, 26 **τέρας** *μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι, θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι.* Monstrum procudit Hartungius *τεράσματι θυμὸν ἀτύξαι.* Non multo felicior Meinekius p. 187 *αἰολικόν τι τέρας, καί κά τινι θυμὸν ἀτύξαι.* Ahrensius denique nunc edidit *τέρας τέ τι θυμὸν ἀτύξαι.* Ceterum vide ADD.

57. **Καυλωνίῳ**] Ita scripsi e coni. Ahrensii. Vide Verg. Aen. III, 552 attollit se diva *Lacinia* (Theocr. IV, 33) *Caulonisque* arces et navifragum Scylacaeum. Ovid. Met. XV, 705. Dicaearch. vit. phil. fragm. 31 (fragm. hist. gr. ed. Mueller. II p. 245). Nam neque id, quod est in nostris codd. et editt., *Καλυδωνίῳ*, neque id, quod ab aliis scriptum fuisse schol. tradidit, *Καλυδνίῳ*, habet explicationem aptam, quidquid doctissime pro eo olim Casaubonus, lectt. Theocr. p. 241, nuper Meinekius p. 187 et p. 470 aliique disputaverunt. Vide Ahrens. Philol. VII p. 412, quamquam ne huic quidem omnia concedere possumus, praesertim quum coniectura illic prolata, *πορθμῆι Καλυδνίῳ*, nunc in editione II p. 7 adn. hanc, quam dedimus, palmarem mutaverit. — **ἔδωκα**] De genetivo (*τῷ*) cum hoc verbo ex emendatione mea (vide v. 58) coniungendo cf. Theocr. XI, 49.

58. **κῷνον**] Ita e coni. scripsi pro *ὦνον*. Capellam dedit caprarius et *vinum*,

οὐδέ τί πω ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται ·

insuperque etiam caseum. Crasis est non vini, sed vocalium eadem Arist. Ran. 511 *κᾦνον ἀνεκεράννυ γλυκύτατον*: cfr. Fr. Volcm. Fritzsch. ad h. l. p. 221. — *καὶ τυρόν γε*] *atque insuper caseum magnum ex albo lacte factum.* Ita ad cumulandum et rem novam superioribus cum vi quadam adiiciendam *καὶ — γε*, si minus apud Homerum, at apud Atticos certe habes, quorum consuetudinem dicendi Theocritus, *τῇ κοινῇ* aetatis suae adsuetus, hic illic sequitur, e. gr. Ar. Ran. 453 *καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν ἀνάβραστ' εἴκοισιν.* Ibid. 564 *καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο.* Xen. Hier. II, 1 *καὶ σίτων καὶ ποτῶν καὶ ὄψων καὶ ἀφροδισίων γε ἀπεχομένους.* Plat. Crit. p. 47, B. *πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδεστέον γε καὶ ποτέον.* Xen. Ages. VIII, 3. Krueger. ad Xen. Anab. III, 2, 24. Cf. etiam Theocr. VII, 68. XIII, 41. XVII, 86. Scripsi autem e coni. *καὶ τυρόν γε* pro *καὶ τυρόεντα.* Nam *τυρόεντα, ἄρτον* vel *πλακοῦντα*, ut nunc schol. explicant, aliud nihil significare posse nisi *mixtam caseo placentam* seu *mixtum caseo panem*, non caseum panis formam habentem, vere dixit Hartungius p. 349. Hanc enim significationem illud *τυρόεις*, scil. *ἄρτος*, habet in verbis Hegemonis ab Athenaeo (XV p. 698, F.) servatis: *μή τίς μοι κατὰ οἶκον Ἀχαιάδων νεμεσήσῃ, πεσσομένης ἀλόχου τὸν Ἀχαικὸν ἄρτον ἐν οἴκοις, καί ποτέ τις εἴπῃ σμικρὸν τυροῦντ' ἐσιδοῖσα κτλ.* Planam rem facit disputatio Athenaei, III p. 110, C., qui de *generibus diversis* panis agens Sophronis affert verba: *καὶ τυρῶντος δὲ ἄρτου μνημονεύει ὁ Σώφρων — „ἄρτον γάρ τως τυρῶντα τοῖς παιδίοις ἴαλε."* Praeterea propter metrum de voc. *τυρόεντα* magna dubitatio est. Nam si statuis synizesin, ut schol. (*το τυ μακρόν, ρόεντα μέ — συνίζησις*) et Ahrens. de dial. Dor. p. 207, recte obiicitur talem synizesin carere exemplo Theocriti plane congruente: cf. Ameis. annal. phil. 1845 XLV p. 142: sin syllaba prima correpta *τυρόεντα* ut paeonem tertium legis, id quod Lobeckii ad Soph. Ai. p. 184 not. auctoritate commotus quondam fieri posse credebam, morbum morbo mederis. At *τυρῶντα* si scribis ex Heinsii, lectt. Theocr. cap. III p. 299, aliorumque coniectura, manet eadem, quam ostendi, significationis difficultas. Hartungius coniecit *αἰγά τ' ἔδωκε οἶν τ' ὦνον τυρόν τε μέγαν*, versum durum nec probatum *Longi* verbis, quae sunt Pastor. III, 18 [*Longinum* non addito ullo libri paginaeve signo dixit Hartungius]: *καὶ ἔριφον αὐτῇ δώσειν ἐπηγγείλατο καὶ τυροὺς ἁπαλοὺς πρωτορρύτου γάλακτος καὶ τὴν αἶγα αὐτήν.* Legimus enim similia e. gr. Long. Past. IV, 6. — *μέγαν*] Verg. Mor. 58 traiectus medium sparto sed caseus orbem. — *λευκοῖο*] ut Iliad. IV, 434. V, 902. — *γάλακτος*] Materiam hic genetivus significat, non colorem casei, ut explicat Hartungius p. 349, nec possis comparare Soph. Ant. 114 *λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός* (cf. Schneidew. ad Soph. Elect. 19). Vide Krueger. gr. Gr. II, 2 § 47, 8, 1. Theocr. II, 73. III, 22.

59. *οὐδέ τί πω*]. Interpres est Vergilius, Ecl. III, 43: *necdum illis labra admovi*, sed *condita servo*, h. e. *κεῖται.* Verba *οὐδέ τί πω* ex codd. k. cet. et edd. prr. Ziegl. Mein. III. Ahr. pro *οὐδέ τί πᾳ* (Am.) vel *πα* (Mein. I. II., Wuest. Kiessl.) vel *οὐδ' ἔτι πα* (Valck. II) scripserunt. Cf. Ahrens. Phil. VII p. 412. — *ποτὶ — θίγεν*] h. e. *προσέθιγεν*, addito accusativo ut apud Platonem [Plat. Legg. II p. 664 E.] *ἐφάπτεσθαι* et hoc ipsum *θιγγάνειν* apud Archilochum

ἄχραντον. τῷ καί τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν,
αἴκα μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.

[fragm. 64 in Schneidew. del.] Burch. Alius generis est, quod deceptus Meinekii auctoritate quondam attuli, Aesch. Ag. 432 ed. Dind., πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ. Hoc enim significat „*percutiunt*“ (Hor. Od. I, 7, 11) multa cor, movent mordentque animum. Nihil autem apud Aeschylum l. l. mutandum est. Vide ed. Klausen. II pag. 33 coll. tamen p. 157 et Plut. Pelop. 28.

60. καί] Ita codex optimus k. codicesque alii (Ahr. p. 7) itemque edd. prr. Schol. commemorat lectionem var. κεν, quae est in Codd. p. v. Q., ut Steph. Heins. cet. Mein. III ediderunt. Ahrensius e coni. κα scripsit, quod nunc probat Mein. p. 470. „At sola optatio, καὶ — ἀρεσαίμαν, huic loco quam maxime convenit. Particulam καὶ Fritzsch. in dissertatione *de poet. buc.* p. 54 verissime ita explicavit, ut pariter atque Germanicum *auch* levius nec ita forti accentu pronuntiatum concludendae quodammodo orationi et rei per sese planae ac manifestae indicandae in sermone quotidiano inserviat. Cf. Theocr. XXI, 61.“ Ita Ameisius praef. p. VII. Negat se explicationem meam intelligere Ahrens. Phil. VII p. 413. Itaque ut lis molesta tandem ad finem perducatur, exemplis in proecdosi allatis haec de multis aliis addere visum est. Theocr. XXV, 44. XXV, 132. Soph. Oed. R. 772 τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι λέξαιμ᾽ ἄν; Oed. R. 148 τῶνδε γὰρ χάριν καὶ δεῦρ᾽ ἔβημεν. Plat. Phaed. p. 61, E. τί γὰρ ἂν τις καὶ ποιοῖ ἄλλο; Plat. Crit. p. 50, C. ἐπειδὴ καὶ εἴωθας. Plat. Rep. I, p. 328 C. διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκη αὐτόν. Plat. Gorg. p. 467 C. ibique Stallb. Demosth. Ol. II p. 19 ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει. Xen. Cyrop. III, 1, 9 τούτου ἕνεκα καὶ γενέσθω, quod festinantius Pantazides, *emendatt. Xen. I.* (Gotting. 1855) p. 17 καὶ τούτου ἕνεκα γενέσθω scribere voluit. Lucian. Imagg. 11. Favent huic nostrae interpretationi ea, quae scripsit *I. Kvíčala* in annal. gymn. Austr. 1862 p. 409; coll. Soph. Phil. 534 et Abicht. ad Herod. V, 86 p. 80, 16 vel IX, 116 al. Alia vide apud Baeumlein. part. Gr. p. 152—153. Terent. Andr. II, 6, 24 (455) tu quoque per parce nimium. — De optativo ἀρεσαίμαν et proxima sententia conditionali αἴκα — ἀείσῃς vide proecdosin. — πρόφρων] „*commodus* tibi darem“ ut loquar cum Hor. Od. IV, 8, 1: προθύμως, μετὰ προθυμίας, ut schol. Nitzschium ad Odyss. II, 230 de hoc voc. disserentem Wuestem. laudavit. Vide etiam Doederl. gloss. Hom. II p. 314. — ἀρεσαίμαν] Est ἅπαξ εἰρημένον Theocrito. Cf. Iliad. IX, 112 ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν φραζώμεσθ᾽ ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθωμεν δώροισιν —. Iliad. XIX, 179.

61. φίλος] Cf. Theocr. XXVII, 24. Odyss. I, 301 et III, 199 καὶ σὺ φίλος ἄλκιμος ἔσσ᾽ ἵνα κτλ. Odyss. VIII, 413 καὶ σὺ φίλος μάλα χαῖρε. Non recte Boiss. ad Nic. Eug. p. 213, quem Wuest. sequitur, verba ita coniungenda statuit: πρόφρων ἀρεσαίμαν, αἴκα φίλος ἀείσῃς. — ἐφίμερον ὕμνον] Plane ut Theogn. 993 ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν. Cf. Theocr. VIII, 82. Similiter Iliad. XVIII, 570 παῖς φόρμιγγι λιγείῃ ἱμερόεν κιθάριζε. Bion. II, 2 μέλος ἁδὺ λιγαίνειν ἱμερόεν, γλυκύθυμον. Pind. Ol. VI, 7 ἀφθόνων ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς. Apoll. Rhod. IV, 1399 νύμφαι — ἐφίμερον ἀείδουσαι. Non est igitur causa iusta cur cum Heinsio, lectt. Theocr. p. 300, ut Valck. quoque voluit, τὸν ἐφ᾽

κοὖτι τυ κερτομέω. πόταγ᾽ ὦγαθέ· τὰν γὰρ ἀοιδὰν
οὔτι πᾳ εἰς Ἀίδαν γε τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς.

Ἱμέρᾳ ὕμνον scribatur, quod certe *τὸν ἀφ᾽ Ἱμέρα* dicendum erat (cf. et Kiessl. p. 32), quamquam id primo adspectu a Theocr. VII, 75 commendationem habere videtur.

62. *κοὖτι τυ κερτομέω*] Non apte Am. et alii: ,,nec sane haec dico tui irridendi causa''. Potius hoc significat: *nec eludo te frustrorque*, non verba do, sed serio dico et quod pollicitus sum servabo. Dicitur, ut vidit Casaub. lectt. Theocr. p. 241, ad similitudinem Homerici illius, Odyss. XIII, 326: *σὲ δὲ κερτομέουσαν ὀίω ταῦτ᾽ ἀγορευεμέναι, ἵν᾽ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς*, cui cf. Eurip. Alc. 1125 *ἢ κέρτομός με θεοῦ τις ἐκπλήσσει χαρά;* De originatione verbi vide Curt. Etym. I p. 117—118. — *Κοὖτι τυ κερτομέω* lectio est varians scholiorum pro *κοὖτοι τοι φθονέω* (ut apud Ahr. p. 8 codd. quidam et edd. Med. Ald. Call. Ziegl.) vel *κοὖτι τοι φθονέω* (ut codd. alii) vel *κοὖτοι τι φθονέω* (ut ed. Mor. H. Steph. Heins. Valck. I. II. al.): eadem lectio *κοὖτι τυ κερτομέω* exstat scripta in ed. Iunt. firmaturque quum aliorum codd., tum codicis k. quantumvis vitiosa scriptura *κοὖτι τοι κερτομέω* (cf. Ahr. p. 8 et Philol. VII p. 413). Hanc lectionem a Casaubono commendatam restituerunt Ahr. I. II, Mein. III, quum antea Mein. II, Bach., Am. scripsissent *κοὖτοι κερτομέω* (cod. s. *pr.*). Altera lectio *κοὖτοι τι* (*τοι*) *φθονέω* hemistichium versus deperditi et temere olim huc illata esse videtur. Cf. quae infra ad v. 129—130 dicemus. — *πόταγ᾽*] *huc accede*, ut Theocr. XV, 78. Recte schol. *πρόσαγε σαυτόν, ἤγουν πρόσελθε, ἧξον*. Cf. v. 21. Falso Vins., quem Harl. Am. alii sequuntur, et editores lexici Passow. s. v. *προσάγω*, *age*.

63. *πᾳ*] Cf. Theocr. IV, 3. VII, 149. 151 (Ahrens. in Zimmermanni annal. 1840 p. 899). Hes. *ἔργ.* 105. Iliad. XXI, 219. — *ἐκλελάθοντα*] ,,*obliviosum*'': cf. Hor. Od. II, 7, 21 ,,*oblivioso* levia Massico ciboria exple'': cui est contrarium quod legitur Hor. Od. III, 17, 4 atque IV, 14, 4 ,,*memores fasti*''. Nam Orco ipsi id, quod ille in hominibus mortuis efficit, ut hi oblivione rerum vel suavissimarum imbuantur, tribuitur. Ita demum apte comparantur commemorata a me in proecdosi verba Anth. Pal. VII, 420 *οὐκ ᾠδάς, οὐ χορὸν οἶδ᾽ Ἀχέρων*. Scripsi *ἐκλελάθοντα* e codd. M. cet. (Ahr. p. 8) ut Zieglerus Am. Mein. III. pridemque editores Ald. H. Steph. Heins. fecerunt. Contra Valck. I. Gaisf. al. cum ed. Iunt. cod. D. cet. (Ahr. p. 8) scripserunt *ἐκλελαθόντα*, quod transitivo sensu Briggsius aliique accipiunt comparantes illi Iliad. II, 600 *καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν*. At *ἐκλελάθων* praesentis participium temporis esse, recte post alios statuit etiam Krueger. gr. Gr. II, 1 p. 134 ed. 1862, formatum illud ex aoristo, non ex perfecto *λέλαθα*, id quod Koen. ad. Greg. Cor. dial. D. § 6 et Hart. ad h. l. sumpserunt. Teneo igitur *ἐκλελάθοντα*, quamquam Ahr. II. e coniectura Meinekio quoque p. 189 probata scripsit *ἐκλάθοντα*. Legit certe Gregor. l. l. hanc formam, quam ipse quidem pro aoristi participio habuit, sed melius explicavit, quum adscriberet: *ὡς Θεόκριτος — „τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς“· ἤγουν τὸν λήθοντα καὶ τὸν λήθην ποιοῦντα*. De praepositione *ἐκ* cf. Odyss. VII, 220 *ἐκ δέ με πάντων ληθάνει* et Iliad. II, 600. Ahrensii scriptura *ἐκλάθοντα* comparari posset cum verbis Simonidis (Anth. Pal. VII, 25) *μολπῆς δ᾽ οὐ λήθει μελιτερπέος*, sed est

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδέα φωνά.

ea haudquaquam necessaria. Idem homo doctus *εἰς Ἀίδα ποτὸν κτλ.* coniecit, qua mutatione multis de causis supersedere possumus.

64. *Ἄρχετε κτλ.*] De Daphnidis fabula diximus supra arg. p. 11. Vere Kreusslerus l. l. p. 10: ,,in hoc carmine explicando, inquit, atque emendando qui non frustra operam collocare suscipit, ei hoc ante omnia tenendum videtur, argumentum tale esse, ad quod perspiciendum non longe petitis subsidiis aut erudito apparatu opus sit, sed mera subtilique ipsius carminis consideratione. Etenim sumpsit sibi Theocritus in condendo hoc carmine id quod in tragicis personis tragoediae auctores sibi sumpsisse notum est, ut homines fatis famaque nobilitati certis quibusdam finibus circumscriptam proponerent imaginem [Daphnidis moribundi: cf. Buecheler. in Iahnii annal. LXXXI p. 359], quod summum dum sequitur, nihil curat res secundarias ab aliis aliter narratas [vide supra p. 12], eas pro suo consilio vel arbitrio servans, mutans, novans, omittens. Minime igitur in iudicando huius poematis consilio morandum in iis, quae de Daphnide aut alii scriptores aut ipse Theocritus aliis carminibus [id. VII, 73. VIII, 93] commemoraverunt. Per se suos numeros explet hoc carmen, per se solum spectandum est.'' — *Ἄρχετε*] Ita Alcman frg. 36 p. 255 in Bergk. anth. *Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα, θύγατερ Διός, ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων, ἐπὶ δ' ἵμερον ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.* Theocritum imitatur Mosch. III, 8 sqq. *ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.* cf. Bion I, 1. 6 sqq. Nonn. Dion. XV, 388. 402 sqq. Sententiam versus imitatur Vergilius, Ecl. VIII, 21 cet. (*incipe* Maenalios mecum, mea tibia, versus), formam, qua redit in pede quinto dactylus in pede primo positus, idem, Ecl. VIII, 68 (*ducite* ab urbe domum, mea carmina, *ducite* Daphnim). Vide quae scripsi *symb. Th. et Verg.* p. 12—13. — *βουκολικᾶς*] Diod. Sic. IV, 84 *ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ — μυθολογοῦσι γεννηθῆναι τὸν (ἀπὸ τῆς δάφνης) ὀνομαζόμενον Δάφνιν, Ἑρμοῦ μὲν καὶ Νύμφης υἱόν —. τοῦτον δὲ ὑπὸ τῶν Νυμφῶν τραφέντα καὶ βοῶν ἀγέλας παμπληθεῖς κεκτημένον τούτων ποιεῖσθαι πολλὴν ἐπιμέλειαν· ἀφ' ἧς αἰτίας βουκόλον αὐτὸν ὀνομασθῆναι. φύσει δὲ διαφόρῳ πρὸς εὐμέλειαν κεχορηγημένον ἐξευρεῖν τὸ βουκολικὸν ποίημα καὶ μέλος, ὃ μέχρι τοῦ νῦν κατὰ τὴν Σικελίαν τυγχάνει διαμένον ἐν ἀποδοχῇ.* Ovid. Trist. II, 538: Phyllidis hic idem teneraeque Amaryllidis ignes *bucolicis* iuvenis luserat ille modis. Colum. R. R. VII, 10 ut *bucolicon* loquitur poema ,,strata iacent passim cet.'' De collocatione vocabuli cf. Theocr. VII, 49. — *φίλαι*] Vide Theocr. IX, 35 coll. VII, 95. XI, 6. I, 141. Goethius noster: ,,ihr lieben holden Musen, wann ruh' ich ihr am Busen doch endlich wieder aus?''

65. *Θύρσις*] dubitatur utrum haec verba simplicitatem quandam animi, qua in initio carminis nomen suum cantor profitetur, an facultatis et artis musicae haud spernendae conscientiam et minime vanam de se ipso prodant persuasionem. Credo ego posterius propter proxima. Cf. Theocr. VIII, 33. Valck. quidem contulit Hecataei verba, quibus genealogiae librum orsus est, frgm. hist. Gr. ed. Müller I p. 25. *Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται,* et versum comoediae veteris: *ἀκούετε*

πᾷ ποκ᾽ ἄρ᾽ ἦσϑ᾽, ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾷ ποκα Νύμφαι;

λεῴ· Σουσαρίων λέγει τάδε (cf. Bod. hist. poes. Gr. III, 2 p. 20). Vid. etiam Thuc. I, 1. Herod. I, 1, Eur. Hel. 1168. — ὡ̔ξ Αἴτνας] Cf. Theocr. IX, 15 et de crasi Krueger. gr. Gr. II, l. § 15, 10, 3. — ἁ δέα φωνά] Ita post Mein. II. Am. Ziegl. alios scripsi e cod. k. et aliis (Ahr. p. 8) et edd. prr. Vide Am. p. VII. Ostermannus quidem in Iahnii annal. LXXVIII p. 361 cum Gebauero 1861 p. 42 et aliis praetulit ἅδ᾽ ἁ φωνά ut Mein. I. III. Ahr. I. II aliique ex codd. 16 cet., ut pronomen pronomini responderet. At quod dicit schol. ὁ ποιμὴν Θύρσις ἐπαινεῖ ἑαυτόν si quaeris quo valeat, id ad ἁδέα pertinere respondendum est. Cf. Theocr. VII, 37. Mein. III p. 189 ἅδ᾽ ἁ φωνά defendit disputatione God. Hermanni, de *arte poes. Gr. buc.* p. 4, ubi hic hanc scripturam tutatur, postquam eam in Zimmerm. annal. 1837 n. 27 damnavit et scribi ἅδε γε φωνά (quod Bach. in anth. 1838 recepit) maluit. In libello de *arte poes.* l. l. contendit Hermannus verba ἅδ᾽ ἁ φωνά unius vocis vicem explere eoque duritiem versus spondaici mitigare. Sed non recte comparat Theocr. XI, 58. XV, 145. XXV, 173. Nam his locis pedes quintus et sextus versus hexametri vocabulo uno monosyllabo et molosso, hic vero, si ἅδ᾽ ἁ φωνά scribis, duobus vocabulis monosyllabis et spondeo constant, numero in carminis introitu permolesto. Iliad. XVIII, 52 Faesius quidem cum superioribus ὄφρ᾽ εὖ πᾶσαι adhuc edidit, sed Bekkerus ἐῢ πᾶσαι scripsit: perinde ἐῢ Odyss. I, 174. Odyss. IV, 645. XIV, 186. XXIV, 258. 297. 403. Tu cum Theocriteis cf. Alcm. frgm. 28 p. 255 (ἁδεᾶν Μωσᾶν δῶρον), ut formam adiectivi recte se habere videas, et Theocr. I, 145 (ἅδιον), ut intelligas exitum carminis et initium similiter atque in Nympharum (v. 66 et 141) commemoratione et Musarum (v. 64 et v. 144) invocatione congruere.

66. πᾷ] *ubi*, non *quo* ut Am., nimium tribuens Ahrensio (qui πεῖ e coni.) d. D. p. 371 et eidem in Zimmerm. annal. 1840 p. 899. Eodem modo verte id. II, 1 et XV, 33. Cf. id. I, 22 et IV, 33 ᾇπερ, quod I, 22 non apte Ahrensius et Ameisius *quam partem versus* significare volunt: Ameisius ipse IV, 33 necessitate coactus „*ubi*“ transtulit. Non ignoro equidem versus Theocriteos id. VII, 21. II, 19. XI, 72, quibus in versibus πᾷ locum *in quem* quid dirigatur indicare scriptor vult. — ποκ᾽ ἄρ᾽] Ut ποκά seu ποτέ (e. gr. Aesch. Eum. 408) indignantis et exspectationem suam non iam celantis, ita ἄρα in tali causa eius est, qui re diu in omnes partes deliberata et frustra apto responso apud animum suum quaesito tandem in interrogationem aliquam cum admiratione erumpit, ut e. gr. Soph. Oed. Col. 117 τίς ἄρ᾽ ἦν; Eodem refero diversis modis explicatum versum Iliad. I, 8 τίς τ᾽ ἄρ σφωε ϑεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσϑαι; Cfr. Hentzius *de pron. rel.* p. 21 et laudatus ab illo Wentzelius, *de usu part. τε Hom.* (Glog. 1847) p. 30. — ἐτάκετο] *amore consumptus periit*, *tabuit*, ut ait Ovid. Met. IV, 259 (*tabuit* ex illo dementer amoribus usa), non *in aquam seu fontem mutatus est* (*delicuit*, Ovid. Met. IV, 253), ut C. F. Hermannus *de Daphn.* p. 20 voluit, quae explicatio non probatur Theocr. VII, 76. Cf. Theocr. II, 29. Odyss. V, 395 ἐν νούσῳ κῆται κρατέρ᾽ ἄλγεα πάσχων δηρὸν τηκόμενος. Odyss. XIX, 263 μηδέ τι ϑυμὸν τῆκε πόσιν γοόωσα. Crat. apud Clem. Alex. Strom. II p. 492 τηξίποϑοι ἔρωτες, unde

η κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα: ἢ κατὰ Πίνδον:
οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἶχετ' Ἀνάπω,
οὐδ' Αἴτνας σκοπιάν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.

Meinek. Aesch. Ag. 747 τηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος coniecit. Eur. Med. 142 δέσποινα τάκει βιοτάν. Soph. Electr. 122 ibique Wolff. Cic. II Catil. IV, 6 desiderio tabescere. — Νύμφαι] Explicandum auxilio versus 141 τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ. Nymphae si adfuissent, auxilium haud dubie misero Daphnidi tulissent. Vide Diodorum supra ad v. 64 laudatum. Non audiendus schol.: λέγει ἀπεῖναι τὰς Νύμφας, ἐπεὶ Νύμφης ἤρα ὁ Δάφνις, ἧς ἀπούσης μετὰ τῶν ἄλλων δηλονότι ἐτελεύτα. εἰ γὰρ παρῆν, οὐκ ἂν ἴσως ἀπέθανεν.

67. Πηνειῶ — τέμπεα] Tempe dicit Thessaliae, quae media Peneus perfluit. *Peneïa Tempe* habes apud Verg. Georg. IV, 317, *Thessala Tempe* apud Hor. Od. I, 7, 4. Vide Bursian. geogr. Gr. I p. 58. — τέμπεα ἤ] De hiatu post caesuram bucolicam admisso cf. e. gr. Odyss. III, 435. Odyss. XXIV, 466. *La Roche* in l. *de hiatu et elisione* ex ephem. gymn. Aust. 1860, X, p. 749 sqq. separatim edito p. 3 sqq. De reliquis locis Theocriti (II, 154. Nic. in arg. idyllii XI) nunc egit Gebauer. p. 91, qui p. 136 comparat Verg. Ecl. III, 79 *vale, vale*, inquit, Iolla. Ibid. VI, 44 ut litus *Hyla, Hyla* omne sonaret. Ovid. Met. III, 501. Amor. II, 13, 21. Propius etiam abest illud Aeneid. I, 405 et vera incessu patuit dea: ille ubi matrem. — κατὰ Πίνδον] Ita scripsi e coni. Ahrensii pro κατὰ Πίνδω. Idem legisse vates Mantuanus videtur Ecl. X, 11: nam neque Parnasi vobis *iuga* nam neque *Pindi* ulla moram fecere neque Aonie Aganippe. In Pindo, Thessaliae monte, oritur Peneus fluvius (cf. e. gr. Met. I, 569 *Tempe, per quae Peneus ab imo effusus Pindo spumosis volvitur undis*): uterque, et Peneus et Pindus, commemoratur ut v. 69 Acis fluvius iuxta Aetnam, ubi caput est Acidis. Atque haec quoque concinnitas versuum Ahrensii coniecturam commendat. De praepositione κατά cf. Theocr. I, 123. VIII, 2. XX, 30. Iliad. XV, 21.

68. Ἀνάπω] Anapus, Siciliae fluvius, octo ferme milia, ut ait Liv. XXIV, 36, a Syracusis aberat. Wuestem. Memorabilis est hic versus eo nomine, quod genetivus Doricus, *Ἀνάπω*, et qui dicitur Thessalicus seu epicus, *ποταμοῖο* (nam nihili est l. v. *ποταμῶ γε* apud Ahr. p. 9), alternant ut saepe alternant formae apud Pindarum. Cf. etiam Theocr. I, 28. 45. 58. Apparet autem hoc temperamento versui flumen verborum et volubilitatem insignem a poeta proprie Dorica dialecto utente esse paratam.

69. σκοπιάν] Egregie ita latus ille prospectus, quem habes ex Aetnae cacumine, describitur. Cf. Iliad. V, 771 ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν ἥμενος ἐν σκοπιῇ, λεύσσων ἐπὶ οἴνοπα πόντον. Iliad. IV, 275 ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος αἰπόλος ἀνὴρ ἐρχόμενον κατὰ πόντον. A Pindaro Ol. I, 54 dei Ὀλύμπου σκοποί vocantur. Nescio an non hoc vocabulum Vergilio obversatum sit scribenti, Ecl. VIII, 59. *praeceps aërei specula de montis in undas deferar.* Potuit etiam similia spectare, ut Theocr. IX, 11. — Ἄκιδος] Sil. Ital. XIV, 221 quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines et dulci gratam Nereïda perluit unda. Fabula Acidis est Ovid. Met. XIII, 750 sqq. Ceterum cf. Ovid. Fast. IV, 468 sqq. praeterit et ripas, herbifer *Aci*, tuas: praeterit et

ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς. 70
τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
τῆνον χὡκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα. 72

Cyanen et fontes lenis *Anapi*. — *ἱερὸν ὕδωρ*] Cf. Theocr. VII, 136.

70. *ἄρχετε κτλ.*] Habent hunc versum codd. omnes et hoc loco et v. 73. 76. 79. 84. 89. 94. 104. 111. 119. Idem tamen 99 in cod. Y., et 108 in codd. k. cet. apud Ahr. p. 12 [108] desideratur atque 114 varias sedes habet (Ahr. v. 102). Versus mutatus *λήγετε κτλ.* est in omnibus codd. 127. 131. 137. 142. ,,Librorum igitur strophae hae sunt: 2. 4. 2. 2. 2. 4. 4. cet., in quibus nullam agnoscas neque artis legem neque Theocriti manum. Turbas quum aliis communibus causis tum inde ortas suspicere, quod ea signa quibus veteres commentatores singularum stropharum comprehensionem constituerent (sic liceat interpretari verba scholiastae p. 69, 1 *αἱ παραγραφαὶ συστέλλουσι τὰς ᾠδάς*) ac notarent aut per errorem aut temeritate male affigerentur vel omitterentur. Itaque in hac quidem carminis parte proprio standum erit iudicio.'' Hactenus Kreusslerus p. 19. Equidem ego eieci versum intempestivum *ἄρχετε κτλ.* 73. 79. 84. 89. 111, inserui versum post v. 81. 86. 91. Praeterea v. 70 constantiae causa *πάλιν* scripsi pro *φίλαι*, quod hoc loco est in codd. et ubique in edd. prr. Nam *πάλιν* inde a versu intercalari proximo (v. 76 editionis nostrae, v. 72. 75. 81 sqq. Ahr. p. 9 sqq.) suppeditant codices optimi, maxime cod. k. et p., idemque manifestum est in schol., p. 68, 22 Ahr. Non contemnendum esse illud *πάλιν* iam Wartonus tom. II p. 16 intellexit, Brunckiusque idem aliquoties reposuit. Didot. vertit: ,,o Muses, commencez, Muses toujours chéries, commencez *vos refrains*, aimés des bergeries. Theocriteum *πάλιν* Keckius, qui Aesch. Ag. 117—118 sqq. *αἴλινον αἴλινον εἰπέ* post *αἴλινον αἴλινον εἰπε* posuit, in contentionem vocare poterat.

71. *τῆνον — τῆνον*] Imitatur Verg. Ecl. X, 13 spectans simul Theocr. VII, 74: *illum* etiam lauri, etiam flevere myricae, pinifer *illum* etiam sola sub rupe iacentem Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycaei. Vide quae dixi *in symb. Verg.* p. 20 et p. 15. Pronomen *ille* iteratur similiter apud Ovid. Met. XIII, 572—573. Tibull. I, 5, 27—29. al. — *λύκοι ὠρύσαντο*] Cf. Quint. Smyrn. XII, 518 *ἐν δὲ λύκοι καὶ θῶες ἀναιδέες ὠρύσαντο ἔντοσθεν πυλέων* et Nonn. Dion. XV, 406, cuius verba ad v. 72 exscribentur. Bion I, 18 ex emend. Hermanni: *κεῖνον μὲν πέρι πολλὰ φίλοι κύνες ὠρύονται*, ubi Ald. I *ὀδύραντο*, Ald. II et Iunt. *ὠδύραντο*.

72. *χὡκ δρυμοῖο*] Cf. Wolff. ad Soph. Electr. 1070 *τὰ ἐκ δόμων*. Thuc. III, 29, 1 (ibique Krueger.) *τοὺς μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους λανθάνουσι.* Krueger. gr. Gr. I, 2. § 68, 17, 3. § 50 8, 13. — *λέων*] Singularis, quum antecedat pluralis *θῶες — λύκοι*, ita dictus est, ut e. gr. Sall. Iug. 6 *leonem* atque *alias feras* primus ferire. Nonn. Dion. XV, 406 (422 Köchl.) *καὶ λύκος ἔστενεν Ὕμνον, ἀναιδέες ἔστενον ἄρκτοι, καὶ βλοσυροῖς βλεφάροισι λέων ὠδύρετο βούτην*. De articulo cf. Iliad. III, 109 *αἰεὶ δ᾽ ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, οἷς δ᾽ ὁ γέρων μετέῃσιν, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει.* Theocr. I, 87. XV, 83. — Lectio varians *ἂν ἔκλαυσε* in schol. commemorata et in cod. p. reperta, a grammatico, cui leones in Sicilia versantes inepte dici

πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
ἦνθ' Ἑρμῆς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ· Δάφνι,
τίς τυ καταιρύχει; τίνος ὦγαθὲ τόσσον ἐρᾶσαι;

videbantur, illata est: ,,si fuisset in Sicilia leo, illum utique flevisset". Eadem fortasse de causa Vergilius Ecl. V, 27: Daphni, tuum *Poenos* etiam ingemuisse leones interitum montesque feri silvaeque loquuntur. Vide Lennepium p. 177. Pro illo *ὃν ἔκλαυσε* edd. prr. Mein. I. cet. habent *ἀνέκλαυσε, ἔκλαυσε* reposuit Mein. II. III., quem Ziegl. Ahr. I. II. Am. Hart. sequuntur.

74. *βόες*] Vide Diod. Sic. l. ad v. 64 laudato. Nonn. Dion. XV, 395 *Ὕμνον ἐποικτείροντος ἐλείβετο δάκρυα ταύρου, καὶ δάμαλις δάκρυσε καὶ ἔστενεν ἀχνυμένη βοῦς*. Ex huius loci imitatione enatus est versus Vergilii, Ecl. X, 16: ,,stant et oves circum". — *πολλοὶ*] Eandem legimus eiusdem vocabuli post caesuram *ἑφθημιμερῆ* repetitionem id. XVI, 25. XVII, 76: cf. et XXV, 96. VIII, 41. IX, 17, de qua re dixi in *symb. Theocr.* p. 16 et p. 23. Eurip. Rhes. 311—12 ed. Nauck. *πολλοὶ μὲν ἱππεῖς, πολλὰ πελταστῶν τέλη, πολλοὶ δ' ἀτράκτων τοξόται, πολὺς δ' ὄχλος γυμνὴς ὁμαρτῇ*. Soph. Trach. 1195 *πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυρρίζου δρυὸς κείραντα, πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ ἄγριον ἔλαιον*. Ovid. Met. III, 353 ,,*multi* illum iuvenes, *multae* cupiere puellae" et v. 355 ,,*nulli* illum iuvenes, *nullae tetigere puellae*" ad exemplum Catulli LXII, 42: ,,*multi* illum pueri, *multae* optavere puellae" et v. 44 ,,*nulli* illum pueri, *nullae* optavere puellae". Vide etiam, ne plura afferam, Liv. XXI, 58 extr. Plin. Ep. II, 17 *multi* greges ovium, *multa* ibi equorum boumque armenta. — *δέ τε*] Haec particularum complexio Homero usitatissima, rara in Theocriti carminibus bucolicis (h. l., id. VI, 37 et e coni. V, 125), bis in mimicis (id. II, 157 et XV, 120), quater in epicis (XXII, 114. 215. XXIV, 38. XXV, 94) invenitur. Nam id. I, 82 *τυ* legendum est.

75. *δ' αὖ*] Ahrensius adn. cr. p. 9, quia in codd. k. cet. *δὲ* pro *δ' αὖ* scriptum est, *πολλαί οἱ* scriptum fuisse suspicatur. At cf. id. XXV, 104. XVII, 3 et adnotationem meam ad Arist. Eth. N. VIII, 4, 1. — *ὠδύραντο*] Calpurn. IX, 32 stant vituli et teneris mugitibus aëra complent.

77. *Ἑρμῆς*] ,,Nihil mirum, si Mercurius Daphnim amoris ignibus misere contabescentem primus consolatum adit, quippe qui pater sit." Ita Wesseling. ad Diod., cuius verba ad v. 64 exscripsimus. Vide etiam Parthen. Erot. 29. Serv. ad Verg. Ecl. V, 20. Erravit Gebauerus p. 108, qui Mercurium ideo, quod princeps ille esset deorum agrestium, primum ad Daphnim accessisse contendit. — *πράτιστος*] Cf. Theocr. XXII, 187. XXV, 155. XXV, 204. XXVII, 49. XXVII, 55. Iliad. II, 228 al. — *ἀπ' ὤρεος*] Aetnam montem dicit. Cf. Theocr. VII, 74. Strab. VI, 2, 8 p. 273 extr. *ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ ὄρος*. Apte Arm. Koechly p. 34 vocem Helvetiorum ,,*von der Alp*" comparat.

78. *καταιρύχει*] Cf. Theocr. X, 15. Tibull. I, 4, 81 Marathus lento me *torquet* amore. Ibid. I, 4, 76 quos *male habet* multa callidus arte puer. Eur. Hel. 1285 *μὴ 'πὶ τοῖς ἀνηνύτοις τρύχου σὺ*

ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον· 80
πάντες ἀνηρώτευν τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος — 81
* ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς —
κἤφα· „Δάφνι τάλαν, τί νυ τάκεαι; ἁ δέ τυ κώρα 82

σαυτήν. Soph. Oed. R. 665 ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνουσα (Dind. φθινὰς) τρύχει ψυχάν. Eur. Med. 1100.— „Quum *amore* perire sciat Daphnidem, quam tandem ardeat Mercurius interrogat non minus blande quam Venus Sapphonem [frgm. I, 19] τίς σ' ὦ Ψάπφ' ἀδικήει;" Koechl. Similiter Achillem Thetis alloquitur, Iliad. XVIII, 73: τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος;

80. ἦνθον κτλ.] De hoc versu et imitatione Vergilii dixi in *symb. Theocr.* p. 6. Verg. Ecl. X, 19 *venit* et upilio, tardi *venere* bubulci, uvidus hiberna *venit* de glande Menalcas. Omnes „unde amor iste" rogant „tibi?" *Venit Apollo* [id in versu Adonio positum respondet Theocriteo v. 81 ἦνθ' ὁ Πρίηπος]: „Galle, quid insanis?". — Aen. XI, 868 sq. prima *fugit* domina amissa levis ala Camillae: turbati *fugiunt* Rutuli, *fugit* acer Atinas. Fortasse Theocritus in cumulandis ordinandisque verbis se similem esse voluit Homeri, Odyss. VIII, 322 sq.: ἦλθε Ποσειδάων γαιήοχος, ἦλθ' ἐριούνης Ἑρμείας, ἦλθεν δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων. Odyss. III, 430 sqq. ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐποίπνυον. ἦλθε μὲν ἂρ βοῦς ἐκ πεδίου, ἦλθον δὲ θοῆς παρὰ νηὸς ἐίσης Τηλεμάχου ἕταροι μεγαλήτορες· ἦλθε δὲ χαλκεύς, ut Theocr. v. 81 ἦνθ' ὁ Πρίηπος. Comparare etiam iuvat Soph. Trach. 517 τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων πάταγος — ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων πλήγματα. Liv. II, 32, 5 *timere* relicta ab suis plebis violentiam patrum, *timere* patres residem in urbe plebem. — ποιμένες] sunt κατ' ἐξοχήν *opiliones* vel etiam „*ovium magistri*" (Verg. Ecl. II, 33). Cf. id. V, 1. V, 90. VIII, 9.

81. ἀνηρώτευν] Cf. adn. VI, 30.

82. τί νυ] *quid, quaeso, tabescis?* Cf. Odyss. I, 59 sqq. οὐδέ νυ σοί περ ἐντρέπεται φίλον ἦτορ; Scripsi Brunckium et Ahr. II. secutus νυ (codd. Q. cet. Ahr. p. 10) pro τὺ (codd. rell. et edd. prr. Ahr. I. cet. Mein. III. τυ). Kreusslerus p. 11 contulit Theocriti imitatores, Bion. X, 3 τί νυ τόσσον ἀπήχθεο; Mosch. IV, 6 τί νυ δή με θεοὶ τόσον ἠτίμησαν; Mosch. IV, 62 τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο; Quamquam non alibi in Theocriteis interrogationi particula νυ inservit: sed cf. XXV, 40. XXV, 187.

82—85. ἁ δέ τυ κώρα — ζάτοισ'.] „*te ipsum quaerens puella fertur ad omnes fontes, per omnia nemora*". Ita constitui locum, de quo sunt paene quot capita totidem sententiae. Legitur enim apud Gregor. Cor. d. Dor. § 14 et in codd. k. cet. (Ahr. p. 10) ἁ δέ τοι κώρα, in codd. p. Q. ἁ δέ τι κώρα, contra codd. duo (D. et v.) et edd. prr. (certe Ald. et Iunt., quas, quum falsa Koenius ad Gregor. p. 202 protulerit, in amicorum gratiam iterum iterumque inspexi) ἁ δέ τε praebent, et quidem cod. v. ἅδέ τε. Editio Call. exhibet ἁ δέ γε, ed. Mor. ἅδε τί, ed. Steph. ἅδε τι, quod transiit in Vign. 1600. Heins. rursus dedit ἁ δέ τε, quod mansit usque ad edd. recentissimas, Ziegleri, Ameisii, Meinekii, excepta Ahrensiana II., ubi e coni. ἁ δ' ἔτι κώρα — φορεῖται. ζαλῶ σ', ᾇ editur. Hartungius ἁ δ' ἔτι κώρα — φορεῖται ζατεῦσ'. ἃ lectoribus offert. Accusativum (τυ) haud dubium est quin legerit etiam scholiasta, quum haec scripserit: ἡ δὲ

πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται, 83
ζάτοισ'. — ἆ, δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί. 85

κόρη ἀνὰ πᾶσαν τὴν κρήνην ζητοῦσά σε φέρεται. Ne scriberem ἅ δὲ τὲ κώρα accusativum Doricum, ut Casaub. Valck. I. Boissonadius ad Nicet. Eug. II p. 155 voluerunt, fecerunt litterae Kreussleri ad me datae, quibus neminem non Graecum hominem, auditis verbis ἅ δε τε (de industria haec sine accentibus scribo) κώρα, de usitatissima dictione Homerica δέ τε cogitare debuisse monuit: 'nam aliud esse quum dici audias γαλῆν ὁρῶ, aliud quum audias γαλήν' ὁρῶ (Ar. Ran. 304 coll. Eur. Or. 279): vix discerni vocabula ἅ δέ τε et ἅ δὲ τὲ celeriter recitata. Versu autem 85 ζάτοισ'. ἆ edidi propter testimonia scholiorum (Ahr. tom. II p. 69: ζάτοισ'· Αἰολικόν· διὸ καὶ βαρύνεται) et auctoritatem codicum Q. cet. (Ahr. tom. I p. 10). Ζάτοισα vero a ζάτω derivo, nec ζατοῖσα scribo, ut e. gr. Krueger. gr. Gr. II, 1 § 33, 1, 10. Neque enim adducor ut credam Aeolicam formam veram hic locum habere ζάτεισα, quae est sane in codd. k[4]. D[b] (vide Ahr. tom. II p. 474). Praeterea ob illud ζάτεισα me Meinekii auctoritate commotum in proecdosi ζατεῖ σ'. ἆ δύσερώς τις scripsisse iam poenitet. Vix enim defendas coll. id. XXIII, 3 μίσει vel Iliad. V, 4 δαῖε vel similibus. In edd. Med. Iunt. est ζατεῦσ', ἆ, in ed. Ald. ζατεῦσα, posterius etiam in codd. 16 cet. Ne quis propter pronomen personale τυ tanquam temere interpositum inter articulum et substantivum suum moveat scrupulum, conferantur ea, quae ad v. 30—31 p. 23 diximus. Denique h. l. commemoretur, quod Herm. praef. Soph. Schaef. 1810 p. XII coniecit ζάτευ, *quin quaere.*

83. πάσας — φορεῖται] *amore commota omnes fontes, omnia nemora lustrat,* ut loquar cum Ovid. Met. I, 479. Ovid. Art. am. I, 311: in nemus et saltus thalamo regina relicto *fertur,* ut Aonio concita baccha deo. — ἀνὰ] Cf. Bion. I, 36 ἃ δὲ Κυθήρα πάντας ἀνὰ κναμώς, ἀνὰ πᾶν νάπος, οἰκτρὸν ἀυτεῖ. Theocr. I, 117. II, 13. 35. XIV, 43. Vide etiam id. XIII, 67. Haec dicenda propter Geb., qui in libello 1856 edito p. 77 fugientem puellam significari existimans (quum illa potius anquirat Daphnidem) cum verbis πάσας ἀνὰ κράνας κτλ. Germanicum illud *„das Mädchen läuft über alle Berge"* praepostere contulit. Cfr. Koechl. p. 29. Liberius autem his ad carmen suum exornandum usus est Verg. Ecl. X, 22: tua cura Lycoris *perque nives alium perque horrida castra secuta est.* Ibi anaphoram (πάσας — πάντα) imitans Vergilius post caesuram repetit praepositionem *per* in principio versus positam: fortasse etiam placuit sibi in imitando sono vocabuli κώρα in exitu versus 82 positi, quum et ipse sub finem versus scriberet *„tua cura".* Nec vero propter illud vocabulum *cura* credibile est, Vergilium in suo Theocriti codice legisse ἅ δέ τοι ὥρα, ut opinatur Geb. 1861 p. 29. Vergilium autem imitatur Petrarca, ecl. IV: *perque* nemus vacuum *perque* atra silentia noctis fisus eo: plaudunt volucres et concava saxa.

85. ζάτοισ'] Quaerit Daphnidem puella, quia ipsum deperit. Scit hoc Daphnis et tamen constanter luctatur cum affectibus eius amoris, ex quo laetum potius fructum quivis alius lubens cepisset. Atque haec est illa conditio, quae mira omnibus diis ruralibus pastoribusque videtur. Hoc autem dico imprimis propter Lennepium, p. 176 officioso

βούτας μὰν ἐλέγευ· νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας. 86
** ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.*
ᾡπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται, 87
τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο. 88

mendacio Priapum uti dicentem, et propter reliquos viros doctos, spretum amatorem qui Daphnidem esse voluerunt. Nam nihil huc faciunt, quos Lennepius l. l. commemorat, Ovidius, Art. am. I, 732 (pallidus in lenta Naïde Daphnis erat), et Nonnus, Dion. XV, 307 (*ἆ πόσα Δάφνις ἄειδεν ὁ βουκόλος· ἀμφὶ δὲ μολπῇ παρθένος ἀστιβέεσσιν ἐκεύθετο μᾶλλον ἐρίπναις, ποιμενίης φεύγουσα βοῆς μέλος*). De participio *ζάτοισ'* significanter in principio versus posito cf. Iliad. XIII, 145 et similia, Iliad. XI, 174. XIII, 340. 557. Iliad. XIV, 256 sqq. legimus *ὁ δ' ἐπεγρόμενος χαλέπαινεν, ῥιπτάζων κατὰ δῶμα θεούς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων ζήτει.* — *ἆ, δύσερώς τις κτλ.*] *ah, tu vappa, male perditus amator, homo Venerius* (Cic. II. Verr. V, 54, 142), *levitatibus amatoriis impletus* (Cic. Fin. I, 18, 61), *furens es in libidinem* — *δύσερως* —, *unde expedire te* (Hor. Epod. XI, 25) *inops consilii* (Liv. XLIV, 2 extr.) *nullo pacto potes.* Hoc dicit Priapus, obscaenitatis ille pater et ex sese fingens alios: „nunc rem intelligo! quamquam te ipsum plena cupiditatum puella petit, tu tamen non es contentus hac una, quam permolas, sed omnium quas conspicis formosarum cupiditate incensus es: caprario (ut ait in proximis) vel potius capro lascivo salacitate tua simillimus es, *ὤνθρωπε φιλοῖφα*“ (Theocr. IV, 62). Nam *δύσερως*, de cuius voc. accentu vide Kreussler. p. 11 *adn.*, *perdite amantem* significat, sicuti in reliquis ubi invenitur locis, Theocr. VI, 7. Lucian. Tim. 26 (*οἶδα γοῦν τινας αὐτῶν* — amatorum tuorum — *οὕτω σου δυσέρωτας ἔχοντας ὥστε καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον φέροντες ἔρριψαν αὑτούς*). Thuc. VI, 13. Eur. Hipp. 193. Xen. Oec. XII, 13. Plut. Pericl. 20. Cf. Achill. T. V, 1. Idem (id quod dico propter Meinekium p. 190 *amare nolentem* hic notari existimantem) valet de Anth. Pal. XII, 79, 3. XII, 132, 2. Verba *ἆ, δύσερώς τις* interposita aliqua mora Priapus subiicit. Neque vero obiurgatio aliqua („*o stulte*“, ut Moerik. et Notter.) vel commiseratio („*ach!*“ Witter. al.) interiectione *ἆ* exprimitur, sed hac vocula declaratur iocosum illud gaudium Priapi, qui, postquam de causis mirae illius conditionis, in qua nunc Daphnidem constitutum videt, aliquamdiu apud animum suum quaesivit, tandem rem — ut sibi quidem videtur — perspexit et exclamat: *ah! nunc intelligo!* Plaut. Poen. III, 5, 23 *hahahe!* iam teneo quid sit! perspexi modo! Hor. Epod. V, 71 *ah! ah!* solutus ambulat veneficae scientioris carmine. Non multum abhorret Arist. Ran. 759 ed. Kock.

86. *βούτας*] Cf. Theocr. VII, 73 et I, 116. Promiscue enim Theocritus vocabulis *βούτας* et *βουκόλος* utitur. — *αἰπόλῳ ἀνδρί*] Odyss. VIII, 166 *ἀτασθάλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.* — *Αἰπόλοι ἄνδρες* legitur Iliad. II, 474. Cf. et Theocr. VI, 7. [XX, 34.]

87. *βατεῦνται*] „*saliuntur*“, Varr. R. R. II, 2. — Eustath. Iliad. IX, 133 p. 741, 48 ed. Rom. *ἐκ τούτου καὶ τὸ βατεῦνται παρὰ Θεοκρίτῳ ἐπὶ ζῴων μίξεως.*

88. *ὀφθαλμώς*] Cf. Theocr. Epigr. VI, 2. — *ὅτι οὐ*] De hiatu ne ab Homeri quidem carminibus (Iliad. XXIV, 593) alieno dixit *La Roche, ephem. gymn. Austr.* 1861, XII, p. 833.

καὶ τὺ δ᾽ ἐπεί κ᾽ ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελᾶντι, 90
τάκεαι ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις." 91
**ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.*
[τὼς δ᾽ οὐδὲν ποτελέξαθ᾽ ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ 92
ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας. 93

90. **καὶ τὺ δ᾽**] Homerus quidem *καὶ δὲ* particulas quando usurpat, contiguas sibi facit (Iliad. VII, 113 *καὶ δ᾽ Ἀχιλεὺς τούτῳ γε μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ ἔρριγ᾽ ἀντιβολῆσαι*, Baeumlein. part. gr. p. 148—149), sed Theocritus Atticorum secutus consuetudinem interposuit vocabulum, ut e. gr. Soph. Phil. 1362: *καὶ σοῦ δ᾽ ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τόδε.* Vide Arist. Eth. Nic. VIII, 43 et quae ibi adnotavi, Krueger. gr. Gr. II, 2 § 69, 41, 2. — Diversa miscuit Wuestem. comparans Pind. Ol. VII, 1—7 *φιάλαν ὡς — καὶ ἐγὼ . . . ἱλάσκομαι.*

92—93. **τὼς κτλ.**] Versus 92—93 olim ab iis fictos esse existimo, qui propter v. 100 *τὰν δ᾽ ἄρα κτλ.* excidisse quaedam crederent, velut nuper Goebbelius l. l. p. 9 rationem inter versum 92 et versum 100 quandam intercedere dixit. Ahrensius quoque v. 92—93 eiecit. Causam quidem silentii a Daphnide acti Koechl. p. 34 his verbis indicat: „Daphnis et benevolis ceterorum quaestionibus et lascivae Priapi cavillationi silentium opponit, ne amare sese aut confiteatur, quo victum se confessus esset, aut neget, quo turpiter mentitus esset." Possis etiam suspicari Daphnidem propterea ne verbum quidem respondere, quod contemnat vulgus pastorum et Panis lasciva oratione irritatus magis sit quam levatus. Sed dubitatio magna movetur v. 93.

93. **ἄνυε κτλ.**] Omnes quas novi huius versus explicationes ita quaesitae sunt et a verborum vi propria remotae, ut hac quoque re versus spurii prodi videantur. Quam protuli in proecdosi interpretationem („*conficiebat, conficere* vel *perficere studebat amorem*") hanc me „*se non nominato*" Gebauerus 1861 p. 109 criminatur, quasi eius libello 1856 p. 81 expilato. Ignoravit homo doctus multis me annis ante in scholis publicis locum ita exposuisse, idemque fecisse Ameisium *adn.* p. 5. Verum hoc libenter ei dono, falsum praesertim. Nam fundit ea explicatio sententiam haudquaquam perspicuam. Gebauerum ipsum 1856 p. 81 aperte *de conatu* loquentem refutavit Koechl. p. 35: defendit rursus rationes suas Geb. 1861 p. 109, nec tamen feliciter. Verum ne ea quidem, quae Koechl. p. 34 scripsit, rem tangunt acu: „amorem", inquit, „ad *mortem usque consummavit*, h. e. tam diu silens amorem continet, usque dum moritur: *ἄνυε πικρὸν ἔρωτα* pertinet ad illam *actionis passivae* figuram, quam et olim in Iahnii annal. 1837 V p. 379 sqq. et nuper in prolegg. ad Quint. p. XCII illustravi ne huius quidem loci immemor." Fr. Buechelerus quoque, acuti vir ingenii, Iahn. annal. 1860, LXXXI p. 359 vertit verba, non explicavit. Falsa adeo est, quae Gebauero placet, translatio Hartungii: „*kein Wort sagte dagegen der Kuhhirt, sondern verwand sein bitteres Leiden, verwand's auch bis zur Stunde des Todes.*" Circa rem, non de re loquuntur Wuestem. et Valck. I. Quorum prior: „*acerbum amorem tulit usque ad finem vitae. ἀνύειν*, inquit, est perficere, ab uno fine ad alterum perferre." Neque perspicua est Goebbelii explicatio l. l. p. 9: „verbum *ἀνύειν* significat *extollere*, *in die Höhe bringen, fördern*, e. gr. Theocr. VII, 6, tum *ali-*

ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.]
ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα,
ἁδέα μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἐνὶ θυμὸν ἔχοισα,

quid ad finem perducere, perficere, e. gr. Theocr. XXI, 19. XVIII, 17. Bion V, 8 κιθάραν ὡς ἄνυσ' Ἀπόλλων." Ne Goethii quidem verbis, id quod quondam existimabam, locus illustratur. Ille quidem, *Clavigo act. I.*, ,,*was ist an einem armen Mädchen gelegen, ob ihm das Herz bricht, ob es sich verzehrt* (τάκεται) *und sein armes Leben ausquält?*" Nihil etiam ad verbum ἀνύειν h. l. explicandum faciunt Homerica illa, Odyss. IV, 357. Odyss. XXIV, 71. Iliad. XX, 452. — ἐς τέλος] Cf. Iliad. III, 309 θανάτοιο τέλος al. — μοίρας] Ansam fortasse versus faciendi dedit Theocr. I, 140.

95. ἦνθέ γε μὰν] His verbis redit oratio ad superiora, v. 77 et 80—81: ἦνθ' Ἑρμῆς — ἦνθον — ἦνθ' ὁ Πρίηπος, atque res maxime memorabilis, adventus Veneris et expostulatio Daphnidis, subiicitur. De consociatis particulis γε μήν, Pindaro (Pyth. VII, 20) et Atticis usitatis, in carminibus Homericis non ita adhibitis, optime disputavit Baeumlein. part. Gr. p. 64. Habes easdem apud Theocritum I, 139. III, 27. Comparari potest Odyss. XI, 582 καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον et Odyss. XI, 593 καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον. Vide etiam Theocr. XVII, 86. — ἁδεῖα κτλ.] Versum totum sic verte: *venit etiam laeta Venus, ridens illa, dulce illa quidem ridens, sed gravem simul iram animo gerens.* De vocula καὶ cf. Theocr. II, 21 ἅμα καί, *simul etiam*, VII, 2 σὺν καί, *una etiam.* XV, 25. Haupt. obss. crit. p. 25. Pind. Ol. II, 25 λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ βίοτον ἄφθιτον Ἰνοῖ τετάχθαι. Schneidewin. ad Pind. Ol. VII, 26. Venit Venus ἁδεῖα, *laeta*, *sereno vultu et hilari.* Ita Soph. Oed. R. 82 de Creonte adveniente quum Oedipus dixisset v. 80: εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι, sacerdos subiicit: ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡδύς. Cf. Hand. l. l. p. 7. Hermann. ad Soph. Trach. 122. — γελάοισα] *ridens* venit Venus, quia est φιλομμειδής (Iliad. III, 424. V, 375 cet.), *Erycina ridens* (Hor. Od. I, 2, 33). Nam erravit Gebauerus 1861 p. 109. Quae in proecdosi scripsi retexo, etiamsi ea magnis nominibus Huschkii (in Wolf. *anal. litt.* I p. 175) et Meinekii (ed. III p. 192) videntur esse commendata. — Ahrens. ex ed. Iunt. scripsit γελόωσα, quum sit in subsidiis ceteris γελάοισα, id quod etiam *Koechl.*, elegantiae ille magister singularis, p. 32 iure retinuit. At illi lectioni variae ed. Iuntinae eo minus aliquid tribuendum, quia in versu proximo haec quoque editio conspirans et cum ceteris edd. prr. et cum codicibus habet γελάοισα, vel — ut accuratius loquar — λάθρη (λάθρῃ) μὲν γελάοισα, excepto cod. p., qui dat λάθρια μ' ἐκγελάοισα, unde Ahrensius effinxit horribilia verba λαδρὰ μὲν ἐκγελόωσα, et excepto cod. E., ubi est λάθρα. At magnam in hac causa vim habet ὁμοιοτέλευτον v. 95 et 96 — γελάοισα — γελάοισα — ἔχοισα, de quo cf. Theocr. XXVI, 30 et Gebauer. 1861 p. 65, quamquam somnia pro veris Gebauerus vendidit, quum illa adderet: ,,dubitari non potest, quin poeta cum ipso ὁμοιοτελεύτῳ etiam formam γελάοισα e cantilena populari assumpserit."

96. ἁδέα μὲν γελ. κτλ.] *laetum quidem* vel *dulce* (nam utraque vis subiecta vocabulo ab hominibus Graece loquentibus separari non potest) *ridens*,

κεῖπε· „τύ θην τὸν Ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγίξειν·

sed gravem iram in pectore gerens. Haec superiori participio γελάοισα ita adduntur, ut e. gr. Bion. I, 7—8 κεῖται μηρὸν ὀδόντι, λευκὸν μηρὸν ὀδόντι τυπείς. Dicitur ἁδέα γελάοισα ut Hor. Od. I, 22, 23 *dulce ridentem* Lalagen amabo, *dulce loquentem.* Hor. Od. III, 27, 67 *perfidum* ridens Venus. Apud Homerum ἡδὺ γελᾶν legitur aliquoties (Iliad. II, 270. XI, 378 cet. *La Roche, stud. Hom.* p. 61), sexcenties ἱμερόεν μειδιόωντες (Apoll. Rhod. III, 1024), ἁπαλὸν γελάσαι (Odyss. XIV, 465), similia, quae commemorat Kreusslerus p. 14: at plurali numero ἡδέα γελᾶν ubi legatur nemodum ostendit. Quare Graece ἡδέα γελᾶν dici posse negavit Meinek. II, secutus opiniones Fr. Iacobsii ad Anth. Pal. p. 723 et Lobeckii ad Soph. Ai. p. 246, negavit nuper O. Kreusslerus meus, vir „doctus sermones utriusque linguae" si quis alius. Contra posse sic dici Graece communis noster praeceptor God. Hermannus in Zimmerm. annal. 1837 p. 226 contendit, contenderuntque Theod. Bergkius in Zimmerm. ann. 1837 p. 444 et Arm. Koechly (p. 32): posse sic dici nos quoque sumimus, quando comparamus si minus Pherecrat. apud Athen. XV p. 684 F. (ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον, προσκυνῶν δὲ σέλινα, γελῶν δ' ἱπποσέλινα καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων), at Ibyc. fragm. 2 p. 328 Schn. (Ἔρος αὖτέ με κυανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις τακέρ' ὄμμασι δερκόμενος — ἐς δίκτυα βάλλει) et maxime ea, quae Kreusslerus p. 14 et Lobeckius h. l. in medium protulerunt: Anth. Pal. XII, 156, 4 — φαίνεις εὔδιος, ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν ἐκκέχυσαι. Anth. Pal. V, 17, 3 τί μάταια γελᾷς, καὶ σιμὰ σεσηρὼς μοχθίζεις; τάχα που σαρδόνιον γελάσεις. Huc accedunt Latina illa a Lobeckio commemorata (*transversa tueri,* Verg. Ecl. III, 8, coll. Theocr. XX, 13 λοξὰ βλέποισα: *acerba tuens,* Aen. IX, 794, coll. Aen. XII, 398 cet.) et exemplum quod magno cum gaudio reperi in Ovidii Art. am. III, 513: *ridenti mollia ride.* In subsidiis, ut ita dicam, stant talia. Alc. frgm. 39 p. 278 Bergk. ἄχει δ' ἐκ πετάλων ἁδέα τέττιξ, Phocyl. fragm. 11 p. 25 ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν, et quod est apud ipsum Theocritum VI, 9 ἁδέα συρίσδων. Contra quod Ameis. *adn.* p. 5 affert, Bion. III, 17, alius est generis. Equidem igitur ex Ahlwardtii coniectura ἁδέα nunc scripsi pro λάθρη vel λάθρῃ vel λάθρα: vide adn. ad v. 95. — βαρὺν δ' ἐνὶ κτλ.] *gravem iram in pectore fovet dea,* quia „ingrata est Veneri superbia" iuvenum atque puellarum, ut loquar cum Horat. Od. III, 10, 9, vel, ut Venus apud Euripid. Hipp. 5: τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη, σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα. Contemnere se autem Amorem Daphnis magnifice dixerat (v. 97). — βαρὺν] Cf. Soph. Phil. 368 βαρείᾳ ὀργῇ. Aesch. Suppl. 346 βαρύς γε μέντοι Ζηνὸς κότος. — ἐνὶ] Scripsi ἐνὶ pro ἀνὰ e coni. aliis quoque, velut Koechl. p. 32, Kreussl. p. 19, probata et ab Hart. recepta. Nam *narratio* rerum veniam dat formae, qua in bucolicis carminibus abstinuit, in epicis et mimicis (XVII, 3. II, 26. XIV, 49) usus est Theocritus. Non alienum est quod Gebauerus comparavit Verg. Aen. I, 209: spem voltu simulat, premit altum corde dolorem. — „Expressit Theocritea, quamquam in contrariam sententiam deflectens, Nonn. Dion. XXXIV, 303 ἀμφότερον γάρ, εἶχε νόον γελόωντα, χόλον δ' ἀνέφηνε προσώπῳ." Mein. Plura vide in ADD

97. θην] *opinor,* id quod h. l. magna cum acerbitate dicitur. Cf. Iliad. VIII,

ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέοιο λυγίχθης;"
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
τὰν δ' ἄρα χὠ Δάφνις ποταμείβετο· „Κύπρι βαρεῖα,
Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής·

448 ibique Spitzner. Iliad. XX, 452 al. Theocr. VI, 34. V, 111. — *τὸν Ἔρωτα*] articulo addito ut Theocr. III, 15. XI, 1. Bion. II, 1. 4. 6. 12. Mosch. I, 1. — *κατεύχεο*] Parum abfuit quin scriberem ex elegantissima coniectura Bergkii mecum per litteras communicata: *τύ θην τὸν Ἔρωτά ποκ' εὔχεο Δάφνι λυγίζειν*. Dehortata est adnotatio Kreussleri p. 15: ,,non video cur non servetur *κατεύχεο*, hoc sensu: *exsecratione te devinxeras*. Constructio est eadem quae apud scriptorem quem excerpsit, ut videtur, Athenaeus XIII, p. 573: *E. οἱ ἰδιῶται κατεύχονται τῇ θεῷ ἀπάξειν αὐτῇ τακτὰς ἑταίρας*.'' Equidem dudum comparaveram Soph. Antig. 263, si quidem ibi *ἀλλ' ἐπεῦκτο μὴ εἰδέναι* legitur (Bergk. Mus. Rhen. 1848 p. 148). Ahrens. recepit coniecturam C. Fr. Hermanni *κατ' εὔχεο*, contra quam Kreusslerus l. l. disputavit. — *λυγίζειν*] Verbum e palaestra desumptum. Vide Fr. Iacobs. ad Philostr. imagg. II, 32. Wuestem. Cf. etiam Eur. Hipp. 400 *Κύπριν κρατῆσαι*. Claudian. Pros. I, 27 qua lampade Ditem *flexit* Amor. Cic. Ep. ad Brut. II, 2 Servilius mecum ita contendit, et a me ita *fractus* est, ut eum perpetuum sperem modestiorem fore. Hor. Od. IV, 1, 6 desine, dulcium mater saeva cupidinum, circa lustra decem *flectere* mollibus iam durum imperiis. Ibid. III, 10, 15 o quamvis neque te munera — nec vir Pieria pellice saucius *curvat*.

98. *ἦ ῥ'*] Ita scripsi post Call. Valck. I. Mein. II. III. Am. Ahr. I. ex codd. D. cet. (Ahr. p. 11) pro *ἄρ'* (edd. prr., certe Ald. et Iunt., Heins. Briggs. Mein. I. al.), *ἦρ'* Ahr. II. Cf. Theocr. XVIII, 10. II, 6. IV, 1. 53. 58. II, 20. III, 7. 8. Iliad. V, 421 al. — *ἀργαλέοιο λυγίχθης;*] Ita scripsi e coni. pro *ἀργαλέω* (cod. p. cet. Iunt. Ahr. I. II al.) vel *ἀργαλέου* (codd. k. cet. apud Ahr. p. 11, ed. Med. Ald. Call. al.). De augmento omisso cf. e. gr. Theocr. VII, 137. 139. 142.

100. *τὰν δ' ἄρα*] Cf. e. gr. Iliad. I, 148 *τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς*. — *χὠ Δάφνις*] Theocr. VI, 1. XXII, 34. — *βαρεῖα*] ,,*grave et implacabile numen*'' (Ovid. Met. IV, 452). Cf. Theocr. III, 15. XVII, 19 et adn. ad II, 3. Hor. Od. I, 2, 22 graves Persae. Ibid. III, 5, 4 gravibusque Persis. Tac. Ann. I, 10 Livia, gravis in rem publicam mater, gravis domui Caesaris noverca.

101. *νεμεσσατά*] *ἀξία μέμψεως* explicat schol., *odiosa* Vinsemius, quem Am. aliique sequuntur. Sed h. l. significatur potius ,,*irasci celeris*'' (Hor. Epist. I, 20, 25). Ita de Amore Hor. Od. IV, 13, 9 *importunus* enim transvolat aridas quercus. Ovid. Met. IV, 483. Homerus quidem paene constanter, ut et alii scriptores (e. gr. Soph. Phil. 1193), *νεμεσητός* de rebus dicit, quae movent indignationem, semel, quantum scio, sed alio sensu de hominibus, Iliad. XI, 649 (*αἰδοῖος, νεμεσητός*), ubi virum *venerandum, reverentia dignum*, significari docet adiunctum voc. *αἰδοῖος* (vide Spitzner. ad h. l.). At fuerunt olim, qui illo loco Iliadis *νεμεσητός* de Achille, prono ad indignandum, dictum esse crederent: cfr. Eustath. ad h. l. p. 873, 20: *οὕτω καὶ νεμεσητὸς Ἀχιλλεὺς ὁ νεμεσῶν*. Neque dubito, quin aut ad hunc Homeri versum

ἤδη γὰρ φράσδῃ πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι δεδυκεῖν;
Δάφνις κὴν Ἀίδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.

aut ad similem veteris poetae spectans Theocritus poeta Alexandrinus νεμεσσατά h. l. dixerit. Cf. Theocr. XXV, 127. — ἀπεχθής] Scripsisse poeta videtur ἐπαχθής. Tibull. I, 9, 20 *asperaque* est illi *difficilisque* Venus. Secundum coll. Sanctam. in cod. Flor. w (W) et in cod. Vat. 4 ἐπαχθής, quod ne Valckenario quidem plane displicebat, invenitur. Tacet de hac re Ahr. p. 11. Vocabulum ἀπεχθής fluxit e v. 141, sed non satis defenditur verbis Iliad. V, 198 ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν. Odyss. X, 75 ἀθανάτοισιν ἀπεχθόμενος τόδ᾽ ἱκάνεις.

102. πάνθ᾽ ἅλιον κτλ.] *an tu putas omnium dierum solem nobis occidisse?* h. e. an plane me victum existimas? Livius XXXIX, 26 de Philippo: *elatus deinde ira* [ut Daphnis Theocriteus] *adiecit ,,nondum omnium dierum solem occidisse''*. Cf. Diodor. exc. Vat. p. 78, 15. Dind. Eustath. p. 1266, 46 ad Iliad. XXII, 213 ᾤχετο δ᾽ εἰς Ἀίδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων ita scribit: ἐντεῦθεν δὲ ὀνάμενος Θεόκριτός φησι τὸ οὐ πάντα τὸν ἥλιον δεδυκεῖν, ἤγουν οὐ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ ζῆν. Neque tamen Eustathius memoriter Theocritea ita videtur citasse ut apud Theocritum οὔπω πᾶς ἅλιος ἄμμι δεδύκει dicendus sit, quae opinio est Meinekii. Supersedemus et Buttmanni correctione, gram. Gr. II p. 40 ed. 1839, ἤδη γὰρ φράσδῃ, πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι δεδύκην, *vides me occidisse,* vel, ut Buttmanni verbis utar, *,,denn du siehst, dass es mit mir aus ist.''* Nam quod per interrogationem a Theocrito elatum est (ut viderunt Casaub. lectt. Theocr. p. 244 ed. Heins. 1604 et in notis H. Steph., quum legeretur in ed. Med. ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιος ἄμμι δεδύκη Δάφνις, κεῖν, in ed. Ald. ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιος, ἄμμι δεδύκει Δάφνις· κεῖν, in ed. Iunt. ἤδη γὰρ φράσδῃ πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι δεδύκην Δάφνις· κεῖν, in ed. Call. ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιος, ἄμμι δεδύκει, Δάφνις· κεῖν, et in ipsius ed. Stephani ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιος ἄμμι· δεδύκει Δάφνις, fere ut schol. quibuscum confer lectt. varr. codd. φράσδει — k. cet. —, ἅλιος — k. cet. — vel ἅλιον — k. *supra* scr. —, δεδυδεῖν — a. p. — vel δεδύκειν, δεδύκην al. apud Ahr. p. 11. —) id, inquam, tanquam responsum Eustathius retulit: οὐ δεδυκεῖν ἥλιον. Cum hoc concordat Eustath. Odyss. XX, 357 p. 1895, 17, modo verba eius recte explices. Interrogationis signum post δεδυκεῖν posuerunt Ziegl. Am. Mein. I. III. Ahr. I. II., contra στιγμήν Mein. II. al. Κὴν pro κεῖν Ahr. ex 16 cet. ,,Ex hoc sermone mihi intelligere videor Theocritum in Daphnide alterum quodammodo Hippolytum repraesentare voluisse, non calumniis tamen, sed Veneris potentia superatum, flammis consumptum, nec tamen cedentem.'' Fr. Iacobs. apud Wuest. Alias editorum superiorum opiniones vide apud Valck. I. et Io. Aug. Iacobs. p. 7 et p. 337. Vere etiam God. Hermannus in annal. Vind. 1848 p. 212 voc. πάντ᾽ accusativum esse statuit ad substantivum ἥλιον referendum, non nominativum generis neutrius. Hoc enim sumpto, pessima caesura versus est.

103. Δάφνις] Nomen proprium ita loco pronominis personalis positum ad mores eius qui loquitur animique effectus describendos plurimum valet. Cf. e. gr. Iliad. I, 240 ἦ ποτ᾽ Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν. Theocr. VIII, 33 Μενάλκας. Soph. Ai. 98 ὥστ᾽ οὔποτ᾽

ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος —; ἕρπε ποτ᾽ Ἴδαν,

Αἴανθ᾽ οἶδ᾽ ἀτιμήσουσ᾽ ἔτι ibique Schneidew. Cic. Tuscul. I, 43 *Theodori* nihil interest, humine an sublime putrescat. Cic. ad fam. II, 4, 1. Verg. Aen. VIII, 73 accipite *Aenean*. Aen. XII, 645 terga dabo et *Turnum* fugientem haec terra videbit? Aen. IX, 116 maria ante exurere *Turno* quam sacras dabitur pinus. Aen. II, 79 nec, si miserum fortuna *Sinonem* finxit, vanum etiam . . finget. Ovid. Met. II, 525. XIII, 594 nec hic est nunc status *Aurorae* meritos ut poscat honores. Hor. Sat. II, 2, 53. Ovid. Her. IV, 74. — Ἀίδα] Cf. Theocr. XVI, 30. Genetivum, qui legitur in codd. M. Q. ed. Mor., pro dativo Ἀίδᾳ (edd. prr. Mein. I. II. Ahr. I cet. et codd. rell., praeter v — ἀίδαω — et 5 — ἀιδαου —) vindicavit Ahr. Phil. VII, p. 417, receperunt Ahr. II et Mein. III. — κακὸν ἄλγος] Imitatur Bion. II, 11 ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ᾽ ὁ βωκόλος, ἄγε δ᾽ ἐς Ἴδαν, Οἰνώνῃ κακὸν ἄλγος. — Odyss. VI, 184 ὁμοφρονέοντε ... οἶκον ἔχητον ἀνὴρ ἠδὲ γυνή, πόλλ᾽ ἄλγεα δυσμενέεσσιν, χάρματα δ᾽ εὐμενέτῃσι. Iliad. XVI, 498 σοὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα κατηφείη καὶ ὄνειδος ἔσσομαι ἤματα πάντα. Quibus locis simul illustratur et defenditur dativus Ἔρωτι lectus in codd. optimis (Ahr. p. 11) et in ed. Iunt., commendatus iam ab H. Steph., receptus a Mein. II. III. Ahr. I. II. Am. Ziegl. Cf. et Arist. Eth. Nic. VIII, 7 ἕτερον δ᾽ ἐστὶ φιλίας εἶδος τὸ καθ᾽ ὑπεροχήν, οἷον πατρὶ (non πατρὸς) πρὸς υἱὸν κτλ. Quamquam genetivi Ἔρωτος (cod. p. *sec.* et D. edd. Med. Ald. Call. Steph. usque ad Gaisf. Boiss. I. II. Mein. I. Wuest.) patrocinium susceperunt Wunderus adv. ad Soph. Phil. p. 47 et Meinekius III p. 192, cuius haec verba sunt: „Ἔρωτος scribatur an Ἔρωτι parum interest: exquisitior tamen genetivus, ut in dicto illo τὰς καλὰς γυναῖκας ἀλγηδόνας εἶναι ὀφθαλμῶν, *dolorem inferre oculis.* Sed Ἔρωτι habent libri potiores: itaque hos secutus sum." Debebat potius vir doctissimus illa comparare, quae collegit Hofm. Peerlkamp. ad Hor. Od. IV, 12, 7: infelix avis et Cecropiae domus aeternum opprobrium. Callim. Hymn. in Del. 240 Ζηνὸς ὀνείδεα al.

105. οὐ λέγεται — βουκόλος;] λείπει τὸ καταισχῦναι. Schol. Notissimus est Veneris cum Anchisa concubitus. Ipsa Venus pastoris amore victa quum sit, non est, quod dea Daphnidem pastorem (v. 113) a se victum esse glorietur. Cfr. etiam Gebauer. p. 111. Quod edidi οὐ λέγεται — βουκόλος; debetur Graefii et Briggsii emendationibus, quos sequuntur Am. in ed. et Kreussler. p. 15. Ahrensius quoque, Phil. VII p. 417 οὐ — βουκόλος; aptum esse censuerat. Lenissimam codd. omnium, schol. (p. 75 Ahr.) et edd. prr. lectionis — οὖ — mutationem (nam οὖ edd. superiorum, veluti Call. H. Steph. Wuestem. Ziegl. Ahr. I. Mein. I. II. III. Koechl. p. 32, abhorret a dialecto) cur Meinekius p. 193 improbaverit nec ego causam perspicio, nec alii (Kreussl. p. 16) perspicere potuerunt. Meinek. l. l. ὡς scriptum fuisse suspicatur. Ahr. II. e. coni. Hauptii scripsit εἶ et v. 109 ὀπεῖ pro ἐπεί, formas fortasse, copis Sophroneis (Ahr. d. D. p. 468) dignas, Alexandrinorum elegantissimorum auribus teretibus horribiles. Idem fecit Ahrensii assecla Hartungius. — Verbum obscaenum (καταισχῦναι) reticetur ut in imitatione Verg., Ecl. III, 8 novimus et qui te, transversa tuentibus hircis, et quo — sed faciles Nymphae

ἕρπε ποτ' Ἀγχίσην. τηνεῖ δρύες [ὧδε κύπειρος,
ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι]. 107

— — — — — — — — — — — — —

risere — sacello, quos versus Ribbeck. in ed. Verg. I p. 239 vel III p. 429 commemorare debebat, praesertim quum iam Toup. et hunc versum contulerit et Lucian. dial. deor. XV (ἐγὼ δὲ ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην — ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν) et Arist. Vesp. 1178 ἔπειτα δ' ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα —.) Horatianum versum, Epod. XII, 15 Inachiam ter nocte potes, Wuest. comparavit. — ὁ βουκόλος] Locum illustrat Hom. Iliad. V, 313: Ἀφροδίτη, μήτηρ, ἥ μιν (Aenean) ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι. Hymn. in Ven. 53. Ἀγχίσεω δ' ἄρα οἱ γλυκὺν ἵμερον ἔμβαλε θυμῷ, ὃς τότ' ἐν ἀκροπόλοις ὄρεσιν πολυπίδακος Ἴδης βουκολέεσκεν βοῦς, δέμας ἀθανάτοισιν ἐοικώς. Imitatur Theocritum auctor idyllii Theocr. XX, 34. — ἕρπε] Cum acerbitate verborum contende Iliad. III, 406, ubi ad Venerem Helena haec dicit: ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα, θεῶν δ' ἀπόεικε κελεύθου· μηδ' ἔτι σοῖσι πόδεσσιν ὑποστρέψειας Ὄλυμπον, ἀλλ' αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀίζυε καί ἑ φύλασσε, εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὅγε δούλην. — ποτ' Ἴδαν] Hes. theog. 1008 Αἰνείαν δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐυστέφανος Κυθέρεια Ἀγχίσῃ ἥρωι μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ὑλήεσσης. Hom. hymn. in Ven. 68 Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα.

106. ἕρπε] Eodem verbo utitur auctor hymn. in Ven. 157. More Theocriteo iterari in versus initio id vocabulum, quod in quinto pede prioris versus erat positum, docui *de poet. buc.* p. 20 et *symb. Theocr.* p. 25. Cf. Theocr. I, 100—101. II, 15—16. VI, 23—24. I, 53—54. VII, 28—29. VII, 71—72. IX, 33—34. XIV, 55—56. VII, 3—4. III, 7—8. VII, 57—58. VII, 63—64, 132—134. VI, 23—24. XI, 30—31. I, 116—117. II, 124—125. IV, 45—46. V, 41—42. 45—46. 51—52. 74—75. XIII, 47—48. XI, 56—57 [III, 25—26. X, 15—16. X, 20—21]. XXI, 15—16. XX, 44—45. Soph. Oed. R. 822—823 ἆρ' ἔφυν κακός; ἆρ' οὐχὶ —; Imitatur hunc usum Verg. Ecl. VII, 2—3. IX, 27—28. Aen. IX, 116—117 vos *ite* solutae, *ite* deae pelagi (cf. Ecl. I, 75, cet.). — Geb. 1861 p. 39 comparat illa Homerica: Iliad. XII, 213—214 οὔτ' ἐνὶ βουλῇ — οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ. Odyss. XV, 441—442 ἢ ἐν ἀγυιῇ, ἤ που ἐπὶ κρήνῃ. Odyss. XIX, 175—176 ἐν μὲν Ἀχαιοί, ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες. Vide etiam Bekker. in act. menstr. acad. Berol. 1860 p. 572.

106—107. τηνεῖ κτλ.] Eadem verba cum versu proximo ὧδε — μέλισσαι sunt in id. V, 45—46. Defendere locum et explicare, id quod Fr. Iacobsius quoque ex parte fecerat, in proecdosi studui, sed meliora me quum alii docuerunt, tum Buecheler. in Iahnii ann. LXXXI p. 361, Kreussler. l. l. p. 16. coll. Ribeck. Mus. Rhen. XVII, p. 546. Etenim deest versus totus 107 in cod. a *pr.*, manu *sec.* ibi adscriptus, nec congruunt adverbia ὧδε cum superiore τηνεῖ. Fuerunt haud dubie antiquitus verba extremi versus 106 ita oblitterata, ut legi non possent (τηνεῖ δρύες . . . .) exciderantque post v. 106 versus aliquot, duo quidem, ut mihi persuasum est, huiuscemodi fere argumenti: ἕρπε ποτ' Ἀγχίσην· τηνεῖ δρύες ὑψικάρηνοι ἀλλάλαις λαλέοντι τεὸν γάμον, οἱ δὲ νομῆες ἀλλάλοις λαλέοντι τυφλῶ μόρον Ἀγχίσαο. Cfr. hymn. in Ven. 265. Theocr. XXVII, 57. Serv. infra laudandus. Prop. III, 32,

ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. 108
ὡραῖος χὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει
καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία πάντα διώκει. 110

35: ,,quamvis *Ida* palam pastorem *dicit* amasse atque inter pecudes accubuisse deam.'' Inventam in suo exemplo lacunam grammaticus vetus, ut ego modo centonibus Homericis et Theocriteis, ita auxilio explevit versuum idyllii quinti 45—46, commotus ille eo, quod proxima (v. 110) illud idyllium (V, 107) resonant et quod et hic et illic (V, 45) *τηνεῖ δρύες* inveniebat, sed falsus maxime, quum *ὧδε* bis ex illo carmine huc inferret, quod illic est aptum, hic ineptum. Excidisse autem versus intelligitur etiam ex adnotationibus Servii ad Verg. Aen. II, 35 et II, 687, quas huc spectare propterea credibile est, quod Anchisae nusquam praeter h. l. fit mentio in carminibus Theocriti. Servii ad Aen. II, 35 haec verba sunt: ,,quamquam Anchises non adsit propter caecitatem, ut docet Theocritus''. Idem Servius ad Aen. II, 687: ,,*oculos ad sidera* —'' contra opinionem Theocriti, qui eum fulmine caecatum fuisse commemorat. Cf. et Heyn. excurs. XVII ad Aen. II p. 437. Verba *τηνεῖ δρύες ὧδε κύπειρος κτλ.* videntur quidem lecta esse a Plutarcho, si quidem Quaestt. Nat. cap. 36, Moral. tom. II p. 1126 ed. Duebner., secundum translationem Gyberti Longolii (nam Graeca iniuria temporum interierunt) haec habentur: ,,Unde apud Theocritum iocose Venus ad Anchisen a pastore ablegatur: *te confer ad Idam, confer ad Anchisen, ubi quercus atque cypirus crescit, apum strepit atque* [lege *strepitatque*] *domus melliflua bombis.*'' At Graeca quum desint, de horum verborum fide magna dubitatio est, de qua dicam in ADD. Quod ad versus defendendos coniecit Meinekius p. 193 — *τηνεῖ δρύες ἠδὲ κύπειρος, αἱ δὲ καλὸν κτλ.*, id vel propterea, quod voc. *ἠδὲ* nusquam in Theocriti carminibus bucolicis et mimicis exstat (tantum XVI, 87. XVII, 124. XXII, 39. XXII, 58. XXV, 139 legitur), non est probabile. De versu 107 dubitationes dudum moverunt Valck. I. Eichst. Fr. Iacobs., de versu 106 idem Valck. ad Callim. p. 76. Versus 106 et 107 eiecit Ahr.

109. *ὡραῖος*] ,,florens annis et viribus'', tempestivus et aptus iam amoribus. — *ἐπεὶ*] *quandoquidem* [non *postquam*, ut Ameisius in ed. sua] pascit oves ferasque petit, quod aetatis adultae studium est et aetatis ad Venerem accommodatae signum. Schol. comparat Hesiod. theog. 693 *ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.* Haec dico maxime ob Wordsworthium et Wuestemannum, quorum posterior summam loci venustatem positam esse credit in voc. *ἐπεί*, quod non veram causam continere, sed dictum putat ironice. Idem visum erat I. H. Vossio ad Verg. Ecl. III, 16 p. 186 ed. 1830. Redarguit haec Ameis. adn. p. 6. In alium sensum Theocritea suo more detorsisse suoque consilio aptavisse Vergilium, Ecl. X versu 18 [non versu 10], Meinekius ostendit.

110. *πάντα*] *omnes* quascunque potest feras sectatur: non ,,varia, omnis generis animalia'', ut Harl. et Burch. explicant. Firmat nostram interpretationem Theocr. V, 107, ubi exstat idem hemistichium. Acerbitas autem dicti in voc. *πάντα* est, quia aprum adeo quum venaretur Adonis, interiit. Recte Wuestem. contulit Iliad. V, 51 *ἐσθλὸν θηρητῆρα· δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ βάλλειν ἄγρια πάντα, τά τε τρέφει οὔρεσιν ὕλη.*

αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἇσσον ἰοῖσα,
καὶ λέγε· „„τὸν βούταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.““
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι,

Theocr. XXIV, 79. Lectio var. schol. et codd. p. Q. v. (Call. Steph. Heins. Valck. I. Reisk. al.) τἆλλα ab iis, quibus πάντα nimium esse videretur, profectam esse iudico. Πάντα, scriptum in codd. optimis et edd. prr. idemque commendatum ab Harl., recentiores inde a Kiessl. tenuerunt. — διώκει] Ovid. Met. II, 498 dumque feras *sequitur*, dum saltus eligit aptos. Hor. Sat. I, 2, 106; exprimens Callim. epigr. 32, leporem venator ut alta in nive *sectetur*.“

112. αὖτις] Ita Daphnis loquitur propter pugnam Diomedis Iliad. V, 330 sqq. descriptam, ubi μεγαθύμου Τυδέος υἱὸς ἄκρην οὔτασε χεῖρα (Veneris) μετάλμενος ὀξέι δουρί (v. 336) et εἶκε, inquit, Διὸς θύγατερ, πολέμου καὶ δηιοτῆτος (v. 348). Num Vergilius Aen. X, 28 (atque *iterum* in Teucros Aetolis surgite ab Arpis *Tydides*) huius Theocriti loci memor fuerit, id alii viderint. — ὅπως στασῇ] „quin, consiste iterum.“ Ita recte Ameis. in ed., cuius docta est contra Greverum disputatio in *adnot.* p. 7. In hac quoque constructione Theocritus ab usu Homerico (cf. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 54, 8, 6) declinavit et Atticorum dicendi consuetudinem vel Doriensium secutus est. Cf. Arist. Ach. 746 ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κοίξετε. Lucian. Tim. 48 ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ. — ἇσσον] Nusquam alibi est in Theocriti carminibus bucolicis vel mimicis, semel praeterea legitur id. XXV, 229. Comparavit Fr. Iacobsius Iliad. VI, 144 ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

113. νικῶ] victrix sum. Vide Iacobs. ad Anth. Pal. p. 786 Theocr. VI, 46 coll. tamen Krueger. gr. Gr. II, 2 § 53, 4. — Tibull. I, 6, 3 de Amore: quid tibi saevitiae mecum est? an gloria magna est insidias homini composuisse deum? — Δάφνιν] hoc loco brevi vocali α ut mox (v. 116) et Theocr. VIII, 6. VIII, 82. Epigr. III, 1. IV, 14. Ceteris locis longa vocali α voc. Δάφνις a Theocrito adhibetur, ut docui in Zarnckii ephem. 1862 p. 753. Errat *Benloew, rhythm. fr. et lat.* (Par. 1862) p. 57, scribens ubique brevi α hoc vocabulum a Theocrito esse usurpatum. — ἀλλὰ] Comparat Ameis. *adn.* p. 7 quum ob voc. ἀλλὰ tum ob orationis colorem similem versus Iliad. III, 432—433, ubi Helena irato animo alloquitur Paridem: ἀλλ' ἴθι νῦν προκάλεσσαι Ἀρηίφιλον Μενέλαον ἐξαῦτις μαχέσασθαι ἐναντίον. Cf. et Iliad. XXI, 422 ἀλλὰ μέτελθε. Eur. Cycl. 595 ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ. — De exitu versus cf. Theocr. XXVI, 4.

115. θῶες] „Nota ultimam in voc. θῶες productam, cuius rei excusatio parata est in pausa.“ Ita Wuestemannus, recte ille, dummodo praeter pausam etiam enumerationis nominum singulorum et anaphorae (ὦ — ὦ — ὦ) rationem habuisset. Nam has ob causas et hic et semel praeterea, id. XI, 46, a Theocrito voc. proprie trochaeum efficiens productum est ante caesuram πενθημιμερῆ. Cf. similem causam hiatus in idyllio tertio v. 42, itemque id. XI, 45. XXV, 91 admissi, qua de re dixit Geb. 1861 p. 139. Denique aliquid etiam tribuendum auctoritati Homericae, quum producta similiter ac θῶες sonantia vocabula sint δμῶες (Odyss. XI, 190) et Τρῶες aliquoties. Quamquam legitur etiam Odyss. XI,

χαίρεθ᾽. ὁ βουκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ᾽ ἀν᾽ ὕλαν,
οὐκέτ᾽ ἀνὰ δρυμώς, οὐκ ἄλσεα. χαῖρ᾽ Ἀρέθοισα

172, et ipsum in anaphara quadam, ἢ δολιχὴ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα; coll. Odyss. I, 175. Haec quoque singularia imitatus Vergilius est, maxime Georg. IV, 463 „*atque* Getae *atque Hebrus et* Actias Orithyia", quocum confer quos cum diversis miscuit Gebauerus p. 140 versus Ovidii, Met. X, 98 *et* bicolor *myrtus et* bacis caerula tinus, atque XV, 634 *et* locus *et laurus* et, quas habet ipse, pharetrae intremuere simul. — ὦ ἀν᾽ ὤρεα] ὦ non patitur synecphonesin, sed est interiectio propter hiatum correpta: quae res ét a me pridem et nuper a Gebauero 1861 p. 136 observata est. Uterque nostrum Theocr. XV, 123 et aemulum Theocriti Vergilium, Ecl. II, 65, contulit: te Corydon *o* Alexi. Non aliter Prop. III, 3, 31 tu quoque *o* Eurytion. Plaut. Trin. 48 *o* amice salve. Notabilis ter in eodem versu posita interiectio et hic et Theocr. XV, 123. Cui similia sunt iterata in iisdem versus sedibus vocabula monosyllaba ὡς, Theocr. III, 42. II, 82 et ἢ Theocr. VII, 77. Praeter Homerum (Iliad. V, 740 ἐν δ᾽ Ἔρις, ἐν δ᾽ Ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰώκη. Odyss. XIII, 233 τίς γῆ; τίς δῆμος; τίνες ἀνέρες; Iliad. X, 298. Gebauer. p. 47) hic maxime commemorandi sunt versus Ovidii Met. I, 351, *o* soror, *o* coniunx, *o* femina sola superstes, et Verg. Cul. 93 *o* pecudes, *o* Panes, et *o* gratissima Tempe. Soph. Antig. 891 ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς οἴκησις. — ἀν᾽ ὤρεα] Ovid. Met. II, 494 ursaque conspectos *in montibus* horruit ursos. Empedocl. ap. Ael. H. Ah. XII, 7 λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι. — φωλάδες ἄρκτοι] „*ursi, qui in montium lustris degunt.* Respexit ad hunc locum Basil. Caes. in Scholiis ineditis ad Gregor. Nazianz. Orat. XXXIV, p. 537 B. κυρίως φωλεοὶ αἱ καταδύσεις τῶν ὄφεων καὶ λοιπῶν ἑρπετῶν καὶ θηρίων, ἀφ᾽ οὗ καὶ φωλάδες ἄρκτοι λέγονται. Scholium edidit Boisson. ad Nicet. Eugen. Tom. II p. 254." Wuestem.

116. χαίρεθ᾽] Quum victum se vi Veneris Daphnis quamquam reluctante animo semel confessus sit, locus est iam, ut pastor idem ac venator animalibus iuxta atque inanimalibus, quibus ipse familiaris est, vale dicat moribundus. Imitatio exstat Nonni Dion. XV, 413 sqq. βούτης καλὸς ὄλωλε, καλὴ δέ μιν ἔκτανε κούρη. χαίρετέ μοι σκοπιαί τε καὶ οὔρεα, χαίρετε πηγαί, χαίρετε Νηιάδες καὶ ἅμα δρύες. Ceterum cf. Soph. Ai. 862 sqq. — ὔμμιν] Cf. Theocr. II, 1. II, 4. Iliad. XIX, 290 al. Soph. Phil. 433 ibique Schneidew. ποῦ γὰρ ἦν ἐνταῦθά σοι Πάτροκλος; Cod. k. ὑμῖν, Ahr. ὔμιν.

117. ἀνὰ δρυμώς] Bion. I, 20 ἁ δ᾽ Ἀφροδίτα λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς (cf. Theocr. I, 83) ἀλάληται. Callim. Lav. Pall. 116 ὀστέα μάτηρ λεξεῖται δρυμὼς πάντας ἐπερχομένα. Apud poetas posteriores voc. δρυμός et quantitate syllabae primae et numero et genere differt ab usu Homerico. Brevi vocali prima vocabulum Homero in usu est ac tantum numero plurali genere neutro (Odyss. X, 150 διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην al.): longa, ut e. gr. Eur. Bacch. 1229, est ubique apud Theocritum syllaba prima (cf. et Bion. l. l. atque Bion. I, 68): numerus etiam singularis, ut Soph. Oed. R. 1399, id. I, 72. III, 16. XXV, 135 [XX, 36]: denique pluralis numerus genere masculino h. l. et XIII, 67. Oppianus, Cyneg. I, 64, longa vocali scribere non dubitavit ἀλλ᾽ αὐτοῖς ἐπὶ δρυμὰ συνέμπορος ἕσπετο κίρκος.

καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Δωρίδος ὕδωρ.

Cf. Hermann. ad Orph. Arg. 681 p. 128. — Ἀρέθοισα] Syracusarum, vel Ortygiae potius, fontem celeberrimum significat. Cf. proecdosin et Pind. Nem. I, 1 ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ, κλεινᾶν Συρακοσσᾶς θάλος Ὀρτυγία. Strab. VI, 4 p. 270 ἡ δὲ Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον ὁμοροῦσα, κρήνην δ᾽ ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλασσαν. μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, ἀρχόμενον μὲν ἐκ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, εἶτ᾽ ἐκδιδόναι πάλιν εἰς τὴν θάλασσαν κτλ. Mosch. VII. Cic. Verr. II, IV, 53 in hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus esset.

118. ποταμοί] Siciliae fluvios, velut Acidem cet., intelligit. Cave ne propter Strabonis verba ad v. 117 adscripta (ἐξιεῖσαν ποταμὸν κτλ.) de aquis Arethusae solis accipias. — τοὶ] Vim relativam habet articulus et hic et alibi apud Theocritum haud secus atque apud Homerum, e. gr. Odyss. XIX, 573. Odyss. VI, 150 et sexcenties. Cfr. C. Hentz. *de pron. relat.* p. 5 sqq. Theocr. XVII, 5. XXII, 133 — τοὶ —, XI, 53 — τῷ —, X, 4. XVII, 128 — τᾶς —, II, 67 — τᾷ —, III, 22. XIV, 34 — τὸν —, II, 72. V, 8 — τὰν —, V, 11. XI, 16 — τὸ —, V, 93 — τῶν —, XVI, 102 — τοῖς — cet. Vide Ameis. *art.* p. 10. — καλὸν] Cf. Iliad. II, 752 ὅς ῥ᾽ ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ. Odyss. XVII, 206 al. Theocr. I, 146. II, 73. II, 80. II, 110. VI, 14. XXIV, 5. — κατὰ Δωρίδος] „*valete*", inquit, „*fluvii, qui pulcram aquam Doridi superfunditis.*" Dorida fingit, Oceani filiam, Nerei uxorem (Hesiod. theog. 241. Ovid. Met. XIII, 742. Met. II, 11 „Doridaque et natas", quod redit ibid. II, 269), stare ac fluvios super ipsam sese effundentes ad lavandum excipere. Eadem imagine usus Sil. Ital. de Acide dicit Pun. XIV, 222: *et dulci gratam Nereïda perluit unda.* Ovidius Met. II, 459 nuda *superfusis* tinguamus corpora lymphis. — De praepositione κατὰ cf. Theocr. VII, 82. Appian. Mithr. 21 τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνευσε χρυσίον. Lucian. Amor. 16 al. — Nempe Δωρίδος scripsi e coni. Briggsii pro Θυμβρίδος, quod praebent codd. plerique et edd. prr. legitque Eustath. ad Dionys. perieg. v. 350, et pro quo Θύβριδος habent schol. Ahr. p. 80 et codd. p. Q. Serviusque ad Verg. Aen. III, 500 („circa Syracusas autem esse fossam *Thibrin* — var. l. *Ybrin* — nomine Theocritus meminit"), Δύβριδος cod. k. et glossa antiqua, Asclepiadis, ut infra docetur, in cod. p. — Praeterea scholia „*ab aliis*" ὑπὸ Τύμβριδος esse scriptum memoriae prodiderunt (cf. Ahr. p. 80 tom. II), Asclepiadem autem Myrleanum, de quo Theocriti interprete dixi *de poet. buc.* p. 34, scripsisse tradunt κατὰ ΔΥΒΡΙΔΟΣ, his quidem verbis: Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς διὰ τοῦ Δ γράφει καί φησι· „ΔΥΒΡΙΣ ἡ κατὰ γλῶτταν θάλασσα." Quum vero iam Eustathius ad Dion. l. l. scripserit „παρὰ Θεοκρίτῳ φαίνεται ἔν τινι ἀμφιβαλλομένῃ γραφῇ", ego dudum de poet. buc. l. l. statui, ΔΩΡΙΣ scriptum fuisse in scholiis pro ΔΥΒΡΙΣ et ΚΑΤΑ ΔΩΡΙΔΑ legisse grammaticum veterem. Coniecturam probabilem reddit Vergilius, Ecl. X, 4 (sic tibi, quum fluctus subterlabere Sicanos, *Doris* amara suam non intermisceat undam), qui non profecto, nisi Graeci

ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς. 119

— — — — — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — — — —

„„Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων, 120
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.""
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
ὦ Πὰν Πάν, εἴτ᾽ ἐσσὶ κατ᾽ ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,

alicuius poetae praeisset auctoritas, mare *Dorida* appellavisset. Sequuntur eum Ovid. Fast. IV, 678: hac Hyades *Dorida* nocte tenent. Stat. Silv. III, 2, 89 quali te subvehat aura *Doris* Agenorei furtis blandita iuvenci? Stat. Silv. II, 2, 106 nudamque per undas *Dorida* montani cupierunt prendere Panes.

120. Intellexerunt Strothius ad h. l., Vossius ad Verg. Ecl. V, 43 p. 203 et Hermannus in Zimmerm. annal. 1837 n. 27 p. 227 versus 120 et 121 esse „*carmen*" (Verg. l. l. Ovid. Met. II, 327. Sil. Ital. XV, 494. Cat. mai. XVII, 61?), quod sepulcro suo inscribi iubet Daphnis. Id et verba docent et imitatio manifesta Anth. Palat. VII, 703 infra exscribenda et imitatio Vergilii, cui hic pluribus de causis multum tribuo. Moribundus apud Vergilium Daphnis V, 40 ita loquitur: spargite humum foliis, inducite fontibus umbras, pastores — mandat fieri sibi talia Daphnis — *et tumulum facite, et tumulo superaddite carmen: „Daphnis ego* (*Δάφνις ἐγὼν*) *in silvis, hinc usque ad sidera notus* (*τῆνος*), *formosi pecoris custos, formosior ipse.*" An haec de suo sumpsisse Vergilium credibile est? Praeterea, si, qui feris adeo v. 115 vale dixerit Daphnis, idem armentorum suorum ac pastorum obliviscatur, sane mirum videatur. Verbo certe commemorandus grex erat, ut in imitatione aperta Nonni, Dion. XIV, 419 ita scribitur: *ἄλλο λέπας δίζεσθε βόες, μαστεύσατε ταῦροι κτλ.* Itaque tale quid duobus versibus comprehensum excidisse existimo: *χαῖρ᾽ ἀγέλα, βοῦται, μάλα χαίρετε, λοίσθια δῶρα χεύατ᾽ ἐμὶν τύμβον καὶ γράμματα γράψατ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ· „Δάφνις ἐγὼν κτλ.* Cf. Theocr. VII, 87. — XXIII, 20. — Odyss. XII, 14 *τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες*: — Theocr. XVIII, 47. XXIII, 46. — Talium autem titulorum commemoratio non rara est apud poetas veteres. Cf. Tib. I, 3, 53—56. Ovid. Trist. III, 3, 71—76. Tib. III, 2, 29—30, ubi mandant fieri sibi talia vates. Ovid. Met. II, 327—328 „hic situs est Phaethon" cet. Ovid. Her. XIV, 127—130. Verg. Cul. 411—412. His concessis facilem explicationem habent verba versus 120, alioquin impedita. *Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος* ita enarra: *ἐγὼν ὅδε*, *ego hic* (ich hier) *εἰμὶ Δάφνις τῆνος κτλ.*, *hic ego qui iaceo*, ut ait Ovid. Trist. III, 3, 73. Cf. Anthol. Pal. VII, 83. VII, 145. Ameis. *adn.* p. 7, qui comparat Soph. Phil. 261 *ὅδ᾽ εἰμ᾽ ἐγώ σοι κεῖνος*, et Schneidew. ad Soph. Oed. Col. 138. Pronomen *τῆνος* Verg. l. l. expressit verbis „*hinc usque ad sidera notus.*" — Verg. Aen. I, 1 spur. *ille ego* cet. Tib. III, 4, 72 *ille ego* Latonae filius atque Iovis. Ovid. ex Pont. IV, 3, 11—17, Met. XII, 608—611. — *νομεύων* participium praesentis temporis pariter est in titulo, qui hunc nostrum versum imitatur, Anth. Pal. VII, 703 *Θύρσις ὁ κωμήτης, ὁ τὰ νυμφικὰ μῆλα νομεύων, Θύρσις ὁ συρίζων Πανὸς ἴσον δόνακι, ἔνδιος οἰνοπότης σκιερὰν ὑπὸ τὰν πίτυν εὕδει κτλ.*

123. *ὦ Πὰν Πάν*] Iteratur nomen eius qui vocatur ut Soph. Trach. 1031

εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπ' ἠρίον αἰπύ τε σᾶμα

ὦ Παλλὰς Παλλάς. Philoct. 797 ὦ Θάνατε Θάνατε. Theocr. XI, 72. Archil. frgm. 68 (31) θυμὲ θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε. Arist. Ran. 549 Πλαθάνη Πλαθάνη, δεῦρ' ἐλθέ. — κατ' ὤρεα μακρὰ] ut in eadem versus sede Theocr. VIII, 2. Hom. hymn. in Pana v. 12 πολλάκι δ' ἀργινόεντα διέδραμεν οὔρεα μακρά. — Λυκαίω] De hoc Arcadiae monte Pani, *Deo Lycaeo* (Val. Flacc. VI, 533), carissimo, ubi ipse genitus esse dicebatur, cf. Paus. VIII, 36, 5. Strab. VIII p. 389. Serv. ad Verg. Georg. I, 16 p. 174 Lion. Imitationem horum versuum Theocriteorum ab Ahr. p. 12 non commemoratam, ab Heynio dudum significatam, legimus Georg. I, 16: ipse nemus linquens patrium saltusque *Lycaei Pan*, ovium custos, tua si tibi *Maenala* (Theocr. I, 124) curae, adsis.

124. εἴτε τύγ'] De pronomine cf. Theocr. X, 34. Odyss. III, 90. Iliad. I, 65. Hor. Od. III, 21, 2 seu *tu* querelas sive geris iocos. Ibid. III, 24, 45. — Non apte Burch. comparat praeter Iliad. III, 409 et Hes. ἔργ. 246 (244) Theocr. V, 35. — Dahlius in memoriam revocat Stat. Theb. I, 695, ubi Phoebus invocatur: „*seu* te Lyciae Pataraea nivosis exercent dumeta iugis, *seu* more pudico Castaliae flavos amor est tibi mergere crines, *seu* cet. Vide etiam Stallb. ad Plat. Gorg. p. 527 C. a Wuestemanno laudatum. — ἀμφιπολεῖς] Elegantius Vergilius l. l. vertit „*tua si* (seu) *tibi Maenala curae*" quam Vins.: „seu per Maenalum obambulas" vel Ameis.: „sive tu lustras Maenalum". Nam ἀμφιπολεῖν dictum ut Pind. Ol. XII, 2 Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει Σώτειρα Τύχα. Sane Iliad. I, 37 legitur de Apolline: ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, et de Pane, hymn. in Pan. 8—10: φοιτᾷ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα — ἄλλοτε δ' αὖ πέτρῃσιν ἐν ἠλιβάτοισι διοιχνεῖ. Nec ignoro Soph. Oed. Col. 680 ἵν' ὁ Διόνυσος ἐμβατεύει θεαῖς ἀμφιπολῶν. Sed facit maxime usus verbi Homerici ἀμφιπολεύειν (nam ἀμφιπολεῖν non est in Homericis), ut hanc *curandi* notionem teneam: vide etiam hymn. in Vest. 2 ἱερὸν δόμον ἀμφιπολεύεις al. — Μαίναλον] Arcadiae montem. Pausan. VIII, 36, 8 τὸ δὲ ὄρος τὸ Μαίναλον ἱερὸν μάλιστα εἶναι Πανὸς νομίζουσιν, ὥστε οἱ περὶ αὐτὸ καὶ ἐπακροᾶσθαι συρίζοντος τοῦ Πανὸς λέγουσι. Verg. Ecl. VIII, 22 sqq. Maenalus argutumque nemus pinosque loquentes semper habet, semper pastorum ille audit amores Panaque, qui primus calamos non passus inertes. Hinc fluxit etiam Vergilii versus (Ecl. VIII, 21. 25 cet.): incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

125. Ἑλίκας κτλ.] *Helicen* Theocritus dicit Lycaonis filiam, quae eadem *Callisto* appellabatur, matrem Arcadis: quam in ursam mutatam et in astra relatam esse satis nota est fabula e Paus. VIII, 3, 3. Ovid. Met. II, 401 sqq. Serv. ad Verg. Georg. I, 67 et 138. Huius tumulus (ἠρίον, v. 125) fuit in colle quodam Arcadiae, unde Pan a Daphnide in Siciliam advocatur: de quo tumulo narrat Pausan. l. l. et VIII, 35, 8: σταδίους ὡς τριάκοντα καταβάντι ἐκ Κρουνῶν τάφος ἐστὶ Καλλιστοῦς, χῶμα γῆς ὑψηλόν, δένδρα ἔχον πολλὰ μὲν τῶν ἀκάρπων, πολλὰ δὲ καὶ ἥμερα. Ita olim, probante God. Hermanno, explicavi locum *de poet. buc.* p. 48. Assentiuntur Ameis. in Iahnii annal. XLV p. 103. Ahr. in Philol. VII p. 418 et adn. ad schol. tom.

τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγητόν.
λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
ἔνθ' ὦναξ καὶ τάνδε φέρεν πακτοῖο μελίπνουν

II p. 477. Stoll. l. l. p. 149. Zimmerm. p. 67. Eberz. p. 198. Lec. ,,abandonne le tertre d' Hélika et la haute tombe *du petit fils de Lykaon*, admirée même des Bienheureux." Disputavit contra hanc explicationem non sane sibi constans Mein. p. 196, argutius ille quam verius, ut ostendit Hartung. p. 354. Ἑλίκας in codd. omnibus et edd. prr. scribitur, Ἑλίκα L. Bosius obss. crit. p. 89 probatum Valck. I coniecerat, id quod Wuestem. et Mein. in ed. II et III scripserunt, Vossius quoque quondam aliique verterunt, ut Helicae, filii Lycaonis (Mein. p. 195), sepulcrum intelligeretur. Casaubonus Helicen urbem significari existimaverat. Sed ista dubitationibus obnoxia esse Wuestem. Kiessl. viderunt. — λίπ' ἠρίον] Haec est L. Bosii l. l. emendatio verborum in codd. et edd. prr. λίπε ῥίον (λίπε ρρίον s) scriptorum. Recepi eam post Ahr. I. II., quem vide l. l. Apte WORDSW. attulit schol. ad Apoll. Rhod. I, 1165 (μέγα τ' ἠρίον) γράφεται καὶ μέγα τέ ῥίον. καὶ τὸ μὲν ῥίον ἐστὶν ὄρος ἤτοι ἀκρωτήριον, τὸ δὴ ἠρίον μνημεῖον. Reiicienda est coni. Meinekii Ἑλίκας δὲ λίπε δρίον, quam Hart. arripuit. — σᾶμα] Odyss. II, 222 σῆμά τέ οἱ χεύω. Pind. Ol. XI, 24 ἀρχαίῳ παρὰ σάματι Πέλοπος.

126. Λυκαονίδαο] *Arcas* significatur, filius Helices vel Callistus, cuius de tumulo in *Maenalo* monte (v. 124) exstructo narrat Pausan. VIII, 9, 2: πρὸς δὲ τῆς Ἥρας τῷ βωμῷ καὶ Ἀρκάδος τάφος τοῦ Καλλιστοῦς ἐστι. τὰ δὲ τοῦ Ἀρκάδος ἐπηγάγοντο ἐκ Μαινάλου χρησμοῦ ἐλθόντος ἐκ Δελφῶν· „ἔστι δὲ Μαιναλίη δυσχείμερος, ἔνθα τε κεῖται Ἀρκάς, ἀφ' οὗ δὴ πάντες ἐπίκλησιν καλέονται κτλ." Arcas autem hoc loco *Lycaonides* πατρωνυμικῶς vocatur quemadmodum *Aeacides* non solum Peleus, Aeaci filius, verum etiam Achilles, *nepos* Aeaci, Iliad. II, 860. II, 874 al., et apud Pindarum, Olymp. VII, 23, *Amyntoridae* Amyntoris ex Astydamea nepotes appellantur. Ita *Atlantiades* est Atlantis nepos, e Maia, Atlantis filia, editus Ovid. Met. II, 704. — ἀγητόν] Ita cum Mein. I et Wuestem. scripsi e codd. k. cet. (Ahr. p. 13) et ex ed. Iunt. pro ἀγαστόν (ed. Ald. Call. Steph. Heins. Valck. I et II. Gaisf. al. Mein. II. III) vel ἀγατόν (codd. p. cet. ed. Med. Reisk. Brunck. Kiessl. Ziegl. Am. Ahr. I. II. al.) maxime ob manifestam imitationem Oppiani Cyneg. I, 364 ἠιθέους τε νέους, τοὶ καὶ μακάρεσσιν ἀγητοί. Εἶδος ἀγητόν notum est ex Homero, Odyss. XIV, 177 al. Vide etiam Mein. p. 196.

127. λήγετε κτλ.] Imitantur Vergil. Ecl. VIII, 61, desine Maenalios, iam desine, tibia, versus, et Bion. I, 97, λῆγε γόων Κυθέρεια, τὸ σάμερον ἴσχεο κομμῶν. Eodem spectavit Nonn. Dion. XV, 418 σύριγξ, μηκέτι μέλπε· λιγύθροος ὤλετο βούτης.

128. ὦναξ] Hom. hymn. in Pan. 48 καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε ἄναξ. Hymn. in Herc. 9. Theocr. XXII, 218 al. — φέρεν] *accipe*. Tibull. I, 1, 20 vos quoque — *fertis* munera vestra Lares. Iliad. IV, 97 τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα παρ' ἀγλαὰ δῶρα φέροιο. Iliad. XXIII, 538 ἀτὰρ τὰ πρῶτα φερέσθω Τυδέος υἱός. Scilicet φέρεν πακτοῖο pro φέρ' εὐπάκτοιο emendavit quondam de coni. Reiskius, nunc auxilio schol. Gen. Ahrensius in ed. II. — Schol. sic scribit: οἱ μὲν κατὰ συναλοιφὴν φέρ', εἶτα ευπήκτοιο, τοῦ

ἐκ κηρῶ σύριγγα καλάν, περὶ χεῖλος ἑλικτάν.

καλῶς πεπηγότος· οἱ δὲ ἐκπληροῦσι φ έ-ρ ε υ, ἀντὶ τοῦ λάμβανε. Ita removetur dubitatio, quam movit Koechl. p. 30, qui mirari nos iure dicit, quod *afferre* hic syringem Pan iubeatur: nam qui *accipiendi* sensu φέρ' acceperint (ut Wuest. Am. al.), eos vix posse inauditae significationis exemplum afferre. Supersedemus etiam invenusta illa explicatione Gebaueri p. 112, qui vertit φ έ ρ ε *pete* (*hole dir, come and fetch away*), additis etiam verbis „*aufer tecum scil. in Arcadiam.*" Nam nihil hic probant verba Odysseae II, 329 (ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ) et Iliad. XVIII, 191 (στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά), quibus ille vir doctus rem absolvi existimat. Supersedemus denique eiusdem Gebaueri p. 158 coniectura: σοὶ (τὶν) τάνδε φέρω πακτοῖο κτλ. Postremo cognoscitur causa, cur interpres olim et aemulus Theocriti Eratosthenes (vide *de poet. buc.* p. 35. Ahrens. tom. II p. XXXIII) in Anth. Pal. VI, 78, 3 scripserit: Τὼς τρητὼς δόνακας — ἄνθες Πανὶ φίλῳ, Δάφνι γυναικοφίλα. ὦ Πάν, δ έ χ ν υ σ ο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἶσα γὰρ αὐτῷ καὶ μολπὰν φιλέεις καὶ δύσερως τελέθεις.

129. ἐ κ κ η ρ ῶ] „*cerata*" enim est, ne ulla foramina compareant, fistula (Ovid. Met. XI, 154 et leve *cerata* modulatur arundine carmen): „*compagine cerae*" dispares inter se iunctos calamos habet fistula (Met. I, 711), „fistula, cui semper decrescit arundinis ordo: nam calamus cera iungitur usque minor" (Tibull. II, 5, 51). Et quidem „*Pan* primum calamos *cera* coniungere plures instituit" (Verg. Ecl. II, 32). Vide et Theocr. VIII, 19. De praepositione ἐκ cf. Theocr. VII, 15. XV, 123 et, quae exempla debemus Meinekio, Anth. Pal. XV, 19, 8, ubi thalamus rosarum sertis redimitus vocatur νυμφὼν ἐκ ῥόδων πεπλεγμένος, atque Phyl. apud Athen. XII p. 540 C., ubi corollae, quibus myrrha et thus addita sunt, dicuntur στέφανοι ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ. Non recte Kiessl. coniunxit μελίπνουν ἐκ κηροῦ, cera singulos calamos copulante suavem odorem habentem. — σ ύ ρ ι γ γ α] De syringis inventore Pane vide maxime Ovid. Met. I, 698 sqq. et Voss. ad Verg. Ecl. I, 32—34 p. 55. Hom. hymn. in Pan. 15. Huic igitur potissimum deo fistulam suam Daphnis modulator fistulae eximius vult esse dedicatam. Cf. Theocr. Epigr. II, 3. — κ α λ ά ν — ἑ λ ι κ τ ά ν] Adiectivum κ α λ ά ν suaviter quidem dicitur ut καλὸν αὐλόν Theocr. VI, 43, καλὰν ἀκριδοθήραν Theocr. I, 52 similiaque Homeri, Iliad. XXIV, 267. XVI, 222. XV, 705. Sed quum περὶ χεῖλος ἑλικτάν sic nude dici nisi cum perspicuitatis damno non potuerit, suspicor scriptum fuisse καλὸν περὶ χεῖλος ἑλικτάν: accipe fistulam, *quam bene, pulcre circa labra versare potes*, h. e. ita, ut *bene sonet* (Quintil. X, 1, 6), suaves tu et canoros sonos flando elicias, talem fistulam, cuius calamos modulate possis „*unco percurrere labro*" (Lucr. V, 1406), cuius non pudeat „*calamo trivisse labellum*" (Verg. Ecl. II, 34). Καλόν dicitur ut Theocr. I, 34. Καλῶς bis tantum dixit Theocritus coniunctum utrobique cum verbis intelligendi, id. V, 119. XI, 5. De verbo ἑλικτάν cf. Soph. Ai. 357 ἅλιον ἑλίσσων πλάταν, schol. κωπηλατῶν. Eur. Or. 167 πόδα σὸν εἱλίξεις. Iliad. XXIII, 309. χεῖλος autem labrum significare modulatoris, non fistulae oram leviter curvatam (*das Mundstück*, the mouth — piece of the pipe), ut voluerunt Harl. Hart. al., intellexit Gebauerus 1861 p. 159. Nec

* κοὔτοι τὶν φθονέω — — — — — — — 129b
ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ᾽ ἔρωτος ἐς Ἅιδαν ἕλκομαι ἤδη. 130

pertinet huc glossa Hesychii ἑλικτάν· στρεβλάν, σκαμβάν. Schol. explicat λάβε τὴν σύριγγα περὶ τὸ χεῖλος εἱλουμένην ἐν τῷ συρίζειν. Aliter de his verbis iudicavit Koechl. Vide adn. proximam.

129b* κοὔτοι τὶν φθονέω· Δάφνιν μέτα νῦν θεὸς ἑξεῖς. Tale quid hic scriptum fuisse, certe inter versus 129 et 130 versum excidisse, mihi persuasum est. Itaque hic locavi hemistichium, quod suprà v. 62 in plerisque codd. legi vidimus, et quod ex hoc loco, quum iam reliqua verba versus olim hic scripti oblitterata essent, illuc translatum esse suspicor. Nam aliquo loco Theocriteorum carminum istud κοὔτοι τὶν φθονέω vel κοὔτοι τοι φθονέω exstitisse antiquitus, colligi potest e verbis Moschi III, 109 τῷ δ᾽ ἐγὼ οὐ φθονέοιμι κτλ., cum Vergilii versu Ecl. I, 11 (*non equidem invideo*) comparatis. De verbo φθονέω cf. Odyss. I, 346. Aesch. Prom. 626. Plat. Phaed. p. 61 D. Eam autem, qua versum excidisse dicimus, suspicionem probabilem reddit etiam Verg. Ecl. II, 36 sqq.: est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim, *et dixit moriens: „te nunc habet ista secundum.“* Excidisse ante v. 130 versum aliquem etiam Koechl. statuit, qui quidem p. 33 locum e coni. sic conformavit: ἔνθ᾽ ὦναξ καὶ τάνδε φέρ᾽ εὐπάκτοιο μελίπνουν ἐκ κηρῶ σύριγγα καλῶς καλάμοισιν ἑλικτάν· ἔνθ᾽ ὦναξ καὶ τάνδε καλὰν περὶ χεῖλος ἐρείδων βουκολικὰν πυμάταν τὺ μελίσδεό μοι χάριν ᾠδάν. Denique deesse aliquid in verbis tralaticiis sensit etiam Polwh., quum ita verteret: *„o Pan, my reeds so close-compacted take, and call forth all their tones for Daphnis' sake!“*

130. ἦ γάρ] Cf. Theocr. VII, 31. — ἐς Ἅιδαν] Hanc scripturam retinui ex edd. Med. Mor. (Ald. etiam et Call., ubi est ἅδαν) et e codd. Y., Butler. ac Burn. apud WORDSW. (αἵδαν Cant.). Faciunt pro eadem quum alii codd. Ahr. p. 13 tum codd. k. p. cet., modo *ΑΙΔΑΝ* olim adscripto, non subscripto iota fuisse in libris reputes, quod nunc in codd. ἄϊδαν vel ἀΐδαν exaratum est. Editio Iunt. habet ἐς ἄϊδος et cod. 5 ἀΐδº. Hinc Ἄϊδος Valck. I commendavit et in ed. II recepit, quem sequuntur Schaef. Gaisf. Wordsw. alii itemque Mein. I. II. III. Ahr. II. Contra Ἅιδαν, quod habent superiores editores Steph. Heins. cet., recte servaverunt Kiessl. Boiss. Ziegl. Am. Ahr. I. Hart. Nam primum forma vocabuli defenditur Theocr. XXV, 271 (Ἅιδης) et Theocr. II, 33 (ἐν Ἅιδᾳ), ubi nihil novandum (epigr. VI, 3), quamquam reliquis locis legitur Ἀΐδαν (id. I, 63. IV, 27. XVI, 52), Ἀΐδα (I, 103), Ἀΐδαο II, 160. XVI, 30. Nec probanda ratio qua Ahrensius, ad quem Gebauer. 1861 p. 73 tamquam veram et extra dubitationem positam provocat, de his vocabulorum formis disputavit in Phil. VII p. 421. Deinde intellexit Kiessl. Ἅιδαν h. l. commendari gravitate numeri, quandoquidem spondeo ita ante caesuram bucolicam posito animum concuti et horroribus Orci adeundi iam perfundi, quicunque habet sensum litterarum sincero studio excultum fateatur necesse est. Cf. e. gr. Soph. Oed. R. 1034 διατόρους, 1039 ἔλαβες. Contra Ἄϊδος dactylus molestus est partim propter sonum eundem in duobus deinceps dactylis redeuntem, ὑπ᾽ Ἔρωτος — ἐς Ἄϊδος, partim propter hoc ipsum, quod motu suo celeri salientem ac saltantem ad Orcum fingit nobis pasto-

λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ᾽ ἀοιδᾶς.
νῦν δ᾽ ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ᾽ ἄκανθαι,
ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ᾽ ἀρκεύθοισι κομάσαι·

rem moribundum. Postremo significanter spondeus hic sedem occupavit, quum versu 130 longior querimonia Daphnidis finiatur et interiecto versu intercalari novus sententiarum ordo v. 132 incipiat: *νῦν δ᾽ ἴα κτλ.* Posse autem spondeum ante caesuram bucolicam poni et recte poni, exponetur in ADD. ad I, 6. Interim cf. Theocr. XV, 94 et VIII, 13. Priori loco ut Praxinoae, mulieris iratae, animus elatus lepide exprimitur spondeo illo *μὴ φύη Μελιτῶδες ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη*, ita id. VIII, 13 Menalcas suae et Daphnidis in canendo praestantiae conscius magnos gerit spiritus, quum dicat *καὶ τίνα θησεύμεσθ᾽, ὅτις ἁμῖν ἄρκιος εἴη*. Compara Iliad. VIII, 142. X, 445 et Io. Schuemanii in societatis meae Graecae *salut. philol. Germ. Misn. congr.* 1863 p. VII.

132. *νῦν δ᾽*] Cf. Theocr. II, 130. Imitantur initium Vergil. Ecl. VIII, 52 *nunc* et oves ultro fugiat lupus, Aen. XI, 403—405 *nunc* et Myrmidonum cet., Mosch. III, 3 *νῦν φυτά μοι μύρεσθε καὶ ἄλσεα, νῦν γοάοισθε, ἄνθεα νῦν στυγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις κτλ.* — *βάτοι*] *rubi.* Hinc Verg. Ecl. III, 89: ferat et rubus asper amomum. Cfr. Nic. Eugen. IV, 304 ad versum 134 exscribendus. Verg. Georg. III, 315: horrentesque rubos et amantes ardua dumos. Theocr. VII, 140. XXIV, 88. Bion. I, 21. — *φορέοιτε δ᾽*] Repetitur in hac versus sede verbum *φορέοιτε* addita particula *δὲ* ut praecedente particula *μὲν* verbum repetitur Hesiod. *ἔργ.* 579 (577) *ἠὼς μὲν προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου*, et ut alia vocabula repetuntur ab Homero, e. gr. Iliad. II, 489 *οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ᾽ εἶεν*, vel Odyss. XI, 550 *Αἴανθ᾽, ὃς πέρι μὲν εἶδος, πέρι δ᾽ ἔργα τέτυκτο*, et Theocr. XV, 5. IX, 17, quum alias adhibeantur in tali causa particulae *τε — τε*, velut Iliad. XXIV, 516 *οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον*, Iliad. XXII, 74 *ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον*, Odyss. IV, 149 *κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες*, ad quae singularia non attendit is cui haec exempla debemus Gebauer. 1861 p. 41. Apte idem comparat Tibull. II, 1, 5 luce sacra *requiescat* humus, *requiescat* arator. Tib. II, 1, 17 di patrii, *purgamus* agros, *purgamus* agrestes. Ovid. Met. VIII, 109 o patriae *praelate* meae, *praelate* parenti. Catull. LXVII, 1. al. Vide etiam Theocr. VII, 35. — *ἄκανθαι*] significari vepres sentesve, id quod in proecdosi statui, quidam tamen propter Theocr. IV, 50. VI, 15 et Odyss. V, 328 falsum esse dixit, ostendit maxime Theocr. XIII, 64. Atque etiam exactiore iudicio examinati versus Vergilii, Ecl. V, 38—39, stant pro nobis. Ibi legitur: „pro molli viola pro *purpurea narcisso carduus* et *spinis* surgit *paliurus* acutis.“ *Carduum* Vergilius e Theocriteis petiit, sed non ut interpres fidus, quandoquidem idem *paliurum* si minus ex Theocr. XXIV, 87, at certe e Graecis petivit et ad versus suos accommodavit.

133. *ἁ δὲ — νάρκ.*] Vide proecdosin p. 47 et p. VI, Gebauer. *de adi.* p. 2 atque quae de diverso genere nominum habet Lobeck. pathol. 1843 p. 21. Nam non solum Ecl. V, 38 („*pro purpurea narcisso*“, ubi voc. genus femininum *purpurea*, non masculinum *purpureo*, scriptum fuisse Diomedes testatur, idque

[πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι·]
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὼς κύνας ὤλαφος ἕλκοι,

restituendum esse Gebauerus et Ribbeckius viderunt: cf. Theocr. X, 28), verum etiam Ecl. VIII, 53 („*narcisso floreat alnus*") Vergilius sua Theocriteis adornnavit. — κομάσαι] Hoc adeo verbum Vergilius a Theocrito mutuatus est, Georg. IV, 122, „nec sera *comantem* narcissum, quae imitatio a Ribbeckio, Verg. tom. I p. 264 et tom. III p. 446, neglecta est.

134. πάντα κτλ.] Versum subditicium esse iudico, sive ille ab aliquo grammatico ad nescio quam stropharum formam excudendam auxilio Theocr. V, 125 (τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι) tornatus, sive ad marginem vel totus vel ex parte olim appictus est propter similitudinem sententiae ab alio poeta profectae. Nam versus est Agathiae in Anth. Pal. V, 299, 9 πάντα δ' ἔναλλα γένοντο· πεσὼν δ' ἐπὶ γούνασι κούρης ἴαχον κτλ. Quae scribentem Agathiam manifesto Theocritea respexisse contendere praefracte non licuit Meinekio p. 197. Alienus ab hoc loco versus est, quia post singularia ille antea v. 132—133 prolata ἴα — ἄκανθαι — νάρκισσος —) generale illud πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο non erat ratio proferri hoc modo, ut rursus singularia illa καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι et mox v. 135—136 ὤλαφος — σκῶπες sequerentur: eo minus, quod post frutices asperos et ingratos agricolis, rubos, sentes, iuniperos, insulse arbor, cui multum Theocritus honorem (I, 1 cet.) tribuit, commemoraretur, poneretur que res minor post maiorem. Contra omisso hoc versu procedunt sententiae tali ordine ut primo inanimata, v. 132—133, tum vero animalia, v. 135—136, nominentur. Legit tamen hunc versum Nicet. Eug., qui IV, 302 sqq. aperte Theocritea imitatur: πηγαὶ ποταμῶν συγκινείσθωσαν ἄνω· θνήσκω γὰρ [cf. Theocr. I, 135 Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει] ὁ μόρσιμος, ἀλλὰ πρὸ χρόνου· ἀνθησάτω καὶ βάτος [Theocr. I, 132] ἡδύπνουν ῥόδον· γένοιτο πάντα νῦν ἐναλλὰξ ἐν βίῳ. Vergilius vero quum Ecl. VIII, 58 scripserit „*omnia vel medium fiant* [non *fiat*, ut nunc Ribbeck.] *mare*", mihi quidem haec Theocriti verba ob oculos habuisse, sed Graeca ἔναλλα et ἔναλα confudisse videtur. Quod quum dico, non dubito fore plerosque, qui exclament, ut ille in Synephis: proh, deum, popularium omnium, omnium adulescentium, clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque imploro fidem! Tune vitii metrici Maronem arguis, sus Minervam? Arguo vero, quippe qui in Graecis similia a Romanis commissa esse noverim. Nec primus id audeo, sed ausus est iam Elmslei. diar. class. V. p. 179, si fides WORDSW. habenda est, qui idem post nescio quem virum doctum statuit. Illud vero Agathiae πάντα δ' ἔναλλα γένοντο (vel γένοιτο) quidni ab aliis etiam poetis dici et horum ex carminibus in proverbium (Eustath. apud Ahr. p. 13. Theodor. apud Mein. p. 197) abire potuit? Notum est dictum Eurip. Med. 410 ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί, notum carmen Ovidii Trist. I, 8, 1 sqq. in caput alta suum labentur ab aequore retro flumina cet., ubi v. 5 dicitur: *omnia naturae praepostera legibus ibunt.* Similia veterum dicta collegerunt homines docti a Boiss. ad Nicet. Eug. IV, 302 pag. 233 adn. laudati, quibus adde Orell. ad Hor. Epod. XVI, 25 sqq. Calpurn. VIII, 77 *confusis legibus anni* messem tristis hiems, aestas tractabit olivas, ante dabit fruges autummus, ver dabit uvas.

135. ἐπεὶ θνάσκει] Recte Kiesslingius: *Daphnis quoniam moritur.* Amei-

κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

sius: ,,Daphnis postquam mortuus est" vertit, secutus sententiam Doederl. p. 9, qui temporis sensu perfecti θνήσκει h. l. dictum esse statuit, velut Soph. Oed. R. 118 θνήσκουσι γὰρ πλὴν εἷς τις et Bion. I, 58 θνάσκεις, ὦ τριπόθατε; At unice ad h. l. apta notio temporis est praesentis. — τὼς κύνας κτλ.] *canes cervus distrahat ac laceret.* Bene Banks. convertit: ,,may the stag trail the dogs." Didot.: ,,cerfs legers, sous vos dents traînez les chiens chasseurs." Ridicule Eberz.: ,,es zause der *Hase* den Jagdhund", fortasse propter Vossium: und den Jagdhund zause die Hindinn. — ,,Bene comparat Toup. Iliad. XXII, 335 [non X, 335] σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσ' ἀικῶς coll. XXIII, 184. Firmat hanc explicationem Boiss. ad Nicet. Eug. IV, 306 tom. II p. 236." Wuestem. Vide etiam Eur. Herc. fur. 568 κρᾶτα ταμὼν ῥίψω κυνῶν ἕλκημα. Soph. Antig. 258 σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο, ubi Iacobsius οὐδ' ἕλκοντος pro οὐ σπάσαντος coniecit audacius. Inepte schol. ita interpretatur: τὼς κύνας ὤλαφος ἕλκοι, ἀντὶ τοῦ καὶ τοὺς μαστοὺς τῶν κυνῶν ὁ ἔλαφος ἕλκοι, cervus sugat canis ubera.

136. κὴξ ὀρέων κτλ.] proprie: *atque montanae ululae cantent lusciniis*, h. e. cantent conversae ad luscinias (ut e. gr. dativo usus Horatius, Od. III, 23, 1, *coelo supinas si tuleris manus*), nimirum certaminis causa: ut denique liceat etiam vertere: *certent cum lusciniis*, quemadmodum schol. εἰς ἔριν φωνῆς ἐλθέτωσαν, schol. alius: οἱ βαρεῖς τὸ φθέγμα σκῶπες ἁμιλληθεῖεν ταῖς ἀηδόσι γλυκυτάταις τὸ φθέγμα οὔσαις. De praepositione ἐξ cf. superiora v. 72 ὁ ἐκ δρυμοῖο λέων, Theocr. VI, 15 et IV, 49 ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον. Apte Chapman.: ,,the stag trail hounds: in rivalry their song the *mountain* owls with nightingales prolong." Ahr. Phil. VII p. 418 non recte iudicavit inania esse verba κὴξ ὀρέων et κὴξ ὀρθῶν e coni. scripsit in ed. II. idque Philol. l. l. ,,*surgentes audacter*", ,,dreist sich erhebend" explicavit. Neque tamen id mihi probavit comparatione eorum, quae sunt Aesch. Ag. 1397 Well. = 1423 Dind. ἐκ τῶν ὁμοίων, Soph. Ai. 715 ἐξ ἀέλπτων, Arist. Nub. 1116 ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων [hunc enim locum significari arbitror, quum Philol. l. l. errore scriptum sit Arist. Av. v. 1116], Thuc. III, 67 ἐκ προσηκόντων, et Pind. Nem. I, 43 ὁ δ' ὀρθὸν μὲν ἄντεινεν κάρα, πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας atque Eur. Phoen. 1460 ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων. Verg. Ecl. VIII, 55 Graeca his verbis expressit: ,,*certent et cycnis ululae*" et aemulus Theocriti poeta in Anthol. Pal. IX, 380 εἰ κόκκυξ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν, τολμῷεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν, εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι, ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι. Opportune etiam Hartung. memor fuit verborum Pindari, quae Theocritum spectasse, quod ille putat, credibile est, probari non potest. Pindarus Ol. II, 87 de adversariis suis κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Sed memorabilis est imitatio Vergilii maxime propterea, quod propter illud ,,*certent et cycnis ululae*" Scaliger δαρίσαιντο Theocrito, contra propter Theocriteum γαρύσαιντο Vergilio ,,*cantent et cycnis ululae*" Wakefieldius inferre voluit. Meinekius III adeo γαρύσαιντο in textum recepit. Idem Meinekius p. 197 κὴξ ὀπέων pro κὴξ ὀρέων, *e latibulis suis*, com-

λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
χὡ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δ' Ἀφροδίτα
ἤθελ' ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπη

mentus est, contendens perversum esse ululas in montibus potissimum degere. Arripuit haec Hartung. atque ipse *κῆξ ὀρόφων ποτὶ κῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο* („wider die Nachtigall vom Gemäuer greine der Uhu") edidit e coniectura nec scholiis, p. 85 Ahr., unde *κῶπες* defendit, munita nec „cannis palustribus" ullo modo commendata. Nobiscum in universum facit Kreussler. p. 17, quamquam ille dativum *ἀηδόσιν* cum Theocr. IX, 14 comparat et verba sic vertit: „*mögen die Käuze den Nachtigallen singen* vel *vorsingen*", ut lusciniae tacere iubeantur audireque inconditos ulularum clangores. — *ἀηδόσι*] Cf. Theocr. XII, 6. V, 137.

138. *χὡ μὲν κτλ.*] Cf. Theocr. VII, 90, ubi est idem hemistichium, et Bion. I, 95, ubi ex emendatione Hartungii legendum est: *χαὶ μὲν (Μοῖσαι) ἐπαείδουσιν, ὃ δέ σφισιν οὐκ ἐπακούει.* — *ἀπεπαύσατο*] „*haec ubi dixit, desiit:* nihil ultra dixit". Scripsi *ἀπεπαύσατο* hortatu Kreussleri p. 17 e codd. optimis k. cet. et ed. Call. post Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. Ziegl. al. Contra ex codd. D. Q. edd. prr. et l. v. schol. *ἀνεπαύσατο* Am. Ahr. I. II. Mein. III. Hart. dederunt. At „*ἀνεπαύσατο*, quod legit schol., male idem explicat *εὐφήμως τὸ ἀποθανεῖν ἀναπαύσασθαι ἔφη*, peius etiam explicandae *ἀνορθῶσαι* vocis causa addit *ἐκ δευτέρου ζῶντα παραστῆσαι*, quasi ex inferis *revocare* Daphnidem voluisset Venus [ut Am. vertit „volebat in vitam revocare"]. Quae parum congruunt cum his, quae sequuntur: *τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπη*. Secundum scholiastam diceret poeta *mortuum revocare volebat Venus, sed ille erat mortuus.* At ille etiamtum inter vivos est, quamquam animam agens, ut recte diceretur Venus *morientem* revocare voluisse. Id vero Graece per imperfectum exprimendum erat *ἀνεπαύετο.* Nunc quod scriptum legitur apud Ahr. cet. *ἀνεπάυσατο*, alia omnia significat, ut docet Lysias c. Eratosth. § 61 *ἐγὼ γὰρ δέομαι ἀναπαύσασθαι* id est *cupio resipiscere, respirare, quo paulo post validius possim pergere.*" Ita vere Kreusslerus. Non recte Ameisius Latino *requievit* vertit voc. *ἀνεπαύσατο*, neque significat Graecum *reclinatus est* vel *recidit*, ut interpretatur Hartungius (*er sank zurück*) secutus Taylorum, cuius apud Briggs. p. 13 haec verba sunt: „multo *παθητικώτερον* est Daphnidem in articulo mortis reclinatum describi, quam simpliciter finem dicendi facientem." Decepit viros doctos proximum verbum *ἀνορθῶσαι*, quod h. l. significat *erigere* (Cic. pr. Deiot. XIV, 38) vel *allevare* (Cic. ad Att. XII, 39 „allevor quum loquor tecum absens"). Plat. Legg. XI, p. 919 D. *οὓς ἂν ὁ θεὸς ἀνορθῶν πάλιν κατοικίζῃ.* Soph. Oed. R. 46 et 51 *τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.* Aesch. Sept. 227 *πολλάκι δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμάχανον ὀρθοῖ (ἰσχὺς θεῶν).* Fefellit eosdem fortasse etiam comparatio Homerica, Iliad. VII, 272 *τὸν δ' αἶψ' ὤρθωσεν Ἀπόλλων*, et locus Suid. p. 353 Bernh. *ἀναπαύεσθαι τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον.*

139. *λίνα π. λελ.*] „fila a Parcis deducta erant, nihil vitae supererat". Cf. Odyss. XIV, 134 *ψυχὴ δὲ λέλοιπεν.* Odyss. XIV, 213 *νῦν δ ἤδη πάντα λέλοιπεν.* Krueger. gr. Gr. II, 2 § 52, 2, 9. Clotho apud. Lucian. Catapl. 3 de mortuo haec dicit: *εἶθ' ὁ μάταιος ἀπεδί-*

ἐκ Μοιρᾶν, χὠ Δάφνις ἔβα ῥόον. ἔκλυσε δίνα
τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ.

δρασκεν, ὡς ἐπιβιῶναι δυνάμενος, ἐπιλελοιπότος ἤδη τοῦ ἐπικεκλωσμένου αὐτῷ νήματος; Vinsem. comparavit Verg. Aen. X, 815 extremaqne Lauso *Parcae fila* legunt.

140. *ἐκ*] Cf. Theocr. XXVI, 31. De caesura extraordinaria *ἐκ Μοιρᾶν* cf. Theocr. XXVI, 28. I, 148. I, 3. I, 16. — *ἔβα ῥόον*] scil. *Ἀχέροντος* (Theocr. XVI, 41) vel *ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ*, ut loquar cum Soph. Oed. Reg. 177, i. e. ,,*obiit mortem*'', ut ait Cic. Brut. 20. Cf. Soph. Ant. 810 *ἀλλά μ᾽ ὁ παγκοίτας Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτάν.* Pind. Pyth. XI, 20 *κόραν πόρευσ᾽ Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ᾽ εὔσκιον νηλὴς γυνή.* Soph. Electr. 138 *οὔτοι τόν γ᾽ ἐξ Ἀίδα παγκοίνου λίμνας πατέρ᾽ ἀνστάσεις.* Ovid. Amor. III, 9, 27 hunc quoque summa dies nigro submersit Averno. Hor. Od. I, 28, 16 et calcanda semel via leti, Vide procd. p. 43 et Gebauer. 1861 p. 105, qui praeter verba Propertii IV, 18, 9 (hic pressus Stygias vultum demisit in undas) Ovidium Met. X, 696—697 et Trist. IV, 5, 22 comparat. Dextre Banks. ita vertit: *and Daphnis crossed the stream.* Reticet autem poeta horribile Acherontis nomen, commotus ipse, dum triste fatum narrat, dolore maximo, ut facimus quum cari capitis mortem significare volumus, sed fracto animo et lacrimis obortis significamus magis quam eloquimur, quod eloqui lingua recusat. Sensit idem fere Kreusslerus p. 17. — De accusativo *ἔβα ῥόον, accessit ad fluvium,* cf. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 46, 3. La Roche, *stud. Hom.* p. 95 sqq. et praeter locum Oed. Reg. 177 imprimis Eur. Hipp. 233 *ὄρος βᾶσα.* Soph. Oed. Col. 378. Pind. Ol. II, 95 *ἀλλ᾽ αἶνον ἔβα* (non *ἐπέβα*) *κόρος.* Vergil. Ecl. VIII, 59 hoc loco et Theocr. III, 25 contaminavit, quum scriberet: praeceps aërei specula de montis in undas deferar. Unde et ego ante viginti annos existimabam et Gebauerus 1856 p. 74 statuit, describi a Theocrito Daphnidem in fluctus se praecipitantem. Sed vide nunc ipsum Gebauerum 1861 p. 105. Hermannus *de Daphn.* p. 20 quod commentus est et Stollius anth. p. 149 adoptavit de nescio quo ,,*profluvio*'' Daphnidis, id nec grammaticis rationibus defenditur et certe clarius efferendum erat, velut Ovid. Met. XV, 246 de facto simili: ,,in liquidas rorescit aquas cet.'', ,,*in latices* mutatus est'', ut in fabula alia Ovid. Met. V, 636 loquitur. Hartungii p. 355 verba obscura Oedipis relinquimus. — *ἔκλυσε*] der Strudel umspülte, umrauschte ihn, the tide roared around him, proprie *alluit*, i. e. *abluit* (Cic. Tusc. IV, 28) atque *submersit.* Catull. LXV, 5 fortasse memor Theocriteorum verborum: *Lethaeo gurgite* fratris pallidulum manans *alluit* unda pedem. Archil. fragm. 9 p. 150 Bergk. anth. Plat. Rep. V p. 473 C. Dicenda haec maxime propter Gebauerum 1861 p. 105. Hermannus quondam *εἵλκυσε* conjecit, qua mutatione supersedemus.

141. *τὸν Μοίσαις κτλ.*] Silius Ital. XIV, 466 ,,Daphnin amarunt Sicelides Musae'': quae nescio an a Theocrito mutuatus sit. — Cf. Theocr. VII, 95 et reliqua p. 37 adn. I, 64. — *τὸν*] Quod in principio versus productum erat voc. monosyllabum redit brevi vocali post caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον* ut XVI, 13. XV, 86. V, 129. VI, 17. [VII, 74.] XIII, 42. X, 28. XXIII, 28. XVIII, 30. [XXII, 11. XV, 123]. Vide Verg. Ecl. III, 109 ,,*et* vitula tu dignus *et* hic et quisquis amores'' et quae dixi

λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δίδου τὰν αἶγα τό τε σκύφος, ὥς κεν ἀμέλξας
σπείσω ταῖς Μοίσαις. ὦ χαίρετε πολλάκι Μοῖσαι,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ.

symb. Theocr. p. 16. — *Νύμφαισιν*] Cf. Diod. l. ad. v. 64 laudato. De sententiarum ac verborum conformatione cf. Arist. Rhet. III, 9 p. 1410, a, 4 sqq. — „*πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης*''. Anaxim. Rhet. 26 p. 52, 17 Speng. Isocr. Demon. p. 6 *προσήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν* al. Graviter autem hoc pacto carmen clauditur, eadem fere vi, qua auxilio anaphorae Tibullus finit elegiam libri primi primam (*despiciam dites despiciamque famem*) et elegiam libri primi septimam coll. Tib. II, 5, 100. I, 4, 82. Cum sententia negativa (*τὸν οὐ Ν. ἀπ.*) simili positivae (*τὸν Μ. φίλον*) subiecta cf. quae adnotavi ad Aristot. Eth. Nic. VIII, 13, 6. Genes. XLII, 2. Exod. XII, 12. Ev. Ioann. I, 3. I, 20. Hom. hymn. in Apoll. 1. Frank. ad Dem. Phil. II p. 73 § 31. Maetzner. ad Antiph. tetral. I, 2, 5. Dillenburger. ad Hor. Od. I, 7, 16.

143. *Καὶ*] Cf. e. gr. Arist. Ran. 164 *καὶ χαῖρε πόλλ' ὠδελφέ.* Baeumlein. part. Gr. p. 147. — *τὰν — τό τε*] Cf. adn. ad v. 41. Theocr. II, 1. — *σκύφος*] Vide adn. p. 21. Alcm. frg. 26 *μέγαν σκύφον, οἷά τε ποιμένες ἄνδρες ἔχουσιν.* Odyss. XIV, 112. — *ὥς κεν*] Hoc ex codd. k. cet. (Ahr. p. 14) edd. prr. Cam. revocaverunt Boiss. I. II. Wuestem. Mein. II. III. Am. Ahr. Ziegl., commendatum idem a Tayl. apud Briggs. In edd. Mor. Steph. Heins. Valck. I et inde vulgatis usque ad Mein. I scribitur *ὥς μιν*, quod est in codd. p. cet., Stephanus tamen asterisco notavit, ad marg. *γρ. κεν* adscripsit. Sed cf. e. gr. Odyss. II, 376. IV, 672.

144. *σπείσω*] Lac Musis libaturus Thyrsis est. Cf. Theocr. V, 53. 58. — *Μοίσαις — Μοῖσαι*] De hac conversione, ut loquar cum auct. ad Her. IV, 13, 19, vide Theocr. XV, 90 coll. XVI, 59. Ep. ad Rom. VIII, 31. II Cor. 11, 22. Aristot. Rhet. III, 9 p. 1409, b, 26 sqq., ubi philosophus versum laudat Democriti: *οἷ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων* et p. 1410, a, 34: *ἄξιος σταθῆναι χαλκοῦς, οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ.* Verg. Ecl. X, 69 omnia vincit *amor:* et nos cedamus *amori.* Calpurn. II, 92 carmina poscit *amor,* nec fistula cedit *amori*, ubi nihil mutandum, id quod dico propter Hauptium et Gebauerum 1861 p. 50. Ovid. Met. XIII, 736. Met. I, 556 oscula dat *ligno:* refugit tamen oscula *lignum.* Ovid. Trist. II, 283 tollatur *circus:* non tuta licentia *circi.* Hor. Ep. I, 2, 55 sperne *voluptates:* nocet empta dolore *voluptas.* Calpurn. II, 24 si laudem *victor*, si fert opprobria *victus.*

145. *καὶ ἐς ὕστερον*] ut in eadem versus sede Hesiod. *ἔργ.* 349 (351) *ὡς ἂν χρηίζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.* Apud Homerum quater *καὶ ὕστερον* est ante caesuram bucolicam. Odyss. IX, 351 (*καὶ ὕστερον ἄλλος ἵκοιτο*). Iliad. XIV, 313. XI, 365 et XX, 452 *καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας.* Praeterea *ὕστερον* bis in pede quinto (Odyss. VIII, 202. XVI, 272), septies in pede secundo invenit *La Roche, stud. Hom.* p. 40. — *ἅδιον*] Cf. initium carminis v. 65, ubi *ἁδέα* pariter in pede quinto atque hic *ἅδιον* est positum.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα Θύρσι γένοιτο,
πλῆρες δὲ σχαδόνων, καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις
ἁδεῖαν, τέττιγος ἐπεὶ τύγα φέρτερον ᾄδεις.
ἠνίδε τοι τὸ δέπας· θᾶσαι φίλος ὡς καλὸν ὄσδει·
Ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκησεῖς.

146. *μέλιτος*] Vide proecdosin et Pind. Ol. VI, 46. Hertzberg. de eth. Pind. monit. p. 5. — *τὸ καλὸν στόμα*] Idem ante caesuram bucolicam Theocr. II, 126. XX, 5 legitur.

147. *δὲ*] e cod. Q. edd. Med. Ald. et schol v. l. (*γράφεται καὶ πλῆρες δὲ*) pro *τε* (ed. Iunt.) vel *τοι* (codd. k. cet. Ahr. p. 14. Call. Galen. apud Ahr. Reisk. Valck. I. Ahr. Mein. I. II. III. Ziegl. al.) scripsi post Steph. et alios. Vide Theocr. XVI, 34—36 *πολλοὶ δὲ* coll. I, 75, XVIII, 43—45 *πράτᾳ δὲ*, XXVI, 15 et I, 132. Particula *τοί* e versu superiore (v. 146) irrepsit. — *ἀπ' Αἰγίλω*] Immerito Meinekius vituperat Theocritum quasi *Αἴγιλον* dixerit pro *Αἰγιλία*. Tu cf. Athen. XV p. 652 E. *Φιλήμων ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων Αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. Αἴγιλα δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς ἀπ' Αἰγίλου τινὸς ἥρωος ὠνομασμένον.* Eadem fere a schol., quae e Philemone grammatico petita esse Ahrens. tom. II p. 479 docuit, repetuntur. Herois nomen, non montis, quod in proecdosi statuebam, Aegilum commode accipi posse nunc existimo, nec audiendus Hartungius, qui *ἀπ' Αἰγαλέω* coniectat. De praepositione *ἀπὸ* vide Theocr. VII, 5 coll. VI, 15. Cic. II Phil. 31 a Marco tabellarius. Verg. Georg. III, 2 pastor ab Amphryso.

148. *ἁδεῖαν*] Ad superiora pertinens claudensque sententiam adiectivum, quod molossum efficit, in versus novi principio positum ut e. gr. Iliad. XIII, 161 — *κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην ταυρείην*. Cf. similia Iliad. XIII, 133. Odyss. IV, 18. — *τέττιγος*] Theocr. VII, 139. Anacr. 32 (43). „Ita Timon teste Diog. Laert. III, I, 8, 7 Platonem dixit *ἡδυεπῆ, τέττιξιν ἰσόγραφον*." Mabl. Totum locum Theocrito sublegit Theodorus in Boissonadii An. Gr. V, p. 380 *ὄναιο τοίνυν τῆς περὶ παντοδαπὴν σοφίαν εὐτυχίας τῆς τε περὶ τοὺς λόγους ἰσχύος τε καὶ φορᾶς. καί σοι πλῆρες μέλιτος τὸ καλὸν στόμα γένοιτο, ἐπεὶ σὺ τεττίγων φέρτερον ᾄδεις.* Mein.

149. *ἠνίδε*] „*en accipe*", Verg. Ecl. VI, 69. Cf. Theocr. III, 10. V, 23 et quae Gebauer. 1861 p. 29 collegit. Arist. Acharn. 434 *ἰδοὺ ταυτὶ λαβέ*. Eur. Cycl. 153 *ἰδού*. — *βαβαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει*. — *θᾶσαι — ὄσδει*] Vide superiora v. 28 et proecdosin. Ovid. Fast. I, 75 *cernis odoratis* ut luceat ignibus aether et *sonet* accensis spica Cilissa focis? Horat. Od. I, 14, 3—6 vides — gemunt. Odyss. XVII, 545. Stoll. comparat Soph. El. 1410 *ἰδού, μάλ' αὖ θροεῖ τις*.

150. *Ὡρᾶν*] Horae nimirum omnibus rebus ornatum, gratiam atque elegantiam parare dicuntur. Cf. id. XV, 104. Harl. Sunt enim „*gremiis redolentibus Horae*", ut dicit Claudian. XXIX, 87. — Orph. hymn. 43 Horae vocantur *εἰαριναί, λειμωνιάδες, πολυάνθεμοι, ἁγναί, παντόχροοι, πολύοδμοι ἐν ἀνθεμοειδέσι πνοιαῖς, πέπλους ἐννύμεναι δροσεροὺς ἀνθέων πολυθρέπτων*. Vide etiam proecdosin. — *πεπλύσθαι*] Eleganter Cunichius

ὧδ' ἴθι Κισσαίθα· τὺ δ' ἄμελγέ νιν. αἱ δὲ χίμαιραι,
οὐ μὴ σκιρτασεῖτε, μὴ ὁ τράγος ὔμμιν ἀναστῇ.

sic vertit: ,,ambrosium sentin' quem iactat odorem? Quippe suis *lavisse* putes in fontibus Horas.'' Laverunt, non quia sordidum erat cyssibium, sed quo gratiam ei insignem conciliarent. Haec nimium manifesta dicenda sunt propter Meinekium, *πεπλύσθαι* ex *κεκλύσθαι* corruptum esse existimantem. Cf. Anth. Pal. V, 122 *κἂν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος.* De forma perfecti *πεπλύσθαι,* pro qua in codd. v. 6 *sec.* *πεπλύνθαι* legitur, id quod Mein. II scripserat, vide Lobeck. paralipp. p. 548 coll. p. 419.

151. *Κισσαίθα*] *ὄνομα αἰγός· ἢ ἐκ τοῦ κισσῶ καὶ τοῦ αἴθω, ἢ ἡ κισσὸν λευκὸν κατανεμομένη. αἶθον γὰρ τὸ λαμπρὸν, ἐκ δὲ τοῦ λαμπροῦ γίνεται μεταληπτικῶς τὸ λευκόν.* Ita schol. quidem, verum non est dubium quin potius a voc. *κισσός* factum sit nomen adiuncta terminatione Dorica, in aliis etiam vocabulis conspicua, a Siculicis et Italiotis frequentata, e. gr. *Σιμαίθα,* Theocr. II, 101 (vide schol. Arist. Acharn. 524 in arg. id. II p. 72), *Κιναίθα,* Theocr. V, 102, *Κυμαίθα,* Theocr. IV, 46. Cf. Meinek. ad Theocr. IV, 46 et ad Callimach. p. 252. Ita nomen et omen habent animalia, velut *Φερένικος,* equus Hieronis, Pind. Ol. I, 18, *Ὕλαξ* (*Hylas* Ribb.), canis, Verg. Ecl. VIII, 107. Alia vide apud Gebauerum p. 4. *Κιναίθα* l. var. a schol. commemorata fluxit e Theocr. V, 102. — *αἱ δὲ χίμ.*] De nominativo articuli alloquio adhibito egit Ameis. *art.* p. 17, cuius haec sunt exempla: Theocr. IV, 45. V, 102. V, 110. VIII, 67. His adde id. IV, 46. V, 100.

152. *σκιρτασεῖτε*] Ita post Ahr. II. Mein. Hart. nunc edidi e coni. Porsoni. Scribunt editores reliqui (Am. Ahr. I. Mein. I. II. cet. ed. Med. Ald. — nam in ed. Iunt. vitiose scribitur *σκιρτάσητη* —) *σκιρτάσητε,* quod habet cod. M. vel *σκιρτάσῆτε* (ed. Call.) vel *σκιρτασῆτε* (Steph. cum codd. k. cet. Ahr. p. 15). Ego vero futurum illud recepi et propter accentum circumflexum, qui est in codd. k. cett., et propter schol. codicis M., ubi *σκιρτάσητε* explicatur futuro *πηδήσετε,* et propter schol. Call., ubi certe futurum est *σκιρτήσετε.* Cf. Arist. Ran. 202 *οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων.* Ibid. 462 *οὐ μὴ διατρίψεις.* Fr. Volcm. Fritzsch. ad h. l. p. 201. Lobeck. ad Soph. Ai. 75 p. 106. Schneidewin. ad Soph. Trach. 978. — *μὴ*] *ne surget vobis* hircus et facessat quae nostis negotia. *Lec.* ,,et vous, chèvres, ne sautez pas, de peur d' exciter le bouc.'' Minus apte Kiesslingius et Ameisius: ,,ne hircus vos inscendat'', Banksius: ,,skip not, lest the he-goat mount you.'' Propius a vero Vinsemius: ,,ne forte hircus in vos incurrat.'' Vide procd. p. 49.

II.

ARGUMENTUM.

Inscriptio est huius idyllii vulgata *Θεοκρίτου φαρμακεύτρια* in edd. prr. et edd. reliquis usque ad Boiss. I. II. Mein. I. Wuest., quae nititur testimonio codicis p. et Servii ad Verg. Ecl. VIII, 1 p. 147 Lion. („apud Theocritum est una ecloga, quae appellatur *pharmaceutria*"): vera inscriptio numero plurali *φαρμακεύτριαι* invenitur in cod. Y. arg. codd. E. I. N. schol. Gen. Duebn., exstatque eadem apud Athen. XI [non XV, ut Ahr. p. 15 in adn. ad inscr.] p. 475 E. et apud Eustath. ad Odyss. XIV, 446 p. 1767, 19, eaque recepta est a me in proecdosi et a Mein. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. II. Hart.

Sequitur hoc carmen tanquam idyllium secundum primum Theocriti idyllium in plerisque codicibus et edd. Med. Ald. Gourm. Call. cet., excepta editione Iunt. exceptisque his codicibus. In codice *k.* huic idyllio praemittuntur idyllia I. VII. III. IV. V. VI. VIII. IX. X. XI. XII. XIII, ac demum inter idyllium tertium decimum et quartum decimum insertae sunt hae *pharmaceutriae,* tum sequuntur idyllia XIV. XV. XVII. XVI. XXIX. Similiter in codice *w.* locum habent *pharmaceutriae* inter idyllium tertium decimum et quartum decimum, hoc ordine: I. V. VI. IV. VII. III. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. *II.* XIV. XV. XVI. In codice *p.* eaedem *pharmaceutriae* scriptae sunt inter idyllium XIV et Moschi id. III., hoc ordine: — XIII. XV. XIV. II. Mosch. III. Theocr. XVI. Similem ordinem Zieglerus p. VI commemorat codicis Medic. 35 —: XIII. XV. XIV. *II.* Codex *q.* hunc servat ordinem: I. V. VI. *II.* III. IV. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XV. XIV. Codex 23 nunc haec hoc ordine continet: — XII. XIII. *II*, 1—4. *II*, 50 — extr. XIV. XV, 1—34 cet. (cf. Ahr. praef. p. XXXV). Codex Paris. *C.*: XII. XIII. XV. XIV. *II.* Codex Paris. *M.*: — XII. XIII. *II.* XIV. XV. XVI. In editione Iunt. hoc idyllium demum inter idyllium tertium decimum et quartum decimum insertum est, sed tamen litteram habet adscriptam quasi sit ordine idyllium secundum, hoc modo: ***ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ. ΔΩΡΙΔΙ ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ. Β.*** Quod autem sequitur idyllium quartum decimum ibi inscriptum est ***ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ. Ξ. ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ Η ΘΥΩΝΙΧΟΣ.*** Contra numeri nota omissa quod in hac editione antecedit idyllium tertium decimum ibi ita inscribitur: ***ΜΟΥΣΙΚΑ ΑΣΜΑΤΑ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ. ΥΛΑΣ. ΔΩΡΙΔΙ.*** Tum sequuntur in hac editione idyllia XV. XVI. XVII. XVIII. XXII. XXIV. Moschi

Europa (Theocriti tamen nomine adscripto). Theocr. XXIX XXVI. XXVII. XXVIII. Moschi Megara (nullo auctoris nomine adscripto). Theocr. XXV. XXI. XXIII. XX. Bionis epitaph. Adonidis (Theocriti nomine-adscripto). Anacreonteum *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη* (Theocriti nomine adscripto). Moschi epitaph. Bionis (nullo auctoris nomine adscripto). Moschi *ἔρως δραπέτης* (*Μόσχου* nomine adscripto). Theocr. XIX. Epigr. Syr. Erravit Hermannus Bion. p. 89 de exemplo Iunt. Senat. Lips. disserens.

Haec pluribus persequenda erant, ut intelligeretur, id quod iam *de poet. buc.* p. 30 significavi, in vicinia idylliorum XIV et XV rectius quam inter idyllia I et III hoc carmen antiquis temporibus fuisse positum, quum ad bucolicorum idylliorum Theocriti (cf. p. 6 huius editionis) collectionem ab Artemidoro institutam (cf. de poet. buc. p. 28 sqq.) reliqua carmina Theocriti, et maxime mimica (id. XIV. XV) adscriberentur. Postea exstitisse videntur grammatici, qui mutato ordine has *pharmaceutrias* in corpore Theocriteorum carminum secundum carmen esse voluerunt, credo propterea, quod stropharum versuumque intercalarium (II, 17. 22 sqq.) rationes ad idyllium primum proxime accedebant, ut deinceps has *pharmaceutrias* apte *comastes*, carmen tertium, in quo aperta stropharum signa ne veteres quidem illos latere potuerunt, sequeretur.

Est autem hoc carmen aperte e genere mimicorum, factum illud ad exemplum mimi Sophronis, cuius pauca hodie fragmenta supersunt: cf. adn. ad v. 1. 35. 85. de *poet. buc.* p. 15. Dahl. p. 28. Bergk. in Mus. Rhen. 1838, VI, p. 25 sqq. Imitationem testatur etiam auctor argumenti veteris his verbis: *τὴν δὲ Θεστυλίδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων. Ἀπειροκάλως* (quod obscure dici Casaubon. lectt. Theocr. cap. 3 p. 245 contendit) scripsit ille explicator vetus fortasse propterea, quod inter sese colloquentes mulieres Sophro in mimo suo induxerat, dum sola loquitur apud Theocritum Simaetha mutaque persona est ea quae aliquoties vocatur serva Thestylis.

Causa autem haec est. Simaetha (v. 101. 114) puella amatorem habuit Delphidem Myndium (v. 29. 96.), cuius amore aliquamdiu fruebatur (v. 144). Sed tandem vidit se ab amatore neglectam (v. 4 sqq.) et ex vetula quadam iuvenem novis amoribus irretitum esse comperit (v. 145 sqq.). Postridie (v. 144) eius diei, quo hunc tristem nuntium accepit, puella perfidum iuvenem artibus magicis aggredi et incantamentis atque „*amatoriis*" (Sen. Ep. 9) animum eius ad se revocare instituit. Noctu, coelo dum splendet Luna sereno (v. 10), sacra magica peragit, quorum ritus ex verbis puellae modo loquentis modo cantantis cognoscimus.

Nam idyllium totum dividitur in partes duas. Prooemium (v. 1—16), quo in medias res non secus ac notas rapimur, sequitur carmen, quod a Simaetha, dum peragit sacra magica, decantatur, idque conceptum est strophis quinorum versuum, quae singulae versu intercalari, *ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα* (v. 22. 27 cet.), distinguuntur. Hic quae ad iuvenis animum deleniendum a venefica agantur, quasi praesentes ipsi cernimus (v. 18—63). Atque haec est pars prior idyllii. Iam peractis illis ritibus et ancilla ablegata (v. 59), in parte altera idyllii puella sola relicta enarrat Lunae consciae amoris sui acerbi primordia, incrementa, gaudia, discidia denique suaque consilia extrema (v. 64—162). In hac autem parte versus ita descripti sunt a poeta et demensi, ut non iam quini, sed seni versus hexametri strophas efficiant, hoc pacto ut quinorum versuum comprehensionem hic sextus versus sequatur intercalaris: *φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα*, v. 69.

75 usque ad v. 135. Inde a versu 136 quum extremus quasi actus fabulae a Simaetha referatur, aucta subinde magisque exardescente animi commotione, sermo puellae fluit liberius et numeris fertur sensim lege solutis, sicuti sensim amnis aliquis diffluit et paullatim arenis ac sabulo absorbetur. Sensim, inquam: nam non subito omnis vis legis superioribus scriptae desinit, sed habet adhuc quaedam vestigia. Etenim v. 136—141 pro quinorum versuum intercalari deinde versu auctorum complexione habemus senorum versuum complexionem, omisso tamen versu illo intercalari φράζεο κτλ. Verum tanquam in huius versus memoriam scriptus est versus 142 χῶς κά τοι κτλ., qui versus est sententia sua similis superioris intercalaris versus sententiae, eamque ita fere absolvit, ut in idyllio primo prior versus intercalaris, ἄρχετε κτλ. (I, 64 sqq.), absolvitur mutatis verbis λήγετε κτλ. (I, 127 sqq.). Tum demum liberius est flumen orationis, nisi forte v. 142—148 et deinceps versus 149 usque ad versum 162 stropharum obscuras adumbrationes, sed a superioribus alienas, esse dixeris. Disputavi de his stropharum rationibus *de poet. buc.* p. 21 sq. Tractavit eandem rem quondam H. C. Abr. Eichstadtius, cuius nomen supra p. 6 operarum vitio mendose exaratum est, in *quaest. phil. spec.* (Lips. 1796, 4) p. 39, nuper de ea disseruerunt Ribbeckius in Mus. Rhen. 1862 XVII p. 551, Buechelerus in Mus. Rhen. 1860 XV p. 455—56, Goebbelius p. 13—14 dissertationis supra p. 12 indicatae.

Inutiles sunt in re ficta quaestiones de moribus et re familiari huius puellae, cuius amorem poeta insigni arte descripsit. Mediocris eam conditionis puellam Kiesslingius p. 62, de plebe filiam familias Ahrensius, Philol. VII p. 422, pauperem Ameisius, *adn. ad Theocr.* (Muehlh. 1840, 4) p. 14, meretricem urbicariam Casaubonus, lectt. Theocr. cap. III p. 242, appellaverunt, sive quia *xystida* quandam a Clearista quadam mutuata creditur (v. 74), sive quia ultro iuvenem ad se invitavit (v. 96 sqq.), quamquam eadem amissae florem virginitatis summo cum luctu deplorat (v. 41) verecundiusque de rebus lubricis loquitur (v. 143) quam Dido Vergilii, quae non dubitat illa dicere, Aen. IV, 327 sqq.: saltem si qua mihi de te suscepta fuisset ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aula luderet Aeneas, qui te tamen ore referret, non equidem omnino capta ac deserta viderer. Honesto loco ortam et generosam puellam per me licet intelligas.

Scaena est carminis sub divo, ut Luna plena conspiciatur (v. 10 sqq.), prope aedes Simaethae, fortasse in nemore „inter pulcra tecta sato" (Hor. Od. III, 10, 6), non longe a mari, ut fluctuum in littus se illidentium fremitus exaudiri possit (v. 38). Nam de trivio quae edit. p. 30 dixit Wuestemannus inter urbem et mare sito, ea v. 50 (τόδε δῶμα) refelluntur. Quae regio a poeta informetur, demonstrari non potest, multo minus urbem nobiliorem et ditiorem patriam Simaethae fingi Wuestemanno contendere licuit propter pompam splendidam v. 66 sqq. commemoratam, in qua leaena ducta esse dicitur (v. 68). Facilius idem sumas propter palaestram v. 8. 97 commemoratam Delphidisque verba v. 114 sqq. Siciliam significari credibile est, quia pleraeque res mimice a Theocrito descriptae (excepto idyllio XV) in Siciliam nos vel in Graeciam magnam ducunt: sed ne hoc quidem ut exploratum propter Vulcanum „*Liparaeum*" (v. 133) ponere debebat Th. Bergkius, Mus. Rhen. 1838, VI p. 25. Tantum constat, fingi regionem Doricam moresque Doricos. Id colligitur et ex v. 156 (τὰν Δωρίδα ὄλπαν) et ex ipso nomine *Simaethae* (cf. adn. ad I, 151), quod nomen poetam elegisse credibile est propter locum notissimum Aristophanis,

Acharn. 524 (*πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγαράδε νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι*) ubi est illud scholion: *Δωρικώτερον εἶπε Σιμαίθαν.* Cf. Athen. XIII p. 570 A. Heins. lectt. Theocr. p. 307. Fuit etiam Siciliae fluvius *Σύμαιθος* (Thuc. VI, 65. Strab. VI p. 272).

Multi fuerunt, qui huius carminis praestantiam laudibus efferrent, imprimis propter eam artem, qua animus muliebris et affectus amoris ne Sapphus quidem (cf. Adert. p. 53 ibique Volt.) spiritu indigni ad veritatem graviter simul ac suaviter exprimuntur, ita tamen, ut decori sit ratio habita et honesti. Cfr. Souillié p. 75 sqq. p. 128 libri supra (p. 5) indicati. Didot. p. 423 haec scripsit: ,,au lieu de dire ce que je pense de cette idylle, je vais rapporter le jugement de Longepierre, qui est très précieux, parce qu'il nous fait connaître le sentiment de Racine. Voici ce que dit Longepierre: ,,,,cette idylle est, à mon gré, la plus belle de Théocrite, et peut-être de morceaux de l'antiquité aussi parfaits. Il y règne d'un bout à l'autre un génie, une vivacité, une force d'expression, et surtout un pathétique qui touche et qui attache agréablement: aussi ai-je ouï dire à M. Racine, si bon juge en cette matière: *qu'il n' a rien vu de plus vif ni de plus beau dans toute l'antiquité.*'''' Neque est profecto alia apud veteres efficacior pictura rei magicae (cfr. Gebauer. 1861 p. 6), cuius traditas cum nutricis lacte superstitiones ritusque constantes et sollemnes hinc maxime discimus. Plura de his rebus fortasse sciremus, si exstarent Sophoclis Rhizotomi, in qua tragoedia Sophocles Medeam descripserat ,,maleficas herbas secantem, sed aversam, ne vi noxii odoris ipsa interficeretur, et succum quidem herbarum in cados aëneos refundentem, ipsas autem aëneis falcibus exsecantem.'' (Macrob. Sat. V, 19.) Intelligeretur etiam Sophocleo studio quantum Theocritus in hoc carmine pangendo deberet. Sunt quaedam certe, quae referunt aliquam similitudinem: vide adn. ad v. 12. 28. 161. In universum disputaverunt de his superstitionibus Wachsmuthius in Athen. II, 2 p. 209, Schoemannus antt. Gr. II p. 306 aliique auctores, qui de rebus magicis scripsere, quos quidem indicavit I. Geo. Theod. Graessius in *bibl. mag.* Lips. 1845. His adde Wachsmuthii quaestt. mag. I. Lips. 1850, 4.

Ad imitatores quod attinet, Plinius H. N. XXVIII, 2 (4) 19 haec scripsit: ,,defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit . . . Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli [non Calvi, quod non nemo scribere voluit] apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imitatio.'' Ac Vergilium quidem ecloga octava v. 64 sqq. plurima a Theocrito petivisse, res est nota. Idem Aeneidem, libr. IV v. 511. 523 sqq., memor horum Theocriteorum contaminavit. Horatius quin in epodum quintam multa ex hoc idyllio transtulerit, quin idem in scribenda epodo XVII et satura libri primi octava vestigiis Theocriti non raro institerit, dubitari non potest. Tibullus quoque non sine fructu ad carmina propria redundante legit Theocritea: cf. v. 16. 24. De Propertio cf. v. 2. 16. 29. 30. 48. 58. In Ovidii carminibus saepe agnosces Theocritea, imprimis Met. VII, 161 sqq. Met. XIV, 43 sqq. Vide et Amor. I, 8. Heroid. VI, 83 sqq. Verum illos poetas etiam ab Apollonii Rhodii (cf. III, 746 sqq. III, 1197 sqq.) fontibus hausisse non est silentio praetermittendum. Calpurnius, qui in id. XI extremo Vergilium sequitur, *crepitandi* verbum, id. XI, 65, Theocriteone, v. 24, debeat an Tibullo (II, 5, 81) non diiudico. Praeterea conferre iuvat Senec. Herc. Oet. 453 sqq. Senec. Med. 679 sqq. 741 sqq. Valer. Flacc. VI, 440 sqq. Lucan. Phars. VI, 438.

Sil. Ital. VIII, 497 sqq. Claudian. in Rufin. I, 145 sqq. Lucian. dial. meret. 4.

Recentioribus temporibus quum multi saepe Vergilii eclogam octavam carminibus suis imitati sint, tum Theocritus habuit aemulos, inter quos Sannazarius ecloga quinta v. 25 sqq., ed. Patav. 1719, 4 p. 87, et Petr. Lotichius ecloga quinta v. 42 sqq., ed. Burmann. Amst. 1754, 4 p. 603, excellunt. Alios qui in eandem arenam descenderunt poetas recentiores Broukhusius ad Tibull. I, 2, 43, Adertus, Theocr. p. 49 indicaverunt. Io. Henr. Vossii carmen est *der Riesenhügel.* Shakspearii Hecaten in Macbethio prodeuntem nemo est qui ignoret.

Ad explicationem huius idyllii multa hi viri docti contulerunt. Io. Henr. Vossius in nov. act. soc. lat. Ienens. ed. Eichst. I, 1806, p. 365 sqq. („*über die Hekate. Zur Erklärung der Zauberidylle Theokrit's*"). P. Ch. Levesque, „*examen de la pharmaceutrie ou magicienne de Théocrite*" in l. *mém. de l'acad. des inscript. et bell. lett. III* hoc est, ut propter turbas titulorum accuratius etiam indicem, in l. *histoire et mémoires de l'institut royal de France, classe d'hist. et de litt. anc.* tom. III. Paris 1818 p. 1—12. Fr. Weissgerber.: *observatt. ad Theocriti pharm., quibus praeter schol. cod. Par. — inest longior de Hecates nomine, officio atque cultu excursus.* Friburg. 1828. I. P. E. Greverus, *kleine Beiträge cet., zweite Fortsetzung,* Lemgo 1826, 4 p. 3—16. Vide superiora, arg. I p. 13. Denique nominatim iterum commemorandae obss. Io. Henr. Vossii ad Verg. Ecl. VIII, 68 sqq. et libri supra p. 13 v. 1 indicati, atque Henr. Vossii *not. in Theocr.* (Heidelb. 1813) p. 11 sqq.

Peculiarem editionem huius idyllii ego curavi ad salutandos philologos Germaniae Augustae Vindelicorum a. 1862 congressos (Lips. typ. Teubner.), ubi carmen ita verti Latine ut versus versui respondeat. Ante me latinis versibus pharmaceutrias expresserunt iidem viri docti, quos id. I Latinum fecisse p. 12 extr. indicavi, excepto uno D. Heinsio. Philetici interpretationem Nic. Marscalcus transscripsit in librum eum, cuius hic est titulus: *Enchiridion poetarum clarissimorum* Nicolai Marscalci Thurii. Erphordiae 1502, 4. Asservatur liber in bibl. Univers. Pragensis. Gallorum sermone pedestri carmen vertit Dauphin. in libro supra (p. 4) indicato p. 19 sqq. Ad Italos modos idem carmen deductum est a Ios. Borghio in *ant. ital. Firenze* 1820, n. 20 (*l'idillio di Teocrito, la Maga, in ottava rima volgarizzato*). Teutonicis hexametris verterunt C. Phil. Conzius in Wielandi l. *neuer teutscher Merkur*, 1792, III p. 114. Io. Henr. Vossius primo in Schilleri *Horis*, 1796, VI p. 50. Ch. Stolbergius, *Ged. aus d. Gr., Hamb.* 1782. Voltarii memorabiles sunt versus ad huius idyllii versus 82, 105—108 facti in *dict. phil.* III s. v. *eglogue,* opp. t. XXXIX p. 513. Goth. 1786.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Φαρμακεύτριαι [ita codd. E. F. N pro *Φαρμακεύτρια*]. *ὑπόκειται Σιμαίθα Δέλφιδος Μυνδίου τινὸς ἐρῶσα, ὃν παιδικοῖς προσταλαιπωροῦντα ἐν παλαίστρᾳ ἡ Σιμαίθα φίλτροις τε καὶ φαρμάκοις διά τινος θεραπαίνης Θεστυλίδος ὑποδιακονουμένης ἐφ᾽ ἑαυτὴν πειρᾶται μετάγειν, ἐπικαλουμένη τήν τε Σελήνην καὶ τὴν Ἑκάτην, ὡς ἐπὶ τῷ ἔρωτι συμβαλλομένας νυκτερινὰς θεάς. τὴν δὲ Θεστυλίδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων.*

B.

ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑΙ.

Πᾷ μοι ταὶ δάφναι; φέρε Θεστυλί· πᾷ δὲ τὰ φίλτρα;
στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,

1. *Πᾷ*] Cf. adn. ad I, 64. Simile fuisse videtur exordium pharmaceutriarum Sophronis, cuius exstant verba *πεῖ γὰρ ἅ ἄσφαλτος;* (Ahr. dial. Dor. p. 468). Theocritum imitatur Nonn. Dion. XXXVII, 418 [non 415] *πῆ θρόνα; πῆ βοτάναι; πῆ ποικίλα φάρμακα Κίρκης;* Carmen fuit populare (Bergk. anth. 12 p. 414) *ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; ταδὶ τὰ ῥόδα· ταδὶ τὰ ἴα· ταδὶ τὰ καλὰ σέλινα.* — *ταὶ δάφναι*] rami laurus, quos ad comburendum (v. 23 sqq.) ministra adferre iussa erat. — *Θεστυλί*] Ancillae haec dicit Simaetha, quae loquens introducitur. Vide arg. p. 70. *Θεστυλί* scribendum, id quod Ahr. II v. 19. 35. 59. 95 posuit, non *Θέστυλι*, quod est in edd. prr. et reliquis edd. (semel Hart. v. 95 *Θεστυλί*). Vide Lobeck. prolegg. pathol. p. 125. Theocr. III, 1. — *φίλτρα*] *τὰ πρὸς φιλίαν ὀτρύνοντα φάρμακα.* Ita recte Schol. Gen. Nihil tribuendum scholio cod. E. (*τὰ πρὸς φιλίαν συμβαλλόμενα εἴδη ἢ ὄργανα μαγικά*) et verbis Georgii Lecapeni a Boiss. allatis: *φίλτρα κοινῶς μὲν λέγεται τὰ ἐπὶ μαγγανείᾳ γιγνόμενα φάρμακα ἢ γοητεύματα ἐπὶ τῷ ἐφελκύσασθαι, ἁπλῶς καὶ τὰ ζῷα, ὅθεν γίνονται τῶν ἡδονῶν ἀπολαύσεις· ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ· πᾷ δὲ τὰ φίλτρα; κτλ.* Apulei. Apol. p. 294 Elm., cuius verba ab Ahrensio p. 15 pariter atque verba Plinii supra p. 72 laudata in testimoniis idylli commemoranda erant, haec scripsit: ,,Memorassem tibi etiam Theocriti paria et alia —. Igitur etiam poetam Latinum attingam. *Philtra* omnia undique eruunt, antipatho illud quaeritur, trochisci, iynges [Theocr. II, 17], taeniae, radiculae, herbae, surculi, auriplices, bitortilae, hinnientium dulcedines [Theocr. II, 48].''

2. *στέψον*] Hinc manavit versus Verg. Ecl. VIII, 64 effer aquam et molli cinge haec altaria vitta. — *τὰν κελέβαν*] *ποτήριον ξύλινον κυλικῶδες.* Schol. Athenaeus, XI p. 475 E., lau-

ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταδήσομαι ἄνδρα,

dato hoc versu Theocriteo Euphorionis affert versum: ἠέ ποθεν ποταμῶν κελέβῃ ἀποήφυσας ὕδωρ, et verba Anacreontis: ᾠνοχόει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν οἶνον τριχύαθον κελέβην ἔχουσα. Utitur Simaetha hoc vase libans v. 43. — φοινικέῳ κτλ.] Cfr. Voss. ad Vergil. Eclog. VIII, 73. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 8, 31. Purpureae vero lanae maxima in incantamentis efficacia tribuebatur. Fr. Iacobs. laudat in hanc rem Clement. Alex. Strom. VII, 6 p. 843 Pott. Geopon. XV, 8. Wuestem. Vide proecdosin, Prop. V, 9, 51 (alma sacerdos, *puniceo* canas stamine vincta comas) et quae de recentioribus afferunt Moerik. et Notter. p. 190. — οἰὸς ἀώτῳ] Iliad. XIII, 599 αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐυστρεφεῖ οἰὸς ἀώτῳ.

3. ὡς κτλ.] *quum virum illum carum, mihi nunc gravem*, a me alienatum, „*sim defixura*" h. e. ritibus magicis mihi rursus conciliatura, et ut ad me *recurrat* (Hor. Epod. V, 75) effectura. Coniunctionem ὡς *causalem* esse, Ameisius vidit: cf. Theocr. VII, 25. XXII, 162. XII, 28. Pro finali particula post schol. habuerunt Vinsemius, Kiesslingius, alii contra consuetudinem dicendi Theocriteam. Nam etiam v. 9 μέμψομαι per se accipiendum est. Sane Vergilius scripsit, Ecl. VIII, 66: coniugis *ut* magicis sanos avertere sacris experiar sensus. — βαρὺν] *gravem*, i. e. dolores, curas, sollicitudines mihi eo, quod me neglexit vel deseruit, parantem: *immitem* dicas licet cum Hor. Od. I, 33, 2 (ne doleas memor *immitis Glycerae*), ubi simile oxymoron est atque hic (βαρὺν — φίλον) vel Hor. Od. I, 34, 2. Epist. I, 12, 19. Aesch. Agam. 1324 ex emend. Keckii Ἡλίου ... τοῦδ' ἐμοῦ τιμαόρου ἐχθροῦ. Eurip. Phoen. 1446 laudatus a Toupio: φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος. De adiectivo βαρύς cf. Theocr. I, 100. Aesch. Ag. 206—207 Dind. et Soph. Antig. 768 νῦν δ' ἐστὶ τηλικοῦτος ἀλγήσας βαρύς cum explicatione Schneidew. Ibid. 1251 ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ προσεῖναι. Ovid. ex P. III, 7, 11 nec gravis uxori dicar. Ovid. Trist. I, 3, 72. Ovid. Fast. I, 683. Verg. Ecl. X, 75. Liv. V, 1, 4 rex gravis iam antea genti fuerat opibus superbiaque. Captiose ad damnandam lectionem ἐμοὶ βαρύν a Stephano profectam, a Toupio commendatam, Hermannus in annal. Vindob. 1848 p. 212 amatorem Simaethae contendit esse *perfidum*, sed non *crudelem* vel *infestum*, βαρύ autem significare posterius, esse igitur ineptum hoc loco. Quae etiam si vere disputavisset, recordari tamen debebat vir summus Verg. Ecl. II, 6 (o crudelis Alexi —) vel Hor. Od. IV, 10, 1. At fuit Delphis adeo infestus vel crudelis, ut docet v. 6. — εὖντα] participium a Mein. II barbarum vocatur, sed recte id dici e dial. Doricae legibus pro ἐόντα, sensit Hermannus in Zimmermanni annal. 1837 n. 27 p. 227, planum fecit Ahrensius, Philol. VII p. 418. — καταδήσομαι] *ligabo* (Sen. Herc. Oct. 454), *vinciam*, cui contrarium est *solvendi* verbum apud Hor. Epod. V, 71 coll. Epod. XVII, 45. De hoc vocabulo quod constanter ponitur in sagis animos iuvenum „versantibus" (Hor. Sat. I, 8, 19) arte magica et ad Venerem pellicientibus vide proecdosin p. 50—51 et laudatos a Toupio auctores, ed. Berol. 1810, I p. 439. *Defigere* plerumque dicunt Latini, velut Verg. Cir. 376. Plin. H. N. XXVIII, 2 (4) 19 et reliqui, quos indicavit Heins. ad Ovid. Her. VI, 91 et ad Amor. III, 7, 29. — Tibull. I, 5, 44 facie tenerisque lacertis *devovet* et flavis

ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ᾽ ὧ τάλας οὐδὲ ποθίκει,
οὐδ᾽ ἔγνω πότερον τεθνάκαμες ἢ ζοοὶ εἰμές,
οὐδὲ θύρας ἄραξεν ἀνάρσιος. ἦ ῥά οἱ ἄλλᾳ

nostra puella comis. Ibid. v. 41 tum me discedens *devotum* femina dixit. Ceterum *ἐμοὶ βαρὺν εὖντα* nunc scripsi secutus Stephanum, cuius ingenio haec debemus: nam cod. Vat. 9, qui Zieglero est cod. Vat A. et ex quo *ἐμοὶ βαρὺν εὖντα* Zieglerus profert, teste Ahrensio p. XXXIII et p. 15 non habet omnino hunc versum, sed iusto foliorum ordine restituto Theocritea quaedam demum ab huius secundi idyllii versu quinto exhibet. In codicibus et edd. prr. legitur *ἐμὸν βαρυνεῦντα*. Praeterea *καταδήσομαι* et hic et v. 10. 159 nunc ex scholiorum vestigiis edidi atque ex emendatione Toupii et Ahrensii pro *καταθύσομαι* (codd. et edd. prr. excepto cod. k. ubi est *καταθήσομαι*), quod secutus Sannazarius, Ecl. V, 31 hunc versum fecit: „illum, illum magicis conabor adurere sacris.“ Vide et ADD.

4. *μοι*] dativus est qui dicitur ethicus nec coniungi potest cum verbo *ποθίκει*, id quod Graevero placuisse videtur. — *δωδεκαταῖος ἀφ᾽ ὧ*] Idem infra dicitur v. 157. — *τάλας*] *miser ille.* Aesch. Ag. 223 *τάλαινα παρακοπά*. Eur. Helen. 248 *ἔρις τάλαινα*. De quantitate ultimae syllabae dixerunt Iacobs. ad Anth. Pal. p. 547 et Meinek. ad h. l. p. 201. — *οὐδὲ ποθίκει*] *ne gradum quidem* huc, ad me, *vertit, ne pedem quidem* mea causa *movit,* plane me neglexit. Sensum perspexit Reiskius, qui e coni. *οὐδὲ ποθήκει* scripsit. Meinekium III secutus ego scripsi *οὐδὲ ποθίκει*, quod testatur cod. k., ubi certum est exstare *ἵκει, οὐδέποθ᾽ ἵκει* scriptum esse credibile est: vide Ahrens. tom. I p. LXXV. et eundem tom. I p. 15. — Editio Med. num habeat *οὐδέποθ᾽ ἥκει* an *οὐδέ ποθ᾽ ἥκει* non intelligitur ex Ahr. adn. p. 15. Ed. Iunt. et Call. habent *οὐδέ ποθ᾽ ἥκει*. Proxime a vero ed. Ald. *οὐδὲ ποθήκει*. Stephanus et qui eum sequuntur *οὐδέποθ᾽ ἥκει*, idem Mein. I. Wuestem. Kiessl. Contra Am. et Zieglerus *οὐδέποθ᾽ ἵκει*, Boiss. I et Mein. II e coni. Graefii *οὐδέποχ᾽ ἥκει*, Boiss. II revocavit *οὐδέποθ᾽ ἥκει*, Ahrens. e coni. *οὐδὲ ποθείκει*. Hartungius, quod dii avertant, *ἀφ᾽ ὧ ᾽τάλασ᾽ οὐδὲ ποθίκειν*.

5. *ἢ ζοοί*] *ἀντὶ τοῦ ζῶσαι*. Vide Krueger. gr. Gr. I, 2 § 43, 1, 3 et quos enummerat Hermannus ad Viger. p. 714 n. 50 homines doctos, coll. Theocr. V, 106. Odyss. IV, 836—37 *οὐ μέν τοι κεῖνόν γε διηνεκέως ἀγορεύσω, ζώει ὅγ᾽ ἢ τέθνηκε*. Odyss. XI, 463—464. II, 132. Ovid. Met. I, 585 nescit vitane fruatur an sit apud manes. Ovid. ex P. IV, 3, 17 idem ego sum, qui nunc an vivam, perfide, nescis, cura tibi de quo quaerere nulla fuit.

6. *θύρας*] Quae de quantitate terminationis accusativi pluralis numeri primae declinationis scripsi in procedosi ad id. I, 83 assentientibus viris doctissimis, Ahrensio dial. Dor. p. 172, Kreusslero p. 12, aliis, ea nec rustico sermone Hartungii p. 357 nec urbanis verbis Cobetii (Mnem. X, I, p. 225) infringuntur. Utrique libet *θύραν* scribere pro *θύρας*. Levissime. Cf. e. gr. Theocr. VI, 32. Apoll. Rhod. III, 645 *θύρας ᾦξε δόμοιο*. — *ἄραξεν*] ne praeteriens quidem fores pultavit. Hor. Od. I, 25, 1 parcius iunctas *quatiunt* fenestras ictibus crebris iuvenes protervi. „Observe how this idea affects the expression of Simaetha's intended revenge in v. 160: *τὰν Ἀίδαο πύλαν ... ἀραξεῖ*.“ Ringw.

ᾤχετ' ἔχων ὅ τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας ἅ τ' Ἀφροδίτα:
βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν
αὔριον, ὥς νιν ἴδω καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.
νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταδήσομαι. ἀλλὰ Σελάνα
φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἅσυχε δαῖμον,

— ἀνάρσιος] Cf. Theocr. II, 112 ὥστοργος.

6—7. ἦ ῥά οἱ κτλ.] *alione animum convertit?* Theocr. II, 158. ,,Hoc sic extulit: *alione* [non *profecto*, ut Wuestem.] Amor levem eius animum transtulit? Nam Amor et Venus animos amantium tenere dicuntur et regere. Non igitur Amoris sunt ταχιναὶ φρένες, ut nonnullis [e. gr. Vinsemio, Harlesio] visum, sed Delphidis. Interpretatio nostra firmatur iis locis, quos attulit Fr. Iacobs. ad h. l. et in animadv. ad Anthol. III, 3 p. 43, in quibus omnibus participii ἔχων haec est vis, ut sit: *secum ferens*. Dignus est, qui comparetur [et fortasse ex Theocriteis fluxit] locus Horatii Epod. XV, 23: eheu translatos alio moerebis amores. *Terent.* Hecyr. I, 2, 94: animus paullatim elapsust Bacchidi atque huc transtulit amorem.'' Wuestem. Non aliter Verg. Georg. IV, 324: aut quo tibi nostri pulsus amor? Iliad. I, 120 λεύσσετε γὰρ τό γε πάντες, ὅ μοι γέρας οἴχεται ἄλλῃ. — Cic. II. Phil. 31 omnem se amorem abiecisse *illim*. De verbo ᾤχετο cum participio coniuncto vide Odyss. IV, 634 et praeter Theocr. XXII, 167, quem locum Iacobs. comparavit, Theocr. IV, 10 coll. IV, 6. XV, 17. Plat. Phaed. p. 58, A. — ταχινὰς] Theog. 580 μικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον. De voculis τε — τε vide adn. ad Theocr. II, 77.

8. Τιμαγήτοιο παλ.] ut infra v. 97. Cf. v. 80. 114 sqq. 156.

9. καὶ μέμψομαι] atque cum, ubi videro, incusabo quod sic me tractet amantem. Futurum non potest cum superiore ὥς (Am. Ringw. al.) coniungi. — οἷα] Cf. Theocr. XXV, 40. Plat. Phaed. p. 117, C. ἀπέκλαιον . . . τὴν ἐμαυτοῦ τύχην οἵου ἀνδρὸς ἑταίρου ἀπεστερημένος εἴην. Iliad. V, 758 Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει — ὁσσάτιόν τε καὶ οἷον ἀπώλεσε λαὸν Ἀχαιῶν. Ren.

10. ἐκ] Non apte Ringwood. comparavit Bion. V. 2 et VI, 2, apte Theocr. VII, 6. Vide e. gr. Soph. Oed. Col. 848 οὔκουν ποτ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι ὁδοιπορήσῃς atque Wunder. et Schneidew. ad Soph. Phil. 91. — θυέων] διὰ τῶν ἐν τῷ πυρὶ καιομένων φαρμάκων. Schol. Cf. Apoll. Rhod. III, 846. — Σελάνα] Vide proecdosin et Moerik. ad h. l. p. 190. Medea Ovidii (Met. VII, 180) egreditur tectis, ,,postquam *plenissima* fulsit ac solida terras spectavit imagine Luna''. Medea Senecae (Med. 751) haec dicit: ,,nunc meis vocata sacris, noctium sidus, veni cet.'' Ibid. 771 ,,adesse sacris tempus est, Phoebe, tuis''. Fines, quibus hi commentarii circumscripti sunt, impediunt, quominus refellam opiniones Schmidtii (*Pindars Leben u. Dicht.*) p. 452 sqq. de hoc loco et Pind. Nem. IV, 35 prolatas.

11. φαῖνε καλόν] *splende, fulge lucide.* Meleag. in Iacobsii anth. Gr. del. V, 30 ἡ φιλέρωσι καλὸν φαίνουσα Σελήνη. Arist. Nub. 586 ὁ ἥλιος οὐ φανεῖν ἔφασκεν. Nondum ita Homerus, de orientibus signis qui dicit, Iliad. VIII, 555: ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθήρ. Tibull. I, 2, 61 et *nocte serena* concidit ad ma-

τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.

gicos hostia pulla deos. — ἅσυχε] *diva tranquilla et tacita.* Hoc adiectivo, quod non est apud Homerum, qui semel dixit ἡσύχιον, Iliad. XXI, 598, nihil hoc loco venustius dici potuit: cf. v. 38. Schol.: ὅτι σιγηλή ἐστιν ἡ νύξ. — Hor. Epod. V, 51 Nox et Diana quae *silentium* regis, arcana quum fiunt sacra. Sen. Med. prol. 6 *tacitisque* praebens conscium sacris iubar. Apud Ovidium, Met. VII, 184, Medea fert incomitata gradus vagos „mediae per *muta silentia* noctis". Tibull. I, 8, 17 num te carminibus, num te pallentibus herbis devovit *tacito* tempore noctis anus? Stat. Theb. I, 336 iamque per emeriti surgens confinia Phoebi Titanis late mundo subvecta *silenti* rorifera gelidum tenuaverat aëra biga. Verg. Aen. II, 255 a Tenedo *tacitae per amica silentia Lunae* littora nota petens. Adscivi ego ἅσυχε, coniecturam Kiesslingii ab Ahrensio I. II. Ziegl. Mein. III receptam pro ἅσυχα, δαῖμον (edd. prr. et codd. praeter p., ubi est ἥσυχα) eandemque ab Ahrensio, Phil. VII p. 419, vindicatam. Futilia sunt, quae Hartungius p. 357 obiecit. Nec submissa se voce Lunae dolores suos conqueri velle puella dicit, ut ἅσυχα praeferens Mein. p. 202 contendit, neque ἅσυχα adverbium de profundo noctis silentio accipi potest, ut voluit Weissgerberus. Vide Ameis. *adn.* p. 8.

12. Ἑκάτᾳ] Vide proecdosin et Vossium atque Weissgerberum supra p. 73 laudatos. Exstant versus de Sophoclis Rhizotomis (frgm. 480 Dind.): Ἥλιε δέσποτα καὶ πῦρ ἱερόν, τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης ἔγχος, τῷ δι' Ὀλύμπου πωλοῦσα φέρει καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους, στεφανωσαμένη δρυὶ καὶ πλεκταῖς ὠμῶν σπείρ[α]ισι δρακόντων. Medea Euripidis (Med. 394) haec dicit: οὐ γάρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω μάλιστα πάντων καὶ ξυνεργὸν εἱλόμην, Ἑκάτην, μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς κτλ. Ovid. Met. VII, 177 Medea eadem: „modo diva triformis adiuvet et praesens ingentibus adnuat ausis (cf. Theocr. II, 14). Verg. Aen. IV, 511 ter centum tonat ore deos . . . tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae. Ringw. comparat *Ben Jonson, Masque of Queens*: „and thou, three-formed star, that on these nights art only powerful, to whose triple name thus we incline once, twice, and thrice the same". — σκύλακες] Et hic et v. 35 non significantur „canes infernae" (Hor. Sat. I, 8, 35), Hecates comites, de quibus Apoll. Rhod. III, 1217 Tibull. I, 2, 52. Sen. Oed. 567. Lucian. Philops. 22 et 24 dicunt, sed canes noctu vagantes lunaque plena ululantes. Orph. Hymn. in Hec. 1—5 εἰνοδίην Ἑκάτην κλῄζω, τριοδῖτιν, ἐραννήν, οὐρανίην, χθονίην τε . . . τυμβιδίην, ψυχαῖς νεκύων μέτα βακχεύουσαν . . . νυκτερίην, σκυλακῖτιν, ἀμαιμάκετον βασίλειαν. Schol. haec adscripsit: διὰ τὸ σκύλακας ἐκφέρεσθαι δεῖπνα τῇ Ἑκάτῃ. Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι· τί δαί; κυνίδιον λεπρὸν ἐπρίω τῇ θεᾷ εἰς τὰς τριόδους; Ovid. Fast. I, 389 exta canum vidi Triviae libare Sapaeos. — Boiss. I. II. Mein. II. Am. scripserunt χαὶ σκύλακες suasu Blomfieldii, diar. class. V p. 388 et adn. ad Aesch. Prom. 355. Sed recte omitti articulum postea intellexit Ameis. *de art.* p. 32. Vide Theocr. XXV, 68. Ipse Mein. III καὶ σκ. restituit. — τρομέοντι] Apoll. Rhod. III, 883 ἀμφὶ δὲ θῆρες κνυζηθμῷ σαίνουσιν ὑποτρομέοντες ἰοῦσαν.

13. καὶ μέλαν αἷμα] Iliad. X,

χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει
φάρμακα ταῦτ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκης
μήτε τι Μηδείας μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.

298 ἆν φόνον, ἆν νέκυας, διά τ' ἔντεα *καὶ μέλαν αἷμα*. Iliad. IV, 149. Iliad. IV, 140. ,,Apud Lucanum, Phars. VI, 734, Erichtho sic alloquitur Furias: — per busta sequar, per funera, cunctis expellam tumulis. [Vide et Phars. VI, 626.] Nihil igitur est causae, cur quidquam in hoc loco mutandum censeas.'' Wuestem. Valckenarius quidem, epist. ad Roever. p. LIV, καὶ μέλαν εἷμα coniectaverat, contra quem disputavit Warton. tom. II p. 26. Idem Valck. I ,,si finis versus'', inquit, ,,legi non potuit in exemplari vetustissimo, adiectis καὶ μέλαν αἷμα, versus a sciolo potuit expleri. ἠρία κεκμηώτων ut Theocriteum hinc excitat auctor Etym. M. p. 437, 17: antiquus ista si daret Theocriti codex, poetam sic potius scripsisse crederem, quam vulgata.'' Hartungius κεκμηώτων in textum recepit non diligenter iis, quae Mein. p. 202 disputavit, consideratis.

14. *χαῖρ' Ἑκάτα*] Apoll. Rhod. III, 1211 Βριμὼ κικλήσκων *Ἑκάτην* ἐπαρωγὸν ἀέθλων. Verg. Aen. VI, 247 voce vocans Hecaten coeloque Ereboque potentem. Hor. Sat. I, 8, 33 *Hecaten* vocat altera, saevam altera Tisiphonen. Medea Ovidii (Met. VII, 194): ,,tuque triceps *Hecate*, quae coeptis conscia nostris *adiutrixque* venis —.'' *δασπλῆτι*] *horrenda* (δεινὴ θεός, Apoll. Rhod. III, 1214), proprie *quae impetuose accedit*, terrorem adventu horroremque excitat. Recte enim Grashofius a δα — et πελάζω derivavit vocabulum, quo semel utitur Homerus, Odyss. XV, 234, τήν οἱ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε (ἄτην) θεὰ δασπλῆτις Ἐρινύς. Alias de hoc vocabulo hominum doctorum opiniones vide apud Ameis. ad h. l. tom. II p. 195 ed. II. coll. Curt. Etym. I p. 242. — *ἐς τέλος*] ad finem rituum magicorum. Cf. e. gr. Isocr. Paneg. I, 5 ὅταν τὰ πράγματα λάβῃ τέλος. — *ὀπάδει*] Canidia apud Hor. Epod. V, 53: Nox et Diana . . . nunc, nunc adeste. Similiter Medea Ovidii, Met. VII, 177—178, quos versus adn. ad v. 12 p. 78 indicavimus.

15. *φάρμακα*] Odyss. X, 236 de *Circe*: ἀνέμισγε δὲ σίτῳ *φάρμακα* λύγρ', ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης. *Medea* Apollonii Rhod. III, 780 πῶς γάρ κεν ἐμοὺς λελάθοιμι τοκῆας *φάρμακα* μησαμένη. Iliad. XI, 740 in adn. ad v. 16. *F. A. Paley*, cuius editionem (Cantabr. 1863) superioribus carminibus iam typis exscriptis accepi, explicat *efficiens ut sint* —. Sed idem homo doctus non recte mutare vult ἔρδοισι, *mihi facienti*. — *μήτε τι*] Haec vocabula ita posita in quinto pede versus hexametri, ut in primo pede proximi versus iis μήτε τι respondeant (cf. Theocr. I, 106 adn.), quemadmodum constanter Homerus, teste *La Roche*, *stud. Hom.* p. 73, vocabulis μήτε τι hos tantummodo pedes assignavit, e. gr. Odyss. XIV, 387 μήτε τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο μήτε τι θέλγε. Atque etiam μηδέ τι verba Homerus nullis aliis in pedibus versus heroici nisi in primo vel secundo ac quinto collocavit. Cfr. *La Roche*, p. 72. — *Κίρκης*] cf. Theocr. V, 57 ἀρνῶν. Ab hoc capite fluxit Verg. Ecl. VIII, 70 coll. Theocr. IX, 36. Claudian. in Rufin. I, 153 herbae — quas legit *Medea* ferox et callida *Circe*.

16. *Μηδείας*] quando ,,nocturnis hac nulla potentior aris'', ut canit Valer. Flacc. VI, 440. Cf. Pind. Pyth. IV, 221. Apollon. Rhod. III, 803 de Medea: ἦ,

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τύφεται· ἀλλ' ἐπίπασσε
Θεστυλί. δειλαία, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

καὶ φωριαμὸν μετεκίαθε, ᾗ ἐνὶ πολλὰ φάρμακά οἱ τὰ μὲν ἐσθλά, τὰ δὲ ῥαιστήρι' ἔκειτο. Ibid. III, 845 sqq. Canidia Horatii, Epod. V, 62: quid accidit? cur dira barbarae minus venena *Medeae* valent? Nescio an Theocritea imitatus sit Tibullus, I, 2, 51: sola tenere malas *Medeae* dicitur herbas, sola feros *Hecatae* perdomuisse canes (adn. ad II, 12 p. 78). Idem, II, 4, 55: quidquid habet *Circe*, quidquid *Medea* veneni, quidquid et herbarum Thessala terra gerit —. Vide Prop. I, 1, 24 Hertzb. et proecdosin. — ξανθᾶς] Manavit ex Iliad. XI, 740. Cf. et Theocr. VII, 116. — Περιμήδας] αὕτη ἐστὶν ἡ παρ' Ὁμήρῳ (Iliad. XI, 740) Ἀγαμήδη λεγομένη. Schol. Homeri sunt haec verba: πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχε ξανθὴν Ἀγαμήδην, ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών. Vide et Faesium ad h. l. Similiter Ἰοκάστη, mater Oedipi, alio nomine Ἐπικάστη vocatur Odyss. XI, 271. Cf. Kuhnii ephem. XI, 1862 p. 280. In incerto relinquo num Theocritei versus memor Propertius II, 4, 8 illa scripserit: „non hic herba valet, non hic nocturna *Cytaeis*, non *Perimedeae* gramina cocta manus."

17. ἴυγξ κτλ.] Vertit hunc versum Serv. ad Verg. Ecl. VIII, 21 p. 149 Lion. his verbis: o turbo, maritum meum domum adducito. Aelian. H. An. XV, 19 ἦσαν δὲ ἄρα ἐρωτικῶς ἐχούσης χελώνης ἴυγγες, οὐκ ᾠδαὶ μὰ Δία, οἵας Θεόκριτος ὁ τῶν νομευτικῶν παιγνίων συνθέτης ληρεῖ, ἀλλὰ ἀπόρρητος πόα κτλ. De usu iyngis in rebus magicis sollemni („iyngis torquillae" Linn., quae a Gallis *le torcol*, nunc a Graecis σουσουράδα vel κωλοσοῦσα appellatur, falso a schol. σεισοπυγίς, „motacilla", vocatur) dixi in proecdosi. Cf. et Aesch. Pers. 988. Arist. Lys. 1110 τῇ σῇ ληφθέντες ἴυγγι. — ἕλκε] Lucian. de Dom. 13 ἐς τὸν οἶκον παρελήλυθα ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος . . . ἑλκόμενος. Anth. Pal. V, 205. Theocritum imitatur Vergilius, Ecl. VIII, 68: *ducite* ab urbe *domum*, mea carmina, *ducite* Daphnim. Vide *symb. Theocr.* p. 12. — τῆνον] ceream imaginem amati iuvenis Simaetha ostendit. Cf. v. 28. Hor. Sat. I, 8, 30 lanea et effigies erat, altera cerea: maior lanea, quae poenis compesceret inferiorem.

18. ἄλφιτα] Verg. Ecl. VIII, 82 sparge molam. Odyss. X, 520 ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν. — τύφεται] Subsidia dant τάκεται. Emendavit Mein. p. 471 auxilio Hesychii et scholiorum. Hesychius quidem: τύφεται· καίεται. Schol. vero p. 98, 11 Ahr.: γράφεται ἔτι καὶ κάεται. Est autem κάεται interpretatio verbi genuini τύφεται. Hart. e coni. scripsit καίεται. Nescio an hinc Ovidius Met. VII, 161 scripserit „thura *liquefiunt*".

19. δειλαία] Cf. Theocr. XV. 69. II, 83. Epigr. XXV, 3. Bion. id. I, 4 ἔγρεο δειλαία. Vide etiam Theocr. IV, 13. 14 et IV, 60. X, 5. Epigr. VI, 1. IX, 3. De hoc vocabulo Homero ignoto, tragicis poetis usitatissimo (Soph. Oed. R. 1347. Oed. Col. 513 al.) vide Lobeck. paral. p. 319. Sed cf. Iliad. XVIII, 54 ὤμοι ἐγὼ δειλή. Odyss. XI, 618. — πᾷ τὰς φρ. κτλ.] πῇ ἔχεις τὸν νοῦν ἐκτετοπισμένον; Schol. De voc. πᾷ vide I, 6 p. 38. *Ades animo*, inquit, *ne alias res agas.* Ita perterritam apparatibus magicis ancillam Simaetha increpat, iisdemque sese verbis Cyclops,

ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;
πάσσ', ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· „τὰ Δέλφιδος ὄστια πάσσω."

Theocr. XI, 72, excitat. — Soph. Ai. 183 οὔ ποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ παῖ Τελαμῶνος ἔβας τόσσον. Ovid. Amor. II, 9, 28 nescio quo miserae turbine mentis agor. ,,De hac locutione vide etiam Valck. ad Her. III, 155 [κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν σεωυτὸν διαφθείρας;]. Blomf. ad Aesch. Prom. 881 [ἐπτοημένοι φρένας] et Boisson. ad Theophyl. Simoc. p. 6 [τὸν νοῦν ἀνεπτέρωμαι]. Quare mirum quemquam de vera lectione dubitasse. [Valck. ad Adon. p. 242 coniectaverat πᾷ τᾶς φρενὸς ἐκπεπότασαι;]" WORDSW.

20. ἦ ῥά γέ τοι κτλ.] *num revera* (cf. adn. I, 98 p. 48), *o scelesta, tibi quoque ludibrio sum? Tibi quoque*, scil. *ut amatori meo perfido*, non, ut explicat Pal., *tibi, quae serva es.* Ἦ ῥά γέ τοι interrogat mulier, quasi exspectet dum parere parata ancilla respondeat: *non profecto tu mihi es ludibrio*, haudquaquam tibi illudo, immo vero iam obsequar. *Banks.*: is it *really* so then, that I have become an object of malignant joy even to you? Eodem modo caprarius idylli tertii, v. 8 interrogans ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν; *adeone profecto ex propinquo adspicienti simus esse videor?* hoc sibi tandem a puella amata responderi cupit: *minime, non es simus et turpi facie, sed potius perquam venustus.* Latinis verbis id expressit Calpurn. II, 84 ,,num, *precor*, informis videor tibi? num gravis annis?" ubi nolo tamen ita interpungere: ,,num, precor, informis videor? tibi num gravis annis." Voculam τοι non posse haberi pro dativo (*poet. buc.* p. 48) ostendit Ahrensius, Phil. VII p. 419. Sed cum usu particulae etiam infra v. 26 apte adhibitae comparare licet Iliad. VIII, 293 sq. Ἀτρείδη κύδιστε, τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις; οὐ μέν τοι, ὅση δύναμίς γε πάρεστιν, παύομαι. Cfr. Naegelsbach. ad Iliad. excurs. II p. 179. Neque propter cod. 9 (τοι γε) scribendum est ἦ ῥά γ' ἐγὼ κτλ., id quod Ahr. p. 16 suspicatur. Signum interrogationis (ἦ ῥα τέτυγμαι;), quod est in edd. prr., certe in ed. Ald. Iunt., necessarium est. Immutatum reliquerunt Ameisius, quem vide ed. p. VII, Ahr. II. Mein. I. Wuestem. Boiss. I. II. editoresque superiores usque ad Mein. II. Nam Mein. II. III. interrogationi obstare particulam τοι existimans scripsit ἦ ῥά γέ τοι — τέτυγμαι stigme post τέτυγμαι posita. Fecit idem Ziegl. — Ahr. I. e coni. scripserat ἦ ῥά γέ πᾳ — τέτυγμαι stigme post τέτυγμαι invito editore (ut dicit Philol. VII p. 420) posita. Hartungius ἦ ῥά γ' ἔτ' ὦ μυσαρά — τέτυγμαι; — μυσαρά] Plaut. Rud. IV, 3, 51 (990) *impure.* — ἐπίχαρμα] παίγνιον vel γέλως schol. explicat. Chapmann.: am I thy scorn and mock? Eurip. Herc. fur. 458 ἔτεκον μὲν ὑμᾶς, πολεμίοις δ' ἐθρεψάμην ὕβρισμα κἀπίχαρμα καὶ διαφθοράν. Iliad. VI, 82 δηίοισι δὲ χάρμα γενέσθαι. Iliad. XVII, 255 et XVIII, 179 κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι. Ovid. Fast. I, 438 deus omnibus . . . *risus* erat. Martial. IV, 49, 2. Plaut. Capt. III, 4, 47 (571).

21. πάσσ' ἅμα κτλ.] *Sparge molam dicens: sic spargo Delphidis ossa.* ,,*Sic*" per significationem dici volo, id quod notandum propter Steph. imitt. Nas. p. 115. — ἅμα καὶ] Cf. I, 95 p. 46. Similia sunt e. gr. Odyss. X, 208 βῆ δ' ἰέναι, ἅμα τῷ γε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι. Hor. Od. I, 20, 6 ut paterni fluminis ripae, *simul et* iocosa redderet

ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
αἴθω· χὡς αὕτα λακεῖ μέγα καππυρίσασα,

laudes . . . montis imago. Cic. II. Phil. 5 *simul* oro. Muetzell. ad Curt. IX, 1, 3. — τὰ Δέλφ. κτλ.] Cum hac primae strophae clausula compara extremam stropham incantationis v. 62, forma hemistichii, verbis sonisque verborum pariter cadentium (*πάσσω — μάσσω*) similem. Arti id tribuendum esse poetae, Ribbeckius quoque vidit, Mus. Rhen. XVII p. 1862 p. 551. Neque vero est credibile precario ista verba, *τὰ Δέλφιδος ὄστια πάσσω*, Theocritum assumpsisse, quae est opinio Gebaueri, 1861 p. 11, *e carmine quodam magico* petita illa esse existimantis. Quasi vero omnes iuvenes magicis artibus devovendi *Delphidis* nomen aut nomen genetivo casu dactylum efficiens habere debuerint. Artem eo quoque, quod versus in idem a quo coeperat verbum exit (*πάσσε — πάσσω*) agnosces, quam artem imitatur Verg. Ecl. VIII, 78 *necte*, Amarylli, modo et ,,Veneris'' dic ,,vincula necto''. Cf. Theocr. XV, 1. Sannazarius, Ecl. V, 41—42: ter muscum, Clearista, ter hunc sine forcipe cancrum *ure* simul cumque his dic: ,,viscera Maeonis *uro*''. Lotichius, Ecl. V, 75 laurum . . . sterne solo insultans et dic: ,,mens Daphnidis istos, Daphnidis occultos mens impia sentiat ictus''. — Heinsius lectt. Theocr. p. 308 coniectavit *πάσσ' ἄλα*, Reiskius ita interpunxit: *λέγε· ταῦτα τὰ Δ. κτλ.*, quam interpunctionem Gebauerum l. l. eo magis miror praetulisse, quod idem v. 62 comparat versuique 21 paroemiaci nomen ponit: cf. Theocr. X, 11.

23. *Δέλφις κτλ.*] Imitatur rem exaggerans Vergilius, Ecl. VIII, 83: ,,Daphnis me malus *urit*, ego hanc in Daphnide laurum'', ipsis vocabulis *Daphnis — in Daphnide laurum* in iisdem atque Graeco versu (*Δέλφις — ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν*) sedibus collocatis. — ἀνίασεν] Cf. Theocr. XI, 71. — ἐπὶ Δέλφιδι] Delphis ipsa est iuvenis persona, propter quem et ob cuius affectum ciendum laurus inceditur. Hic certe de cerea imagine minime accipiendum est. Wuest. De praepositione *ἐπὶ* cf. praeter locum in proecdosi prolatum Soph. Trach. 585 *φίλτροισι καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ.* Prop. V, 5, 17 *in me*—.

24. λακεῖ] Theocrito est *ἅπαξ εἰρημένον*: simile est Hesiodeum, theog. 694, *λάκε δ' ἀμφὶ πυρὶ μεγάλ'* — ut *μέγα* apud Theocritum — *ἄσπετος ὕλη*. Cf. et Odyss. VIII, 379 atque Iliad. XXII, 141. Fortasse haec imitatur Tibullus II, 5, 81: et succensa sacris *crepitet bene* laurea flammis, et v. 83: laurus ubi *bona signa* dedit, gaudete coloni. Prop. III, 28b, 36 et *tacet* exstincto laurus adusta foco. Calpurn. XI, 65 incendens vivo *crepitantes* sulfure lauros. — καππυρίσασα] *postquam flammis correpta est.* Ita recte Kiessl. et Ameis. *adn.* p. 8. Intransitivam vim verbi confirmat Lobeckii disputatio ad Soph. Ai. p. 196 sqq. Atque quemadmodum *κὰτ τῶ* a Theocrito V, 143 dictum est pro *κατὰ τῶ* et *κατθείην* VIII, 20 pro *καταθείην*, ita etiam in verbo *καταπυρίζω* apocope admitti potuit. Cf. Iliad. XI, 167 *κὰπ πεδίον* (Bekk.). Iliad. IV, 523 *κάππεσεν*. Nihil igitur mutandum. Hart. nuper scripsit *χὡς αὕτα λακεῖ μέγα καπυρίσασα* idque tanta levitate p. 360 vindicare studuit, ut refutare eum opus sit inutile. — Ahr. II edidit *χὡς αὕτα λᾶκον μέγαν ἔκπυρος ᾆσε*, posteaquam Phil. VII p. 420, ubi multis de h. l. disputat, *λαμ-*

κἠξαπίνας ἅφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς,
οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ᾽ ἀμαθύνοι.
ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
ὣς τάκοιθ᾽ ὑπ᾽ ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις.

πυρίσασα coniecit. Valckenarius, epist. ad Roev. p. LVI, coniecerat *καππυρὸς εὖσα*, Meinek. p. 203 *λακεῖ μεγάλ᾽ ἐκπυρίσασα κἠξαπίνας ἅφθη* vel *λακεῖ μέγα κἀκπυρίσασα ἐξαπίνας ἅφθη*.

25. *κἠξαπίνας*] *et subito accensa est cinerem nec cernimus ullum*. Non est supervacanea vocula *καὶ*, qua hanc sententiam poeta prosequitur: ,,posteaquam conflagravit et *subito* quidem incensa est, quo ipso laurus *bona signa dedit*'' (Tib. II, 5, 83). Cf. e. gr. Calpurn. III, 8 uror, Iolla, uror et immodice. — *σποδὸν*] Haec fecerunt ut Verg. Ecl. VIII, 105 sic scriberet: ,,adspice, corripuit tremulis altaria flammis sponte sua, dum ferre moror, *cinis ipse*. Bonum sit.'' — *εἴδομες*] *videmus*, quo sensu seriores poetae, falsa fortasse Homericorum locorum interpretatione, hoc verbum acceperunt. Vide Buttm. gr. Gr. ampl. II § 114 [p. 160 ed. 1839.] Wuestem. *Εἴλομες* (Bergk. annal. 1848 p. 749) defendere nunc nolo.

26. *ἐνὶ*] Cf. I, 96 p. 47. — *ἀμαθύνοι*] *ἀφανίσαι, ἄμαθος γὰρ ἡ κόνις*. Schol. Cf. Curt. Etymol. II p. 265. Iliad. IX, 593. Aesch. Eum. 936 *καὶ μέγα φωνοῦντ᾽ ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει*. — Sannazarius, Ecl. V, 39, sic mihi, sic Macon, uraris adusque medullas.

28. *κηρὸν*] *Effigiem ceream* dicit in igne liquescentem. Hinc Verg. Ecl. VIII, 74: terque haec altaria circum *effigiem* duco, et v. 80: limus ut hic durescit et haec ut *cera liquescit* — sic nostro Daphnis amore. Simile usu venisse in Sophoclis Rhizotomis coniicitur ex his verbis Hesychii: *ἀιστώσας· διαχέας καὶ τήξας. Σοφοκλῆς Ῥιζοτόμοις „κηρὸν ἀιστώσας πυρί.“* Nam ita pro *κόρον ἱστώσας πῦρ* ex emend. Kusteri scribendum. Horatius ad haec spectavit, Sat. I, 8, 43 (ut imagine cerea largior arserit ignis) et Epod. V, 81 (priusque coelum sidet inferius mari — quam non amore *sic meo flagres* uti bitumen atris ignibus). Ovid. Heroid. VI, 91 devovet absentes simalacraque *cerea figit* [non *fingit*, Merk.]. De Vergilio dixit Steph. Imitt. Nas. p. 116. De superstitione, quae *invultus* barbare dicitur (*envoûtement*) mansitque ad tempora Christiana et legibus adeo vetita est Henrici I regis Angliae, videatur *Levesque* l. supra p. 73 laudato p. 4 et Ameis. *adn.* p. 8. — *σὺν δαίμονι*] ,,*auspice diva*'' (Verg. Aen. IV, 45. Aen. III, 20). Cf. Theocr. VII, 12. Iliad. III, 439 *ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ*. Pind. Ol. VIII, 14 *πολλαὶ δ᾽ ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραγίας*. Pind. Ol. II, 18. Ol. II, 36. Vide quae scripsi in Zarnckii ephem. 1863 n. 17 p. 401.

29. *τάκοιθ᾽ ὑπ᾽ ἐρ.*] Cf. adn. ad id. I, 66 p. 38. Prop. IV, 6, 23 gaudet me vacuo solam *tabescere* lecto. Calpurn. III, 50 sine Phyllide *tabidus* erro. — *ὁ Μύνδιος*] Cf. v. 96. Theocr. XXIV, 1—2. Myndum Cariae urbem prope Halicarnassum sitam intelligendam esse propter v. 156 ostendit Ameis. *adn.* p. 8. Cf. schol. Ahr. p. 100 ex emend. Duebneri: *Μύνδος γὰρ Καρίας* (pro *Ἀρκαδίας*). Polyb. XVI, 12. Plin. H. N. V, 29. — De Chiasmo (*κηρὸν . . . τάκω*,

χὥς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας,
ὣς τῆνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισιν.
  Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα. τὺ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν Ἅιδᾳ

τάκοιτο . . . Δέλφις) vide Theocr. VII, 144.

30. *ῥόμβος*] rota, quae iynge illigata flagellis caeditur citissimeque torquetur (schol. Apoll. Rhod. I, 1139), ut „magica vertigine" iuvenis agitetur et ad amantem puellam trahatur. Vide Iahnium, *Ber. der Verhandl. d. sächs. Gesellsch. der Wissensch. phil.-hist. Cl.* 1854 p. 257. Imitationes sunt Prop. IV, 6, 26 (staminea *rhombi* ducitur ille rota), eiusdem III, 28b, 35 (deficiunt magico *torti* sub carmine *rhombi*: cf. adn. ad v. 24), Horatii Epod. XVII, 7 (citumque retro solve, solve *turbinem*), Ovidii Fast. II, 575 (tum cantata ligat cum fusco licia *rhombo*), eiusdem Ovidii Amor. I, 8, 7 (de saga: scit bene quid gramen, quid *torto* concita *rhombo* licia, quid valeat virus amantis equae). Martial. XII, 57, 18 in adn. ad v. 36. Lucan. Phars. VI, 458 sqq. quos non concordia mixti alligat ulla tori blandaeque potentia formae, traxerunt *torti* magica vertigine fili. — *ἐξ Ἀφροδίτας*] Veneris numine adiuvante. De praepositione cf. Theocr. VII, 55. XXVI, 31. Quondam quum versus ita verterem: „utque agitur magico sub carmine rhombus, et ille sic nostrum Veneris stimulis ad limen agatur", nolui interpunctionem ed. Mor. Steph. Kiessl. Boiss. I. II. aliorumque — *ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας ὣς κτλ.* praeferre ei, quae est in edd. prr. — *ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας, ὣς κτλ.* Numine Veneris, inquit, ut turbo agitur, ita eiusdem deae potentia Delphis ad nos agatur.

31. *τῆνος δινοῖτο*] „*ad me recurrat*", ut loquar cum Hor. Epod. V, 75. Ab his non multum abludit versus Tibulli, I, 5, 2: namque *agor* ut per plana citus sola verbere *turbo*, quem celer assueta versat ab arte puer. Vide etiam Apulei. ad v. 1 laudatum.

33. *πίτυρα*] „Fr. Iacobsius observat furfures in talibus sacris etiam apud Demosth. Cor. p. 313, 18 commemorari. Idem haec addit ad ipsam rem illustrandam: obscura est in hoc negotio furfuris ratio. Erat *τῶν πιτύρων* usus in mysteriis, in quibus qui initiabantur furfuribus illinebantur: quare *πιτύρῳ περιπλάττεσθαι* dicuntur *οἱ μυούμενοι*, iidemque *ἀπομάττεσθαι*. Vid. Harpocrat. s. v. *ἀπομάττειν*. Fortasse cohaeret etiam cum *ἀλευρομαντείᾳ*. Ob hanc relationem ad mysteria hoc genus incantationis efficacia reliqua vincere videri poterat: nec ob aliam causam Simaetha postremo loco utitur eo. Et statim apparet effectus." Wuestem.

33—34. *τὺ δ' — ἀδάμ.*] *tu vero, diva triformis* (Hor. Od. III, 22, 4), *vel adamanta Orci*, vel portas Orci adamantinas, *commoveas*. Recte Wuestemannus: „sententia", inquit, „aliqua omissa est, quam ita fere restituas ad vinculum orationi conciliandum: *Iam furfures in ignem coniiciam, ut ad me revocem illum, te adiuvante, Hecate, potentissima dea: quod ita effert poeta: tu enim firmissimum quodvis movere possis.*" — *Artemis* alio nomine hic dicitur Hecate. Vide prooedosin ad v. 12. Catullus XXXIV, 15 ad Lunam: tu potens *Trivia* et notho dicta es nomine Luna. Hor. Epod. XVII, 3. Carm. saec. 15. De re cf. imprimis Prop. V, 11, 1: desine, Paulle, meum lacrimis urguere sepulcrum: panditur ad nullas ianua nigra preces. Quum semel

κινήσαις κ' ἀδάμαντα καὶ εἴ τί περ ἀσφαλὲς ἄλλο. —
Θεστυλί, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται.
ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκέον ὡς τάχος ἆχει. .

infernas intrarunt funera leges non exorato stant *adamante* viae. Verg. Aen. VI, 552: porta adversa ingens, *solidoque* adamante columnae, vis ut nulla virum, non ipsi exscindere bello coelicolae valeant. — Ἀδάμας nomen proprium est apud Homerum, Iliad. XIII, 771, appellativum apud Hesiod. ἔργ. 147 (146), scut. Herc. 137 al. — Heliodor. VII, 9 οὐδεὶς οὕτω ἀδαμάντινος, ὥς μὴ τοῖς ἡμετέροις ἁλῶναι θελγήτροις. Voc. ἀδάμαντα maxime munitur imitatione Ovidii ad v. 34 indicanda. Scripsi autem κινήσαις κ' ἀδάμαντα e coni. I. H. Vossii etiam Briggsio in *curis sec.* et Hermanno in Zimmermann. ann. 1837 p. 227 probata, a Boiss. I. II. Ziegl. Am. Mein. III. recepta, pro κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα (codd. v. 6. *sec.* edd. prr. Reisk. Valck. I. II. Mein. I. Wuest. al.) vel κινήσαις ῥαδάμαντα (cod. 6. *pr.* 9 schol. apud Call. ed. Mor.) vel κινήσαις ἀδάμαντα (cod. k. schol. cod. 6 in lemmate, Mein. II.) vel Ῥαδάμανθα (Steph. al.). — Herm. Soph. Schaef. 1810 p. XIII. coni. Ῥαδάμανθυν ἤ—. Ahr. in ed. I., quem nunc sequitur Pal., e coni. ita scripsit: τὰ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν Ἅιδα (ut Call.) κινήσαι κ' ἀδάμαντα. Idem in ed. II. nunc Taylori apud Briggs. ad h. l. coniectura adscita: τὰ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἀναιδῆ κινήσαι κ' ἀδάμαντα. Hartungius: τὺ δ' Ἄτεμι καὶ τὸν ἀναιδῆ κινήσαις ἀδάμαντα. Sed vide ADD.

34. κινήσαις] Ovid. Art. am. I, 659 et lacrimae prosunt: *lacrimis adamanta movebis.* Martial. VII, 100, 7 Pontice, voce tua posses *adamanta movere.* Heliod. VI, 15 de venefica: ἐγὼ μὲν σοῦ τὰ πρῶτα ἐφειδόμην . . . καὶ τὰ ἀκίνητα μαγγανείαις κινοῦσαν ἠνειχόμην. Verg. Aen. VII, 312 flectere si nequeo superos, Acheronta *movebo.* — εἴ τί περ] Cf. Theocr. VII, 4.

35. ταὶ κύνες] Cf. adn. ad v. 12. Pertinet huc fragm. Sophr. apud Ahr. dial. Dor. p. 469 κύων πρὸ μεγαρέων μέγα ὑλακτέων. Quint. Smyrn. XIII, 100 πάντῃ δ' ἀμφὶ πολῆα κυνῶν ἀλεγεινὸς ὀρώρει ὠρυθμός. — πτόλιν] Semel exstat haec forma in carminibus Theocriti mimicis et bucolicis. Cf. Theocr. XVII, 111. Apoll. Rhod. III, 749 οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν.

36. ἁ θεὸς] ea quam invocavimus dea, Hecate sive Diana. Non recte Wuestem. ita explicavit: „ipsa dea iam adest", additis etiam his verbis: „haec est vis articuli. Vide Seidler. ad Eur. Iphig. in Taur. 1402." Nam ibi de pronomine ὅδε a Seidlero disputatur. Cf. Ameis. *adn.* p. 10. — ἐν τριόδοισι] Vocatur Hecate ἐνοδία θεός et in Soph. Antig. 1199 et in fragm. Rhizot. (480 ed. Dind.), ubi haec verba exstant: ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερόν, τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης ἔγχος, τῷ δι' Ὀλύμπου πωλοῦσα φέρει καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους. — τὸ χαλκ. κτλ.] *quam ocissime* „*quate cymbala*" (Verg. Georg. IV, 64), „*aera aere repelle*" (Ovid. Met. III, 532). Voc. χαλκέον dici pro χαλκεῖον, *aëneum* (Cic. Nat. D. II, 10), recte statuit Ahrens. praef. ed. min. 1856 p. III. De causis, ob quas cymbala pulsare ministra iubeatur, ambigitur. Wuestemannus eo id consilio factum suspicatur, ut deae animum vel deficientem vel ad sacra non attentum ad se adverterent sagae. Ameisio, quem vide *adn.* p. 10, veri similior eorum videtur sententia, qui cymbalis ad iustum rhythmum pulsandis deorum indignationem mitigari putabant. Scholiastes

ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
ἠνίδε, σιγῇ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἆται·
ἁ δ' ἐμὰ οὐ σιγῇ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία,

haec scribit: τὸν γὰρ χαλκὸν ἐπῆγον ἐν ταῖς ἐκλείψεσι τῆς σελήνης καὶ ἐν τοῖς κατοιχομένοις, ἐπειδὴ ἐνομίζετο καθαρὸς εἶναι καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων. Tibulli est versus, I, 8, 21: cantus et e curru Lunam deducere tentat, et faceret, si non *aera repulsa sonent.* Comparatis igitur locis Taciti, Annal. I, 28, ubi in Lunae defectu miles, ut fulgor et claritudo deae redderetur, *aeris sono*, tubarum cornuumque concentu strepitasse narratur, et Livii, XXVI, 5, ubi hic scribit de *aeris crepitu*, qualis in defectu Lunae silenti nocte cieri soleat, credibile est, sagas crepitu isto usos esse ut impedirent vim alius sagae „scientioris" (Hor. Epod. V, 72) Lunae suo cantu vim inferentis ipsarumque efficaciam impedientis. Huc refero verba Medeae, Sen. Med. 797: inque auxilium, Dictynna, tuum pretiosa sonent *aera* Corinthi. Spectat eodem fortasse versus Martialis, XII, 57, 17: dicet quot *aera* verberent manus urbis, quum secta Colcho Luna vapulat rhombo. Cur Pal. propter hunc Martialis locum et Ovid. Fast. V, 441 „ad malum avertendum" hunc crepitum factum esse statuat, non intelligo. — ὡς τάχος] Cf. Theocr. XIV, 68. — ἄχει] Cf. Theocr. Epigr. IV, 10. Tibull. I, 3, 60 dulce *sonant* tenui gutture carmen aves. Hor. Epod. IX, 5 *sonante* mixtum tibiis carmen lyra. Ovid. Fast. l. l. Temesaeaque *concrepat aera.* De nihilo Adert., *Théocr.* app. p. 7, coniectat τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἀχεῖ, ut intransitive ἀχεῖ dicatur et χαλκίον sit rhombus aheneus (*le bruit du rouet redouble*).

38. ἠνίδε κτλ.] Adventante dea silentium altum, quod iam antea fuit (v. 11), sanctius etiam tenet rerum naturam. Eur. Bacch. 1084 σίγησε δ' αἰθήρ, σῖγα δ' εὔλειμος νάπη φύλλ' εἶχε, θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν. Arist. Thesm. 39 sqq. Tibull. IV, 1, 124 sqq. et fera discordes tenuerunt flamina venti cet. Latinis versibus eandem sententiam persequitur Verg., Ecl. IX, 57: et nunc omne tibi stratum silet aequor, et omnes, *adspice* (ἠνίδε, ut Ecl. IV, 50. 52), ventosi ceciderunt murmuris undae. — ἆται] *flabra,* Verg. Georg. II, 293. πνοαί, Aesch. Prom. 88. Cf. et Theocr. XXII, 9. — In versu politissimo par ita pari refertur, ut post exclamationem ἠνίδε et iterentur verba σιγῇ — σιγῶντι, quemadmodum ab Euripide l. l. σίγησε — σῖγα dictum est, et ponatur ante caesuram ἑφθημιμερῆ vocabulum πόντος, cui respondet extremum vocabulum ἆται, quemadmodum scriptum est Theocr. IX, 17 — πολλὰς μὲν ὄις, πολλὰς δὲ χιμαίρας et XV, 5 — πολλῶ μὲν ὄχλω, πολλῶν δὲ τεθρίππων. Paullo alia ratio est versuum id. I, 74. XVI, 25. XVII, 76. XXV, 96. Nescio an nimium mihi sumam, si eandem rationem metricam e Theocrito transisse dicam in imitationem Ovidii, Met. VII, 186—87: nullo cum murmure saepes immotaeque *silent frondes*, *silet* humidus *aer.* Denique attende ad sonum lugubrem, quo vocalis η repetita (ἠνίδε — σιγῇ — ἆται — σιγῇ) nos lectores commovet et moestitiam animi eius quae loquitur dolentis mulieris paene exaudire facit. Soph. Oed. R. 994 εἶπε γάρ με Λοξίας ποτὲ χρῆναι μιγῆναι μητρὶ τἠμαυτοῦ.

39. ἁ δ' ἐμὰ κτλ.] Vergilius sive ad hunc locum spectans sive ad Apoll. Rhod. III, 744—751 (νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ

ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι, ὅς με τάλαιναν
ἀντὶ γυναικος ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον εἶμεν.
ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
ἐς τρὶς ἀποσπένδω καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ·
εἴτε γυνὴ τήνῳ παρακέκλιται εἴτε καὶ ἀνήρ,
τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον ποκὰ Θησέα φαντί

γαῖαν ἄγε κνέφας . . . σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην. ἀλλὰ μαλ' οὐ Μήδειαν . . . λάβεν ὕπνος) canit: nox erat . . . silvaeque et saeva quierant aequora (σιγῇ μὲν πόντος) . . . at non infelix animi Phoenissa . . . ingeminant curae (ἀνία) magnoque irarum fluctuat aestu. — ἔντοσθεν] Aesch. Sept. 967 ἐντὸς δὲ κραδία στένει. Ovid. Heroid. IV, 19 urimur *intus*, urimur et caecum pectora vulnus habent.

40. ἐπὶ] Cf. v. 48. Ovid. Amor. II, 3, 6 si tuus *in* quavis praetepuisset amor. Metam. VI, 490 ibique Loers. — πᾶσα] Catull. LXIV, 69 illa vicem curans *toto* ex te pectore, Theseu, *toto* animo, *tota* pendebat perdita mente. Theocr. II, 106.

41. ἀντὶ γυναικὸς κτλ.] *qui fecit ut ego misera pro coniuge ipsius*, quam spem fecerat, *infamis* [non *impudica*, Wuest.] *iam sim et orba virginitate.* Apte Pal. comparat Theocr. XXVII, 64 et Soph. Trach. 148 ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῇ. — ἔθηκε] Odyss. VI, 229 τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν . . . μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα. Iliad. XIX, 298 ἀλλά μ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο κουριδίην ἄλοχον θήσειν. — κακὰν] Interpretis vice fungitur Lotichius, Ecl. V, 56: „mea gaudia Daphnis discedens *famamque tulit niveumque pudorem*“. Eurip. Hel. 614 φήμας δ' ἡ τάλαινα Τυνδαρὶς ἄλλως κακὰς ἤκουσεν οὐδὲν αἰτία.

43. ἐς τρὶς] Cf. adn. ad I, 25 p. 20. De numero ternario, cui in re magica mira vis tribuitur etiam nostris temporibus, praeter Vergilii imitationem, Ecl. VIII, 73, cf. versus apud Cic. de Div. I, 9, 15 *ter* fruges fundens, *tria* tempora monstrat arandi. Verg. Aen. IV, 511 *ter*geminamque Hecaten, *tria* virginis ora Dianae. Tibull. I, 2, 54 *ter* cane, *ter* dictis despue carminibus. Tibull. I, 3, 11—12. I, 5, 14. Calp. XI, 63. Ovid. Trist. I, 3, 55 *ter* limen tetigi, *ter* sum revocatus. Anaphoram quoque post caesuram πενθημιμερῆ ab his poetis plerumque servatam vides, quam praemisso voc. καὶ hoc loco Theocritus admisit. Cf. Theocr. II, 113. Per ridiculum Hor. Epist. I, 1, 37 dixit: sunt certa piacula, quae te *ter* pure lecto poterunt recreare libello. Shaksp. *Macb.* IV, 1: „*thrice* the brinded cat hath mew'd — *thrice*, and once the hedgepig whin'd etc. Plura vide apud Ringw. p. 104. Septenario numero similis honor tribuitur apud Apollon. Rhod. III, 860—861, novenario ab Ovidio, Met. XIII, 952, ternarii cubo ab eodem, Metam. XIV, 58. Operae pretium est legere Struempell. hist. phil. Gr. I p. 90 coll. Carrière, *die phil. Weltansch. der Reformationsz.* (Stuttg. 1847) p. 407.

44. παρακέκλιται] Ovid. Amor. II, 17, 18 creditur . . . Egeriam iusto concubuisse Numae.

45. τόσσον ἔχοι κτλ.] Simplicius est subiectum sententiae dicere Delphidem (*tantum ille habeat oblivionis*) quam voc. τόσσον, quod in proecdosi post Ameisium statueram (*tantum oblivionis illum habeat*), quamquam est apud Theo-

ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐυπλοκάμω Ἀριάδνας.
ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι· τῷ δ' ἐπὶ πᾶσαι

critum II, 150 κεῖτε νιν . . ἔχει πόθος et Theocr. XXIV, 35 ἐμὲ δέος ἴσχει, Plat. Rep. I p. 336, C. τίς ὑμᾶς φλυαρία ἔχει; et Theocr. VIII, 65 ὕπνος ἔχει τυ, ne repetam illa, quae dixi procd. p. 54. Nullo pacto γυνή subiectum est sententiae, id quod voluit Wetstenius. Firmat quodammodo nostram explicationem imitatio Horatii, Epod. V, 69—70: indormit unctis omnium cubilibus *oblivione* pelicum. Tibull. I, 5, 40 saepe aliam tenui, sed quum iam gaudia adirem, admonuit dominae deseruitque Venus. Lectio recepta nullo modo sollicitanda est, quamquam pro λάθας in codd. p. 9. M. legitur λάθος, unde λᾶθος restituere voluit Gebauer. 1861 p. 139: at non excusatur h. l. trochaeus ille λᾶθος versibus Theocr. XI, 46 et I, 115 (vide superiora p. 53). Meinekius in ed. II. et III. τόσσον ἔχοι λάθας, τόσσον κτλ. coniectavit, Hartungius τόσσον ἔχοι λᾶθός νιν, ὅσον κτλ. e coni. edidit.

46. ἐν Δίᾳ] Θησεὺς γὰρ ἁρπάσας τὴν Ἀριάδνην τοῦ Μίνωος καὶ ἀπάρας εἰς Δίαν, τὴν νῦν καλουμένην Νάξον, κατὰ Διονύσου βούλησιν λήθῃ τινὶ χρησάμενος ἀπέλιπεν αὐτὴν καθεύδουσαν. Schol. *Diae* nomen constans paene mansit in hac Ariadnes fabula. Vide Apoll. Rhod. IV, 433 στήθεα παρθενικῆς Μινωίδος, ἥν ποτε Θησεὺς Κνωσόθεν ἑσπομένην Δίῃ ἔνι κάλλιπε νήσῳ. Catull. LXIV, 121 aut ut vecta rati spumosa ad littora *Diae* venerit, aut ut eam . . . liquerit *immemori* discedens pectore coniunx? Ovid. Art. am. I, 528. — ἐυπλοκ. Ἀρ.] Et vocabula et hiatus conferri possunt cum Iliad. XVIII, 592 — καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ. De eiusmodi hiatu adiectivi in pede quinto versus ante nomen proprium quod ionicum a minori facit positi cf. Theocr. XV, 102. XVI, 31. XXII, 141. XXV, 209. Odyss. XI, 256. XVII, 37 al. Koechl. praef. ad Quint. Sm. p. XXXVIII. De poetis Romanis libenter hic Graeca retinentibus vel imitantibus vide Verg. Ecl. II, 24. Ovid. Her. IV, 99. IX, 87. Orell. ad Hor. Od. II, 20, 13. Lachm. ad Lucr. p. 159. Crain. in Philol. X, 1855 p. 256. Corssen. *Voc.* I, 363.

48. ἱππομανὲς] Saepissime in re magica *hippomanes* commemoratur. Plantam aperte intelligit Theocritus ut alii: vide Ahr. ad schol. tom. II p. 484. Vergilius Aen. IV, 515 (ubi vide Heyn.) dicit „nascentis equi de fronte revulsum et matri praereptum amorem", fere ut Lucan. Phars. VI, 455. Contra idem Vergilius Georg. III, 281 (ubi vide Heyn.) appellat „lentum virus ab inguine equae destillans". Ovidius Amor. I, 8, 8 „virus amantis equae". Similiter loquuntur Propert. V, 5, 18 (in me hippomanes fetae semina legit equae) et Tibull. II, 4, 58. Cf. Broukh. ad h. l. et Schneider. ad Aelian. H. A. XIV, 18. A. L. A. Fée, *flore de Théocrite* (Par. 1832) p. 41. Ringw. p. CII. Apulei. in adn. ad v. 1 p. 74. — ἐπὶ] „*in hoc insaniunt*" (Hor. Sat. I, 2, 48 „Sallustius *in quas* insanit"), eius potiundi amore feruntur. Iliad. VI, 160 τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο. Theocr. X, 31. XX, 34. Lucian. Amor. 22 λέοντες οὐκ ἐπιμαίνονται λέουσιν. Lucian. Tim. 26 ἐρωμένῳ ἐπιμεμηνότες. Verg. Georg. III, 244 in furias ignemque ruunt. — πᾶσαι] ita in extremo versu positum ut e. gr. *omnes* apud Hor. Sat. I, 1, 84. Lucan. adn. II, 13 p. 79.

καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν᾽ ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.
ὣς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι, καὶ ἐς τόδε δῶμα περάσαι
μαινομένῳ ἴκελος λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας.
ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
τοῦτ᾽ ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
ὡγὼ νῦν τίλλοισα κατ᾽ ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.
αἰαῖ Ἔρως ἀνιηρέ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα

49. καὶ πῶλοι] Repetit Pal. coniecturam inutilem Schaeferi ita scribentis: τῷ ἔπι πᾶσαι ὡς πῶλοι . . . καὶ θοαὶ ἵπποι, ὣς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι. Refutavit eam pridem H. Voss., *not.* p. 13.

50. τόδε δῶμα] Vide p. 71, v. 35.

51. μαιν. ἴκ.] Iliad. VI, 389 μαινομένῃ εἰκυῖα. De hiatu praeter Iliad. XI, 467 (τῷ ἰκέλη) vel Hesiod. ἔργ. 71 coll. Hermann. ad Orph. p. 725 compara e. gr. Homericum ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι, Odyss. I, 21 cet. — Prop. I, 1, 7 et mihi iam toto *furor* hic non deficit anno. Ibid. v. 26 quaerite *non sani* pectoris auxilia. — λιπαρᾶς κτλ.] Plane ut e. gr. Lucian. Amor. cap. 45 vel cap. 3 (λιπαραὶ παλαῖστραι μέλουσί σοι). Ovid. Heroid. XV [XVI] 149 nitida palaestra. Ibid. XVIII [XIX] 11 uncta palaestra. Cic. de Div. I, 13, 22 nitidoque Lyceo.

53. τοῦτ᾽ ἀπὸ κτλ.] *has de laena* sua *fimbrias Delphis* quondam *perdidit*, fortasse quum esset apud Simaetham. Ita certe cepit Vergilius, Ecl. VIII, 91: „has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, pignora cara sui". Lacerat Simaetha istas fimbrias et in ignem coniicit, ut Delphis „similiter turbato et quasi dilacerato animo correptus amore flagrantissimo ad puellam revertatur". Ita recte Ameis., *adn.* p. 11, disputans contra Iacobsium apud Wuest., qui lacerari tradique flammis fimbrias illas existimat, non tam incantationis causa, sed prae indignatione, qua graviter commota Simaetha reliquias quoque pueri odio habeat. Vide etiam proecdosin p. 55 et versus illos Eurip. Hipp. 513—515 a Nauckio in cancellos coniectos: δεῖ δ᾽ ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου σημεῖον ἢ λόγον τιν᾽ ἢ πέπλων ἄπο λαβεῖν, συνάψαι τ᾽ ἐκ δυοῖν μίαν χάριν.

54. κατ᾽ ἀγρίῳ κτλ.] *coniicio in ignem rapidum, avidum, ferum, impium,* πῦρ ἀίδηλον (Iliad. II, 455). Non enim languet adiectivum ἄγριον, quod inductus ab Ameisio, *adn.* p. 11, calidius in proecdosi cum Theocr. XXIV, 89 comparavi, sed significat illud „impetum ignis auxilio Hecates mirum quantum excandescentis", ut ego quoque repetam verba H. Vossii, not. p. 13, librorum lectiones ab Hemsterhusii et Brunckii suspicionibus (κατ᾽ ἀγρίω, *adversus hunc agrestem et ferocem amatorem*) vindicantis et comparantis Iliad. IX, 206 κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ, Iliad. XII, 206 μέσῳ δ᾽ ἐνὶ κάββαλ᾽ ὁμίλῳ. Vide etiam Iliad. V, 215. Hes. theog. 189. Ev. Marc. 1, 16.

55. Ἔρως ἀν.] Apoll. Rhod. IV, 445 Ἔρως, μέγα πῆμα, μέγα στύγος ἀνθρώποισιν. Verg. Aen. IV, 412 improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis? Prop. I, 1, 6. Verg. Ecl. VIII, 47 saevus Amor. Alia collegit Geb. *adi.* p. 9. — ἀνιηρέ] Cf. Odyss. II, 190. — μευ] Genetivus pronominis ante sustantivum suum collocatus est ut infra v. 88 utque his locis Theocriti ponitur ante

ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;
ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
[σαύραν τοι τρίψασα κακὸν ποτὸν αὔριον οἰσῶ.]
Θεστυλί, νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον

substantivum et articulum: id. II, 69 sqq. V, 4. V, 19. XV, 31. XV, 69. Cfr. Henr. Weyl., *spec. lex. Theocr.* (Regiom. 1851, 4) p. 17. — μέλαν] *atrum* dicit sanguinem, quia quasi veneno „nigro" (Verg. Aen. IV, 514. Ovid. Met. II, 198) irarum infectus est. Cf. Ovid. Met. XII, 326 (niger sanguis). Eadem de causa Oppian. Hal. 597: ὡς δ' ὅταν, inquit, ἰητὴρ πολυμήχανος ἕλκος ἀφύσσων, οἰδαλέον, τῷ πολλὸν ἀνάρσιον ἔνδοθεν αἷμα ἐντρέφεται, διερὰς γενεάς, κυανόχροα λίμνης ἑρπετὰ τειρομένοιο κατὰ χροὸς ἐστήριξε δαίνυσθαι μέλαν αἷμα. Alia est ratio Theocr. II, 13 vel Bion. I, 9. 25.

56. ἐμφὺς κτλ.] Imitatur Nicet. Eugen. IV, 398: ἐμφὺς γὰρ (Ἔρως) ὥσπερ βδέλλα λιμνῆτις πίνει τὸν αἵματος ῥοῦν πάντα. — ἐκ . . . πέπωκας] De tmesi (v. 54. 122) cf. Soph. Trach. 1005 ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου πέπωκε.

58. σαύραν κτλ.] *salamandram* significari docet etiam Ahrens. tom. II p. 484. Vide proecdosin. At versum totum esse spurium ostendit Goebbelius l. supra p. 12 laudati p. 13—14: eundem tamen satis antiquis temporibus fuisse lectum in codd., praeter Phryn. in Bekkeri anecd. p. 64, 16 (Θεόκριτος θηλυκῶς εἶπε σαύραν) declarant imitationes poetarum Romanorum. Horatii sunt versus, Epod. V, 19: et uncta turpis ova *ranae* sanguine —, et Epod. V, 77: maius parabo, maius infundam tibi fastidienti poculum. Quibus verbis Horatius sententiam versus huius expressisse videtur. Versus est etiam Propertii, IV, 6, 27: illum turgentis *ranae* portenta *rubetae* et lecta exsectis anguibus ossa trahunt (cf. ἕλκε, v. 17). *Terendi* quoque verbum (τρίψασα) revocat memoriam Ovidii, Met. XIV, 44: horrendis infamia pabula sucis *conterit* et *tritis* Hecateïa carmina miscet. Denique κακὸν ποτὸν invenire tibi videare in Tibulli versibus, I, 5, 49: ore cruento *tristia* cum multo *pocula* felle bibat. Imitatur versum Sannazarius, Ecl. V, 60: „Tunde iecur spumamque simul torpedinis atrae: *haec ego cras illi letalia pocula mittam:* ebibat et subito pallentes torpeat artus."

59. θρόνα] non *flores* dicit, ut scripsi in proecdosi, sed potius sucos coctarum herbarum magicarum: *incantamenta* explicavit vetus interpres in cod. Butler. (ἰνκαντάμεντα) teste Wordsw., Zaubersaft, Kuettner. Lec.: „prends le suc de ces herbes". Chapman.: „now, Thestylis, this poisonous brewage take". Similiter Theocr., id. VII, 81, ἄνθεσσι significantur suci florum, i. e. mella. Eadem vis vocabulo subiicitur a Nicandro, ther. 936. Non aliter *florum* verbo Vergil. Georg. IV, 39 (fucoque et *floribus* oras implent) et IV, 250 (complebuntque foros et *floribus* horrea texent) utitur. Cf. versum Ovid. Met. XIV, 43 ad v. 58 laudatum. *Florum* significatio, et „variegatorum" quidem florum, inest etiam huic vocabulo in versu Homeri, cui poetae est ἅπαξ εἰρημένον, Iliad. XXII, 441: ἀλλ' ἥγ' ἱστὸν ὕφαινε . . . δίπλακα πορφυρέην, ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσεν. Ibi schol. explicat ἄνθεα ποικίλα. — Schol. Theocr. haec scripsit: θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῷα· Κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια· Αἰτωλοὶ

τᾶς τήνω φλιᾶς καθ' ὑπέρτερον, ἇς ἔτι καινῶν ἐκ θυέων δέδεται. [ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ.]

δὲ τὰ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος· Ὅμηρος δὲ [l. l.] τὰ ῥόδα παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς. Quae originatio non melior est quam schol. alius: θρόνα, τὰ θραύοντα τὸν νοῦν ἢ τὰ θροῦν ποιοῦντα ἐν τῷ νοΐ. Aliter explicatur voc. a Vossiis, *Randgl.* p. 169 et *not.* p. 14, aliter a Kiesslingio ad h. l., aliter ab Ameisio, *adn. p.* 11. Videatur etiam Nonnus supra ad II, 1 laudatus.

59—60. ὑπόμαξον—καθ' ὑπέρτερον] *clam illinc* „*limini superiori*" (Plin. H. N. XXXII, 5, 16) *postium*. Opportune memor loci Plinii (stella marina vulpino sanguine illita et affixa limini superiori aut clavo aeneo ianuae) ita emendavit Mein. III verba codd. et edd. prr. ὑπόμαξον τᾶς τήνω φλιᾶς (φλοιᾶς cod. p. v., φιλίας cod. a et lect. var. schol.) καθυπέρτερον. Ahrensius, qui in ed. I. cum reliquis editoribus scripserat ὑπόμαξον τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ἇς ἔτι καὶ νῦν (omissa in extremo versu virgula, ut verba ἇς ἔτι καὶ νῦν necterentur cum proximis ἐκ θ.), in ed. II. e coni. scripsit ὑπόμαξον τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπερτέρω ἇς ἔτι καὶ νῦν, virgula ante voc. ἇς omissa et in fine versus collocata simulque versu 61 eiecto. Eodem versu 61 exterminato Hartungius scripsit p. 18 ὑπόμαξον τᾶς τήνω φλιᾶς, καθυπέρτερον ἇς ἔτι κἄμμε (pro καὶ νῦν, codd.), sed idem p. 362 καθυπέρτεροι scribere mavult, ad quam suspicionem firmandam miror quod non attulerit Theocr. XXIV, 98. Verumtamen praeferenda Meinekii emendatio est propter proxima. — Pal. contra linguae leges genetivum φλιᾶς a verbo ὑπόμαξον pendentem facit. — Ceterum φλιᾶς vocabulum Vergilium movisse videtur ut scriberet versum, Ecl. VIII, 92: exuvias ... pignora cara sui, quae nunc ego *limine* in ipso, terra, tibi mando. Longior est imitatio Sannazarii, Ecl. V, 64—68, quam quae huc possit transscribi.

60—61. ἇς ἔτι — δέδεται] *illinc*, inquit, *quamdiu* (cf. Theocr. XIV, 70) *adhuc ille ligatus est his novis* „*suffimentis*" (Cic. Legg. I, 14, 40) vel „*sacris magicis*" (Prop. I, 1, 20), quamdiu exercent vires „*non usitatas*". Id dico propter Hor. Epod. V, 73: *non usitatis*, Vare, potionibus ad me recurres. Sunt autem Simaethae φάρμακα χερείονα μήτε τι Κίρκης, μήτε τι Μηδείας, v. 15. Equidem καινῶν ἐκ θυέων δέδεται, proximis ὁ δέ μευ λ. οὐδ. ποιεῖ (quae e Theocr. III, 33 ad explendam lacunam vitiose — ut ostendit Cobet. nov. lectt. p. 263 — illata sunt) in cancellos coniectis scripsi pro ἇς (ἃ ed. Med. Ald.) ἔτι καὶ νῦν ἐκ θυμῷ (cod. 23. Ald. Iunt. vel ἐκ θυμῶ, ἐν θυμῷ, ἐν θυμῶ, Ahr. p. 19) δέδεμαι, ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ (δέδομαι cod. p. δέδευμαι cod. 23 *pr.* ποιῇ cod. a. p.). Cf. v. 10 ἐκ θυέων καταδήσομαι (καταδύσομαι codd.) et verba schol. apud Ahr. tom. II p. 110 ἕως ἔτι ἐνδέχεται καταδεθῆναι αὐτόν. Versus 61 totus, quem ab Ahr. II. et Hart. eiectum esse dixi, omittitur sane in cod. k., sed videtur ille corrigendus potius quam expellendus. Aliter quondam statueram *de poet. buc.* p. 22: in ed. *pharm.* 1862 versu 61 deleto e coni. scripseram ἇς ἔτι καιρός propter schol. verba ἕως ἔτι ἐνδέχεται. Ribbeckius, Mus. Rhen. 1862, XVII p. 352, coniecit ἇς ἔτι νὺξ ᾖ, Buechelerus, Mus. Rhen. 1860, XV p. 451, ἇς ἔτι καὶ νύξ. Idem vir doctissimus in Mus. Rhen. 1863, XVIII p. 315, meum nomen cum Gebaueri nomine videtur confudisse.

καὶ λέγ' ἐπιφθύζοισα· „τὰ Δέλφιδος ὄστια μάσσω."
Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν δὴ μούνη ἐοῖσα πόθεν τὸν ἔρωτα δακρύσω;
ἐκ τίνος ἄρξωμαι; τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο;

62. ἐπιφθύζοισα] *despuens*, non „ut malum, quum venenum feras, a te arceas" (Pal.), sed ut effectum unguenti vel suci augeas. Nam haec est superstitio, auctore Plin. H. N. VIII, 7. Cf. et Theocr. VII, 127. Falso Wuestem. sic explicat: „*murmurans* (ut schol. ἐπιψιθυρίζουσα, ἤγουν ἡσύχως ἐπᾴδουσα), non alta, sed suppressa voce, ut versu 11 ποταείσομαι ἅσυχα" (ubi potius ἅσυχε legendum). Imitatus esse Theocritea videtur Tibull. I, 2, 54: „ter cane, ter dictis despue carminibus." — τὰ Δελφ. κτλ.] Cfr. adn. ad v. 21 et Buecheler. in Mus. Rhen. XV p. 451, qui idem proximum νῦν δὴ (v. 64) cum v. 130 νῦν δὲ comparat. — μάσσω]. In codd. et edd. prr. est πάσσω, quod in proecdosi p. 56 defendere studui, sed nunc ex versu superiori 21 aut ex Iliad. XXII, 441 (ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσεν) illatum esse existimo. Emendavit μάσσω Chr. Guil. Ahlwardtius in l. *zur Erkl. der Id. Theokrit's* (Rost. et Lips. 1792) p. 117, commendavit Vossius ad Vergil. Ecl. VIII, 80 p. 128, receperunt editores recentiores fere omnes.

64. Νῦν δὴ κτλ.] ἀπελθούσης τῆς Θεστυλίδος μεμόνωτο ἡ Σιμαίθα καὶ διηγεῖται ἐξ ἧς αἰτίας τῷ ἔρωτι τοῦ Δέλφιδος προσπεπτώκει. Schol. — πόθεν] Cf. v. 69 ὅθεν ἵκετο. Stat. Theb. I, 3 *unde* iubetis ire, deae? Cic. pro Rosc. Am. XI, 29 *quid* primum querar? aut *unde* potissimum ordiar? Lucian. Iud. voc. 6 ὅθεν καὶ ἀπὸ τίνων ἀρξάμενον τὸ Ταῦ τοῦτο ἐποίησεν, ὥρα λέγειν. — τὸν ἔρωτα] eum cui implicitus sum amorem, h. e. *amorem meum*. De hac vi articuli cf. Theocr. IV, 9, ἁ μάτηρ, mea mater. XI, 67. III, 7. V, 10. Theocriti, si quid video, aemulus Bion exstitit, I, 39: *Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἔκλαυσεν;* — δακρύσω;] Maxime ob hoc verbum Theocritea a Propertio expressa esse existimo, cuius poetae hoc est distichon, I, 18, 5: *unde* (πόθεν) tuos primum repetam, mea Cynthia, fastus? *quod mihi das flendi*, Cynthia, *principium?* (ἐκ τίνος ἄρξωμαι; v. 65). Equidem δακρύσω e codd. k. cet. (Ahr. p. 19) ex ed. Med. Ald. scripsi pro δακρυῶ (cod. p.) vel δακρυσῶ, quod est in ed. Iunt. Call., sed stigme in extremo versu posita, contra interrogationis signo facto in ed. Steph. Heins. Mein. I. II. Wuest. Pal. al. Coniunctivum scripserunt Ziegl. Am. Ahr. I. II. Mein. III.

65. ἐκ τίνος ἀρξ.] *a qua re, a quo facto*, incipiam? Incipit autem a pompae commemoratione, ubi primum vidit Delphidem, v. 66. Noli vertere *a quo homine*, auctore mali, *incipiam?* uti sane dicitur Eur. Phoen. 929: ἐκ τοῦ δ' ἐμοὶ τόδ' ἦλθε καὶ τέκνῳ κακόν; In cod. k. est ἐκ τήνω δ' ἄρξω, quod defendit Ahr. Phil. VII p. 422 et recepit in ed. I. ita scripto versu toto: ἐκ τήνω δ' ἀρξῶ, τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο; Idem repetit in ed. II., sed pro signo interrogationis plena facta interpunctione. Ribbeckius in Mus. Rhen. 1862, XVII p. 552, coniecit ἐκ τήνω δ' ἄρξωμ', ὅ τι μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο, Hartungius autem edidit ἐκ τήνω δ' ἄρξωμαι ὅ μοι κακὸν ἤγαγε τοῦτο. Quorum neutrum probandum. Ego quod scribo post Call. Steph. Ziegl. Am. Mein. III ἐκ τίνος ἄρξωμαι; (cf. Theocr. XVII, 1) necessarium propter proximum con-

ἦνθ' ἁ τὠὐβούλοιο κανηφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ
ἄλσος ἐς Ἀρτέμιδος, τᾷ δὴ τόκα πολλὰ μὲν ἄλλα
θηρία πομπεύεσκε περισταδόν, ἐν δὲ λέαινα.
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.

iunctivum πόθεν τὸν ἔρωτα δακρύσω; id nititur codd. s. et 6 et edd. prr. In codd. a. v. cet. (Ahr. p. 19) legitur ἄρξυμ' ἐγώ, in cod. 16 ἄρξευμ' ἐγώ. Heins. Geel. Mein. I. II al. scripserunt ἐκ τίνος ἀρξεῦμαι; — κακὸν] *conditionem tristem, in qua nunc ego versor.* Antiph. p. 11. ed. Maetzn. οὔπω γὰρ ᾔδει ὑπὸ τῆς μαρτυρίας τῆς ἐμῆς ἐξαπατωμένη πρὶν ἐν τῷ κακῷ ἤδη ἦν. — ἄγαγε] Similiter sane Ter. Andr. I, 1, 46: vereor ne quid Andria *apportet mali.* Non recte tamen Wuestemannus verbum simplex adhibitum esse dicit ei notioni, qua ἐπάγαγε exspectabas. Cf. e. gr. Arist. Ran. 142, ubi quaerenti Baccho πῶς ἠλθέτην κἀκεῖσε (τὼ δύ' ὀβολώ); Hercules respondet: Θησεὺς ἤγαγεν. Pind. Ol. II, 10 πλοῦτον ἄγων, ubi reprehendo Boeckhii ἐπάγων. Prop. I, 3, 29 ne qua tibi insolitos portarent visa timores. Quod legitur in cod. p. τοῦτον (Ahr. p. 265) irrepsit e versu 102.

66. ἦνθ'] ἄρχεται διηγεῖσθαι ὅπως ἐνέπεσεν εἰς τὸν ἔρωτα. φησὶ δὲ οὕτως· ἦλθεν κτλ. Schol. Cum asyndeto compara Iliad. II, 493. Theocr. XVII, 82. — ἁ τὠὐβούλοιο κτλ.] ἦλθεν ἡ τοῦ Εὐβούλου θυγάτηρ Ἀναξὼ κανηφοροῦσα τῇ Ἀρτέμιδι καὶ πομπὴν ἐπαγομένη τῇ θεῷ. εἰώθασι γὰρ τῇ Ἀρτέμιδι κανηφορεῖν αἱ μέλλουσαι γαμεῖσθαι ἐπὶ ἀφοσιώσει τῆς παρθενίας, ἵνα μὴ νεμεσηθῶσιν ὑπ' αὐτῆς. Schol. — ἄμμιν] *venit ad nos, in viciniam nostram.* De dativo cf. Theocr. II, 145. II, 155. XVI, 58. Soph. Oed. R. 711. 833. Arist. Acharn. 121 εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες. Plat. Rep. I, 328, C. οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων ἐς τὸν Πειραιᾶ. Ovid. Art. am. II, 277 plurimus auro venit honor. Cic. II. Phil. XVI, 40 hereditas mihi venit. Non recte Wuestemannus dativum explicat „*cum maximo meo incommodo*".

67. τᾷ] τῇ Ἀναξοῖ. Schol. Falso Hick. explicat τῇ Ἀρτέμιδι („*in honour of her* — Diana.") — δὴ] Hac adiecta particula causa, cur mulierculae spectandae — ut rarae et singularis — pompae cupiditate incensae fuerint, indicatur. — τόκα] *quod quidem alias non assolet fieri.* Ita voc. τόκα potest explicari, sed ne nunc quidem me poenitet coniecturae in ed. *pharmac.* 1862 publici iuris factae πύκα: „densissima turba ferarum cui pompam ducebat: in his et fulva leaena". De re vide proecdosin.

68. ἐν δὲ] *atque in his* („parmi lesquels se trouvait une lionne", Lec.). Cf. Theocr. XVII, 124. Odyss. V, 260. (Odyss. II, 340. II, 345. Bergk. in Mus. Rhen. 1838, VI, p. 34.) Wolff. ad Soph. Ai. 675. Wunder. ad Soph. El. 700. Struv. de dial. Soph. (Berol. 1854) p. 16. Abicht. ad Herod. II, 43.

69. φράζεο] *cognosce, conspice* (Cic. pr. Mur. 6), *considera:* „*vois, pense, réfléchis*" (Didot. p. 427). Vide e. gr. Odyss. X, 453. Iliad. V, 440. Liberius vertit Phileticus: „*dic* mihi, luna, meos, patiar dic unde furores". Wetstenius: *disce*, Diana, mei primordia, disce, furoris. Ovid. Met. V, 190 *adspice*, ait, Perseu, nostrae primordia gentis. Ingeniose, sed non ad verbum Voltarius (cf. superiora p. 73): „*reine des nuits, dis quel fut mon amour.* — τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο] Cf. Odyss. XVII, 373 αὐτὸν δ' οὐ σάφα οἶδα πόθεν γένος

καί μ' ἁ Θευχαρίδα Θρᾷσσα τροφὸς ἁ Μακαρῖτις,
ἀγχίθυρος ναίοισα, κατεύξατο καὶ λιτάνευσε

εὔχεται εἶναι. Iliad. II, 409. Pind. Ol. XI, 1 *τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι πόθι ... γέγραπται.* Plat. Phaed. p. 58, A. *οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἐπύθεσθε ὃν τρόπον ἐγένετο;* Lucian. Am. 1 *οὐκ ἀγνοεῖς τὸν θεὸν ὡς ὀξὺς ἦν πρὸς Ἀφροδίτην.* Lucian. Imag. 14 *τὸ τῶν Σειρήνων εἴσῃ ὁποῖόν τι ἦν.* Ter. Phorm. V, 8, 5 (899) impurum vide quantum valet. al. — *πότνα*] ut Theocr. XVII, 45 *πότν' Ἀφροδίτα.* Infra, v. 164, est *πότνια*, ut apud Theocr. XVI, 82. XVII, 36. Eodem modo Homerus tantum de feminis venerabilibus vel deabus dictum hoc frequentat epitheton, *σεβασμία, ἔντιμος*, a veteribus explicatum. Cfr. *La Roche, eph. Austr.* 1862, XIII p. 860.

70. *καί μ' ἁ Θευχ. κτλ.*] *et me Macaritis, Thressa nutrix Theocharidae, vicina nostra, instanter oravit et obsecravit, ut* cum ipsa *pompam spectarem.* Non recte Pal. ,,Theucharidae ancilla'', provocans ad Theocr. III, 35. X, 15, ubi potius filiae Mermnonis vel Polybotae significantur. — *Θευχαρίδα* (patronymico ducto a nomine *Θέοχαρις*, quo etiamnunc Graeci Adrianopoli utuntur: vide etiam Ahr. Philol. VII p. 422. Keil. spec. on. p. 62) scripsi e coni. Reiskii, Mein. I. III. Ahr. II. Hart. Pal. recepta pro *Θευμαρίδα* (codd. k. a. cet., Ahr. p. 19, edd. Med. Iunt. Mein. II. Ziegl. Am. Ahr. I) vel *Θευχαρίλα* (codd. D. cet. ed. Ald. Call. Steph. Valck. I. II. Boiss. I. II. Wuestem. al.). Hartungius p. 363 *Θευχαρίδος* (*Theucharidis amicae nutrix*) fere ut Didot. (*Theucaris*) coniecit, nec tamen Reiskii emendationem superavit. Genetivum sive *Θευχαρίλα* sive *Θευμαρίδα*, quo virum significari iam Phileticus et Vinsemius intellexerunt, non recte nominativum mulierem significantem interpretati sunt Eob. Hessus, Valck. I, Vossius, Wuestemannus, alii. Ita Didot.: ,,la Thracienne Theucaris, *ma* nourrice fidèle. Chapman.: Theucharila, *my* Thracian nurse. — *ἁ Μακαρῖτις*] Ita scripsi pro *ἁ μακαρῖτις*, quod schol. explicant de mortua (*ἐτελεύτησε γὰρ τὸν βίον δηλονότι*). At, ut concedamus, quod sane mirum videtur, posse illam mulierem dici vel fingi interea mortuam — quid enim non liceat poetae? — incredibile est, mortuam hoc loco praedicari beatam, ad Elysios campos — credo ab ipsa Venere — deductam. Risum teneat qui potest, quum legit e. gr. interpretationem Eberzii: ,,und Theumaridas' Amme, die Thrakerin — *ruhe sie selig!* — die dicht neben uns wohnt, die fleht' inständig'' —, vel Banksii: ,,and Theucharila (quod falso mulieris nomen haberi supra ostensum est), the Thracian nurse *of blessed memory*, begged and prayed me to go and view the procession''. Exsecranda est Simaethae mulier illa potius quam felix praedicanda. More suo Theocritus nomen eorum hominum, de quibus agitur, commemorat, quo artificio magna narrationi veri conciliatur species. Habentur autem ab eadem stirpe ducta Graeca nomina *Μακαρία, Μακαρεύς, Μακάριος, Μακάρτατος.* Denique dicitur addito articulo *ἁ Μακαρῖτις*, ut legimus apud Theocritum et in ipsis principiis carminum, VI, 1 *ὁ Δάφνις*, III, 1 *τὰν Ἀμαρυλλίδα*, III, 2 *ὁ Τίτυρος*, et VII, 98 *ὁ Ἄρατος*, III, 41 *ἁ Ἀταλάντα*, XI, 8 *ἁ Γαλάτεια.* Cf. etiam XXII, 34. I, 109. VII, 73 al.

71. *κατεύξατο*] *ὥρκωσε, ὅρκους μοι ἐπέθηκε, „πρὸς θεῶν“ λέγουσα καὶ τοιαῦτά τινα, καὶ ἱκέτευσε ὥστε ἀπελθεῖν*

τὰν πομπὰν θάσασθαι· ἐγὼ δέ οἱ ἁ μεγάλοιτος
ὡμάρτευν βύσσοιο καλὸν σύροισα χιτῶνα,
κἀμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας.

με θεάσασθαι τὴν πομπήν. Ceterum ut explicetur accusativus *με* (v. 70) verba *κατεύξατο καὶ λιτάνευσε* sic arcte, quasi sit *κατευξαμένη λιτάνευσε*, copula. Alius sensus voc. est I, 97. Vide thes. — λιτάνευσε] Glossa est in marg. cod. Butler. *περ σακρα ρογαβιτ* (*per sacra rogavit*). Cf. Iliad. XXIII, 196. XXIV, 357 et de addito infinitivo Hesiod. theog. 469 *λιτάνευσε τοκῆας μῆτιν συμφράσσασθαι*.

72. ἐγὼ δέ οἱ ἁ μ.] De articulo cf. Theocr. II, 138. Soph. Antig. 274 *ἐμὲ τὸν δυσδαίμονα*. Soph. Antig. 56. Lucian. Prom. s. Caucas. 3 *οἷα πέπονθε ὁ κακοδαίμων*. Inverso vocabulorum ordine legitur Eur. Hec. 833 *γαμοῦμαι δ' ἡ τάλαιν' ἐγὼ βίᾳ*. Eur. Hel. 924 *τήν τ' ἀθλίαν ἔμ', οἷσιν ἔγκειμαι κακοῖς*.

73. βύσσοιο κτλ.] *e bysso longum pulcrumque induta chitona*, *ποδήρη* videlicet. Cf. e. gr. Eustath. Macremb. p. 250, 3. Hercher. *ἀληθῶς καὶ τοὺς πόδας κεκόσμημαι καὶ ποδήρη χιτῶνα περιβέβλημαι*. Vide proecdosin p. 57. Babr. fab. X, 4 *σύρουσα λεπτὴν πορφύραν*. Stat. Ach. I, 266 aurata vestigia *verrere* palla.

74. κἀμφιστ. κτλ.] *atque chitoni etiam superiiciens xystida Clearistae:* fere ut Vergil. Aen. VI, 221: purpureasque *super* vestes, velamina nota, *coniiciunt*. Primus Theocritus verbo ἀμφιστ. videtur esse usus. Cf. Plat. Legg. VIII p. 833 *γυναῖκες πρεπούσῃ στολῇ ἐσταλμέναι*. Eur. Bacch. 821 *στεῖλαί νιν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους*. *Xystida* h. l. poeta dicit palliolum chitoni ornatus causa superiectum, *περιβόλαιον λεπτόν* quod appellat schol. ad h. l. et Plat. Rep. IV p. 420, E., ubi homines doctos, qui ante Beckerum, Charicl. II p. 357, de hoc vestimenti genere dixerunt, Stallbaumius indicavit. Bene Pal. in memoriam revocat Iliad. XIV, 179 *ἑανὸν ἕσαθ', ὅν οἱ Ἀθήνη ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθη δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά*. Scilicet non forma vestimenti, sed tenuitas texti vocabulo indicatur. Quare Hesychius: *ξυστίδα· τὸ λεπτὸν ὕφασμα ἢ εἶδος ἐνδύματος*. Cf. Ahr. tom. II p. 113, 20. — τᾶς Κλεαρίστας] *τᾶς* scripsi ex edd. prr. et codd. s. 9. 23 cum Steph. Valck. 1. II. Gaisf. Mein. I. Am. Ziegl. Ahr. I. Hart. aliis pro τὰν (codd. k. cet. Ahr. p. 19. Heins. al. Ahr. II. Mein. II. III. Pal.) commendato ab Ahrensio, Philol. VII p. 422, impugnato ab Ameisio, *adn.* p. 14. Congruit consuetudini Theocriteae articulus personae designandae appositus. Cf. adn. ad v. 70. Iam quaeritur, illa Clearista quae tandem fuerit, ut invidia Simaethae a quibusdam (vide superiora p. 71) conflata exstinguatur. Quid, si soror fuisse fingitur, quae sorori ornatum commodaverit? Faciunt talia hodie quoque bono genere natae. In proecdosi ego secutus schol. cod. M. (*ἐκ ταύτης γὰρ ἐδανεισάμην*) et aliorum interpretum, e. gr. Ahrensii, Philol. VII p. 422, opinionem vestimentum significari statui ab alieniore muliere mutuo petitum. Iuvenalis quidem, VI, 352, versus habetur: „ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem", similiaque traduntur a scriptoribus, quos Mein. p. 205, Ren. Wuestem. Kiessl. nominaverunt. At crede non illam de scelesta plebe delectam, neque sic fidelem, sic lucro aversam (nam sponte, amore, non lucro incitata, Delphidem invitavit), potuisse nasci matre pudenda. Certe e *bysso* vestem pretiosam quae

φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
ἤδη δ᾽ εἶσα μέσον κατ᾽ ἀμαξιτόν, ᾇ τὰ Λύκωνος,
εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας.

possidet, ea non eget ornatu conducendo. Nisi forte *ἀμφιστειλαμένα* lectionem superiori versui propter participium *σύροισα* repugnantem, sed tamen ab Ahr. II. e cod. s. (*ἀμφιστειλαμένη* cod. 6) editam, anteponis lectioni *κἀμφιστειλαμένα*, hoc modo: *ὡμάρτευν . . σύροισα χιτῶνα ἀμφιστειλαμένα, τὰν ξυστίδα τᾶς Κ.* Simaethae causam egit Ameisius *adn.* p. 14 sqq., sed nimio defensitandae mulieris studio abreptus *τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας* vestimentum muliebre explicat, quod nomen traxerit a quadem Clearista. Hanc enim feminam videri in earum ordine fuisse, quas etiam nostrates puellae atque uxores lubentissime adire consuerunt, et quae vulgari sermone audiunt Putzmacherinnen. Fortasse nova elegantique quadam vestium conficiendarum arte ita claruisse hanc Clearistam, ut genus quoddam vestimentorum immortalitati mulierum confabulantium consecraretur. Similiter iudicaverat Greverus p. 10.

76. *μέσον*] Iam medium tenebamus iter prope tecta Lyconis. Proprie: *quum essem iam in medio* itineris, progressa in tramite publico, *κατ᾽ ἀμαξιτόν*. Iliad. XXII, 146 *κατ᾽ ἀμαξιτὸν ἐσσεύοντο*. Lucian. Tim. 48 *καθ᾽ ὁδόν, πλησίον ἤδη οὖσα, ἤκουσα*, in itinere, quum iam huc viciniae venissem, audivi. Accusativum *μέσον* vere schol. explicat *κατὰ τὸ μέσον*. Impugnat Ahrensius, Phil. VII p. 422, sed vel ipsum quod affert dictum Euripidis, Or. 982, *μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ μέσον χθονός τε τεταμέναν αἰωρήμασι πέτραν*, a nobis est aeque atque illud Nonni, Dion. XV, 206 [non 205], *μέσον ὕλης* et reliqua, quae affert Mein. p. 206. Reposuit *μέσον* Am., quem sequitur Mein. III., ex edd. prr. Call. Steph. al. et e codd. k. cet. (Ahr. p. 20) pro *μέσαν* (codd. 6. 9. Brunck. Valck. II. Gaisf. Mein. I. II. Ziegl. Ahr. I. II.). Neque enim in media via, ut curribus fortasse venientibus a dextra ac laeva obtererentur, processisse putandae sunt istae mulierculae. Vix dictu dignum quod edidit Hart. *μέσον κατ᾽ ἀμαξιτοῦ*. — Ceterum cf. Theocr. VII, 10. — *ᾇ τὰ Λύκωνος*] *horti* (cf. Theocr. V, 112), *praedia* (Vins.) vel *aedes* (Heins. Harl. al.) Lyconis. Comparat Pal. Demosth. in Con. p. 1258 *παρέρχεται Κτησίας κατὰ τὸ Λεωκόριον ἐγγὺς τῶν Πυθοδώρου*. Vulgatam ex edd. prr. lectionem *Λύκωνος* Ahrensianae (ed. II.) *Λυκᾶνος* propter *Λύκανος* (cod. K.) ab hoc viro docto receptae praeferre iubet comparatio simillimi versus Adonii Theocr. V, 112 *αἱ τὰ Μίκωνος*, quoniam libenter Theocritus repetit similiter sonantia.

77. *εἶδον κτλ.*] Imitatur Lotichius Ecl. V, 14 sqq. — *τε καί*] par nobile amicorum. Cf. Iliad. III, 237 *Κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα*. Res vel personas intime coniunctas atque inseparabiles vocabulis *τε — καὶ* vel *τε — τε* a Theocrito saepe significari dixi in proecdosi. Vide etiam Hermann. ad Soph. Oed. Col. 812. Exemplis pridem in medium a me prolatis adde Theocr. XXII, 1. Theocr. I, 39 *γριπεύς τε γέρων πέτρα τε*. XXII, 16. IV, 57. V, 18. V, 50. VII, 57. V, 128. Cum his compara etiam Theocr. XVI, 51. XVI, 66—67. VII, 1. 131. IV, 10. XIII, 75. XV, 100. XV, 142. Non aliter Plat. Phaed. p. 69, D. *ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης* coll. Phaed. p. 64, A. p. 80, E. p. 82, C. Plat. Rep. I p. 328, C. *καθῆστο*

τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς,
στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον ἢ τὺ Σελάνα,
ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντων.
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
χὡς ἴδον ὡς ἐμάνην ὥς μευ πέρι θυμὸς ἰάφθη

ἐπί τινος προσκεφαλαίου τε καὶ δίφρου. Vide etiam Wexii anal. Sophocl. p. 21. Hor. Od. II, 18, 28 pellitur et uxor et vir. Nihil igitur mutandum. Hermannus quondam Δέλφιν, ὁμοῦ δὲ καὶ Εὐδάμιππον coniecit, Ahrensius, qui in ed. I. librorum lectionem asterisco notaverat sed intactam reliquerat, in ed. II. scripsit εἶδον Δέλφιν ὁ μ ο ῦ τ ι καὶ Ε ὐ δ ά μ ν ι π π ο ν de coniecturis iam Philol. VII p. 423 commendatis. Et Εὐδάμνιππον quidem probavit Keilius, anal. epigr. p. 183. Εὐδαμίσκον Briggsius coniecit. At „rectissime habet librorum lectio, sive hoc nomen ex Εὔδημος et ἵππος sive ex εὖ et Δήμιππος (ut Δημολέων) compositum putetur". M e i n. p. 471. Amico addito Hartungius: εἶδον Δέλφιν Ὀ ν ᾶ ν τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας, quem „Boeotium" Boeotiis relinquamus.

78. ξ α ν θ ο τ έ ρ α κτλ.] Cf. Theocr. VIII, 3. Imitari videtur Ovid. Met. XII, 395: barba erat incipiens, barbae color aureus (ξανθοτέρα ἑλιχρύσοιο).

79. σ τ. σ τ ί λ β ο ν τ α] quemadmodum robustus iuvenis describitur Arist. Nub. 1011: ἕξεις ἀεὶ σ τ ῆ θ ο ς λ ι π α ρ ό ν, χροιὰν λευκήν, ὤμους μεγάλους κτλ. Iliad. III, 392 κάλλεΐ τε στίλβων καὶ εἵμασιν. Cf. Theocr. II, 102. 165. Non potest comparari Iliad. XVIII, 596 coll. Odyss. III, 408 ἀποστίλβοντες ἀλοιφῇ. Schol. Theocr. III, 18. — π ο λ ὺ π λ έ ο ν] Resonant haec apud Bion. I, 93: ὀξὺ λέγοντι π ο λ ὺ πλέον ἢ τὺ Διώνη. Nam tribus versibus (V, 71. XV, 36. XXII, 89) exceptis ubique Theocritus voc. πλέον in fine pedis quarti ad caesuram bucolicam efficiendam collocat: h. l. et II, 106. III, 47. V, 80. VIII, 17. XVII, 40. Epigr. VI, 1. 5. XIV, 1. Similem Nonni in formula τὸ δὲ πλέον adhibenda usum Lehrsius comparavit in Iahnii annal. LXXXI — II, 3 p. 220, e. gr. Dion. XVI, 334. XLI, 335. Cf. etiam Bion. I, 90. I, 93. III, 2. Mosch. III, 69. III, 88. — Σ ε λ ά ν α] Nescio an haec spectaverit Tibull. III, 4, 29 (candor erat, qualem praefert Latonia Luna), ubi vide Broukh.

80. ὡς ἀ π ὸ γ υ μ ν.] *utpote qui modo a gymnasio* discessissent et *gymnasii honestum studium modo liquissent.* Cave ne ἀπὸ — λιπόντων tmesin esse existimes: potius per se dictum ἀπὸ γυμνασ. (*eben vom Gymnasium weg, fresh from the gymnasium*), ut e gr. Theophr. Char. 16 περιρρανάμενος ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, h. e. commodum veniens a templo. Ev. Marc. VII, 7 ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι (cf. Fritzsch. ad h. l. p. 264). Iliad. VIII, 54 ἀπὸ δ' αὐτοῦ (τοῦ δείπνου) θωρήσσοντο, discedentes de prandio —. Plat. Rep. I p. 327 Πολέμαρχος ἦλθε . . . ὡς ἀπὸ τῆς πομπῆς. — κ α λ ὸ ν π ό ν ο ν] „*honestum laborem*, qui decet hominem ingenuum." W u e s t. Plin. Pan. XXXIII, 1.

82. χ ὡ ς ἴ δ ο ν κτλ.] *Eodem momento et vidi et furore correpta et animo perculsa sum:* simul vidi simul furore correpta sum, ut est Iliad. XIX, 242: αὐτίκ' ἔπειθ' ἅ μ α μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον. C h a p m.: I saw, loved, maddened. Praeivit Homerus, Iliad. XIV, 294: ὡς δ' ἴδεν ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν, ubi apte Faesius

δειλαίας· το δὲ κάλλος ἐτάκετο, κοὔτε τι πομπᾶς
τήνας ἐφρασάμαν, οὐδ᾽ ὡς πάλιν οἴκαδ᾽ ἀπῆνθον
ἔγνων· ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξεν,

comparat etiam Iliad. XX, 424 *ὡς εἶδ᾽ ὡς ἀνέπαλτο.* Ad celeritatem qua res sese exceperunt significandam signa interpunctionis omisi. Obscura est disputatio Hartungii p. 364, qui accentu in secundo et tertio voc. *ὡς* posito scripsit *χὤς ἴδον, ὧς ἐμ.* (Bekkerus Iliad. l. l. *ὡς — ὧς*). Sententiam repetit Theocritus III, 42. Imitationes habentur plurimae. Bion. id. I, 40—41. Mosch. id. II, 74: *ἦ γὰρ δὴ Κρονίδης ὧς μιν φράσαθ᾽ ὥς ἐόλητο θυμὸν κτλ.* Verg. Ecl. VIII, 41: ut vidi ut perii ut me malus abstulit error. Non recte ibi Servius: ,,unum (perii) est temporis, aliud qualitatis.'' Nec probanda ratio Ribbeckii, qui signa exclamationis (ut vidi, ut perii! . . . error!) posuit. Ovid. Her. XIII, 89: ut vidi ut gemui. Ibid. XVI, 133: ut vidi, obstupui. Metam. V, 395: paene simul visa est dilectaque raptaque Diti. Ovid. Her. XII, 33: et vidi et perii nec notis ignibus arsi. Eodem redeunt illa: Aeneid. XI, 864 audiit haec Aruns haesitque in corpore ferrum. Cf. Wagner. quaestt. Verg. XXXV, 6. De sede repetitis vocabulis *ὡς* in hoc versu assignata cf. adn. ad I, 115 p. 54. Racini versum comparat Didot p. 428: ,,*je* le vis, *je* rougis, *je* pâlis à sa vue. — *μ ε ν*] Ita scribendum esse docet comparatio et versus 88 *μευ χρὼς κτλ.* — et eorum versuum, quos supra p. 90 adn. ad II, 55 indicavimus. Genetivus est in codd. D. M. Y. et edd. Med. Ald., quas sequuntur Call. Steph. Mein. I. II. III. Pal. al. Dativum *μοι* (codd. k. cet. Ahr. p. 20. ed. Iunt. Brunck. Am. Ziegl. Ahr. I. II. Hart.) a me in proecdosi defensum pluribus vindicare studuit Ameisius in Zimmermanni annal. *gymn.* 1842 p. 204. — *π έ ρ ι*] Equidem *πέρι* scripsi. Fecit idem Pal. Cf. Odyss. II, 116. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 68, 33, 2. Mein. et alii dant *περὶ* —. Ahr. I. II. e coni. Chr. Fr. Graefii, *epist. crit. in buc. Gr.* (Petrop. 1815, 4) p. 12, quam Taylorus quoque apud Briggs. p. 21 cepit, scripsit *πυρὶ* —. Vide Philol. VII p. 423. — *ἰ ά φ θ η*] *prorsus laesus est animus meus, perculsus, concussus.* Eur. Med. 8 *Μήδεια ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ᾽ Ἰάσονος.* Sapph. II, 5 *τό μοι μὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.* De verbo *ἰάπτειν* cf. Theocr. III, 17. Odyss. II, 376 vel IV, 749. Mosch. IV, 39 *πολλοῖσιν ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ* et Mosch. IV, 1 *τίφθ᾽ ὧδε φίλον κατὰ θ υ μ ὸ ν ἰ ά π τ ε ι ς,* ubi agnoscis aemulum. Apoll. Rhod. II, 875.

83. *κ ά λ λ ο ς ἐ τ ά κ.*] ,,*abiit color*'' (Ovid. Her. III, 141), *expallui, pulcritudo evanuit.* Ita nunc quoque librorum lectionem explico nec Meinekii p. 207 suspicionibus nec Hartungii coniectura (*ὁ δὲ ξανθὸς ἐτάκετο*) in aliam sententiam deductus. Aptissime Ren. comparavit Hor. Epod. XVII, 21—22 *fugit iuventas et verecundus color reliquit ossa pelle* (Theocr. II, 90 *ὄστια — δέρμα*) *amicta lurida.* Quae comparatio docet non recte Hauptium in versu Horatiano *ora* pro *ossa* de Bentl. coni. scripsisse. Cf. Arnold. *stud. Gr. Hor.* p. 19.

85. *κ α π. ν ό σ ο ς*] Ad simile argumentum pertinere videtur fragm. Sophr. 36, de quo dixi *de poet. buc.* p. 15: *πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μύελον σκιρωθῆμεν.* — *ἐ ξ α λ ά π α ξ ε ν*] ,,*confecit me morbus*'' (Cic. pr. Mur. XL, 86). Verg. Georg. III, 458 huius loci memor: atque artus *depascitur arida* (*καπυρά*) febris. ,,Homericum verbum [Iliad. V, 642 al.], quod saepe de urbibus quae diripiuntur

κεῖμαν δ' ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα καὶ δέκα νύκτας.
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ,
ἔρρευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες, αὐτὰ δὲ λοιπά
ὄστι' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα. καὶ ἐς τίνος οὐκ ἐπέρασα

et vacuefiunt adhibetur [itemque de muris ac navibus Iliad. XIII, 813. XX, 30 dicitur], insolens visum ad formam humanam [vel potius corpus humanum] translatum. Sed quidni morbus acutus hominem extenuans atque conficiens apte dicatur *ἐξαλαπάζειν*? Haud male mihi videor comparare Sen Hipp. 279: labitur totus furor in medullas igne furtivo *populante* venas.'' Hactenus Wuestem. Non apte comparat idem locum Agathiae in Anth. Pal. V, 294, 19: *οὔπω δ' ἐξαλάπαξα φίλης πύργωμα κορείης.* Tu cf. Soph. Trach. 1104 *τυφλῆς ὑπ' ἄτης ἐκπεπόρθημαι τάλας*, ibique Schneidew. Vide et Saupp. ad Plat. Prot. p. 340, B. Anth. Plan. IV, 103 *τίς δέ σ' ἔπερσεν;* His defenditur lectio codd. M. Y. *ἐξαλάπαξεν* (*ἐξαλάπαξε* codd. reliqui et edd. prr. praebent, ut Call. et reliqui superiores, postremo etiam Mein. I. Boiss. I. Hick.) retenta a Kiessl. Boiss. II. Ahr. I. Mein. II. Am. Ziegl., pro qua lectionem var. schol. *ἐξάλλαξε* (Ahr. schol. p. 115 et p. 485) probatam Heinsio, Toupio, Graefio, Ahrensio (Phil. VII p. 424) receperunt Ahr. II. Mein. III. Hart.

86. *δέκ' ἄματα κτλ.*] Cf. adn. III, 9. — Odyss. IX, 74. Ovid. Met. VII, 234 sqq. Tibull. III, 5, 28. Ev. Matth. XII, 40. Genes. VII, 12.

88. *πολλάκι*] *saepe*, non *prorsus* vel *omnino*, ut explicat Pal. sequens opinionem Vossii, *not.* p. 15, Kiesslingii et Wordsworthii, qui minime comparare debuit huius idyllii v. 110 *πάντοθεν*. Subito enim mutatus color puellae fingitur. Eodem prorsus modo Catullus LXIV, 100: ,,quanto *saepe* magis fulgore expalluit *auri*'', qui color fere etiam thapsi est. Huc pertinebat locus Apollonii Rhod., III, 297, ubi de Medea hoc dicitur: *ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο.* Graefius l. l. p. 13 coniecerat *πελλάδι*. — *θάψῳ*] colore ,,luteo'' (Tibull. I, 8, 52). Vide proecdosin et quae disputat I. B. du Molin, *flore poét. anc.* (Par. 1856) p. 303. Calpurn. IX, 40 pallidior buxo violaeque simillimus erro. Orell. ad Hor. Od. III, 10, 14 (nec tinctus viola pallor amantium). Pal. comparat Prop. I, 1, 22. Arist. Vesp. 1413 (1412) *γυνὴ θαψίνη.*

89. *ἔρρευν*] Hesiod. frgm. 27 *ἄλφος γὰρ χρόα πάντα κατέσχεν, ταὶ* [ita legendum pro *ἐν*] *δέ νυ χαῖται ἔρρεον ἐκ κεφαλέων, ψίλωτο δὲ καλὰ κάρηνα.* Ovid. Met. VI, 140 extemplo tristi medicamine tactae *defluxere comae.*

89—90. *αὐτὰ — δέρμα*] Simillima sunt verba Callimachi, Cerer. 93, a WORDSW. collata: *ἐτάκετο μέσφ' ἐνὶ πλευραῖς δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν.* Sophron apud Etym. M. p. 737: *τί γάρ; σύφαρ ἀντ' ἀνδρός*, quod grammaticus explicat *δέρμα ψιλόν.* De imitatione Horatiana dixi ad v. 83. Ovid. Trist. IV, 6, 42 vix habeo tenuem quae tegat ossa cutem. Plaut. Capt. 67 ossa atque pellis sum miser aegritudine. Porschb. contulit Thren. IV, 8.

90. *ἐς τίνος κτλ.*] *καὶ εἰς τίνος γραίας δόμον οὐκ ἐπῆλθον, ἥτις ἐπῳδαῖς ἠπίστατο χρῆσθαι, ὡς ἐξ ἐκείνης παραμυθίαν εὑρεῖν προσδοκῶσα.* Ita

ἢ ποίας ἔλιπον γραίας δόμον, ἅτις ἐπᾷδεν;
ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν· ὁ δὲ χρόνος ἄνετο φεύγων.
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
χοὔτω τᾷ δούλᾳ τὸν ἀλαθέα μῦθον ἔλεξα·
„εἶ' ἄγε Θεστυλί μοι χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχος.

recte Schol., nec **τίνος** masculino genere dictum (*e dove non andai?* Piln.) satis defendas Horatiano illo, Od. I, 27, 21: quae *saga* (*γραία*, v. 91), *quis* te solvere Thessalis *magus* venenis, quis poterit deus? — **οὐκ ἐπέρασα;**] hoc est *penetravi ad omnes*. Cf. e. gr. Cic. pro Mil. VII, 16 quis tum *non* ingemuit? Ovid. Cons. ad Liv. 131—132 quae *non* ego numina cultu, quos ego *non* potui demeruisse deos? Stat. Silv. I, 2, 173 carmina qui iuvenes, quae *non* didicere puellae? De usu verbi *περᾶν* cf. Eur. Or. 1572 *μὴ δόμων εἴσω περᾶν*. Oppian. Cyneg. I, 512.

90—91. **τίνος — ἢ ποίας**] Cf. Eurip. Rhes. 401 sqq. *τίς γάρ σε κῆρυξ ἢ γερουσία Φρυγῶν ἐλθοῦσ' ἀμύνειν οὐκ ἐπέσκηψεν πόλει; ποίων δὲ δώρων κόσμον οὐκ ἐπέμψαμεν;* Eur. Phoen. 878 *ἁγὼ τί οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου;* Boeckh. ad Soph. Ant. p. 208.

91. **ἐπᾷδεν**] quae morbo „incantamentis anilibus" mederetur. Cf. Odyss. XIX, 457 *ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον* et quos laudat in app. ad h. l. Ameisius p. 164. Verg. Aen. VII, 757.

92. **οὐδὲν ἐλ.**] *sed non erat res levis, non erat malum illud leve,* non *tale,* cuius faciliter medicina inveniri posset. Cf. Theocr. XXII, 212 et V, 21 *οὐδὲν ἱερόν*. Possis etiam ita explicare: *nihil*, nullo modo, *leve fiebat*, *tolerabile*, *ferendum*, quasi vernacule dicas: *es wurde nicht gut*, quemadmodum Cicero scribit, de Fin. I, 12, 41: „nulla spe proposita fore *levius* aliquando", vel Tusc. I, 35: „Pompeio *melius* est factum". Tibullus II, 6, 19: „credula vitam spes alit et fere cras semper erit *melius*", itemque Theocritus IV, 41 *τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον*. Sed ubique habes comparativum, non positivum, sicuti etiam Ev. Ioann. IV, 52 *ἐπύθετο τὴν ὥραν, ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε*. Quae res adeo movit Meinekium ut in ed. III. e coni. scriberet *ἔλασσον* pro *ἐλαφρόν*. Quare tuenda explicatio prior, reiicienda vero illa, quam post Kiessl. Am. alios in proecdosi defendere studui: „sed nullum erat lenimen". Hartungio inauspicato *ἔλαφος* vel *ἔληφος* in mentem venit. — **ὁ δὲ χρ. κτλ.**] „le temps fuyait sans guérir ma langueur". Did. Cf. Hor. Od. II, 14; 1. Idem versus est exitus infra v. 152. Pro *ἄνυτο*, quod exhibent codd. et edd. prr., nunc *ἄνετο* scribo ex emendatione Meinekii. Cf. Theocr. VII, 10.

94. **χοὔτω**] *atque quum haec ita se haberent.* Vide Theocr. VII, 90 coll. XXII, 212. Hand. Turs. III p. 487. Fabr. ad Sall. or. Lic. 25 *itaque* verborum satis dictum est. — **τὸν ἀλαθ. λόγον**] *verum, rem uti erat.* Pind. Ol. I, 28 *μῦθοι ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις*. De re Ringw. belle confert Verg. Aen. IV, 8 sqq. Vide adn. ad v. 96.

95. **εἶ' ἄγε**] Ita post Vins. et Div. („*eia age*"), Wintert. Briggs. Ahr. I. II. Hart. Mein. III. scripsi e codd. p. C. Lips. bibl. Sen. *sec.* schol. pro *εἰ δ' ἄγε*, quod habent reliqui codd., edd. prr. Call I. II. Am. Ziegl. cett. Ut facerem movit me maxime Theocr. V, 78. Vide

πᾶσαν ἔχει με τάλαιναν ὁ Μύνδιος· ἀλλὰ μολοῖσα
τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν·
τηνεῖ γὰρ φοιτῇ, τηνεῖ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι.“
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
„κἤπεί κά νιν ἐόντα μάθῃς μόνον, ἄσυχα νεῦσον,
κεῖφ᾽ ὅτι Σιμαίθα τυ καλεῖ, καὶ ὑφαγέο τᾷδε.“
ὣς ἐφάμαν. ἁ δ᾽ ἦνθε καὶ ἄγαγε τὸν λιπαρόχρων
εἰς ἐμὰ δώματα Δέλφιν. ἐγὼ δέ νιν ὡς ἐνόησα
ἄρτι θύρας ὑπὲρ οὐδὸν ἀμειβόμενον ποδὶ κούφῳ —
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα —

et Ahr., Philol. VII p. 424. Altera lectio *εἰ δ᾽ ἄγε* propter usum Homericum (Odyss. II, 178 al.) videtur esse illata.

96. *ἔχει*] *ἥττημαι διόλου τοῦ Μυνδίου* (cf. v. 29), *πάντα τὸν λογισμὸν εἰς αὐτὸν ἔχω τετραμμένον.* Schol. Verg. Aen. IV, 22: solus hic *inflexit sensus.*

97. *ποτὶ τὰν κτλ.*] Repetitur de industria versus idyllii octavus.

98. *ἁδὺ*] Cf. XI, 62. Xen. Cyrop. III, 2, 13 *ἡδύ μοι φείδεσθαι τῶν ὑμετέρων.* — *καθῆσθαι*] *versari*, non „desidere ut requiescat a labore“, quod Wuest. explicandi causa adiicit. Cf. Corn. Nep. praef. „neque sedet (mater familias) nisi in interiore parte aedium.“

100. *κἤπεί κά κτλ.*] Conformanda et leviter emendanda est adnotatio Fr. Iacobsii his verbis concepta: „Delphidem ad se invitat. Hoc, ut alia nonnulla in hoc idyllio, Simaetham significat non ex plebe fuisse mulierem, sed paullo nobiliorem [quasi vero prostibula non maxime tales corrumpendorum iuvenum artes calleant]. Et vides quanta Delphis verecundia eam conveniat.“ Posterius vere scriptum: vide v. 114 sqq.

101. *ὅτι*] Prodit hic particulae usus ab Homero alienus poetam Alexandrinum Atticorum etiam dicendi consuetudinem sequentem. Cf. Krueger. gr. Gr II, 2 §. 69, 57 adn. Thuc. I, 137, 4 *ἐδήλου δ᾽ ἡ γραφὴ ὅτι Θεμιστοκλῆς ἥκω παρὰ σέ.* — *ὑφαγέο*] *et huc praei ad me*, ut occulte ille sequatur (non *adduc clamculum*, ut Hart. Lec.). Ita cum Hart. scribo e codd. v. 23 *sec.* edd. Med. Ald. (*ὑφάγεο* M. P. ed. Iunt. Call. Steph. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ziegl., quamquam codd. k. cet. (Ahr. p. 21) et schol. cod. Gen. habent *ἀφάγεο* receptum ab Am., *ἀφαγέο* correctum ab Ahr. I. II.

102. *λιπαρόχρων*] Cf. adnot. ad v. 79. Hor. Od. III, 12, 6 Liparaei *nitor* Hebri. Ibid. II, 12, 19. Alia est ratio Hor. Od. III, 24, 20.

104. *ὑπὲρ οὐδὸν ἀμ.*] Non debebat Wuestemannus provocare ad verba scholiastae: *ἀμειβόμενον ἀντὶ τοῦ ἀμείβοντα. ἀμείβω γὰρ τὸ διέρχομαι. καὶ Ὅμηρος „γήραος ὑπὲρ οὐδὸν ἀμείψας“.* Haec enim nusquam apud Homerum leguntur, sed tantum horum similia, Odyss. XV, 246 *οὐδ᾽ ἵκετο γήραος οὐδόν*, ibid. 348 *ἰὼν ἐπὶ γήραος οὐδῷ*, coll. Iliad. XXII, 60. XXIV, 487. Odyss. XXIII, 212. Hymn. in Ven. 106. Medium verbum *ἀμείψασθαι* autem migrandi vel intrandi significationem habet: Odyss. X, 328 *ὅς κε πίῃ καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων*, coll. Iliad. IX, 409. De activo cf. Abicht. ad Herod. V, 72 p. 69. — *κούφῳ*] Iliad. XIII, 158 *κοῦφα ποσὶ προβιβάς.* Soph. Antig. 224 *κοῦφον ἐξάρας πόδα.*

105. *φράζεό μευ κτλ.*] Non esse

πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐν δὲ μετώπῳ
ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις,
οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ᾽ ὅσσον ἐν ὕπνῳ
κνυζεῦνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα·
ἀλλ᾽ ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἴσα.
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
καί μ᾽ ἐσιδὼν ὥστοργος ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πᾶξαι

vituperandam orationem Simaethae interiecto versu intercalari quodammodo impeditam, exposuit Goebbelius *de ephymn.* p. 68. Est enim animus puellae vehementer commotus recordatione eius temporis, quo primum Delphidem ad se venientem vidit, ita quidem ut voce aliquamdiu cohibita et interiecto illo versu φράζεό μευ κτλ. vix tandem trepidans haesitansque exclamet magis quam narret ea quae sequuntur v. 106: πᾶσα μὲν κτλ.

106. πᾶσα] Cf. v. 40. III, 33. Ter. Phorm. V, 9, 5: Plaut. Truc. IV, 1, 7 totus gaudeo. — ἐν δὲ μ.] Ita auctoritate fretus codd. k. p. 9 scripsi pro ἐκ δὲ μετώπω, quod est in reliquis codd. et edd. prr. atque reliquis. Atqui illud ἐν casu illatum sobrii viri negabunt. Nec vero satis praesidii lectioni vulg. est in verbis Leonidae Tar., Anth. Pal. IX, 322, 5 — ἐκ δὲ μετώπου ἱδρὼς πιδύων. Tu cf. Verg. Aen. IX, 812: tum toto *in* corpore sudor liquitur.

107. νοτίαισιν] Callim. in Del. 211 νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔρρεεν ἱδρώς. Horat. Od. III, 3, 56 *pluvii rores.*

108. οὐδέ τι κτλ.] Contulit iam Auber. in ed. Par. Libert. 1627 (1628) ,,maxime in his pertubationibus describendis excellentes'' versus Sapphus, frgm. II, 8 (ἀλλὰ κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε κτλ.), quos Latinos fecit Catullus, LI, 6 sqq.: nam simul te, Lesbia, aspexi, nihil est super mi . ... lingua sed torpet. Verg. Aen. IV, 76 incipit effari mediaque in voce resistit. Ovid. Her. IV, 7 ter tecum conata loqui ter inutilis haesit lingua, ter in primo destitit ore sonus. — οὐδ᾽ ὅσσον] Raro apud Theocritum hoc, quod incipit versum, vocabulum monosyllabum repetitur in extremo pede quarto post caesuram ἑφθημιμερῆ, id quod saepissime fecisse Vergilium (Ecl. I, 22 *sic* canibus catulos similes, *sic* matribus haedos — I, 32. II, 20. IV, 32. IV, 40 al.) reliquosque poetas Romanos ostendi *symb. Theocr.* p. 7 sqq. Theocr. sunt exempla id. VIII, 79. X, 30. XX, 8.

109. κνυζεῦνται φων.] *ne tantum quidem proloqui poteram, quantum ganniunt, vagiunt, balbutiunt infantes matrem alloquentes*, h. e. sive per insomnia revera alloquentes sive insomniis anxii alloqui cupientes quidem, sed tenerrimum tantum sonum edentes invitis paene faucibus. Ita verba scriptoris defendenda sunt adversus mutationem Hartungii φωνεῦντι κνώσσοντα. De verbo κνυζάω vide Theocr. VI, 30, de numero plurali Theocr. IX, 17.

110. ἐπάγην κτλ.] *corpore sed toto rigui ceu cerea pupa.* Vide proecd. Plaut. Truc. IV, 2, 50 torpeo timore. Stat. Achill. I, 158 *figit* gelidus Nereïda pallor. Senec. Oed. III, 583 gelidus in venis stetit haesitque sanguis.

112. καί μ᾽ ἐσιδὼν κτλ.] *atque ille amoris omnis expers sic* cupide, petulanter, libidinose *me intuitus est ut humi oculos* pudoris plena *defigerem.* Vocatur Delphis ἄστοργος (cf. XVII, 43) propter perfidiam postea a puella perspectam.

ἕζετ᾽ ἐπὶ κλιντῆρι καὶ ἑζόμενος φάτο μῦθον·
„ἦ ῥά με Σιμαίθα τόσον ἔφθασας, ὅσσον ἐγώ θην
πρᾶν ποκα τὸν χαρίεντα τρέχων ἔφθασσα Φιλῖνον,
ἐς τὸ τεὸν καλέσασα τόδε στέγος ἤ με παρεῖμεν."
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.

De infinitivo πᾶξαι cf. Theocr. XI, 71. Scripsi autem πᾶξαι e coni. pro πάξας (cod. K. Ahr. I. II.) vel πήξας (codd. rell. et edd. prr. atque recentt.). Nam illud ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας, quod nemo interpres apte ad persuadendum explicare potuit, illatum esse ex Homero docent verba scholiastae: ὄμματα πήξας· καὶ Ὅμηρος [Iliad. III, 217] ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πολύμητις ἀναίξειεν Ὀδυσσεύς, στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε, κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας. Vide ADD.

113. ἕζετ᾽ ἐπὶ κλ.] De imperfecto cf. Iliad. I, 246. Plat. Phaed. p. 116 B. — καὶ ἑζόμενος] Repetitur participium verbi praegressi ut in versu simillimo, Theocr. XI, 63 ἐξένθοις . . . καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο. Cf. Plat. Phaed. p. 114, A. καλοῦσι. καλέσαντες δὲ —. Soph. Oed. R. 1191 δοκεῖν καὶ δόξαντα, ubi vide Schneidew. Persaepe Livius, nam Cicero similis significationis verbum superiori addere solet (e. gr. pro Rosc. Am. XI, 32 patrem *iugulastis*, *occisum* in proscriptorum numerum retulistis), hoc pacto loquitur, e. gr. I, 5: latrones Remum *cepisse, captum* regi Amulio tradidisse (vide exempla apud Fabr. ad Liv. XXIV, 1, 8): saepissime, ut omittam alios, Ovidius, e. gr. in versu versui Theocriteo simillimo, Met. VII, 168, *deme* meis annis *et demptos* adde parenti, coll. Met. VI, 598. I, 33. VI, 464. VI, 656. VII, 93—94. Nam observanda est etiam particula καὶ a Theocrito post versus caesuram praemissa vocabulo e principio versus iterando, quod idem factum post caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον et Iliad. IX, 542 αὐτῇσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων et praeter Theocr. XI, 63 etiam Theocr. V, 60. XXIV, 9. XV, 82. XVII, 1. XX, 36 [XXVI, 30], idem post caesuram πενθημιμερῆ Theocr. I, 65. II, 43. Vide *symb. Theocr.* p. 15 sqq. Eadem versus est conformatio Verg. Ecl. V, 35: *ipsa* Pales agros, *atque ipse* reliquit Apollo.

114. ἦ ῥα] *profecto*. Cf. e. gr. Iliad. XVI, 750. — Theocr. III, 15. XXV, 40. — θην] *videlicet*. Haec particula significat hoc loco rem talem, quam qui loquitur omnibus sumit esse notam. Cf. Theocr. XIV, 43. XV, 62. XV, 15. VII, 83. Abest ab his locis ironia (cf. adn. ad I, 97 p. 47), quemadmodum e. gr. Odyss. III, 352, id quod dico propter Stadelmann. adn. ad Iliad. II, 276 aliosque. Circumspectior his Krueger. gr. Gr. II, 2 § 69, 38.

115. πρᾶν ποκα] *nuper quondam*, nescio quo die (neulich einmal, some *time* ago.). Cf. Theocr. V, 81. — τὸν χαρίεντα] Cf. Theocr. IV, 38. — Φιλῖνον]. „Idem fortasse innuitur, qui memoratur Theocr. VII, 105. 118." Pal. Talia contendere nobis non licet, nisi etiam scire volumus ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ᾽ Ἥρην (Theocr. XV, 64).

116. στέγος] quum me sub tua *tecta* (Cic. III. Cat. XII, 69) vocaris. Non uti Homerum hoc vocabulo, quod habes e. gr. Soph. Ai. 307 et e coni. scriptum est apud Quint. Smyrn. VIII, 43, observavit Koechl. ad Quint. Sm. p. LV. — ἤ με παρ.] De particula ἤ vide proecdosin p. 61. Xen. Cyrop. I, 6, 39.

„ἦνθον γὰρ κἠγών, ναὶ τὸν γλυκὺν ἦνθον Ἔρωτα,
ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτός,
μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,

118. ἦνθον γὰρ κἠγών] h. e. καὶ ἐγὼ (cf. V, 96 al.) ἦλθον, non ἦλθον ἂν (κα) ἐγώ, ut vult Pal. *Ego quoque,* inquit, *venissem,* h. e. ipse, mea sponte, huc venissem, etiam si tu me non invitavisses. Cf. adn. ad v. 124. Ahrensio quidem, qui in ed. I. lectionem codd. optimorum et edd. prr. servaverat, in ed. II. autem ἦνθον γάρ κεν ἐγών, id quod Hart. quoque recepit, e coni. scripsit, de hoc loco in Philol. VII p. 425 disputanti Theocritus in carminibus „Δωρικωτέροις" non ita particulum ἂν vel κε vel κα omisisse videtur. Neglexit vir doctissimus versum huius idyllii 124, ubi ipse ἦς edidit, et obtrectator verius poetae quam vitiorum corrector v. 126 librorum scripturam εὗδόν τ', εἴ κε vel εὗδον δ', εἴ κε — mutavit, denique v. 128 particulam κα temere intulit. At est h. l. ἦνθον γὰρ κἠγών codd. k. p. cet. (Ahr. p. 22) testatum et similibus reliquorum codd. et edd. prr. lectionibus ἦνθον γὰρ κἠγώ vel κἀγώ (Ahr. p. 22) ex parte fundatum. Praeterea, ut sensit etiam Ringw. p. 121, apte dicitur κἠγών per brevitatem quandam comparationis hoc pacto dilatandae: ,,ut tu me ad tuam domum vocando amorem tuum declaravisti, ita *ego quoque* declarassem animum meum et ad te venissem.'' Eodem modo positum est καὶ Theocr. V, 55 αἰ δέ κε καὶ τὺ μόλῃς: ,,si tu quoque ita hic versabere, huc scilicet aggressus, ut ego hic versor''. Eadem est ratio Theocr. VII, 91 et VI, 25. Soph. Phil. 192 εἴπερ κἀγώ τι φρενῶ, ,,si, ut alii sapiunt, ita *ego quoque* sapio'', ut recte explicat Schneidewinus, qui plura eius generis collegit ad Soph. Oed. R. 1110. Cfr. *I. Kvičala*, Eph. gymn. Austr. XIII, 1862 p. 411. Liv. XXII, 7, 5 ,,Hannibal segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum quum sepeliri iussisset, Flaminii *quoque* corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non invenit'', h. e. ut reliqua corpora tolli ad sepeliendum iusserat, ita Flaminii *quoque* corpus tolli (inquiri) ad sepeliendum iusserat. Liv. XXIII, 21, 6 et Romae *quoque* propter penuriam argenti triumviri mensarii rogatione M. Minucii tribuni pl. facti, ubi vide adn. Fabr. Ovid. Amor. II, 7, 9.

119. ἢ τρίτος κτλ.] *venissem binos ducens ternosve sodales.* Schol. explicat ἢ μετὰ δύο ἄλλους ἢ μετὰ τρεῖς ἑταίρους. Exemplis in proecdosi p. 61 allatis adde Odyss. IX, 335 τέσσαρες, αὐτὰρ ἐγὼ πέμπτος μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην. Odyss. IX, 89. Iliad. II, 565 τοῖσι δ' ἅμ' (cum Diomede et Sthenelo) Εὐρύαλος τρίτατος κίε, ἰσόθεος φώς. Stat. Silv. 1, 4, 20 Aonias decima cum Pallade divas. Thuc. I, 46, 2 Κορινθίων (στρατηγὸς ἦν) Ξενοκλείδης πέμπτος αὐτός, ubi vide Classen. Thuc. II, 79. Lessingius noster (*Nathan*): ,,selbstzwanziger gefangen''. — αὐτίκα ν.] *ipsa nocte ingruente*, immediately at nightfall, at the first approach of night (non ,,cette nuit même'', Gail.). Comparat Ringw. Theocr. XI, 40 et XXIV, 38 νυκτὸς ἀωρί, nocte intempesta. Cf. et Xen. Hell. II, 1, 23 τῆς ἡμέρας ὀψὲ ἦν. Luc. Enc. Dem. 14 ὀψὲ τῆς ἡλικίας.

120. μᾶλα κτλ.] μᾶλα ἔχων ἐν κόλποις τὰ ἐράσμια καὶ ἔρωτος ποιητικά. λέγοι δ' ἂν τοῦτο καθὸ τὰ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδόμενα τῷ Ἱππομένει [Theocr. III, 41] μῆλα ἐκ τοῦ Διονύσου ἦν στεφάνου, καὶ ταῦτα δὲ εἰς τὸν ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὥς φησι Φιλητᾶς· τά οἵ ποτε Κύ-

κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος,
πάντοθε πορφυρέαισι περὶ ζώστραισιν ἑλικτάν."
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
„καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, τὰ δ' ἦς φίλα· καὶ γὰρ ἐλαφρός

πρις ἑλοῖσα μῆλα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων. Ita quidem schol. vet. (nam nihil dicit schol. rec. Διονύσου, ἴσως ἀπὸ τόπου τινὸς ἀφιερωμένου τῷ Διονύσῳ), sed vide proecdosin p. 61 et Verg. Georg. III, 2 (nunc te, Bacche, canam) ibique Heyn. atque Theocr. III, 10.

121. κρατὶ δ' ἔχων] Cf. Theocr. VII, 15—16. XVIII, 2. Iliad. XIV, 376 ἔχει δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ. Odyss. XXIV, 231 αἰγείην κυνέην κεφαλῇ ἔχε. Aesch. Prom. 81 κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει al. — λεύκαν, Ἡρακλ.] Vide proecdosin. Pausan. V, 14, 3. Voss. ad Verg. Ecl. VII, 61. Verg. Aen. VIII, 276 dixerat, Herculea bicolor quum populus umbra velavitque comas foliisque innixa pependit. Georg. II, 66 Herculeae arbos umbrosa coronae. Serv. ad Aen. V, 134. Hor. Od. I, 7, 23. Ovid. Her. IX, 64: aptior Herculeae populus alba comae.

122. περὶ ζ. ἑλ.] Coniungendum esse περιελικτὰν ζώστραισιν docuit Ahrens. Phil. VII p. 426. De tmesi cf. Theocr. II, 54. 56. Schol. Gen. ita scribit: πορφυροῖς λημνίσκοις καὶ ταινίαις περειλημμένον ἔχων τὸν τῆς λεύκης στέφανον. Dedi περὶ ζ. ἑλ. post Ahr. II (πορφυρέῃσι περὶ ζώστρῃσι). In codd. k. p. et ed. Iunt. est περιζώστραισιν, in ed. Ald. et Call. περιζώστρῃσιν non subscripto iota: de ed. Med. Ahr. silet: edd. Steph. Valck. I. II. Mein. I. II. al. habent περιζώστρῃσιν, ed. Ahr. I. Boiss. I. II. Ziegl. Am. πορφυρέαισι περιζώστραισιν. Denique Mein. III. πέρι ζώστραισιν, item Hart.

124. εἰ μέν κ' ἐδ.] *Si me excepissetis*, *hi*, sodales (v. 119) mei, *amicos se praestitissent*, *nihil tumultuassent*: nam iidem, si exclusus fuissem, vi irrumpere parati erant (v. 128). Rationes particulae κε hic cum coniunctione εἰ et imperfecto et v. 126 cum aoristo coniunctae non satis in proecdosi enucleatas ita expedi. Dixerat Delphis v. 118: venissem, etiamsi tu me non vocasses. Id sic dicere poterat: „si tu me *non* vocasses, ipse venissem non vocatus (ἦνθον, v. 118), venientem autem aut exclusissetis (v. 127) aut *recepissetis*, h. e. ἐδέχεσθέ κεν." Iam pro illo ἐδέχεσθε ἄν novam sententiam conditionalem inchoat, sed ita, ut retento illo κεν hoc dicat: εἴ κεν ἐδέχεσθέ με. Cf. et Iliad. XXIII, 526. Ipsa autem particula κε (non κα) et hic et v. 126 adhibita aeque atque epicum ἠιθέοισι v. 125 pertinet ad Veneres orationis Theocriteae vel minimis in rebus conspicuas. Nam tenerum qui se fingit amatorem, idem tenerrima utitur dialecto. Ahrensius, Phil. VII p. 426, coniecerat quidem καί κ', εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, et Mein. III. scripsit καί κ' εἰ μέν μ' ἐδέχεσθε, sed Ahr. ipse etiam in ed. II. intactam reliquit lectionem librorum. Hartungio καί κε μέν, εἴ μ' ἐδέχεσθε scribere libuit. — τὰ δ'] Neutro τὰ significantur amici, „*natio ista*" (Cic. N. D. II, 29. Phaedr. II, 5), quasi dicas vernacule *das Völkchen* (those good fellows). Apte ita comparatur Aesch. Pers. 1 (ibique Blomf.) τάδε μὲν Περσῶν πιστὰ καλεῖται. Theocr. XX, 31. Lepide autem iam adiectiva significatione dicitur φίλα, quum idem vocabulum v. 119 sit substantivum, *amica cohors fuisset vere amica*. Cf. Theocr. XVII, 18. Xen.

καὶ καλὸς πάντεσσι μετ᾽ ἠιθέοισι καλεῦμαι·
εὗδόν τ᾽, εἴ κε μόνον τὸ καλὸν στόμα τεῦς ἐφίλασα·
εἰ δ᾽ ἄλλᾳ μ᾽ ὠθεῖτε καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ,

Cyrop. V, 3, 10 *φίλον τοῦτο τὸ χωρίον τοῖς συμμάχοις καταλιπών*. Recte Ahr. II. scripsit *τὰ δ᾽ ἦς φίλα* ex edd. prr. (*τά δ᾽ ἦς φίλα* Ald. Iunt.) pro *τάδ᾽ ἦς φίλα* (Call. Mein. I. II. III. Hart. Pal. cet.), quod vulgo post Vins. vertunt ,,*id fuisset gratum*'', schol. explicat *ἦν ἂν τοῦτο προσφιλές*, duro sermone Hartungius: nahmet ihr dann mich auf, *war's gut!* denn ich heisse der Hübsche. De particula *δὲ* signo apodoseos vide adn. ad Theocr. I, 11. Sed non debebam receptam in proecdosin meam Ahrensii emendationem *τὰ δ᾽ ἦς φίλα* sic explicare, ut fecit ille vir doctissimus, qui in praef. ed. minoris 1856 p. IV neutro *τὰ φίλα gaudia Veneris* ,,euphemice'' significari'' statuit (cf. Ovid. Her. III, 112 tu quoque iura nulla tibi sine me *gaudia* facta. Tibull. I, 5, 39. II, 1, 12). Ut neutrum *τὰ sodales* interpretemur, movet nos sententia proxima causalis. — *καὶ γὰρ ἐλ.*] *Nihil mihi amici maluissent quam favorem tuum, quoniam omnes pulcherrimum me esse iuvenem fatentur omnesque eiusmodi me amore dignum iudicant. Namque agili et celeri corpore inter omnes iuvenes vocor.* Talis enim significatur voc. *ἐλαφρός*, quod non recte in lex. Pass. ed. V p. 867 et lex. Papii s. v. *ἐλαφρός mitis et clemens* explicatur. Tu cf. Theocr. XII, 6. Iliad. XXIII, 749 *ὅστις ἐλαφρότατος ποσσὶ κραιπνοῖσι πέλοιτο*. Pind. Nem. V, 20 *ἔχω γονάτων ἐλαφρὰν ὁρμάν*. Animi causa commemoro Hartungii versum: ,,heisse der Hüpfende stets bei allen den Altersgenossen''.

125. *ἠιθέοισι*] Semel est praeter h. l. vocabulum a Theocrito usurpatum, XII, 21, in idyllio sermone ionico insigni. Cf. Odyss. VI, 63 al. — *καλεῦμαι*] *dicor, vocor, appellor*, non *sum*, ut quibusdam visum.

126. *εὗδόν τ᾽*] *quievissem*, quod quidem aeque ambigue dicitur atque illud Horatii, Sat. II, 1, 7, ,,nequeo *dormire*'', ich würde geruht haben (I should have been at rest). Gloss. cod. Cant. explicat *ἠγάπων*. Non recte Ren. ,,*desinerem*'': ex parte tantum vere Wunderus ad Soph. Oed. R. 65, Huschkius ad Tibull. I, 1, 48 p. 28 et Wuestemannus ad h. l. explicant ,,*contentus fuissem* vel *quievissem, otiosus* vel *securus fuissem.*'' In partem alteram peccavit Boiss. I. II, ita enarrans: ,,*lectum meum repetivissem: nox enim erat intempesta*''. Ameis. *adn.* p. 17: ,,*laetus osculo tuo domum me contulissem et dormissem*''. Sine causa tragoedias moverunt homines docti. Hermannus ad Eurip. Hec. 650 ed. 1800 et Graefius *epist. crit.* p. 14 coniecerunt *εὗ δ᾽ ἦς, αἴκε μόνον*. Quam receptam a Dahlio coniecturam damnavit postea Hermannus ipse in ed. Eurip. Hec. 1831 p. 80, neque tamen apte *εὗδον* ibi interpretatus est ,,*desinerem, finem facerem*''. Briggsius coni. *εὕδετε δ᾽, αἴκε μόνον*, ,,*et vobis dormire licuisset*''. Ahr. II. *εὗδόν κ᾽, εἴτε μόνον* e coni. dedit. Hartungius *εὗδόν κα, μόνον εἰ.* Equidem *εὗδόν τ᾽, εἴ κε* scribo sequens vestigia codd. k. 6. 9 et edd. pr. (Ald. *εὗδον τείκε*, Iunt. *εὗδον τ᾽ εἶκε*): vulgo, velut in edd. Call. Steph. Heins. Valck. I. II. Gaisf. Am. al., legitur *εὗδον δ᾽, εἶκε*, id quod habent codd. a. cet. (Ahr. p. 22): *εἴ κε* scripserunt Ahr. I. Ziegl. Mein. III. Wuest. al., *αἴ κε* Mein. I. II. Hick. Pal. — Cum exitu versus compara Theocr. XI, 55.

πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας."
φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
„νῦν δὲ χάριν μὲν ἔφαν τᾷ Κύπριδι πρᾶτον ὀφείλειν,
καὶ μετὰ τὰν Κύπριν τύ με δευτέρα ἐκ πυρὸς εἷλεν
ὦ γύναι ἐσκαλέσασα τεὸν ποτὶ τοῦτο μέλαθρον
αὔτως ἡμίφλεκτον. Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίω
πολλάκις Ἡφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει."

128. *καὶ πελ. καὶ*] nec secures nec lampades defuissent, h. e. omnia, quibus ad aedes expugnandas solent uti iuvenes, praesto fuissent. Cf. adn. ad v. 77. Haec dicenda propter Ahrensium, Phil. VII p. 425 duplicatam voculam *καὶ* ineptam esse contendentem et, quod etiam Mein. III et Hart. fecerunt, in ed. II *πάντως κα* e coni. scribentem. De re vide proecdosin.

130. *νῦν δὲ κτλ.*] *nunc vero dixi me Veneri ante omnes gratiam debere. νῦν δὲ* h. e. quum in hoc statu res sint, quum aliter res ceciderit atque ego ipse speraveram. Theocr. XIV, 51. Iliad. II, 82. Naegelsb. ad Iliad. I, 417 *νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος καὶ ὀιζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο*. — *ἔφαν*] Non est persona tertia pluralis numeri (ut e. gr. Odyss. XXI, 404. Iliad. VII, 181) ad amicos, de quibus v. 119 dictum est, referenda, sed potius persona prima haec significans: *dixi apud animum meum.* Non recte Ameis. in ed. interpretatur *affirmo:* similiter Gail., Banks., Eberz. al. Nihil tribuo lectioni var. cod. k. *χάριν ἔφα τᾷ*.

131. *μετὰ κτλ.*] Cf. adn. I, 3 p. 15. — *ἐκ πυρὸς*] „Pectoris aestum" dicit Ovid. Her. XV [XVI], 25. Hebelius noster in ecloga *Hans und Verene: du hesch mi usem Fügfüer g'holt.*

132. *ποτὶ*] Versibus Sophocleis, Antig. 1204—1205, *πρὸς λιθόστρωτον κόρης νυμφεῖον Ἅιδου κοῖλον εἰσεβαίνομεν* defendi posse nunc existimo constructionem verborum *ἐσκαλέσασα ποτὶ* —. Negat Meinek. ed. III p. 471, qui ibi e coniectura *ἐκκαλέσασα* scripsit. In ed. pharm. 1862 e coni. Hartungii edideram *ὧδε γύναι καλέσασα*.

133. *δ' ἄρα*] Sensus harum particularum reconditior perspectus ab Hick. p. 26 (for love *naturally* kindles a flame more burning even than etc.) huc fere redit: ergo, proinde, ut consentaneum est (cf. Klotz. ad Devar. II, 1 p. 160), tuo quoque exemplo testatum illud est, quod saepe dicitur, Amorem *incendia gravissima movere* (Ovid. Art. am. II, 301). Cf. et Theocr. XIV, 58. Iliad. I, 308. 598 al.

133—134. *Λιπαρ. — Ἡφ.*] Vulcanum non dicit ignem, ut e. gr. Hor. Sat. I, 5, 74 vel Iliad. II, 426, utque h. l. interpretantur Kiessl. et Hick., sed numen dei ipsius, haud secus atque v. 133 deum intelligi vult Amorem. Quamquam Mein. III et *ἔρως* scripsit et *ἁφαίστοιο*. Probatur nostra ratio addito adi. *Λιπαραίῳ*. Vide proecdosin p. 62. Callim. hymn. in Dian. 46 sqq. ibique Spanh. Sil. Ital. XIV, 55—56. — Hor. Epod. XVII, 30 sqq. ardeo quantum . . nec Sicana fervida furens in Aetna flamma. Ovid. Her. XV, 12 [p. 159 Merk.] me calor Aetnaeo non minor igne tenet. Ceterum vide superiora p. 71 v. 4 a fin. Scripsi autem nunc *Λιπαραίω* pro *Λιπαραίου* etiam a Mein. III servato (cod. 6 *λιπαροῖο*) e coni. Valck. I. sicuti Brunck. Kiessl. Ahr. I. II.

φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
„σὺν δὲ κακαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο
καὶ νύμφαν ἐσόβησ᾽ ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν
ἀνέρος.“ ὣς ὁ μὲν εἶπεν· ἐγὼ δέ οἱ ἁ ταχυπειθής
χειρὸς ἐφαψαμένα μαλακῶν ἔκλιν᾽ ἐπὶ λέκτρων.
καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα

Ziegl. Am. Cf. adn. ad I, 68 p. 39. Praeterea Ἡφαίστοιο e codd. a. p. 6. 9 recepi. Reliqui editores Ἀφαίστοιο. At vide proecdosin p. 17. — αἶθει] Ovid. Amor. II, 9, 5 ad Cupidinem: cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos?

136. σὺν] Cf. e. gr. Iliad. IV, 161. Soph. Antig. 135 μαινομένᾳ σὺν ὁρμᾷ βακχεύων. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 68, 13, 1—2. — κακαῖς] Hor. Sat. II, 3, 135 ac non ante *malis* dementem actum *Furiis* quam —. Comparat Verg. „*malus error*“ (Eclog. VIII, 41) Gebauer. *adi.* p. 11. De collocatione adiectivi κακός vide quae collegi in proecdosi ad Theocr. XXV, 168 p. 229. — μανίαις] Sic habes pluralem *insanias* apud Cic. pro Mil. VIII, 2, *furores* apud Cic. pro Mil. XII, 32. — παρθένον] Iucundum erit comparare Tibull. II, 1, 75—78.

137. νύμφαν] ἤγουν γυναῖκα ἄνδρα ἔχουσαν. Schol. Cf. Odyss. IV, 743. Iliad. III, 130. Ovid. Her. I, 27 grata ferunt *nymphae* pro salvis dona maritis. — ἐσόβησ᾽] *solet excitare.* Aoristum de re fieri solita eo facilius h. l. poeta adhibere potuit, quod paullo ante in simili sententia adverbio πολλάκι erat usus. Cf. Theocr. XV, 25. XVII, 30. Iliad. IV, 161. Callim. Epigr. XXXI, 4. Mein. De verbo σοβέω, Homero quidem ignoto, cf. Anth. Pal. V, 260, 4 ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον. Ibid. VI, 219 σεσοβημένος οἴστρῳ. Theocr. XIII, 48. Est autem ἐσόβησ᾽ Fr. Iacobsii emendatio verbi ἐφόβησ᾽ in codd. et edd. prr. reperti, recte ab Ahr. I. II. Mein. III. Hart. recepta, quam unice veram esse nunc (vide proecd. p. 63) intelligo. Cf. Ahr. Philol. VII p. 427. Pal. ἐφόβησ᾽ retinuit. — ἔτι — θερμὰ] Meinek. p. 210 coniecerat ἐπιδέμνια θερμὰ λ., Briggsius p. 412 ἔτι δέμνια θερμὰ πνέοισαν. Negaverat autem Meinekius ad sensum quidquam conferre aut suo loco positum esse voc. ἔτι. Idem tamen vir doctissimus p. 471 iure de mutandi necessitate dubitat, ἔτι bene dici intelligens de lecto recenti et adhuc calido, et comparans collocationem vocabuli ἀεί, Theocr. XXII, 77 cum verbo κομόωντες, XVII, 107 cum verbo μογεόντων coniungendi. Tu ne longe abeas, contende huius idyllii v. 159 et Theocr. VIII, 23 ἔτι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγέω. Versus 136—144 omisit Hick., eadem, opinor, de causa, vertere qua versus 93—156 Cunichio verecundum fuit.

138. ἁ ταχυπ.] Cf. Theocr. VII, 38. De articulo dictum est adn. ad v. 72 p. 95.

139. μαλακῶν] Cf. Theocr. XIV, 41. V, 31. Tibull. 1, 2, 19 illa (Venus) docet furtim *molli* descendere lecto. Ibid. v. 56 — in *molli* toro. — ἔκλιν᾽] *reclinavi.* Ita recte Kiessl. Non apte Pal. *traxi, inclinavi eum,* fere ut Hart. „und zog ihn nieder zu bauschigen [!] Pfühlen“ vel Lec. „je le fis coucher sur le lit“. Homerus quidem, Odyss. XVIII, 213, dicit ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι, sed vi intransitiva habes verbum activum e. gr. apud Apoll. Rhod. I, 452 κλίνοντος ὑπὸ ζόφον ἠελίοιο.

140. χρὼς ἐπὶ χρ.] Cf. epigr. Anth.

θερμότερ' ἧς ἢ πρόσθε, καὶ ἐψιθυρίσδομες ἁδύ.
χὤς κά τοι μὴ μακρὰ φίλα θρυλέοιμι Σελάνα,
ἐπράχθη τὰ μέγιστα, καὶ ἐκ πόθον ἄνομες ἄμφω.

V, 128 ad vers. 142 exscribendum. Ovid. Her. II, 58 turpiter hospitium lecto cumulasse iugali poenitet et *lateri* conseruisse *latus*.

141. ἐψιθυρ.] Cf. Theocr. I, 1. XXVII, 67. Ovid. Her. XIX, 19 (XVIII, 19 Merk.) aut ego cum cara de te nutrice susurro. Hor. Od. I, 9, 19 lenesque sub noctem *susurri*. Prop. I, 11, 13 alterius blandos audire *susurros*. Ovid. Art. am. II, 723 amabile *murmur*. Claudian. XIV, 21.

142. χὤς κα κτλ.] *ac ne multa garriam*, „*argutem*" (Prop. 1, 6, 7), scito —. Nam ὡς consilium loquentis significat ut e. gr. Theocr. XV, 92 ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο κτλ. Cf. Arist. Ran. 108—110. Cic. II. Cat. V, 9. Liv. XXI, 18, 8 ibique Fabr. Liv. XXI, 43, 13. De particula ἂν et optativo vide Odyss. VIII, 21. Odyss. XIII, 402 et quae ad hunc versum doctissime collegit Ameis. tom. II p. 157. Neque enim probanda est explicatio Ahrensii, Phil. VII p. 427, his verbis utentis: „und wie ich fürwahr nicht laut ausschwatzen möchte, das Grösste geschah". Idem tamen ad sermonem verecundum illustrandum aptissime contulit Anth. Pal. V, 128 στέρνα περὶ στέρνοις — Ἀντιγόνης, καὶ χρῶτα λαβὼν πρὸς χρῶτα, τὰ λοιπὰ σιγῶ, μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος ἐπεγράφετο. Anth. Pal. V, 252, 5 τἄλλα δὲ σιγῇ κρυπτέον· ἐχθαίρω τὴν ἀθυροστομίην. *Μακρά multa verba* interpretare coll. Soph. Antig. 446 εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ συντόμως. Exhibui versum ita ut scriptus est in codd. et edd. prr. (nisi quod χὤς κε habet cod. 6, χώς καὶ s., ὥς κα k. 23, θρυλλέοιμι p., φιλαθρυ λέγοιμι 23 pr.), item in ed. Call. Steph. ceteris usque ad Kiessl. Geel. Mein. I. Wuest. Hermannus Soph. ed. Schaef. 1810 p. XIII θρυλέωμι coniecit, idem καὶ pro κα commendavit: utrumque Ziegl. et Am. ediderunt. Contra χὤς κα — θρυλλέοιμι Gaisf. Boiss. I. II. scripserunt, Meinekius vero in ed. II, Ahr. I. et Pal. χὤς κα — θρυλέωμι. Ahrensius Phil. l. l. mallet χὤ κα i. e. καὶ ὃ κα. Hartung. coni. πῶς κά τοι — θρυλέοιμι. Ego in ed. pharm. 1862 πῶς κά τοι — θρυλέοιμι —; id quod nunc reiicio. Mein. III. χὤς καί τοι — θρυλέω τι, *atque ut submissa voce* (μὴ μακρὰ) *tibi aliquid in aurem insusurrem*. Sed hoc quoque „submissa voce" tradamus oblivioni.

143. ἐπρ. κτλ.] Ovid. Am. I, 5, 23—25 „singula quid referam?" — „cetera quis nescit?". — ἐκ π. ἄνομες] Haec est emendatio Th. Bergkii amicissime mecum communicata: cf. Th. VII, 10. Codd. et edd. prr. subministrant ἐς πόθον ἤνθομες (ἤνθομεν cod. 6, ἤλθομεν cod. p., ἤλθομες ed. Med.), atque ita ad hunc diem editum est. Legit idem iam Nic. Eugen., qui his verbis imitatur Theocritum, III, 284: ἔργον δ' οὖν τετέλεστο καὶ ἐς πόθον ἤλυθον ἄμφω. Imitatio etiam videatur esse Xenoph. Ephes. p. 338, 20 Herch. ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, ἀνίσταντο . . ἀπολαύσαντες ὧν ἐπεθύμησαν. Sed multum re deliberata, vulgatae me lectionis patrocinium non debuisse suspicere in proecdosi p. 63, intelligo. Afferam tamen quaedam, quae uni alterive non ingrata fore existimo. Illud ἐς πόθον ἤνθομεν „*voti uterque potiti sumus*" interpretatur Vins. Similiter sane Ovid. Art. am. I, 671 quantum defuerat *pleno* post oscula *voto*. Possis etiam πόθον explicare ad similitudinem Theocr. XVIII, 55. Verbo ἤνθο-

κοὔτε τι τῆνος ἐμὶν ἐπεμέμψατο μέσφα τό γ' ἐχθές,
οὔτ' ἐγὼ αὖ τήνῳ. ἀλλ' ἦνθέ μοι — — — — 145
— — — — — — — —, ἅ τε Φιλίστας
μάτηρ, τᾶς Σαμίας αὐλητρίδος, ἅ τε Μελιξοῦς, 146

μεν similia sunt e. gr. illa: Batrachom. 227 ἐς φόβον ἦλθεν. Eur. Ion. 1227 παίδων ἐλθοῦσ' εἰς ἔρον. Ion. 1180 ὡς ἔλθωσ' ἐς ἡδονάς. Eur. Phoen. 194 πόθου εἰς τέρψιν ἦλθες ὧν ἔχρῃζες εἰσιδεῖν. Odyss. XXIII, 296 λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο, quem finem Odysseae quidam statuerunt. Cf. et Schneidew. ad Soph. Electr. 492. At sunt haec omnia futilia, nec meliores coniecturae Hauptii ἐς κόπον, vel Hemsterhusii ἐς κόρον ἤνθομες. Vindicare studet posteriorem Mein. p. 472.

144. ἐπεμέμψατο] Prop. I, 4, 28 nec quidquam ex illa quod querar inveniam. Cf. et Calpurn. III, 35 Mopso iurgetur anhelo. — μέσφα τό γ' ἐχθ.] ,,usque ad hesternam lucem''. Cf. Theocr. XIII, 4 τὸ αὔριον. Accusativum recte dici ostendit Ahrensius, Philol. VII p. 427, qui e cod. E. τό γ' recepit in ed. II pro τοι (Ahr. I. Mein. I. II. III. vulg. edd. prr. codd. p. al.) vel τό γ' (codd. k. w.), τύ τ' (cod. 23), το ἐχθές (cod. 6). Hartungius μέσφα περ audacter sane coniecit.

145. αὖ] *vicissim.* Cf. Theocr. VIII, 71.

145—146] Legitur in libris tanquam versus integer ἀλλ' ἦνθέ μοι (ὄντε μοι cod. p.[1], ἦλθε μοι cod. 23) ἅ τε Φιλίστας (φιλήστας cod. p., φιλήστρας cod. D. *sup. rec.*) μάτηρ κτλ. Ego extrema verba versus superioris et initium versus alterius excidisse atque a manu poetae tale quid profectum esse existimo: ἀλλ' ἦνθέ μοι ἁσυχᾷ οὕτως ἀγγελία γραίας ἐκ Βακχίδος, ἅ τε Φιλίστας μάτηρ, τᾶς Σαμίας αὐλητρίδος, ἅ τε Μελιξοῦς, *venit mihi clamculum* (Theocr. XIV, 27) *nuntius per anum Bacchidem* (fingere, quum halucinamur, hoc nomen liceat), *quae est mater Philistae quaeque est mater Melixûs.* Excidisse talem sententiam sensit interpres bonus Fawkesius his usus verbis: ,,till yester morning — I heard, alas! the cause of all my pain. Philista's mother told me cet.'' Verba illa ἅ τε Φιλίστας μάτηρ — ἅ τε Μελιξοῦς contra regulas grammaticas sic solent interpretari homines docti: ,,venit ad me mater Philistae et Melixûs''. Id Graece dicendum erat μάτηρ τᾶς τε Φιλίστας τᾶς τε Μελιξοῦς. Nunc quod legitur ἅ τε Φιλίστας μάτηρ ἅ τε Μελιξοῦς duas matres diversas, alteram Philistae, alteram Melixûs significat. At id ab hoc loco alienum: nam una de vetula agi docet versus 154. Nisi forte v. 149 e cod. 23 κεῖνόν τ' ἄλλα τε — (κεῖνάν) legere velis, cui repugnat v. 154. In ed. pharm. 1862 e coni. scripseram ἀλλ' ἦνθέ μοι αὔτε Φιλίστας μάτηρ τᾶς ἁμᾶς αὐλιστρίδος (vide adn. ad v. 146) ὧδε Μελιξώ coll. Theocr. V, 62. Valck. in epist. ad Roev. p. LI coniecit ἄγε φιλίστας — ἄγε Μελιξοῦς. Hinc adeo Brunckius addito vitio metrico ἦνθ' ἐμὶν ἅ τε φιλίστας — in textum recepit, quem interpres sequitur Bindemannus. Dahlius ἦνθ' ἐμὶν ἅ γε Φιλίστας — ἄγε Μελιξοῦς. Briggsius coniecit ἅ γε Φιλίστα — ἅ τε Μελιξοῦς, id quod ipse sic explicat: ἃ μάτηρ ἐστὶ τᾶς ἁμᾶς αὐλητρίδος Μελιξοῦς τε. Non felicior Dietericus Fabricius p. 15 coniecit ἅδε Φιλίστα — ἄγε Μελιξοῦς.

146. τᾶς Σαμίας] Ita emendavit Lobeckius, parall. p. 229, quo ducit etiam l. var. codicis 9 τῆς ἀκμᾶς. In codd. plerisque (k. cet. Ahr. p. 23) est τᾶς ἐμᾶς, in edd. prr. et in codd. Butler.

σάμερον, ἁνίκα πέρ τε ποτ' ὠρανὸν ἔτραχον ἵπποι
Ἀῶ τὰν ῥοδόπαχυν ἀπ' Ὠκεανοῖο φέροισαι.
[κ]εῖπέ μοι ἄλλα τε πολλὰ καὶ ὡς αρα Δέλφις ἐραστάς.

Harl. Cant., τᾶς γε ἐμᾶς, hiatu non ferendo, vulgato tamen in edd. Call. Steph. Heins. Valck. I. II. Gaisf. Wordsw. al. Denique codd. s. et M. habent τᾶς ἁμᾶς, id quod receperunt Boiss. II. Mein. I. II. III. Am. Ziegl. Ahr. II. Hart. Pal. Hoc Ameisius praef. p. VIII explicat: ,,tibicinae, quae nobiscum in eodem loco habitat". Cf. eundem in *adn.* p. 17 de h. l. disputantem. Similiter Kiessl. Boiss. I, Wuest. scripserunt τᾶς γ' ἁμᾶς. Graefius coni. τᾶς γε νέας. Ahr. I. e coni. scripsit τᾶς ξείνας. — αὐλητρίδος] Cum editoribus superioribus recte Ahr. I. II. retinuit librorum scripturam αὐλητρίδος: cf. proecdos. p. 63. Nam quod scribit Mein. p. 211 cod. Vat. habere αὐλιτρίδος, significans haud dubie cod. Vat. *a* Gaisfordii, id, si verum est, certe non est aptum. Servatum tamen cupit illud Mein. p. 211, quo significetur mulier pecori curando adhibita. Herm. Soph. Schaef. 1810 p. XIII coniecerat αὐλιστρίδος (cf. de *poet. buc.* p. 50), interpretatus de muliere in eadem domo habitante. Recepit hoc Mein. III, sed perinde atque αὐλιτρίδος de ancilla pecora curante intelligens, unde enata rusticitas sermonis Hartungii totum locum sic deformantis: ἀλλ' ἦνθέ μοι ἅ τε Φιλιστᾶς μάτηρ τᾶς ἁμᾶς, αὐλιστρίδος ἅ τε Μελιξοῦς, ,,da kommt mir heute die Mutter meiner Bekannten, Melixo, der *Viehmagd* auf dem Gehöfte". Pariter interpunxit, servato tamen voc. αὐλητρίδος, Adertus, *Théocr.* p. 9. Pal. coniecit ἀλλ' ἦλθέ μοι ἁ Κλεαρίστα (eadem, quae v. 72, commemorata est) vel ἦνθέ μοι ἆδε [sic] Φιλίστα, ἆδε istud pro ὧδε, ἐνθάδε (XXV, 11. 54) positum existimans. Idem τᾶς ὁμόρας αὐλιστρίδος suspicatur fuisse scriptum. Palmerium ἀλετρίδα coniectantem ,,non habuisse ῥῖνα κριτικήν" iam Valcken. ad Roev. l. l. iudicavit.

147. ἁνίκα πέρ τε] Cf. Iliad. X, 7 ὅτε πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας. Briggs. in cur. sec. coni. ἁνίκα περ τὸ ποτ' ὤρανον —. Aliorum opiniones explodendas vide apud Kiessl. p. 99. — ἵπποι] Cfr. Lud. Stephani, *compterendu de la commission impériale archéol. pour l' année* 1860 (Petropol. 1861) p. 47 sqq. Mueller. Archaeol. p. 650. ed. III.

148. τὰν] De articuli collocatione cf. Odyss. VII, 252. Theocr. III, 45. XXV. 27. I. 63. XVI, 44.

149. κεῖπε] Lege εἶπε. Cf. Theocr. XXIII, 3. — ἄρα] Minime otiosa haec particula est, qua indicatur summa earum rationum, quas auditis de Delphide rumoribus puella conclusit, et quae huc denique deducunt: *ergo* amator nescio cuius ille exstitit: *hinc igitur* ille negligens nostri. Cf. e. gr. Odyss. XIII, 209. — ἐραστάς] *amatorem* (Theocr. XXIII, 15) *esse Delphidem*, h. e. agere eum aperte partes amatoris, palam prae se ferre amores suos: vide vers. 153. Schol. apud Adert. II p. 128 ἐραστὴς γέγονεν ἄλλου. Quae verba dixeris explicationem voc. ἐραστάς recepti a me e coniectura mea Briggsiique. Idem sensisse videtur Ameisius in Iahn. annal. XLV, 1845 p. 211. Nam in codd. plerisque (exceptis codd. 7c. 20 *mg.* Lips. Sen., ubi ἐρᾶται, id quod receperunt Brunck. Mein. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. II. Pal. Hart.) et edd. prr. legitur ἔραται, servatum idem in ed. Call. Steph. Valck. I. II. Mein. I. Wuest. Hick. al. Hermannus Soph. Schaef. 1810 p. XIV coniecit ἐρῷ τευ, commendavitque idem

κεἴτε νιν αὖτε γυναικὸς ἔχει πόθος εἴτε καὶ ἀνδρός,
οὐκ ἔφατ᾽ ἀτρεκὲς ἴδμεν, ἀτὰρ τόσον· αἰὲν Ἔρωτος
ἀκράτω ἐπεχεῖτο καὶ ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων,

opusc. VI p. 132. At τεῦ pro τινός nusquam dixit Theocritus.

150. κεἴτε κτλ.] Relabitur puella ad sententiam v. 44.

151. ἀτρεκὲς] Voc. Theocrito ἅπαξ εἰρημένον retinui propter proxima. Cf. e. gr. Iliad. V, 208. *La Roche*, *stud. Hom.* p. 55. Ahr. II. scripsit ἀτρεχὲς (cf. Aug. Iacobs. p. 354) ex uno cod. F. — ἴδμεν] Infinitivus epicus (Iliad. XI, 719, ubi vide Faes.) a Theocrito non est alio loco adhibitus. Cf. Theocr. XXV, 67 ἴδμεναι. Non recte Gail. ἴδμεν personam primam („j' ignore l' objet de sa passion") interpretatur. — ἀτὰρ] non invenies in Theocriteis nisi praeter h. l. in id. XXII, 178. Mosch. II, 69. — αἰὲν κτλ.] ἐν συμποσίῳ τοῦ ἐρωμένου χάριν σκύφον συνεχῶς ἀκράτου ἐπεχεῖτο καὶ τέλος καταλιπὼν τὸ συμπόσιον ᾤχετο λέγων στεφανώσειν αὐτοῦ τὸν οἶκον. Schol. Gen. De interpunctione (τόσον· αἰὲν—) dixerunt Koehler. *not. in Theocr.* (Lubec. 1767) p. 17. Ameis. p. VIII, Ahr. p. 24. Reiskius scripserat ἀτὰρ τόσον αἰέν· ἔρωτος —, „illud quidem vel *semper* vel *certe* mihi asseveravit." Idem *adn.* p. 165 praefert οὕνεκ᾽, quod placuit etiam Toupio, sed ab Harlesio satis refutatum est. — Ἔρωτος] in honorem „*ignis*" (Verg. Ecl. III, 68) sui de mero infundebat. Falso Wordsw. „infundebat sibi de liquore meraco Amoris". De genetivo compara versum Callimachi (Epigr. XXIX, 1) a schol. allatum: ἔγχει καὶ πάλιν εἰπὲ „Διοκλέος". Cf. Anth. Pal. V, 137 ἔγχει τᾶς Πειθοῦς καὶ Κύπριδος Ἡλιοδώρας. Theocr. XIV, 19. *Amorem* dicit puerum amatum. Cf. et Verg. Ecl. VII, 21. Nymphae, noster *amor*, Libethrides.

152. ἀκράτω] *de mero sibi infundebat.* Ita quidem genetivum explicandum esse et ego ostendi in proecdosi et Ameisius, *adn.* p. 18. Falso Pal. explicat ἀκράτω, scil. μέρος τι, nec apte haec addit: „vinum continuo sibi infundi iubebat, amicae nomen invocans, sed fortasse submissa voce, ut non plane audiret mulier". Οἶνος dicitur ἄκρατος, quemadmodum Theocr. XIV, 18 coll. Anth. Pal. VI, 105, 7. Lucian. Tim. 54 τῷ ζωροτέρῳ χαίρει. Ibid. 55 ὑπὸ τοῦ ἀκράτου πονήρως ἔχων. De hiatu cf. e. gr. Odyss. XI, 52 οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο. Iliad. I, 30. Odyss. IV. 106. VIII, 565. Teneo igitur ἀκράτω, quod legitur in edd. prr. Call. Steph. et in codd. k. cet. (Ahr. p. 24), quod idem tenuerunt Mein. I. II. Pal. Am. Ziegl. Kiessl. al., quoniam ei favet l. v. ἀκράτῳ in cod. v. *sec.* (Comm. Heins. Wintert. al.). Briggsius coniecerat ἀκράτως, id quod legitur etiam in cod. 12 cet. (vide Ahr. p. 24), et ab Ahr. I. II. Mein. III. Hart. receptum, ab Ahr. praef. ed. min. 1856 ἀκράτως κνάθως explicatum est. Exstat sane versus Alexidis apud Athen. X p. 429 E.: προχείρως τοὺς ἀκράτους πίνομεν, dicitque Horatius, Od. III, 8, 13: sume, Maecenas, cyathos amici sospitis centum. Sed praestat ἀκράτω. Receptam a Brunckio Toupii coniecturam ἄκρατον non debebat amplecti Voss. *not.* p. 18. — ἐπεχ.] De verbo in hac re frequentato (Theocr. XIV, 18) dixit Schaumann. *obss. in Theocr.* (Giss. 1820, 4) p. 17. — ἐς τέλος] *denique.* Cf. Herm. ad Soph. Phil. 409 (407). — ᾤχετο φ.] e convivio isto sese subito abripuit.

καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδειν.
ταῦτά μοι ἁ ξεῖνα μυθήσατο· ἔστι δ' ἀληθής·
ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοκ' ἐφοίτη,
καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν·
νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὧτέ νιν οὐδὲ ποτεῖδον.

153. **οἱ**] non est *sibi* (ut accepit **Bowles.** in Drydenii libro „*miscell. poems*", Lond. 1716, I p. 91) neque *illi*, quod referatur ad mulierem, quae rem ad Simaetham detulit (*dixitque illi Delphis*, quemadmodum explicat **Piln.**), sed potius significat *illum* vel *illam*, *in cuius honorem Delphis biberat.* Damnandum autem quod Mein. III. e coni. edidit **οἷς στεφ.**, *suis quas in compotatione illa gestabat corollis.* Deterius etiam Briggsius coni. **καὶ φάτο νιν στεφ. . . πυκάσδεν**, ut verbi **φάτο** subiectum sit illa quae Simaethae rem narravit vetula. Idem etiam **καὶ φάτο καὶ στεφ.** excogitavit. — **στεφάνοισι**] Lucr. IV, 1173 de excluso amatore: „limina saepe floribus et sertis operit." Tib. I, 2, 14 — quum posti florida serta darem.

154. **μυθήσατο**] De hiatu vide I, 67 p. 39. — **ἔστι δ'**] Cf. adn. I, 17 p. 18. — **ἀληθής**] „*verax*", Tib. I, 2, 41. Ovid. Fast. I, 477 nimium vera cum matre.

155. **ἦ γάρ μοι κτλ.**] Inque die bis terve ad nos prius ire solebat Delphis. De particulis **ἦ γὰρ** cf. Theocr. VII, 31, de dativo **μοι** adn. ad II, 66 p. 93. Plat. Phaed. p. 60 E **πολλάκις μοι φοιτῶν τὸ αὐτὸ ἐνύπνιον.** — **τρὶς καὶ τετρ.**] Cf. Odyss. II, 374 **πρίν γ' ἂν ἑνδεκάτη τε δυωδεκάτη τε γένηται.** Iliad. III, 363 et Odyss. IX, 71 **τριχθά τε καὶ τετραχθά.** Ovid. Amor. III, 1, 32. Met. XII, 288 et I, 179 terque quaterque. Prop. IV, 12, 15. Ovid. Fast. I, 657 al.

156. **καὶ παρ' ἐμὶν κτλ.**] **καὶ εἰς τὸν οἶκόν μου πολλάκις ἐτίθει τὴν λήκυθον, τὴν ἔχουσαν τὸ ἔλαιον, ᾧ ἐχρῶντο ἐν ταῖς παλαίστραις.** **Schol.** Deposuerat in aedibus Simaethae ampullam Delphis non commeans *ex domo sua in palaestram*, ut scribit Wuestemannus, sed potius relicta palaestra quum alio tenderet nec secum ferre vellet ampullam. — **τὰν Δωρίδα**] obversatur animo species robusti et formosi iuvenis, Dorica gente vere digni. Cf. arg. p. 71 extr. et p. 83 extr. Theocr. XVIII, 48. Weyl. *spec. lex. Th.* p. 2. Argutari scholiastam **ὄλπαν** propterea, quod ex aere Corinthio facta fuerit, Doricam dici contendentem, intellexit Wuestemannus. — **πολλάκις**] Collocat Theocritus voc. **πολλάκις** aut in pede quinto (I, 144. II, 88. V, 57. VI, 31. XXVII, 40. Bion. II, 23) aut in pede primo (XI, 12. 40. II, 134. VI, 19) versus heroici, excepto XXII, 152. — **ὄλπαν**] Cf. Iahn. libri supra p. 21 laudati p. CXV.

157. **νῦν δέ τε**] Prudens, ut exitum carminis praeparet, poeta redit ad carminis exordium, versu quarto h. l. in memoriam revocato: apte idem, rebus epico more narratis, h. l. adhibuit particulas adversativas **δέ τε**, de quibus vide Naegelsbach. ad Iliad. II, 90. Reiiciatur igitur illa, quae Hartungio arrisit, coniectura Briggsii **νῦν δὲ δυωδεκατοῖος**, quae eadem Meinekio p. 212 placuit. Per interrogationem numerum dierum a puella significari vult Ahr. II., qui scripsit **νῦν δὲ τί δωδεκ.** Ac sane **νῦν δ' ἔτι** est in codd. 15. P. — **δωδεκαταῖος**] De usu adiectivi cf.

8

ἦ ῥ' οὐκ ἄλλο τι τερπνὸν ἔχει, ἁμῶν δὲ λέλασται;
Νῦν μὲν τοῖς φίλτροις καταδήσομαι· αἰ δ' ἔτι κἠμέ

Theocr. X, 12. XVI, 93. XXV, 56. Odyss. XIV, 257. Abicht. ad Herod. VI, 106. Actor. XXVIII, 13. — ἀφ' ὦτε] Cfr. Wolff. et Schneidew. ad Soph. Ai. 601. — οὐδὲ ποτεῖδον] Hoc iam coniecerat Reisk. animadv. p. 166: habet idem cod. s: restituerunt Theocrito Brunck. Ahr. II. Mein. III. Hart.: probatur l. v. ed. Medic. et codd. 23 cet. (Ahr. p. 24) οὐδέποτ' εἶδον. Vulgo, velut apud Steph. Heins. Valck. I. II. Gaisf. Mein. I. II. Ziegl. Am. Ahr. I., legebatur οὐδέ ποκ' εἶδον vel οὐδέποκ' εἶδον, quod est in codd. p. M. Y. et in edd. Ald. Iunt. Call. Cum versu toto comparare iuvat Calpurn. IX, 25: nam mihi iam trini perierunt ordine soles, ex quo consueto Donacen exspecto sub antro.

158. ἦ ῥ' οὐκ] nonne hinc intelligitur eum alio amore teneri? Fawkes.: ,,it must be so — 'tis my unhappy lot thus to be scorn'd, neglected and forgot. Cf. Theocr. I, 98. Non igitur e coni. Heinsii scribendum ἦ ῥ' οὖν, id quod damnatum a Brunckio, tom. III p. 72, tamen non displicuit Briggsio. — τερπνὸν] *delicias* dicit Vergilius, Ecl. II, 2, huius loci memor, id quod Gebauerum 1861 p. 142 fugit. Neutrum eodem modo de homine amato vel de amoribus usurpavit Hor. Od. I, 27, 17: *quidquid habes*, age, depone tutis auribus. Arist. Ecl. 953 δεῦρο δή, φίλον ἐμόν. Arist. Ecl. 922 — τἀμὰ παίγνια. Verg. Aen. X, 325 Clytium, *nova gaudia*. — ἔχει, ἁμῶν] De hiatu cf. e. gr. Theocr. XXIV, 27. Odyss. IV, 844. Odyss. V, 132. Odyss. XII, 261. Hesiod. ἔργ. 27. Verg. Aen. I, 16 — posthabita coluisse Samo: hic illius arma.

159. μὲν] Hoc servavi cum Call. cet. scriptum in edd. Med. Ald. et in plerisque codd. praeter codd. k. 23. M., ubi est μὰν, quod habet etiam ed. Iunt., praetulit Ahlw. deditque Ahr. I. II. propter Theocr. XI, 60. Sed alia est illius loci ratio. — καταδήσομαι] Faciam periculum num magicis ritibus queat ille ligari. Haec est vis temporis futuri. Libri msc. et edd. prr. ac reliquae vett. et recc. habent καταθύσομαι. Sed vide adn. ad v. 3. Ceterum Phileticus quum ita scripserit: ,,nunc illum saevis *cantabo* sedula philtris", non dicendus est legisse in libro suo καταδήσομαι idque perperam habuisse pro tempore futuro verbi κατᾴδω, quae quidem Ahrensii p. LXXXII videtur esse suspicio, sed ille homo doctus *cantandi* verbo pro verbo *incantandi* (Hor. Sat. 1, 8, 49) videtur esse usus. Mein. III. e coni. scripsit νῦν μὲν τοῖς φίλτροις κατέθυσά νιν, Hart. νῦν μὲν τοῖς φ. κατέδησά νιν rationibus temporis futuri non perspectis. Hermannus, Soph. Schaef. 1810 p. VII coniecerat νῦν μέν μιν (vel νιν) φίλτροις καταθύσομαι. At articulo τοῖς φίλτροις opus esse vel propter v. 1, Wuestem. vere contendit. Pridem νῦν μιν τοῖς φ. Meurs. et Heins. coniecerant. — αἰ δ' ἔτι κἠμέ] *si vero etiamnunc* (cf. adn. ad v. 137) *laedit me*, amatam amantemque nec periura fide dignam. Haec est lectio codd. et edd. prr., quae continuata permansit in edd. Call. Steph. cet. fere usque ad Boiss. I. Mein. I. II. Ahr. I., quamquam Fr. Iacobs. ad h. l. αἰ δέ τί κ' ἄμμες, Brunck., tom. III p. 72, ἢν δ' ἔτι κἠμέ coniecerunt. Nuper leviter mutatis elementis Ziegl. et Am. ediderunt αἰ δέ τι κἠμέ. Similiter Boiss. II. εἰ δέ τι κἠμέ. Contra Ahr. II. Mein. III. Hartung. Pal. αἰ δ' ἔτι κά με scripserunt e coni. Ahrensii, Philol. VII

λυπεῖ, τὰν Ἀίδαο πύλαν, ναὶ Μοίρας, ἀραξεῖ.
τοῖά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν,
Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο λαβοῖσα.
Ἀλλὰ τὺ μὲν χαίροισα ποτ' Ὠκεανὸν τρέπε πώλους
πότνι'· ἐγὼ δ' οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόνον ὥσπερ ὑπέσταν.

p. 428 prolata. •Ego quod servatum volo ἐμέ, id non inservit comparationi alicui, sed huius, quae loquitur, personam, vim, auctoritatem declarat, plane ut Iliad. I, 454 coll. Iliad. I, 453. Theocr. XXIV, 68. Dicitur autem κἠμέ pro καὶ ἐμέ ut Theocr. IV, 4, non pro κά με, quod contendit Schaefer. ad h. l.

160. λυπεῖ] Hoc recepi e cod. 23 pro λυπῇ. Fecit idem Boiss. II. tulitque pridem favorem Hermanni. — Ἀίδαο] ,,non iam meam''. Pal. Cf. adn. ad v. 6 p. 76. Preller. myth. I p. 501 (629). — πύλαν] ,,Notandus singularis numeri usus. Homerus [e. gr. Iliad. V, 646] semper πύλας Ἀίδαο dixit, non πύλαν: vide Heyn. ad. Iliad. V, 397. Elmsl. ad Eur. Med. 1203. coll. Porson. ad Eur. Orest. 1080. Blomf. ad Aesch. Choeph. 866.'' Ita WORDSW. Turpi mendo propter hunc singularem numerum esse maculatam orationem Theocriti clamat Cobet. Mnem. X, 1 p. 226. Nos omissis declamationibus inanibus Alexandrinum quidem poetam, sed Doriensem eundem loqui vel Attico sermoni aliquid dedisse dicamus, collatis versibus Sophocleis, Ai. 11. Antig. 1186, ac similibus.

161. τοῖα] Cf. Iliad. IV, 399 τοῖος ἔην Τυδεὺς Αἰτώλιος. Theocr. XXIV, 116. — ἐν κίστᾳ] φωριαμόν dicit Apoll. Rhod. III, 808. 844. Soph. Rhiz. fragm. 479 αἱ δὲ καλυπταὶ κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς, ἃς ἥδε βοῶσ', ἀλαλαζομένη, γυμνὴ χαλκέοις ἥμα δρεπάνοις. Theocr. XXVI, 7. Valer. Flacc. VIII, 17 de Medea: condita letiferis prodit medicamina *cistis*. — φάρμακα] Hor. Epod. XVII, 61 quid proderat . . . velociusve miscuisse toxicum?

162. δέσποινα] Cf. Theocr. XV, 100. — λαβοῖσα] Cf. Theocr. XV, 20. Scripsi λαβοῖσα e coni. pro μαθοῖσα (μαθοῦσα codd. k. 6. 9). Legi λαβοῖσα in cod. Vat. 38, h. e. cod. c. Gaisf. vel cod. 3 Ahr., scribit Gaisfordius: tacet de hac re Ahrensius. Verumtamen peregrina, eoque magis pretiosa, venena commemorari a puella vel ex imitatione Vergilii concludas. Ille enim, Ecl. VIII, 95: ,,has herbas'', inquit, ,,atque haec *Ponto* mihi lecta venena ipse dedit Moeris''. Quod in edd. ad hanc diem legitur μαθοῖσα, quodque in schol. cod. M. μαθοῦσα ταῦτα φάρμακα ποιεῖν explicatur, defendere frustra studui in proecd. Nimirum fraudem nobis facit illud Schilleri (Wallenst. Lag. I.) ,,ein Hauptmann, den ein andrer erstach, liess mir ein paar glückliche Würfel nach. Die will ich heut' einmal probiren, ob sie die *alte Kraft noch führen*.

163. πώλους] Cfr. Theocr. XXI, 19. *Lud. Stephani*, *Nimbus und Strahlenkranz* (Petropol. 1859, 4) p. 28. *Mueller, archaeol.* p. 649 ed. III.

164. πότνι'] Vide adn. ad v. 69 p. 94 et de vocabuli collocatione Theocr. I, 116 (χαίρεθ'). Iliad. XXIII, 380 al. — πόνον] *dolores quos amor mihi paravit.* Cf. v. 65 κακόν. Non recte Pal. interpretatur: ,,*laborem*, scil. *homines artibus meis reducendi:* ego, inquit, non desistam, priusquam quae promisi effecero''. Nec melius res successit Meinekio, qui e coni. Iacobsii in

χαῖρε Σελαναία λιπαρόχροε, χαίρετε δ' ἄλλοι
ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα Νυκτὸς ὀπαδοί.

ed. III. scripsit ἀνυσῶ τὸν ἐμὸν πόνον, *faciam quod minata sum.* Idem in ed. II. scripserat οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόθον, quod est in codd. k. p. Fecit idem Ameisius. At errorem librarii similitudine Theocr. XXII, 187 coarguit Zieglerus. — ὥσπερ ὑπέσταν] Wuest. Pal. Eberz. alii explicant „*ut promisi*": Conz. l. l. p. 122 „*ut decrevi*": Vins. aliique „*ut suscepi*". Rectius vertas „*ut hucusque toleravi*". Flagitat hanc explicationem proximum verbum οἰσῶ non temere, ut id respondeat extremo vocabulo ὑπέσταν, ante caesuram collocatum. Vide XVI, 59. Eurip. Troad. 414. Ἀτρέως παῖς τῆσδ' ἔρωτ' ὑπέστη. Eur. Rhes. 157 ἐπὶ τούτοις τόνδ' ὑφίσταμαι πόνον. Lucian. Tim. 40 ὑπόστηθι, καὶ εἰ χαλεπὸν τοῦτο καὶ οὐκ οἰστόν ἐστι. Alia est ratio Iliad. II, 267. Vide et procd. p. 64—65. Commemorasse satis est coniecturam Hartungii — ᾧπερ ὑπέσταν, „ich will meine Qual, die ich auflud, tragen so weiter."

165. Σελαναία] Semel hac forma Theocritus est usus. Cf. initia versuum, Bion. IX, 5 ἀντὶ Σελαναίας, Apollon. Rhod. I, 1232 βάλλε Σεληναίη. Habes eandem formam quum alibi, tum Eur. Phoen. 176. — λιπαρόχροε] Cf. adn. II, 79 p. 97. Mus. 57 οἷά τε λευκοπάρῃος ἐπαντέλλουσα Σελήνη. Quo exemplo Ahr., Phil. VII p. 428, apte utitur ad redarguendam coniecturam Bergkii λιπαρόθρονε. — χαίρετε δ' ἄλλοι] Videatur adn. I, 17, p. 18. coll. adn. I, 15 p. 18, imprimis Theocr. V, 104 (ἐστι δέ), ut contra consuetudinem poetae χἄλλοι Ahrensium II. e cod. 9 recepisse appareat.

166. ἀστέρες] Orph. Hymn. VII, 3 ἀστέρες οὐράνιοι, Νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης. — εὐκήλοιο] Efficit hoc maxime voc. ut idyllium exitu tranquillo conclusum expleat animum iucundissima lectionis voluptate. Atque hac de causa servanda est forma εὐκήλοιο, ut in edd. prr. et superioribus, ita adhuc in ed. Mein. I. II. Wuest. al. scripta, pro qua εὐκάλοιο e cod. s. 6. 9 post Boiss. I. II. scripserunt Ziegl. Am. Mein. III. Ahr. I. II. Hart. Pal. Vide adn. II, 38 extr. p. 86. — κατ'] *secundum*, non *ad* (Am.) vel „*pone*, ad posteriorem currus partem" (Pal.). Deceptus est Pal. verbis Tibulli II, 1, 87: iam Nox iungit equos, currumque *sequuntur* matris lascivo sidera fulva choro, *postque* venit . . Somnus. — ἄντυγα Ν.] ὅτι δὲ ἐπὶ ἅρματος ὀχεῖται ἡ Νύξ, Εὐριπίδης [Androm. frg. 1] ὦ Νὺξ ἱερά, ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις ἀστεροειδέα διφρεύουσα. Schol. Aesch. Choeph. 646 Νυκτὸς ἅρμ' ἐπείγεται σκοτεινόν. Verg. Aen. V, 721 et Nox atra polum bigis subvecta tenebat. Valer. Flacc. III, 211 neque enim ignea cedunt astra loco: lentis haeret Nox conscia bigis. Tibull. III, 4, 17 iam Nox aetherium nigris emensa quadrigis mundum caeruleo laverat amne rotas. *Stephani, compte-rendu*, a. 1860, p. 76. — ὀπαδοί] Eur. Ion. 1150 μελάμπεπλος δὲ Νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς ὄχημ' ἔπαλλεν· ἄστρα δ' ὡμάρτει θεᾷ.

III.

ARGUMENTUM.

Caprarius, gregis sui cura Tityro amico commissa (v. 1—5), ad Amaryllidis, quam deperit, antrum accedit, ibique multa de puellae mutato in se animo conquestus, muneribus, precibus, furore, minis pristini amoris flammas excitare conatur (v. 6—36). Tum, Amaryllidem propius accessuram esse propter omen faustum (v. 37—39) sperans, ut animum oculosque puellae in se convertat, carmen modulatur suavissimum, hominumque, quorum Venus amori faverit, ex antiquitate repetit memoriam (v. 40—51). Tandem, nec his illam flecti sentiens, animum prorsus despondet (v. 52—54). Duplex est huius Idyllii scaena: prior eius pars inter greges caprarii agitur, altera ad antrum Amaryllidis. Totum est bucolicum.

Haec est summa carminis a Fr. Iacobsio vere indicata: partitio autem eiusmodi est, ut sententiae singulae minutis strophis concludantur. Quarum stropharum rationes simplicissimas in universum recte perspexit Fr. Iacobsius, qui eas in editione Goth. 1821 indicavit. Idem Bachius, anth. Gr. p. 144, et Stollius, anth. Gr. II, 150, fecerunt. Disputaverunt de his rationibus, paucis tantum rebus inter se dissentientes hi viri docti. God. Hermannus in Zimmermanni annal. 1837 p. 228 coll. diss. *de arte poes. Gr. buc.* p. 10, *epit. doctr. metr.* p. 252 ed. II. Maur. Hauptius in Museo Rhen. a 1846, IV p. 273. Ameisius, *adn.* p. 26. Gebauerus p. 81 l. editi a. 1861 (ut in externo chartarum involucro a bibliopola indicatur: nam in libri titulo annus non est significatus: auctor ipse autem p. IV scripsit a. 1860: id quod h. l. dico propter ea quae supra, p. 12, scripsi). Longe aliter iudicavit, Gebaueri maxime rationibus non refutatis, sed tanquam nihili verbo uno reiectis, Ribbeckius in Museo Rhen. 1862, XVII p. 553 sqq. Et huius quidem, neglectis artis criticae legibus, tanta fuit libido versuum transmutandorum ut placita, quibus pulcritudinem carminis delevit et exstinxit, disposite loqui caprarium negans, falsa esse primo adspectu intelligas. Ordinat, ipsi quandoquidem libuit, versus hoc modo: 12. 13. 14. — 18. 19. 24. — 21. 22. 23. — 34. 35. 36. — 28. 29. 30. — 31. 32. 33. — 15. 16. 17. — 25. 26. 27. — 37. 38. 39: ut sententias poetae, non librariorum errores corrigi appareat. Vanas esse Ribbeckii opiniones ostendit etiam Buechelerus in Mus. Rhen. 1863, XVIII p. 315, qui idem vir sagacissimus elegantissime de hoc carmine egit in Mus. Rhen.

1859, XV p. 451 sqq. Adversus hunc vera sibi adhuc videri placita sua Ribbeckius in Mus. Rhen. 1863, XVIII p. 316 contendit, rem non probavit. Infeliciter etiam in constituendo carmine versatus est Ahrensius ed. II p. 26 versibus 21—24 post versum 8 positis eiectoque versu nono. Hartungii commenta, versus 9. 20. 27. exturbantis et nescio quos versus olim excidisse somniantis, iure respuit Gebauerus p. 81.

Haec igitur mittimus et sic de ordine sententiarum ac stropharum statuimus. Prologus idyllii diligentissime perfecti constat ex *duobus* versibus (cf. Theocr. I, 64—65). Ibi secum caprarius loquitur, quum versatur adhuc prope eam rupem, ubi capellae pascuntur. Inde *tribus* alloquitur versibus Tityrum, cui commendat curam gregis (v. 3—5). Abit a Tityro acceditque ad antrum Amaryllidis eamque primo compellat his verbis, quae *binorum* versuum *tres* strophae (v. 6—11) complectuntur. Et his quidem causae omnes, cur exaudire caprarium puella debeat, continentur, forma non spernenda amatoris animusque eius morigerus. Hae vero strophae minutae prooemium alterum dici possunt, quod priori (v. 1—2) numerorum aequabilitate respondet: nam iam inchoaturus est caprarius cantilenam *ternorum* versuum IV strophis comprehensam (v. 12—23). Nihil enim verius est, quam quod scribit Gebauerus p. 81, vicissitudinem horum numerorum (numeri binarii et ternarii) quasi praemonstrasse poetam numeris versuum prooemii vel prooemiorum amborum binis ternisque alternantibus. Iam (v. 12) in liquida aqua natat cymba. Fluunt versuum ternariorum IV strophae, v. 12—23, donec caprarius, v. 24, surdis se auribus canere intelligens, exclamat: *ὤμοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούει,* me miserum! non exaudit! Nam *ὑπακούει* legendum esse pro *ὑπακούεις* Hermannus me olim in societate Graeca de h. l. disputantem edocuit. Idem planum fecit versu 24, pausa canendi post v. 23 facta, amatorem erumpere in exclamationem aliquam, non canere haec verba. Etenim frustra puellae adventum se exspectare iam intelligit misellus amator. Desperat igitur et taedio vitae correptus canit *ternorum* versuum IV strophas proximas (v. 25—36), minis postremo, quae animum puellae fortasse moveant (v. 34—36), additis. Desperat, inquam. At quid non speramus amantes? Spes nova repente offertur. En omen faustum (v. 37), e quo credulus ille tandem Amaryllida ad se venturam esse colligit (v. 37—39). Haec vero verba, dico v. 37—39, non canit, sed loquitur secum vel recitat. Commotus autem illo omine cantilenam IV stropharum orditur (v. 40—51), qua et sese ad perferandam vim amoris excitat et puellam, ne gregis curae deditum pastorem contemnat, monet exemplis dearum, nominatim Veneris, quae dea haud quaquam sprevit amores pastoris. At lenta est Amaryllis nec vacivas bono amatori praebet aures. Itaque, nihil se proficere intelligens, tribus versibus postremis, quos non iam canit, sed recitat, vale dicit puellae durae. Nihil igitur aut mutandum aut eiiciendum in carmine dulcissimo, quod Triclinii certe aetate (cf. Ahr. tom. II p. 132), cui sane non multum tribuo, complectebatur versus LIV.

Quo tempore sit carmen scriptum, aut quo loco agi res videatur, pro certo dici non potest: et ne necesse quidem est: nec scire fas est omnia. Quamquam de Sicilia cogitare licet propter v. 5 vel v. 26. Errant etiam illi, qui plura quam quae scripta sunt in hoc carmine invenire volunt, h. e. ii, qui allegorias nullo pacto probandas odorantur. Munatus quidem (de quo Theocriti explicatore vide Ahr. tom. II p. XXXII) sub caprarii persona latere Theocritum ipsum existimavit. Re-

iecit hanc opinionem auctor argumenti Graeci, sed idem in Italia scaenam esse idyllii prope Crotona urbem temere propter id. IV. conclusit. Halucinationes otiosae sunt Hartungii, p. 370, e caprario huius idyllii Callimachum poetam facientis: vide Gebauer. 1861 p. 20. Quamquam Gebauerus ipse p. 19 erravit.

Argumento suo carmen accedit ad numerum eorum, quae *παρακλαυσίθυρα* vocantur, quorum est exemplum apud Aristoph. Eccles. 960, ubi iuvenis illa canit: *δεῦρο δὴ δεῦρο δή, καὶ σύ μοι καταδραμοῦσα τὴν θύραν ἄνοιξον τήνδ᾽· εἰ δὲ μή, καταπεσὼν κείσομαι* (cf. Theocr. III, 53). Vide etiam Plaut. Curcul. I, 1, 60 sqq., Adert., *Théocr.* p. 57 sqq. et doctam Ant. Goebelii disputationem *de occentandi more Romanorum* in Muetzellii ephem. gymn. 1862, XVI p. 640 sqq., qui haec exempla poetarum Romanorum in medium protulit: Prop. I, 16, 9 sqq. IV, 25, 9. Tibull. I, 2. I, 5, 67. II, 4, 21. Ovid. Art. am. III, 581. Rem. am. 507. Amor. I, 8, 77. II, 1, 21—27. Hor. Od. I, 25, 1—8. III, 7, 29 sqq. I, 10 (extremum Tanain si biberes, Lyce, cet.).

Praestantia quanta esset huius idyllii ne veteres quidem fugit. Laudat id Hermogenes, *περὶ ἰδ.*, Walz. rhett. tom. III p. 305. Laudat Gellius, cuius verba supra, p. 10, exscripsimus. Nativa quanta insit suavitas maxime ex comparatione idyllii XXIII, v. 19 sqq. intelligitur. Theocriteum carmen aliquoties imitatur Vergilius, maxime Ecl. II, 6—7. 14. 43. 52. VIII, 34. 43. 59. III, 70. IX, 21. Cfr. Souillié, l. p. 5 laudati p. 103. Gebauer. p. 23, qui tamen plus quam probari potest contendit. De Ovidio vide v. 2. 27: de Propertio v. 43.

Multi saepe hoc carmen Latinis numeris expresserunt. Praeter Phileticum, cuius versus ex parte Nic. Marscalcus l. supra p. 73 indicato repetivit, praeterque Eob. Hessum, Wetstenium, Raim. Cunichium, Zamagnam, nominandus est Henr. Stephanus, cuius hic liber exstat: „Moschi, Bionis, Theocriti — idyllia aliquot ab Henr. Stephano Latina facta. Eiusdem carmina non diversi ab illis argumenti. Venet. 1555, 4.“ Asservatur liber in bibl. Paull. Lips. et in bibl. reg. Berol. Praeterea H. Grotius vertit, cuius versus leguntur et in Dan. Heinsii *emendatt. et not. in Theocr. id. buc.* (Bibliopol. Commelian. 1603 atque 1604, 8) et in eiusdem Dan. Heinsii *lectt. Theocr.* huius editioni Theocriteae (Bibliopol. Commelian. 1604, 4) adnexis p. 409. Bindemanni prima translatio Teutonica prodiit in Wielandi l. *neuer teutscher Merkur*, 1792, I, 4 p. 329. C. A. Clodii translationem (*Odeon*, 1784, 8) frustra quaesivi. Conzius vertit, *anal.* Lips. 1793 p. 123. — Item K. Anton (*die* 3. u. 8. *Id. Theokrits in deutscher Uebers.* s. l. 1802, 8). — *Theokriteische Studien.* Theokrits XV. Idyll, übersetzt von Hebel. Theokrits drittes Idyll metrisch übers. von Frz. Weissgerber, Friburg. Brisg. 1858, 8. Qui ridere vult, evolvat hunc librum: *griech. Liederschatz in deutscher Nachbildung von* Fr. Dörr. Lips. 1858, ubi ista inveniet: zu Amaryllis will ich nun mit meiner Flöte eilen, derweil die lieben Ziegen ruhn und an den Bergen weilen. Ach, Tityrus, indess ich fern, hat meine Herde keinen Herrn: sei du so gut und hüte. Idem carmen Drydenius versibus Anglicis expressit in hoc libro: *Miscellany Poems, containing variety of new translations of the ancient poets.* Publ. by Mr. Dryden. Ed. V. Lond. 1716. tom. I p. 82. Gallici sunt versus Chabanoni in hoc libro: *idylles de Théocr. avec quelques imitations en vers.* Par. 1777 p. 87. Denique exstare dicuntur hi libri Italorum. Quattro Idillj, cioè il Caprajo, il Ciclope, l' Aite ed il Bifolchetto,

tradotti da Girolamo Pompei (Canz. past. etc.) Veron. 1764, 8. Due Idillj di Teocrito, il Caprajo e l' Epitalamio di Elena — tradotti dal Cav. Luigi Lamberti (Pros. e Poes. etc.) Milan. 1822, 8. Due Idillj di Teocrito (III et VI) volgar. [dal Conte Giov. Ant. Roverella] Forli, dalla tipogr. Cas. 1825. Eadem Roverellae, ut coniicio, repetita sunt in huius translatione carminum Theocr., quae prodiit Flor. 1833. Cfr. Bart. Gamba, *serie dei testi da lingua* etc. ed. IV. Ven. 1839 p. 703.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον τοῦτο Ἀμαρυλλὶς ἢ Αἰπόλος ἢ Κωμαστής· ἐπικωμάζει δέ τις τῇ Ἀμαρυλλίδι, τοῦ ὀνόματος μὴ δηλουμένου. εἰκάσειε δ' ἄν τις τὸν ἐπικωμάζοντα Βάττον εἶναι· τοῦτον γὰρ αἰπόλον ὄντα δι' ἑτέρου [id. IV] *ποιεῖ ὁ Θεόκριτος προσδιαλεγόμενον Κορύδωνι καὶ τὸν ἔρωτα ὃν εἶχε πρὸς τὴν Ἀμαρυλλίδα ἐμφαίνοντα. τὰ οὖν πράγματα εἴη ἂν ἐπὶ Ἰταλίας περὶ Κρότωνα, ὅθεν καὶ τὴν Ἀμαρυλλίδα ὑποτίθεται. τὸ δὲ τοῦ ποιητοῦ πρόσωπον οὐκ ἂν εἴη, ὡς ὁ Μουνατός φησιν ἐκ τοῦ λέγειν τὸν ἐπικωμάζοντα* [id. III, 8]

ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι;

. . . πλανᾶται δὲ καὶ περὶ τοὺς χρόνους. φέρει δὲ ὁ ἐπικωμάζων δῶρα, ἤγουν μῆλα καὶ στεφάνους τῇ Ἀμαρυλλίδι, χάριν τοῦ προσδεχθῆναι· ἡ δὲ οὐδὲ λόγου αὐτὸν ἀξιοῖ· διὸ καὶ δυσθυμίᾳ τὸν βίον καταλῦσαι προῄρηται. τὸ δὲ εἶδος κωμαστικόν.

Γ.

ΑΙΠΟΛΟΣ Η ΑΜΑΡΥΛΛΙΣ Η ΚΩΜΑΣΤΗΣ.

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, ταὶ δέ μοι αἶγες
βόσκονται κατ᾽ ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.
Τίτυρ᾽, ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν

1. *Κωμάσδω*] *vado ad Amaryllida ut occentem*, non „comissor" (Hor. Od. IV, 1, 11). Bion. IX, 4. Alc. frg. 46. Ahr. dial. Aeol. p. 249: *δέξαι με κωμάσδοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.* Cfr. Goebel. l. l. p. 640. Piln. p. 19. Praesentis temporis indicativus positus est quemadmodum e. gr. Plaut. Stich. 66 Fleck.: „ad meam filiam *inviso* domum." Cic. ad Att. XV, 16 et XV, 21 in epistolae initio: „*Narro tibi*". Greverum dicentem *κωμάσδω* pro futuro tempore positum esse refutavit Ameis. Iahn. annal. XLV, 1845 p. 226. — Verg. Ecl. IX, 22 quum te ad delicias ferres Amaryllida nostras. — *τὰν*] Cf. adn. II, 70 p. 94. — *Ἀμαρυλλίδα*] Forma nominis est deminutiva. Vide Lud. Schwab., *de demin. Gr. et Lat.* (Giss. 1859) p. 9 coll. p. 33. Mansit nomen in deliciis poetarum bucolica argumenta tractantium. Verg. Ecl. I, 5. II, 14. VIII, 77. Ovid. Art. am. II, 267. III, 183. Calpurn. IV, 38.

2. *κατ᾽ ὄρος*] Ovid. Rem. am. 179 in descriptione vitae rusticae: ecce, petunt rupes praeruptaque saxa capellae. Met. XIII, 691 rodunt . . saxa capellae. Verg. Georg. III, 314. Idem imitari videtur Theocritum, Ecl. I, 75—77: ite capellae: — non ego vos posthac . . . dumosa pendere procul de rupe videbo. Vergilium imitatur Ovid. ex Pont. I, 8, 51. — *Τίτυρος*] alius est Theocr. VII, 72. Nomen poetis Latinis est tralaticium. Verg. Ecl. I, 1. Prop. III, 33, 72. Ovid. Amor. I, 15, 25. Calpurn. III, 19. IV, 64.

3. *Τίτυρ᾽, ἐμὶν κτλ.*] Vergilii imitationem et iudicium Gellii vide prolegg. p. 10, ubi me invito *φυλάσσεν* pro *φυλάσσεο* scriptum est. — *τὸ καλὸν*] Cf. adn. I, 41 p. 27.

4. *κράναν*] Verg. Ecl. IX, 24 potum

τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τι κορύψῃ.
Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρον
παρκύπτοισα καλεῖς τὸν Ἐρωτύλον; ἦ ῥά με μισεῖς;
ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν,

pastas age. Calpurn. V, 57 ad fontem compelle greges. Calpurn. IV, 168 nunc ad flumen oves deducite.

5. Λιβυκὸν] Vide adn. I, 24 p. 20. Falso Pal. laudat Odyss. IV, 85 his usus verbis: καὶ Λιβύην ὅθι τ' αἶγες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσιν. Scribitur ibi ἵνα τ' ἄρνες κτλ. — μή τι] Hoc, commendatum a Koehlero *not. et emend.* p. 17, pro μή τυ recepi e codd. a. 6 *pr.* Cf. Iliad. I, 522 μή τι νοήσῃ (Bekk. Faes., contra Spitzner. aliique μή σε νοήσῃ). Theocr. XV, 67. — κορύψῃ] Apud Serv. ad Verg. Ecl. IX, 23 et Gell. IX, 9 legitur κορύξῃ. Vide Valcken. epist. ad Roever. p. XLII. Hoc scriptum a Brunckio receperunt Valck. II. et qui eum sequuntur, Gaisf. Boiss. I. al. Mein. I., sed κορύψῃ revocavit Mein. II. III., quod idem Med. Ald. Iunt. Call. Steph. Valck. I. Boiss. II. Ziegl. Am. Ahr. I. II. ediderunt. Non recte igitur Mein. „vulgo" legi κυρύξῃ dicit. Brunckius anal. vol. III p. 60 coni. κυρίξῃ.

6. Ὦ χαρ. Ἀμ.] Eadem sunt verba id. IV, 38, sed personae ita diversae, ut diversa est e. gr. *Veronica* Hebelii in carmine „*Hans und Vrene*" commemorata a *Veronica* in carmine „*die Feldhüter*" celebrata (p. 107 p. 179 ed. Aar. 1838). Ceterum compara hemistichium Theocr. XI, 19 ὦ λευκὰ Γαλάτεια. Eodem modo servata caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον Vergil., Ecl. II, 6: o crudelis Alexi. — κατ' ἄντρον] *cur non iam prospectans ad hoc antrum (in hoc antro) me ad te vocas?* De praepositione κατὰ vide Theocr. VII, 149. Odyss. XI, 571 κατ' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ coll. Iliad. XXIII, 74. Hermann. opusc. V p. 50. Aesch. Prom. 869 κατ' Ἄργος coll. Ag. 24 ἐν Ἄργει. Arm. Menge, *de praep. usu Aesch.* (Gotting. 1863) p. 73. Cave ne, id quod mihi in proecdosi accidit, coniungas verba καλεῖς κατ' ἄντρον, *cur me non amplius vocas sub hoc antrum?* nec id probabis Theocr. II, 116. Multo minus ferenda interpretatio Weissgerberi: was nennst du mich, *hieher nach* der Hütte schauend nicht mehr *dein Liebchen?* Significari autem antrum illud, in quo Amaryllis versetur (cfr. Theocr. IX, 15), ostendi in proecdosi p. 67. Fortasse, fortasse, inquam, propter h. l. Calp. IX, 26 scripsit: trini perierunt ordine soles, ex quo consueto Donacen exspecto sub antro.

7. τὸν Ἐρ.] amasiunculum (Petron. Sat. XLV, 7), deliciolas tuas (Cic. ad Att. I, 8), amiculum (Catull. XXX, 2). Cf. Theocr. IV, 59 et quae dixi in proecdosi p. 67. *Perdite amantem* non recte explicat Mein. p. 214. Nec apte Pal. vertit: „cur non iam vocitor a te ὁ Ἐρωτύλος? De articulo vide adn. II, 64 p. 92. — ἦ ῥα] *an tu me odio habes?* Falsus est Naegelsb. ad Iliad. p. 202. — μισεῖς] Hinc „*tristes Amaryllidis irae*" Verg. Ecl. II, 14.

8. ἦ ῥά γέ κτλ.] Cf. adn. II, 20 p. 81. — σιμὸς] turpi naso, qualis haedorum (Theocr. VIII, 50) Silenive est. Cf. Calpurn. X, 34 et *simas* tenero collidit pollice nares — Sileni. Lucian. Deor. conc. 4 ὁ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος. Tali naso pravo vixisse Theocritum (vide proll. p. 3, 4) et se hoc voc.

νύμφα, καὶ προγένειος; ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.
ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω· τηνῶ δὲ καθεῖλον,
ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ· καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.
Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὸν ἄχος· αἴθε γενοίμαν.

cantorem huius carminis significasse, non solum Munatus (vide p. 118 extr. et p. 120) putavit, sed nuper etiam Gebauerus p. 19—20 sibi persuasit propter id. VII, 21. 96: mihi nunquam persuadebit.

9. νύμφα] vocativus producta vocali α dicitur et hic et v. 19, contra brevi Iliad. III, 130. Odyss. IV, 743. Mosch. II, 28. — προγένειος] Recte Kiessl. et Briggs. p. 413 vertunt *mento prominente.* Non licet nobis interpretari voc. *προγένειος barba promissa*, quemadmodum propter Vergil. Ecl. VIII, 34 vertit Ameis. Vide praecd. p. 67. Adert., *Théocr.* p. 10. Quamquam est etiam Verg. Aen. X, 838 fusus propexam in pectore barbam. Plaut. Pseud. IV, 2, 12 cumque hircina adstas barba. — Vergilium secutus Calpurn. II, 85: decipiorque miser, quoties mollissima tango ora manu primique sequor vestigia floris nescius et gracili digitos lanugine fallo. — ποιησεῖς] Liberius vertit Vergil., Ecl. II, 7: *mori me denique coges*, sed artificiose, quia servavit numeros eosdem, quibus usus Theocritus altero hemistichio, vel versu paroemiaco, sententiam per se absolutam comprehendit. Fecit hoc saepe Theocritus, e. gr. III, 11. 33. II, 86. 92. 152. XI. 29. Vide Gebauer. 1861 p. 17 coll. Theocr. X, 11. — Calpurn. III, 87: *laqueum* miseri *nectemus* ab illa ilice, quae nostros primum violavit amores. De verbi *ποιησεῖς* prima syllaba correpta cf. Theocr. X, 25. Eiecerunt sine causis iustis versum Ahr. II. Hart.

10. μᾶλα] *mala Cydonea.* Interpres est Vergil., Ecl. III, 70: quod potui, puero silvestri ex arbore lecta *aurea mala decem misi: cras altera* mittam. Idem Verg. Ecl. II, 51: ipse ego cana legam tenera lanugine mala castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat. Hinc Ovid. Art. am. II, 267: afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat — at nunc castaneas non amat illa — nuces. Ibid. III, 183 nec glandes, Amarylli, tuae, nec amygdala desunt. Videatur etiam Serv. ad Verg. Ecl. II, 51 et Gebauer. 1861 p. 7, qui bene infirmavit opinionem Ribbeckii, Iahn. annal. 1857, LXXV p. 68', inter verba φέρω et τηνῶθε versum totum excidisse arbitrantis. Propert. III, 34, 69 de Vergilio: utque *decem* possint corrumpere mala puellas. — Imitatio Vergilii vel Theocriti est apud Sannazarium, Ecl. II, 30: ostrea Miseni pendentibus eruta saxis mille tibi misi: totidem sub gurgite vasto Pausilypus, totidem vitreis Euploea sub undis *servat* adhuc.

10—11. τηνῶ δὲ κ. ὦ] *istinc vero decerpsi, unde tu me iussisti.* Scripsi τηνῶ (cf. v. 25) δὲ e codd. p. 23 *pr.* Q. pro τηνῶθε (codd. rell. et edd. prr. et recentt. praeter Brunck. et Kiessl., ubi τηνῶ δὲ editum est). Non satis Theognosti, anecd. Oxon. II p. 157, auctoritate defendi videtur τηνῶθε (τήνωθεν), quod Ahrens. in Zimmerm. annal. 1840 p. 901 a correctore vetere illatum iam iudicavit. De genetivo cf. e. gr. Iliad. II, 310, de particula δὲ miram orationi suavitatem conciliante adn. I, 17 p. 18. — καὶ αὔριον κτλ.] Rufini est imitatio, Anth. Pal. V, 61, 3 δώδεκά σοι βέβληκα, καὶ αὔριον ἄλλα βαλῶ σοι.

12. θυμαλγὲς] Cf. e. gr. Odyss. XX, 118 κάματος θυμαλγής. — ἐμὸν ἄχος] In cod. 6 legitur ἐμὸν δ' ἄχος.

ἁ βομβεῦσα μέλισσα καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν
τὸν κισσὸν διαδὺς καὶ τὰν πτέριν ἅ τυ πυκάσδει.
νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας
μαζὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τέ νιν ἔτραφε μάτηρ,

Collato idyllii XII versu 25 (δάκῃς) vel idyllii XIV versu 36 coniicias ἐμὸν δάκος fuisse scriptum. At ultima syllaba pyrrhichii ἐμὸν in arsi quarti pedis producta similitudine id. XXV, 50 (θεὸς —) defendi potest adversus Ahrens., Phil. VII p. 428. Coniecit ille l. l. ἐμὸν λάχος, quod idem recepit in ed. I. II. probatque Buechelerus, Mus. Rhen. XVIII, 1863 p. 315: contra improbat Mein. p. 214, qui aut ἐμὸν πάθος aut, lectione var. ed. Med. et Iunt. ἐμὶν (cod. a. b. Gregor. Cor. dial. Dor. 75 ὑμῖν) adscita, ita distinguere verba malit: θᾶσαι μάν, θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος. Ameisius et Hartungius θᾶσαι μὰν θ. ἐμὶν ἄχος ediderunt; id quod Ribbeckio quoque l. l. placuit. Cfr. Ameis., Iahnii annal. XLV, 1845 p. 205 et mea diss. *de poet. buc.* p. 60.

13. ἁ] Articulus h. l. demonstrantis est: cf. v. 14 τὸν et τὰν, adn. I, 1 p. 14. Non satis apte Polwh.: o, were *a* humming bee's my happier lot! then would I waft me to thy shady grot. — βομβεῦσα] Cf. Theocr. V, 46. 29.

14. πτέριν] Cf. Theocr. V, 55 et adn. proecd. p. 68 — ἅ τυ πυκάσδει] quae te, antrum tuum, quasi circumvallat. Ita Ahr. ed. II. Hart. Pal. (cf. Mein. p. 215) pro ᾇ τὺ πυκάσδῃ, quod est in edd. prr. et codd. plerisque. At πυκάσδει habet cod. Q., idemque supra scripto η cod. D., denique, cum gl. ἥ σε πυκάζει, ἆ τυ πυκάσδῃ cod. 23. Non satis perspicue Grotius ita vertit: „si sit apem fieri atque tuum penetrare sub antrum per filicemque hederamque, *quibus redimita refulges.*" Magis etiam a vero discessit Phileticus: „ipse thymum carpens, hederam pteridasque virentes, tu quibus ornaris fingens, formosa, coronam."

15. νῦν ἔγνων κτλ.] Verg. Ecl. VIII, 43 nunc *scio* quid sit Amor. (Tibull. III, 4, 73 nescis quid sit Amor.) Iliad. XVIII, 269—270 εὖ νύ τις αὐτὸν γνώσεται. Hor. Od. III, 27, 18 ego quid sit ater Hadriae *novi* sinus. Saepe *sentiendi* verbo sic utuntur scriptores Romani. Calpurn. XI, 27 et Venerem *sensere* lupae, sensere leaenae. Cic. Cat. mai. XIX, 68 *sensi* in optimo filio mortem omni aetati esse communem. Cic. II. Cat. 12 *sentiet* in hac urbe esse consules vigilantes. Hor. Od. IV, 6, 3. II, 7, 10 al. *Discendi* verbum habes Hor. Od. IV, 14, 8, coll. Soph. Ai. 666 τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν κτλ. — βαρὺς] Cf. I, 100 p. 48. Ovid. Amor. I, 2, 48. *Durum* deum Amorem appellat Prop. I, 3, 14. — ἦ ῥα] Cf. adn. II, 114 p. 103. — λεαίνας] Cf. imitationem Theocr. XXIII, 19.

16. μαζὸν] Ribbeckius l. l. p. 555 scribit μασδὸς, quod Meinekius quoque p. 215 se suspicatum quidem fatetur, sed ipse reiecit. — δρυμῷ] *in saltu*. Cf. e. gr. Odyss. XI, 188 μίμνει ἀγρῷ. Iliad. XVI, 158. Ameis. ad Odyss. IX, 29 p. 184. Romanorum poetarum imitationes, Vergilii (Ecl. VIII, 43 *duris in cotibus* illum aut Tmaros aut Rhodope aut extremi Garamantes nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt) et Catulli (LXIV, 154 quaenam te genuit sola sub rupe leaena) et Hartungium, quin δριμεῖ (*felle*) pro δρυμῷ de coni. scriberet, et Meinekium p. 472, quin θυμῷ pro δρυμῷ coniectaret, dehortari poterant. Nempe proferunt Iliad. XVI, 203 χόλῳ ἄρα σ'

ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὄστιον ἄχρις ἰάπτει.
ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα, τὸ πᾶν λέπας, ὦ κυάνοφρυ
νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον ὥς τυ φιλάσω.

ἔτρεφε μήτηρ. At legitur etiam Iliad. XVI, 34 sqq. γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, πέτραι δ' ἠλίβατοι. De tempore imperfecto (τράφω est XI, 40) cf. Theocr. IX, 23. XVII, 58. Iliad. V, 70 πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανώ.

17. κατασμύχων] Apoll. Rhod. III, 446 κῆρ ἄχει σμύχουσα. Ibid. III, 762. Hor. Od. I, 13, 8 quam *lentis penitus* macerer *ignibus*. Ibid. III, 19, 28 me *lentus* Glycerae *torret* amor meae. Ovid. Met. II, 807. — ἐς ὄστιον] Cf. Theocr. VII, 102. Locis poetarum a me in proecdosi allatis adde Catull. C, 7: quum vesana meas *torreret flamma medullas*. Ibid. LXIV, 93 imis exarsit tota *medullis*. Ibid. LXVI, 23. XLV, 16 ignis mollibus ardet in *medullis*. Verg. Aen. IV, 66 *est mollis flamma medullas* interea, et tacitum vivit sub pectore vulnus. Aen. VIII, 389 accepit solitam flammam notusque *medullas* intravit calor et labefacta per *ossa* cucurrit. Ovid. Her. IV, 15. Ibid. IV, 70. Hor. Epist. I, 10, 28. Formam Doricam ὄστιον (Bergk. ὀστίον), pro qua in codd. et edd. prr. est ὄστεον, restituendam esse docuit Bergkius, Mus. Rhen. VI, 1838 p. 31. Vide et Ahr. dial. Dor. p. 121. — ἄχρις] Non est alibi apud Theocritum: nam spurium est carmen XXIII, ubi habes v. 50. — ἰάπτει] Cf. adn. II, 82 p. 98. Damnanda et l. v. codd. p. 23. Q. ἱκάνει et magis etiam coniectura Wordsworthii κατ' ἐς ὄστεον ἄχρις ἰάπτει. Cf. Herm. annal. Vindob. 1848 p. 212.

18. ποθορ. — λέπας] „*Instar veris vultus tuus affulget*", ut loquar cum Horatio Od. IV, 5, 6 (cf. Theocr. XIII, 45), *et tamen tota* (Theocr. XV, 148) *cautis instar es atque* „*scopulis surdior Icari voces meas audis*" (Hor. Od. III, 7, 21): „*oculi sunt hilares* (Calpurn. IX, 81), *tu tamen dura*". Recepi λέπας coniecturam Hartungii pro λίθος, quod est in codd. et edd. prr. atque reliquis usque ad Ahr. II. (qui λέπος edidit) et pro quo lect. var. λέπος a schol. p. 139 Ahr. commemoratur. At in cod. p. haec l. v. scribitur ΕΠΟΣ, quod ΛΙΠΟΣ esse corrigendum Duebn. vidit. Illud ΑΙΠΟΣ autem, vel male scriptum ΛΙΠΟΣ, scholiastae glossa est vocabuli ΛΕΠΑΣ, cuius voc. alia glossa λίθος in codd. nostros irrepsit. Testimonio quodammodo est versus Horatii quem laudavimus (Od. III, 7, 21) versusque Tibulli, II, 4, 7—10 (*cautes* —). Ribbeckius quoque l. l. p. 551 scripsit λίπος, voc. invenustum: vide Buechelerum, Mus. Rhen. XV p. 453. Voc. λέπας, alienum illud ab Homericis, habes e. gr. Aesch. Ag. 283. Anth. Pal. VI, 23. Ceterum cf. Odyss. XXIII, 103 σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο. Odyss. XII, 280. Tibull. I, 10, 59 et proecdos. p. 68. — κυάνοφρυ] quemadmodum Iuno, Iliad. XV, 102. Ceterum cfr. Schuster. in Muetzell. ephem. gymn. 1861 p. 716.

19. πρόσπτυξαι] Bion. I, 44 ὥς σε περιπτύξω καὶ χείλεα χείλεσι μίξω. — τὸν αἰπ.] *hunc qualem coram vides caprarium*, h. e. talem, qualis esse caprarius verus debet, hominem haud contemnendum. Aliquoties Theocritus, quum quis de se ipso atque officio suo et vitae genere praedicat, ita ponit articulum, ut aut cum conscientia quadam dignitatis suae ea persona, quae verba facit, loqui videatur aut, id quod redit eodem, officium ipsius notum significetur. Cf. Theocr. V, 88. V, 90. XIV, 56. Quadam-

ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.
τὸν στέφανον τῖλαί με καὶ αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς,
τόν τοι ἐγὼν Ἀμαρυλλὶ φίλα κισσοῖο φυλάσσω,
ἀμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις. —

tenus comparari potest e. gr. Lucian. Tim. 4 *σύ, ὁ ὑψιβρεμέτης*, et Theocr. XVII, 12. Calpurn. IX, 37 Idas ille ego sum, Donace, cui saepe dedisti oscula. Plane diversa ratione Pal. ita explicat: ,,me qui (i. e. quamvis) caprarius sum, homo scil. nihili habitus: cf. I, 86. V, 88''. Meinekius coni. *τὸν αἱμύλον*.

20. *ἔστι κτλ.*] Oscula vana quidem, sed in his quoque multa voluptas. Grot. Vana quidem, sed vana placent tamen oscula nobis. Zamagna. Vergilius, Aen. I, 464: sic ait atque animum pictura pascit *inani*. Post Valck. I. multi homines docti versum ex id. XXVII, 4 huc translatum dixerunt. Cfr. Haupt. l. l. p. 272—273 et Buecheler. Mus. Rhen. XV p. 453, qui viri eiecto hoc versu versum 24 post versum 19 collocatum volunt. Eiecerunt versum Mein. III. Hart.: servaverunt eundem Ahr. I. II. Pal. Ziegl. Am. Mein. I. II., editores superiores. Testimoniis Ahrensius p. 27 addere poterat Eustath. Macremb. p. 189—190 Hercher: *ὡς δ' οὐ κατεδυσωπούμην, ἀλλ' ὅλος ἤμην περὶ τὸ φίλημα, „τί δέ σοι κέρδος“ εἶπεν „ἐκ τοῦ φιλήματος;“* [His lumen Theocriteis verbis affertur.] *Ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν κόρην μεθ' ἡδονῆς· „ἔστιν κἂν* [ita Hercher.] *κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.“*

21. *καὶ αὐτίκα*] Plat. Symp. p. 220, A. *τούτου μὲν οὖν μοι δοκεῖ καὶ αὐτίκα ὁ ἔλεγχος ἔσεσθαι.* al. Scripsi nunc *καὶ αὐτίκα* e coni. Ahr. II. etiam Mein. III. recepta (vide Ahr. Philol. VII p. 429) pro *καταυτίκα* vel *κατ' αὐτίκα* (Ahr. p. 26). Frustra voc. *καταυτίκα* a me in proecdosi et a Zieglero ad h. l. defensum. Meinekio p. 216 placet *παραυτίκα*, quod est in cod. 6. Hartung. retinuit *κατ' αὐτίκα*, praepositionem cum verbo *τῖλαι* iungendam existimans, quemadmodum pridem Reiskio et Valcken. I. erat visum. Heinsius ita construit verba: *τὸν στέφανον αὐτίκα ποιησεῖς με τῖλαι κατὰ λεπτά.* Falso. Naekius, opusc. II p. 72, *κατ' αὐτίκα λεπτά* coniunxit in hunc sensum: *ut extemplo fragmenta fiant.* Simplicior et vera est interpretatio Ziegleri: *facies ut statim coronam in partes minutas discerpam.* Comparavit ille Theocr. IX, 27. Odyss. XII, 174 *τυτθὰ διατμήγειν.* Odyss. XII, 388 *τυτθὰ κεάζειν.* Cfr. *La Roche, stud. Hom.* p. 57. Wunder. ad Soph. Antig. 473 (475) *περισκελῆ*, ubi falsa est explicatio Schneidewini. Duro versu Hart.: ,,wahrlich du wirst mich reizen, o lieb' Amaryllis, den Epheu — kranz hier gleich zu zerrupfen.'' Quidni? Hans Sachs war ein Schuh — macher und Poet dazu. De versibus ab Ahr. II. aliter locatis vide arg. p. 118 v. 3.

22. *κισσοῖο*] Cf. adn. I, 58 p. 34. Contra Ahrensium, Philol. VII p. 429 *κισθοῖο* coniicientem, disputavit Mein. p. 217. — *φυλάσσω*] Falso Eberzius ,,den ich für dich — aus Epheu *verwahre*'' et Gailius ,,pour toi je la réservois''. Habet potius *gestandi* significationem vocabulum: cf. Theocr. VII, 64. II, 120. Nam apportasse caprarium corollam vel voc. *καὶ αὐτίκα* docet. Vide et Gebauer. 1861 p. 162.

23. *ἀμπλέξας*] *quam redimii rosis et odoro apio* vel *cui adnexui rosas et apium.* Ita recte Ameis. ed. p. 7 et Mein. p. 217, vindicantes voc. *ἀμπλέξας*, quod offerunt codd. k. p. 23. Q. ed. Mor.

Ὤμοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούει. —
Τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τηνῶ ἀλεῦμαι,
ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς,
καἴκα μὴ 'ποθάνω· τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται.

Ziegl. Am. Ahr. I. II. Mein. III. Pal. Hart. In reliquis codd. et edd. prr. est ἐμπλέξας, quod legitur in edd. superioribus Call. Steph. Valck. I. II. Boiss. I. II. Mein. I. II. Cf. Ahr., Philol. VII p. 429. Vergil. quidem, Ecl. II, 49: tum casia atque aliis *intexens* suavibus herbis. Idem Ecl. V, 31: et foliis lentas *intexere* mollibus hastas. Apud Stat. autem, Silv. I, 2, 99, legitur *laurum subtexere myrto*. Graef. *epist. crit.* p. 15 scribi maluit συμπλέξας. De rebus vide proecdosin p. 69.

24. Ὤμοι κτλ.] Vide argum. p. 118 et proecdosin p. 69. De hiatu τί ὁ cf. e. gr. versum de Eur. Phoen. p. 100 adn. II, 90—91. Arist. Ran. 39 τουτὶ τί ἦν; Wunder. ad Soph. Phil. 100 not. crit. Ahr. in ed. II. exhibuit prolatam Philol. VII p. 430 coniecturam τί πάθω; ἁ δύσσοος; Hunc sequitur Ribbeckius l. l. At non posse ferri ἁ δύσσοος declaravit Buechelerus, Mus. Rhen. XV p. 452. Nam hoc verbo (cf. IV, 45) de puella dicto huic conviciaretur potius inhumane quam blandiretur caprarius. Fugiamus igitur hanc asperitatem, sed magis etiam mutationem Hartungii ita scribentis: τί ὁ δύσσοος οὐχ ὑπ' ἀλύκας, τὰν βαίταν ἀποδύς, ἐς κύματα τηνῶ ἀλεῦμαι; Blomfield. ad Callim. in Del. 116 coniecerat ὅτι δύσσοος οὐχ ὑπακούεις; Meinekius ed. I. p. 145 τί πάθω ποθ', ὁ δύσσοος; idem in ed. II. p. 165 τί πάθω τοι ὁ δύσσοος; Postremum damnatur ab Hermanno in Zimmerm. annal. 1837 p. 228, sed receptum a Zieglero est. Nuper Meinekius ed. III. p. 216 τί πάθω μοι ὁ δύσσοος commendavit.

25. τὰν βαίταν] Cf. adn. ad V, 13. — τηνῶ] *illinc*. Cf. v. 10. V, 15. Falso Mein. et Pap. lex. interpretantur *istic*, falso editores lex. Passow. *istuc*. Recte Brunck. Kiessl. Am. Ziegl. Ahr. I. II. Mein. III. Hart. Pal. τηνῶ scripserunt, quod habent codd. k. 23 (Q. τήνω). Hiatum intolerabilem facit voc. τῆνα, lectio aliorum codd. et edd. prr., servata adhuc Mein. I. II. Boiss. I. II. al. — Gerhard. *lectt. Apoll.* (Lips. 1816) p. 185 proposuit τηνόθ' ἀλεῦμαι, quod placet Meinekio III. p. 217. — ἀλεῦμαι] Vergilii, Ecl. VIII, 59, verba simul ad Theocr. I, 140 referenda esse supra, p. 65, ostendi.

26. ὧπερ κτλ.] *unde*, ex quo scopulo, *Olpis piscator thunnos* gregatim adventantes (Plin. H. N. IX, 18) *observat*, vel *speculatur*. Vide proecdosin, Grever. p. 17 et, quos auctores Wuestem. laudat, Aristot. H. An. VIII, 19 p. 602, a, 31 sqq. Aelian. H. An. XIII, 17. Oppian. Hal. II, 506. III, 620. III, 637. — σκοπιάζ.] Cf. Th. IX, 26 δοκεύσας. Arist. Eqq. 313 κἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπεῖς.

27. καἴκα κτλ.] in mare me iam praecipitabo, *etiam si non moriturus sum*, quamquam interiturum me potius quam aliqua forte ex undis servatum iri credibile est: *at certe*, qualis mea cunque sors erit, *tu quod sentis* (τὸ τεόν) *suave, hilare, laetum erit* — ἁδὺ τέτυκται. De perfecto tempore vide proecdosin p. 70: nisi forte Theocritus scripsit τό γε μὰν τεὸν ἁδύ τι τοῦτο (cf. I, 1. VIII, 82. V, 89). Imitantur hunc versum Vergil. Ecl. VIII, 60. Ovid. Met. XIV, 721 sqq. (cf. Gebauer. 1861 p. 82), fortasse etiam Calpurn. VI, 81—82. Extremo v. 26 virgula pro stigme posita ego initium versus 27 cum superioribus coniungo,

ἔγνων πρᾶν, ὅκ᾽ ἔμοιγε μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με

alterum autem hemistichium τό γε μὰν τεὸν κτλ. per sese dictum existimo. Cfr. Bergkius in Zimmerm. annal. 1837 p. 444, qui quidem αἴκα scribere mavult. Hac facta interpunctione particulae γε μὰν plane ut id. I, 139 praegresso articulo post caesuram πενθημιμερῆ collocatae novam inchoari sententiam superiori oppositam declarant. Cf. e. gr. Baeuml. part. Gr. p. 64. Dicitur autem τὸ τεόν, *ad te quod attinet, tu quod sentis,* ut e. gr. Pind. Pyth. XI, 41 τὸ δὲ τεόν (cf. Rauchenstein. *introd. Pind.*, Arov. 1844 p. 54), Soph. Ai. 1401 τὸ σόν. Ai. 99. Plaut. Trin. II, 4, 44 (445) hau nosco *tuum.* Vide et Iliad. I, 526. Pind. Isthm. VII, 38. Plat. Theag. p. 128, C. Lucian. *Prom. es in verb.* 5. Lucian. Nigr. 8. Fr. Guil. Schmidt. *de ubertate orat. Sophocl.* II. (Strelit. 1862, 4) p. 31. Minus apte Mein. III. vertit *tua tibi voluptas effecta est.* Librorum scriptura in paucis tantum variat: καἴκα habent codd. k. p. cet. (Ahr. p. 27), quod κ᾽ αἴ κα Brunck. scripsit: κῆκα est in cod. 23 *sec.* edd. prr. Call. Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I., id quod κῄκα, h. e. καὶ εἴ κα corrigit Krueger. gr. Gr. II, 1 § 14, 4, 14, mire mixtis dialectis diversis. Praeterea μὴ ἀποθάνω praebet cod. k., μ᾽ ἀποθάνω codd. D. Y., μἀποθάνω edd. Med. Ald., μὴ ποθανώ Iunt., μῆ ποθάνω Mor., μὰ ᾽ποθάνω Call. Steph. Heins. Wart. alii, quod male interpretantur *ac profecto.* Denique μὴ ᾽ποθάνω Valck. I. II. Kiessl. Brunck. Harl. Dahl. al. Fraudi fuit hominibus doctis plena extremi v. 26 interpunctio. Ita pridem Vins. vertit, positivam sententiam praeferens, *quumque me occidero.* Graefius epist. crit. p. 16 atque Briggs. p. 28 coniecerunt κῆκα δὴ ᾽ποθάνω, τό γε κτλ. Atque illam coniecturam recentiores editores amplexati sunt Mein. I. II. III. Wuestem. Am. Ahr. I. Hart. Contra μὴ servatum est a me in proecdosi, idem a Ziegl. Pal. Etiam Ahr. II. rediit ad librorum scripturam, μή, sed hac interpunctione adhibita: γριπεύς· καἴκα μὴ ποθάνω — τό γε κτλ. ut sit aposiopesis, cuius vim equidem non intelligo. Denique pro τεὸν τὶν coniecit Graefius l. l., τεῷ vel τεὶν vel τεῖν Bergkius l. l. Et τεῷ recepit Mein. II., vituperatus tamen ab Hermanno, Zimmerm. annal. 1837 p. 228, certe τόδε μὰν τέῳ — scribi iubente. At hac forma pronominis omnino abstinuit Theocritus. Ameisius τεὶν edidit, id ipse improbans *de art.* p. 4. Cfr. et Ahr., Phil. VII p. 430, qui τοι ἐναντίον pro τό γε μὰν τεὸν (,,*te intuente*''), quod probari nequit, coniecit. Gebauerus adeo p. 82 coni. καἴκα δὴ ᾽ποθάνω, τί γε μὰν ἐμὸν ἁδὺ τέτυκται; Postremo τὸ τεὸν ἁδύ non significare *gaudium tuum*, quae opinio est Hauptii l. l. p. 274 et Ameisii *de art.* p. 11, abunde demonstravi in proecdosi p. 70. Versum totum furca expellit Hart.

28—30. ἔγνων κτλ.] *intellexi nuper* te me non amare vel morte mea laetaturam, *quum mihi tui memori* ac de te cogitanti et quaerenti, *num tu me amares, ne papaveris quidem folium* compressum et illisum cubito *sono edito adhaeresceret*, vel firmiter cubito se allineret (ποτεμάξατο, cf. Theocr. XII, 32), *sed sic in molli cubito exaresceret.* — Cum initio versus Chaban. comparat Verg. Ecl. I, 16: saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset, de coelo tactas memini praedicere quercus. Quam recte, alii viderint.

28. μεμναμένῳ] Mein. coni. ἔμοιγε δαημένῳ vel μευ δεδαασμένω, Haupt.,

οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατό τι πλαταγῆσαν,
ἀλλ' αὔτως ἁμαλῷ ποτὶ πάχει ἐξεμαράνθη.
εἶπε καὶ ἁ γραία τἀληθέα κοσκινόμαντις,

teste Mein. p. 217, *κεχραμένῳ* vel *κεχρημένῳ*, Buecheler. l. l. XVIII p. 316 *μοι μεμαθευμένῳ* (cf. Theocr. XI, 60), Ribb. ibid. p. 318 *ἐμοὶ νενοημένῳ*. Ceterum *ὄκ' ἔμοιγε* scripsi e codd. 23. cet. (Ahr. p. 27), *μεμναμένῳ* e cod. Q. Idem fecit Mein. III. Nam alii codd. et edd. prr. habent *ὄκα μεν μεμναμένω* vel *μεμναμένου* (posterius certe cod. 6. 11. Ald. Iunt. Call. Camer.): *μεν μεμναμένω* Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. Ahr. I. Ziegl. Am. Hart. Pal. ediderunt, contra Ahr. II. *μοι μεμναμένῳ*.

29. *τηλέφ.*] *folium papaveris* nunc interpretor. Cf. Theocr. XI, 57 et schol. p. 142, 16. Ahr. — *ποτεμάξατό τι πλαταγῆσαν*] Ita correxi id quod in scholiis et in codd. p. k. cet. (Ahr. p. 27) et in edd. Iunt. Call. (*ποτιμάξατο* ed. Basil. 1530) Steph. Heins. Innys. 1729 cet. usque ad Reiskium legitur *ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα*, repetitum idem ab Ahr. I. II. Mein. III., Zieglero. Nam Reiskius recoxerat *ποτιμαξάμενον πλατάγησεν* l. v. et in scholiis commemoratam et in edd. Med. Ald. expressam atque hinc, ut opinor, notatam in marg. ed. Steph. mai. et in indice lectt. varr. editionis Brubach. I. calci adiecto. Reiskium posteriores editores praeter eos, quos dixi, et Mein. I. II. Am. Pal. secuti sunt. Docta est de h. versu disputatio Ahrensii, Philol. VII p. 430 sqq. Sed neque haec neque mea, procd. p. 70, satisfacit, nec idoneis de causis Meinek. III p. 218 praefert coniecturam a Schneidero quondam in lexico Gr. et a Grevero p. 19 prolatam *ποτιμαξαμένῳ πλατάγησεν*, quam recepit Hart. Nihil probat imitatio quae videtur poetae Anth. Pal. V, 296. Qui scripserunt *ποτιμαξάμενον*, certe hoc participium *sese applicans* vi verbi medii, quemadmodum Wordsw. fecit, explicare, neque vero id pro aoristo passivi (ut Wuestem. al.) positum dicere debebant. Cfr. Kuehner. gr. Gr. § 399. 3, b. Egit etiam, teste Boiss. II, de h. l. „Dugas in diario Ferussaci", Mart. 1829.

30. *ἁμαλῷ ποτὶ πάχει*] *in molli cubito*. De praepositione *ποτὶ* cf. adn. I, 18 p. 19. Xen. Cyrop. VII, 1, 17 (33) *ἀσπίδες πρὸς τοῖς ὤμοις οὖσαι*. Soph. Oed. R. 181 *πρὸς πέδῳ κεῖσθαι*. De hiatu, quem Zieglerus ad h. l. aversatur, cf. e. gr. Iliad. V, 50 *ἔγχει ὀξυόεντι*. Hoffmann. *quaest. Hom.* I (Clausth. 1842) p. 84. E coni. scripsi *ἁμαλῷ* propter ed. Iunt., ubi est *ὁμαλῶ*. Cf. Iliad. XXII, 310 *ἄρν' ἀμαλήν*. Odyss. XX, 14 *ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι*. Curt. Etymol. II p. 297. Lobeck. elem. pathol. p. 19. Buttmann. lexil. II p. 262. Ovid. Art. am. I, 595 *mollia bracchia*. In codd. plerisque (k. cet. Ahr. p. 28) legitur *ἁπαλῶ π. πάχεος* vel *πήχεος*, in edd. Med. Ald. *ἁπαλῷ ποτὶ πάχει* (Call. *ἁπαλῶ ποτι πάχει*), quod repraesentant etiam Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. Briggs. Boiss. I. II. Contra *ἁπαλῶ ποτὶ πάχεος* dederunt Mein. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I., quod Am. vertit *a molli cubito marcescebat*. Quod est in ed. Iunt. *ὁμαλῶ π. πάχεος* (*cubitum planum* explicat Ahr. ed. min. 1856 p. IV ideoque platagonio imposito et percusso sonitum non reddentem) transiit in ed. Mor. et ed. Ahr. II. Hartungius e coni. Mein. p. 472 scripsit *ἁμαλὸν ποτὶ πάχεος*, Pal. *ἁμαλῶ ποτὶ πάχεος*, Ribb. l. l. *ἁμαλὸν π. πάχεος*.

31. *ἁ γραία*] Haec est v. l. glossae

ἁ πρᾶν ποιολογεῦσα Παραιβατίς, οὕνεκ' ἐγὼ μέν
τὶν ὅλος ἔγκειμαι, τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ.
ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω,
τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως,

codicis 6, propter verba schol. p. 144, 2 Ahr. etiam probabilior. Codices (excepto cod. a, ubi est *εἶπε γὰρ καὶ ἀγροιώ*) et edd. prr. habent *εἶπε καὶ ἀγροιώ* vel *Ἀγροιώ*, quod etiam scholiastarum pars nomen proprium esse putavit servaveruntque tanquam nomen proprium et editores superiores (*Agraeo* Wins.) Steph. Heins. Valck. I. II. cet. et recentioribus temporibus Mein. I. II. Ahr. I. Pal. al. Nuper Ahr. II. scripsit *ἁ Γραίω*, quia in codd. w. 23 vocabulo *ἀγροιώ* superscriptum est *αι*, et edit. min. 1856 p. IV hoc explicat *Graei filiam*. Contra Buechelerus, Mus. Rhen. XVIII. p. 316, *ἁ Γραιώ*, quasi mulieris nomen, praetulit. At suasu Heinsii, *lectt. Theocr.* p. 319, *ἁ γραία* Theocrito reddiderunt Mein. III. Hart. et Ribbeck. l. l. Hoc autem commendatur ipsa verborum collocatione in carminibus Theocriteis frequentissima. Vide Theocr. I, 64 sqq. VII, 49 *βουκολικᾶς — ἀοιδᾶς*. [VIII, 31]. VI, 45. VII, 142. XVI, 47. XI, 14 coll. Theocr. XVII, 101. VII, 140. III, 43. XXII, 45. XXV, 210. XVII, 21. XVII, 99. XVII, 102. XVII, 110. II, 17. VII, 34. VII, 134. XVI, 37. XVI, 88. XVI, 93. atque ADD. Quod apud Mein. III p. 218 legitur *εἶπε γὰρ Ἀγροιώ* errori tribuendum. — *κοσκινόμ.*] Vide proecdosin et quos laudat Boiss. II p. 208.

32. *Παραιβατίς*] Ita scripsi vel propter schol. *παραβάτις* [sic] *ἢ ὄνομα κύριον ἢ ἡ παροδῖτις — ἢ ἡ ἑπομένη καὶ παρακολουθοῦσα τοῖς θερισταῖς*. In edd. prr. et superioribus *παραιβάτις* scribitur minuscula littera (*παρεβάτης* cod. 23 *pr.* — *βατις sec.*), quod servaverunt etiam Ziegl. Am. Pal. Ahr. I. II. Mein. I. II. Nomen proprium restituerunt Mein. III. Hart. et Ribbeckius l. l. p. 555, scribentes illi *Παραιβάτις*. *Παραιβαίτης* viri nomen aliquoties invenitur. Meinek. p. 218. Cfr. et Buechelerus, Mus. Rhen. XV, p. 454 et XVIII, p. 316, posteriore loco *χἁ πρᾶν ποιολ. Παραιβάτις* coniiciens. Sed cf. adn. ad v. 31.

33. *ὅλος*] Cf. II, 106 p. 102. Cic. II. Phil. 10, 23 posteaquam se *totum* Pompeio Caesar tradidit. — *ἔγκειμαι*] „*tibi immineo*" (Curt. IX, 4, 21), „*in te incumbo*" (Cic. pro Mur. XXVI, 53), „*sum tibi acclinis*" (Hor. Sat. II, 2, 6). Vide et proecdosin. Non recte de h. l. indicat Naegelsbach ad Iliad. p. 159. Neque apte Hermannus in praef. ed. Soph. Schaef. 1810 p. VII *ἔγκειμαι* explicat „persequor, urgueo", ipsum mutandum verbum esse idem recte negat. Schaeferus enim scripsit *ἄγκειμαι* in ed. Theocr. 1809 e coni. a Brunckio anal. III, 2 p. 65 proposita. „At qui *ἄγκειμαι* substituerunt, docere debebant id sic de personis recte dici." Mein. Alio sensu est Eurip. Helen. 924 *οἷσιν ἔγκειμαι κακοῖς*.

34. *ἦ μάν*] Cf. Theocr. XVII, 40. IV, 14. V, 50. Iliad. II, 370 (*ἦ μὰν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς*). Iliad. XIII, 354 (*ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος* ed. Faes.). Baeumlein. part. Gr. p. 155.

35. *Μέρμ. Ἐρ.*] *Mermnonis filia Erithacis.* Puellae nomen proprium h. l. requiritur, id quod etiam grammaticos quosdam veteres hic sibi invenire visos esse apparet e verbis schol.: *ἐριθακίς, ἀπὸ τοῦ ἔριθος, ἡ ἀκόλουθος ἢ μισθώτρια, ὑποκοριστικῶς δὲ ἢ ὄνομα κύριον. ἔστι δὲ καὶ ἐρίθακος ὄρνεον, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα.* Vide

αἰτεῖ· καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ. —
Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ
αὐτάν; ᾀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς·

Ahr. tom. II p. 490. In editione Ald. nomen proprium significari, litterarum cum Theocr. VII, 96 (Ἔρωτες) comparatarum ductu proditur. Nomen proprium scripserunt Steph. Heins. Valck. I. II. Hart. Ribbeck. Mein. I. Contra Brunck. Mein. II. III. Ahr. I. II. Am. Ziegl. littera minuscula ἐριθακίς *servulam* vel *mercenariam vilem* interpretantes. Idem placuit Casaubono, *lectt. Theocr.* p. 250 et Eustathio ad Iliad. XVIII, 552 p. 1162, 24. Equidem sententiam de quaesita vocabuli amphibolia in proecdosi prolatam revoco. — ἁ μελαν.] *Erithacis au teint rembruni.* Chaban. Verg. Ecl. II, 14 sqq. nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras atque superba pati fastidia (Theocr. III, 36)? nonne Menalcan? quamvis ille *niger*, quamvis tu candidus esses.

36. καὶ δωσῶ] *ac revera illi dabo.* Interpres est Vergilius, Ecl. II, 40 praeterea duo nec tuta mihi valle reperti capreoli (cf. Theocr. XI, 40) sparsis etiam nunc pellibus albo: bina die siccant ovis ubera: quos tibi *servo* (φυλάσσω, v. 34). Iam pridem a me illos abducere Thestylis *orat. Et* (αἰτεῖ. καὶ —) faciet, quoniam sordent tibi munera nostra. Liv. XXXI, 24 per Boeotiam Athenas ducit, pari incepto haud disparem eventum ratus responsurum. *Et* respondisset ni —. Liv. II, 11 scituros id hostes ratus, quod in obsidione et fame servitia infida transfugerent. *Et* sciere perfugae indicio. — ἐνδιαθρύπτῃ] *quia in me delicata es et superba, quia sentio ,,superba tua fastidia*" (Verg. v. 35 l.). Nempe coram amatore διαθρύπτεται puella elati spiritus, quum sensus animi sui ostentat etiam habitu et gestibus atque ita molliter motat corpus atque iactitat, ut frangi (θρύπτεσθαι) paene videatur, sive ea simulat amorem animique impotentiam oculisque iuvenem venatur (Theocr. VI, 15) sive simulat fastidium iuvenis et contemptum eumque aversari videtur. Similiter *iactitat* sese et *immodice ostentat* auditoribus antequam cantare incipit mulier Theocr. XV, 99 commemorata.

37. Ἄλλεται] ,,*salit supercilium*" (Plaut. Pseud. I, 1, 105) dextri oculi. Quod quidem bonum omen esse caprarius ideoque sese visurum tandem Amaryllida existimat. Cfr. Ameis. *adn.* p. 26. Casaubon. *lectt. Theocr.* p. 252. Imitatio ab Ahrensio neglecta est Eustath. Macr. p. 251. Hercher. ἐπὶ δὲ τούτοις πᾶσιν ὀφθαλμὸς ἥλατό μευ ὁ δεξιός· καὶ ἦν μοι τὸ σημεῖον ἀγαθὸν καὶ προμάντευμα δεξιώτατον, ubi Hercher. praef. p. XXXVI ἥλατο ὀφθαλμός μευ coniicit. — ἰδησῶ] De forma futuri hoc loco solo a Theocrito usurpata vide Buttmann. gr. Gr. II p. 160 ed. II. ,,Vehementer haec forma bilem movit Cobeto, varr. lectt. p. 42. Quis vero docuit Cobetum formam illam Theocritum suo ipsum periculo finxisse neque e populari Siciliensium sermone adscivisse? Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσιν." Mein.

38. αὐτάν;] Ex hoc voc. intelligitur non iam cantari versus 37—39, sed secum loqui caprarium: qua re emendatio v. 24 (ὑπακούει) confirmatur. De vocabulo in novi versus initio collocato cfr. Theocr. I, 85 p. 44 coll. II, 24. II, 85. Iliad. XV, 288. F. Schnorr de Carolsfeld., *verborum coll. Homer.* (Berol. 1864) p. 74. — ὧδ' ἀποκλινθείς] *hic* vel *huc incumbens.* — Cf. adn. I, 13 p. 17. Verg. Ecl. VIII, 16 *incumbens* tereti

καί κέ μ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐστί.
Ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι,
μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄννεν· ἁ δ' Ἀταλάντα
ὡς ἴδεν ὡς ἐμάνη ὡς εἰς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα.

Damon sic coepit olivae. Aen. X, 835 arboris acclinis trunco. Falso Wuestem. „sic negligenter". Diversum est illud Horatii, Od. II, 11, 14, „sub hac pinu iacentes *sic* temere."

39. *καί κέ μ' ἴσως κτλ.*]. Calpurn. III, 41 forsitan audito poterit mitescere cantu. „Antea quidem Amaryllida caprarius dixerat plane saxeam, v. 18, sed invicem submutari solet amantibus animus et oratio. Similis fere est apud Tibullum apostrophe, I, 1, 64: flebis: non tua sunt duro praecordia ferro vincta nec in tenero stat tibi corde silex." Wart. — *ἀδαμαντ.*] „*duro neque enim ex adamante creata est*" (Stat. Silv. I, 2, 69). Ovid. ex Pont. IV, 12, 31 duro tibi pectora ferro esse vel invicto clausa adamante putem. Ovid. Her. II, 137. — Nihil mutandum. Ahr. II. e coni. dedit *καί κ' ἔμ' ἴσως*. Idem tamen praeferre videtur coni. Is. Vossii et Warton. *αἴκ' ἔμ' ἴσως*: denique fortasse etiam rectius scribi *ἀδαμάντινος* (cod. 6 *superscr. α sec.* et 20. Harl.) existimat, id quod Hart. Theocrito obtrusit.

40. *Ἱππομ.*] *ἐντεῦθεν ἄρχεται τῆς ᾠδῆς.* Schol. Hippomenes, Megarei filius, Atalantam, virginem longe pulcherrimam ope malorum aureorum, quae a Venere acceperat, in currendo vicit et victam in matrimonium duxit. Quum enim nemini superba virgo nubere vellet, celeritate vero omnes se superaturam esse speraret, cursus victoriam matrimonii pretium constituit. Res e fabularum scriptoribus perquam nota. Tzetz. Chil. XIII, 453. Ovid. Metam. X, 560. Heyn. ad Apollod. III, 9, 2. Voss. ad Verg. Eclog. p. 314 [p. 32. ed. II]. Wuestem.

41. *μᾶλ'*] Cf. Philet. in adn. II, 120 p. 104. Animi exhilarandi causa repetamus verba Reiskii. „*Μᾶλα* hic sunt *oves*. Nam sententia sic postulat, ut exempla afferat pastorum a deabus et puellis primariis adamatorum." — *ἐν χερσὶν*] Ita scribendum esse, non *ἐνὶ χερσὶν*, consentientibus codd. tantum non omnibus (solus cod. k. et ed. Iunt. habent *ἐνὶ*, quod receperunt Ahr. I. II. Am. Ziegl.: cf. Ameis. praef. p. IX), evicit Mein. p. 220. Constanter in hac causa etiam Homerus posuit *ἐν*. Resonat noster versus Odyss. XII, 229 (*δοῦρε*) *μάκρ' ἐν χερσὶν ἑλὼν εἰς ἴκρια νηὸς ἔβαινον.* At non debebat Mein. commendare Schaeferi ed. 1809 p. 189 coniecturam *ἔχων*, receptam ab Hartungio. Rectissime scribi *ἑλὼν* ostendit Hermann., praef. Soph. Schaef. 1810 p. VII. „Nam si ornatum poeticum omisisset, non *μᾶλ' ἐν χερσὶν εἶχεν*, sed *εἷλε* dixisset poeta." — *ἁ δ' Ἀταλάντα*] compara versus exitum XIV, 31.

42. *ὡς ἴδεν κτλ.*] Cf. II, 82 p. 97. — *ἐμάνη ὡς*] De hiatu confer versum Iliad. V, 740 supra I, 115 p. 54 laudatum, ubi pariter repetita sunt voc. monosyllaba. Theocr. XXV, 91. Odyss. XI, 348 *τοῦτο μὲν οὕτω δὴ ἔσται ἔπος.* Iliad. V, 833. VI, 390. V, 686. V, 97. VI, 460. *La Roche, annal. gymn. austr.* XI, 1860 p. 748 sqq. Adeo elegantissimus poeta Ovidius scripsit Heroid. IX, 131: forsitan et puls*a* Aetolide Deïanira. Verg. Ecl. III, 6 et sucus pecor*i* et lac subduciter agnis. Cf. et Gebauer. 1856 p. 62. — *ἅλατ'*] Utitur hoc voc. poeta, quia semel de curriculo loquitur. Callim. Epigr. XLIV, 5 *δέδοικα Μενέξενε μή*

τὰν ἀγέλαν χὠ μάντις ἀπ' Ὄθρυος ἆγε Μελάμπους
ἐς Πύλον· ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη,
μάτηρ ἁ χαρίεσσα περίφρονος Ἀλφεσιβοίης.
τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων
οὐχ οὑτῶς ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
ὥστ' οὐδὲ φθίμενόν νιν ἄτερ μαζοῖο τίθητι;

με παρεισδὺς οὗτος ὁ σιγέρπης εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ. Receperunt *ἅλατ'*, Hemsterhusii coniecturam, Ameis. Ziegl. Mein. III. Ahr. I. II. Hart. Pal., quam *de poet. buc.* p. 50 restituendam esse docui. Nam in cod. k. legitur *ἅλλατ'*, apud Tzetz. Chil. XII, 945 *ἄλλατ'*, in cod. p. *ἅλετ'*, pro eo, quod suppeditant reliqua subsidia, *ἅλλετ'* vel *ἄλλετ'* (ita edd. certe Ald. Iunt.), quorum prius scriptum adhuc a Mein. I. II. Hick. Boiss. I. II. est.

43. *τὰν ἀγέλαν*] gregem in *Othry*, Thessaliae monte, pastum, quem gregem antea possederat Tyro, mater Nelei (Odyss. XI, 254), tum autem tenebat Iphiclus. — *Μελάμπους*] frater Biantis (v. 44), vates nobilissimus. Fortasse propter Theocritea haec scripsit Propertius, II, 3, 51 [II, 4, 7]: turpia perpessus vates est vincla *Melampus* cognitus Iphicli surripuisse boves. Quem non lucra, magis *Pero formosa* (cf. Theocr. III, 45) coegit mox Amythaonia nupta futura domo.

44. *ἐς Πύλον*] ad Neleum, regem Pyliorum, cui erat filia *Pero*, cuius matrimonium expetebat *Bias* Amythaonis filius (Apollod. I, 9). Cf. Odyss. XI, 285. — *Πηρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσιν. τὴν πάντες μνώοντο περικτίται· οὐδέ τι Νηλεὺς τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ἕλικας βόας εὐρυμετώπους ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης, ἀργαλέας. τὰς οἶος ὑπέσχετο μάντις ἀμύμων* (scil. *Melampus*) *ἐξελάαν.* — *ἐν ἀγκ.*] Hesiod. frg. 57 *Θηρὼ δ' Ἀπόλλωνος ἐν ἀγκοίνῃσι πεσοῦσα.*

45. *μάτηρ*] *Pero* scilicet, quae postea peperit *Alphesiboeam.* Plura de hac fabula vide apud Pausan. IV, 36. schol. Odyss. XI, 287 et 290. schol. Theocr. p. 147 sqq. Ahr. De articulo vide adn. II, 148 p. 111. — *περίφρονος*] Cf. e. gr. Odyss. I, 329 *περίφρων Πηνελόπεια*, Theocrito voc. est *ἅπαξ εἰρημένον.* — *Ἀλφεσιβοίης*] Nomen ex re inditum. Cf. Iliad. XVIII, 593 *παρθένοι ἀλφεσίβοιαι.* Hic versus movisse videtur Vergilium, ut ipse in eclogis adhiberet nomen *Alphesiboei*, quo non utitur Theocritus, et ubique vocabulum in extremo poneret versu hexametro: V, 73. VIII, 1. 5. 62.

46. *τὰν δὲ*] Retinendum est voc. *δὲ*, quod exterminare vult Mein. p. 220. — *μᾶλα νομ.*] Cf. Theocr. I, 109. Pseudotheocr. XX, 34 sqq.

47. *ἐπὶ πλ. κτλ.*] *ad summum furorem* (cf. Theocr. XV, 139) ob mortuum Adonidem conceptum: vide Bion. I, 19 sqq.

48. *ἄτερ μαζοῖο*] *a pectore suo ne mortuum quidem removet*, etiam mortuum cum summo amore amplectitur. Eur. Hel. 610 *ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς στέρνοις.* Relege et Bion. I, 42: *πάχεας ἀμπετάσασα κινύρετο· μεῖνον Ἄδωνι . . . πανύστατον ὥς σε κιχείω, ὥς σε περιπτύξω καὶ χείλεα χείλεσι μίξω κτλ.* — Nihil h. l. mutandum. Mein. III. Bach. l. l. p. 145 et Hart. de coniectura Meinekii iam in ed. II. prolata *ἄτερ παστοῖο*, id quod Mein. II. verterat *a lecto geniali.* Nempe pro *μαζοῖο* (codd. k. p. cet. Ahr. p. 29) est in quibusdam codd. (Ahr. l. l.) et edd.

ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων, ζαλῶ δὲ φίλα γύναι Ἰασίωνα,
ὃς τοσσῆν' ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι. —
Ἀλγέω τὰν κεφαλάν, τὶν δ' οὐ μέλει. οὐκέτ' ἀείδω,

prr. *μασδοῖο*, servatum a Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. Am. Ziegl. Ahr. I. al. In cod. autem Vat. 4 adscriptum est *γράφεται ἄτερ μαλοιο, ἄτερ τοῦ συγκαθεύδειν*, quod Ruhnkenius *θαλάμοιο* corrigendum esse existimabat. Ahrens., quem vide Philol. VII p. 432, et ed. II p. 29 et ad Epitaph. Bion. p. 41 coniecit *μαροῖο* h. e. *μηροῦ*. Satis invenuste, quamvis agatur de Venere. Ipse Meinekius: ,,non credam'', inquit, ,,*μαρός* dixisse Dorienses, nisi exemplo contrarium edoctus.'' Fuit etiam, qui *μάλοιο* scribere et ad similitudinem Theocr. XXVII, 49 de papillis vellet accipere. Rem simplicissimam dudum absolverat Ameis. *adn.* p. 30. Elegantissime autem Buechelerus, Mus. Rhen. XV, p. 454 attendit ad verba schol. cod. Paris. M. *χωρὶς τοῦ μαζοῦ αὐτῆς, ἤγουν τῶν στέρνων· οὕτω γὰρ ἐν γραφῇ τινι ἦν ἐζωγραφημένη.* ,,Quibus verbis sive textilia scholiasta designavit in id. XV commemorata sive aliam concumbentium Veneris Adonidisque picturam, non absurde artis opera ad poesin comparantur.''

49. *ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν*] *beatus praedicandus, felix* (*ζηλωτὸς εὐνᾶς*, Pind. Ol. VII, 6), *meo iudicio:* non *exemplum mihi ad imitandum propositum*, quemadmodum quidam convertit. Namque amatus Endymion ab ipsa Diana est. — *ἄτροπον*] *iugi somno sepultus.* Opponitur *ὕπνος ἐγέρσιμος*, Theocr. XXIV, 7, ex quo facile excitamur et expergiscimur. Wuest. Vide et proecdosin.

50. *Ἐνδυμίων*] Vide Theocr. XX, 37. — *Ἰασίωνα*] *Ἰασίων ὁ Κρής, Κρήτης βασιλεύς, υἱὸς ἦν Μίνωος καὶ Φρονίας Νύμφης. τούτῳ ἐν λειμῶνι κοιμωμένῳ ἡ Δημήτηρ συνῆλθε καὶ ἔτεκε τὸν Πλοῦτον.* Schol. Ovid. Trist. II, 299 in Venere Anchises, in Luna *Latmius heros* (Endymion), in Cerere *Iasius*, qui referatur erit. Cf. proecdosin et Hesiod. theog. 969. Ovid. Amor. III, 10, 25 sqq.

51. *τοσσῆν'*] Cf. Theocr. I, 54. Recte *τοσσῆν'* e codd. p. 17. Mein. II. restituit, quem sequuntur Ziegl. Am. Ahr. I. II. Hart. Cfr. Mein. III, p. 221, ubi accusativum defendit contra Valck. I. necessario legendum esse *τόσσων* contendentem. Habent enim *τόσσων* plerique codd. et edd. prr. (*τόσσον* ed. Mor.), itemque Steph. Heins. cet., etiam Mein. I. Pal. Comparavit Mein. Eur. Hec. 698 *ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.* Oppian. Hal. I, 34 *ἀτερπέα δ' αὖλιν ἔκυρσαν.* Quamquam *ἐκύρησαν ἀοιδῶν* est apud Theocr. XVII, 6. — *βέβαλοι*] *ἀμύητοι, μυστήρια μὴ ἔχοντες. παρεμφαίνει δὲ μυστικὸν τὸν ἔρωτα Ἰασίωνος καὶ Δήμητρος.* Schol. Cf. Theocr. XXVI, 14.

52. *Ἀλγέω κτλ.*] Batrach. 193 *τὴν κεφαλὴν ἀλγοῦσα.* Ratio quaedam inter hunc locum et Eustath. Macremb. p. 216, 4 Meinekio et Herchero intercedere videtur. Ibi haec leguntur: *γλυκεῖα μήτηρ, ἀλγῶ τὴν κεφαλήν.* Eustathium alia certe Theocrito debere planum est. — *τὶν δ' οὐ μέλει*] Cf. Theocr. XI, 29. Subtilius Hick. comparavit Verg. Ecl. X, 28 Amor non talia curat. — *ἀείδω*] Indicativus est temporis praesentis, non coniunctivus, pro quo Vossius aliique habuerunt. Callim. Epigr. LII, 4 *οὐκέτι μακρὰ λέγω.* — Pal. scripsit *ἀεισῶ* e coniectura reiicienda.

κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδονται.
ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

53. **κεισ.**] *mortuus iacebo*, non *aegrotus*, quemadmodum Boiss. II. explicat. Vide argum. p. 119 v. 6. Ex parte comparari possunt verba Tibulli, II, 4, 22 (ne iaceam clausam flebilis ante domum) et Horatii, Od. III, 10, 3 (me tamen asperas porrectum ante fores obiicere incolis plorares Aquilonibus). — **καὶ τοὶ λ.**] *et mortuum me lupi devorabunt.* Nihil simplicius dici potuit. Quare non possum accedere ad sententiam Buecheleri, Mus. Rhen. XV p. 455 locum ita conformantis: *καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοντι, ὡς μέλι . . . γένοιτο, et si lupi sic iacentem devorant, melle dulcius hoc tibi gutture descendat.* Idem iam placuerat et Polwhelio interpreti et Reiskio, animadv. p. 169, quem pro Boissonadio nominare debebat Ribbeckius, Mus. Rhen. XVIII p. 317. Reiskius sic explicat: „et si lupi me dovorent". Hoc et propter Valck. I. dico non accurate res referentem et „*tametsi lupi me devoraverint*", scripto *κ' εἰ — ἔδονται*, interpretantem. Boissonadius quidem in ed. I. sic scripserat; *κ', αἰ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδονται.* At idem in ed. II. *καὶ τοὶ* reposuit. Hemsterhusium *κ' αἴκα* coniecisse scribit Gaisf. ed. Lips. p. 396. Ceterum *ἔδονται* et a Koenio ad Gregor. Cor. dial. D. § 73 et a Valck. I. commendatum idemque a Brunckio ac Valck. II. dudum receptum (id quod dico propter verba non satis perspicua Meinekii p. 221) iure quum alii, velut Iacobs. 1789. 1821. Kiessl. Boiss. I. II. servaverunt, tum Mein. I. II. III. Wordsw. Ahr. I. II., sed Stroth. Harl. alii *ἔδοντι* ediderunt. Illud *ἔδονται* (quae res propter levitatem indicii Hartungiani p. 30 non est praetereunda) non solum apud Gregor. l. l., verum etiam in codd. s. 6. M. scriptum est.

54. **ὡς μέλι κτλ.**] *mellis instar hoc tibi per guttur descendat.* Hanc esse sententiam perspexit Banks. Nam *γένοιτο* vim optandi habet diciturque cum magna acerbitate. Cf. proecdosin. Non apte Kiessl. vertit *descendet*, nec melius Ameisius, qui *adn.* p. 9 de h. l. tractat et *κεν* pro *τοι* scribi malit, *descendere opinor* et ed. p. 8 *descenderet.* — **μέλι**] Hor. Sat. II, 6, 32 hoc iuvat et melli est. — **κατὰ**] Iliad. XXIV, 642 *αἴθοπα οἶνον λευκανίης καθέηκα.* Iliad. XVIII, 109 *χόλος γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο.* Cf. et Hor. Sat. II, 2, 24 gallina *tergere* palatum.

IV.

ARGUMENTUM.

Qui sic aggreditur ad huius idyllii lectionem, quasi nihil unquam audiverit de eius argumento, nihil cogitaverit, rudis et integer, nihil afferens praeiudicati, hic intelliget, nihil simplicius, nihil magis perspicuum*) hoc idyllio posse cogitari, dummodo ne ipse ultra terminos ab auctore scriptos licenter vagetur et manu paene ipsius poetae, quo hic tendit, duci se patiatur. Habet enim carmen ea, quae nunc poetarum recentiorum, Gessnerorum, Vossiorum, Hebeliorum, lectione imbuti exspectamus ab idyllio *κατ᾽ ἐξοχήν* appellato: absolutum illud per se et perfectum non plura dat quam dare vult lectoribus, nec eget eius argumentum ullis ad intelligendum auxiliis operose aut captiose extrinsecus alicunde quaerendis.

Colloquium est Batti cuiusdam, hominis rusticani [quem caprarium propter v. 39 haud quaquam licet dicere], et Corydonis, mercenarii, greges Aegonis cuiusdam pascentis. Huic in saltum profectus (v. 56) forte obviam fit Battus. Oritur sermo, qualem quotidie etiam nunc vel inter pastores in Alpium montibus vel ruri inter agricolas vel ad puteos confabulantibus puellulis audias: cuius non est certum aliquid propositum, sed cuius ansae dantur his rebus, quas praesens hora fert, fortuitis. Armenta pascentem Corydonem Battus conspicit: ,,cuium pecus'', interrogat (v. 1). Respondet alter: oritur sermo de grege et de domini gregis rebus familiaribus: iocatur primo Battus, hilaris animi homo, dicax orisque liberi — quare *Φιλαλήθης* carmen quidam inscripsere —, et Corydonem variis pungit dicteriis [cfr. Voss. ad Verg. Ecl. III, 1—6 p. 109 ed. 1797 = p. 84 ed. 1830]: alter, lentus homo, placide ad haec respondet (v. 1—37), ne iocis quidem alterius intellectis, qua re non minima carminis venustas continetur. [Haec iterum iterumque dico, eo magis, quod Stollius quoque, *anthol.* 1858, his, quae scripsi in proecdosi p. 74, calculum suum adiecit, quamquam haec non intelligere sese scribit Eberzius p. 216.] Repente (v. 38) — ex quo artificio poetae ingenium facile agnoscitur — mentione facta Amaryllidis (v. 36), puellae a Batto amatae eique morte ereptae (v. 38), Battus a iocis suis abripitur ad querimonias, breves illas quidem, sed personae rusticanae convenientes (v. 38—40): solatia ab altero oblata (v. 41—43) recusat verius quam

*) Nemo nisi calumniator obiiciet mihi versum 21.

accipit verbo uno θαρσέω (v. 44): quo verbo plura, quam Fortunae filii nunquam calamitatibus afflicti divinare possunt, continentur. Urguet etiam praesentis temporis ratio (v. 44). Gregis, dum ambo confabulantur, palati curam habendam Battus videt: in vitulis, quae oleam rodunt (v. 44), compellendis socius est Corydoni: spina, dum festinat, laeditur (v. 50): a qua alterius auxilio liberatus (v. 54) de se ipse iocatur (v. 55): ad res domesticas armentarii, Aegonis, de quo agi, praesente ipsius grege, non mirum est, revertitur: de huius patre (v. 58 sqq.) sene interrogat: auditis amoribus cani illius culicis colloquium, acerbo, ut mos est hominum ruri viventium, claudit dicto.

Haec est summa carminis a poeta ficti, nec veros homines inducentis, id quod maxime ex Milonis (v. 6), athletae nobilissimi, qui multis annis ante Theocritum vixit, commemoratione intelligitur. Vide proecdosin p. 75. Placet autem carmen et rationibus, quibus diversae planae personae (proecd. p. 74) describuntur, imprimis sapore Batti vernaculo huiusque dicacitate, et rerum varietate, et hoc temperamento, quod obscuros homines in montibus abditos de hominibus suae aetatis celeberrimis (v. 31) iniicere mentionem quandam poeta voluit. Cfr. Areth. p. 47 et *de poet. buc.* p. 15.

Idyllium quum sit tam simplex, ut id natura dictavisse videatur, nostrae aetatis homines haud pauci non contenti his virtutibus sensus in eo profundiores et recondita ornamenta, vel potius lenocinia, quaesiverunt: eoque nunc perducta res est, ut propter haec quae scribo quosdam non rationibus sed dicteriis insulsis me petituros esse praevideam. Sed erit mihi tanti huius invidiae subire tempestatem: nam integerrimi quosque iudicii inter aequales et plures aliquando apud posteros ab hac, quae nunc quosdam agit, vertigine liberos, ita iudicare scio et — si vis est veritatis — iudicaturos esse confido, in his etiam studiis sigillum veri esse simplicitatem. Relegant nostri iuvenes verba Franc. Vavassoris, *de ludicra dict.* (ed. Kapp., Lips. 1722 p. 111). At quasi augurium inanium opinionum his triginta annis de hoc carmine conceptarum Didotius scripsit ed. 1833 p. 432: „*l'idylle est pour nous d'un genre un peu trop simple.*"

Satis antiquo tempore fuisse, qui in hoc idyllio plura sibi cernere viderentur, quam potest cernere is, qui sequitur leges interpreti scriptas, apparet ex arg. vet. idyllii III (vide p. 120). Nostri homines non acquieverunt in his, quae pridem quum alii scripserunt, tum editor Theocriteorum Goth. 1789 p. 44, sed fabulas Milesias excogitaverunt, quas enarrare molestum, refutare inutile est: nam aut surdis auribus caneremus aut ea diceremus, quae vel pueri, si attendunt, perspiciunt. Itaque, cui libet, legat dissertationem Welckerii, Mus. Rhen. I, 1833 p. 71 sqq.: addat, quae scripsit Doederlinus *lectt. varr. hex.* (Erlang. 1833), repetita in huius viri l. *Reden und Aufsätze* (Erlang. 1843) t. I p. 351 sqq., et quae ad haec idem Doederlinus adiecit t. II p. 165 sqq., ubi Battum huius idyllii assimulat Brakenburgio isti amatori de Goethii Egmonte, Amaryllida Clarae eiusdem tragoediae: denique — nam omnia cum chartarum damno referrem — contendit p. 167 Theocritum in hoc idyllio proxime abesse a „*romantici amoris*" repraesentatione. Superant haec illa, quae commentus est Hartungius p. XIV sqq., p. 380—381, p. 382 (v. 50). Quaedam istorum explosit Gebauerus 1861 p. 20 n. 2.

Scaena est carminis in Italia inferiore, non in urbe Crotone, quod quibusdam visum, sed in urbis vicinia prope Aesarum et Neaethum fluvios (v. 17. 24. coll. v. 33,) inter ipsos greges pascentes (v. 1 sqq. v. 44).

Varia de hoc carmine iudicia habes apud Vavassor. l. l. Sev. Nic. Io. Bloch. *de vera Theocr. idyll. indole* cet. (Othenis 1796) p. 35 sqq. Iac. Gering. *de Theocr. stylo* (Lips. s. a. 4) p. 28. Dahl. edit. p. 57. Souillié, l. p. 5 indicati p. 50. Vergilio quantum hoc idyllium placuerit, ex huius imitationibus cognoscitur. Cfr. maxime Fulv. Ursini *Virgilius coll. scriptt. Gr. illustratus* (ed. Leovard. 1747) p. 27 sqq. Stephan. *imitatt.* p. 52 sqq. Gebauer. 1861 p. 186. De Tibullo vide adn. II, 92 p. 100, de Horatio adn. IV, 41—43. Nec silentio praetereundus Io. Stigelius, qui quum multa Theocritea versibus suis Latinis expresserit, tum in ea ecloga, quae *Phryxus et Menalcas* inscribitur („in reditum Ioann. Frider. Duc. Sax.“ Norimb. 1553, 4) v. 41 sqq. sic convertit:

Est quoque, Phryxe, decus dubiis confidere rebus.
Crastina forte dies meliori fulserit aura.
Invia speranti non est via: sola superstes
Spes alit afflictos: non hanc violentia frangit.
Nonne vides coelum vultu nunc ire sereno,
Quod prius obductis condebant nubila nimbis?

Praeter Ahrensium, qui in *emendatt. Theocr.* p. 7 sqq. doctissime de quibusdam huius carminis versibus disputavit, Ameisium, *adn.* p. 30 sqq., Greverum supra p. 73 commemoratum (collect. Oldenburg. 1845 = 1850 p. 47), nominandus est h. l. Fr. Carol. Rumpfius, cuius *observatt. in Theocr. id. quart. specilegium* prodiit Gissae 1814, 4 („Rector Academ. Ludov. solennia novi Rectoris eligendi indicit“). Cf. et Bach. anthol. p. 146.

Cunichii interpretatio Latina carminis, de qua dixi in proecdosi p. 74, repetita est et in huius viri opere postumo (*Theocr. id. Lat. conv.*) Parm. 1799 p. 17 et in Zamagnae transl. Parm. 1792 p. 21. Teutonicis versibus hex. vertit Welckerus l. l. p. 65. Gallica est translatio Hardionis in l. *mém. de l'acad. des inscript. tom.* IV. p. 520.

Restat ut verba faciam de opinionibus illorum, qui proportiones partium versuumque rationes accuratissimas et in hoc carmine et in id. VI cet. requisiverunt. Quorum est princeps Hermannus, *de arte poes. Gr. buc.* p. 4 sqq., qui adeo post versum 31 excidisse versum, id quod paucos credituros spero, statuit. Quae opiniones quam sint falsae suo loco demonstrabo.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον βουκολικόν, ἐπεὶ Βάττος μὲν αἰπόλος [at vide p. 136], *Κορύδων δὲ βουκόλος, οἳ πρὸς ἀλλήλους διαλέγονται ἀμοιβαίως. ὑποτίθεται δὲ* [*ὁ Θεόκριτος*] *τὸν Κορύδωνα βοῦς νέμοντα βουκόλου τινὸς Αἴγωνος, ὅν φησιν εἰς Ὀλυμπίαν ὑπὸ Μίλωνος παλαιστοῦ ἀπαχθῆναι, ἰσχυρὸν ὄντα, ὡς ἀγωνίσηται, τὸν δὲ Βάττον τοῦτα πυνθανόμενον καὶ λέγοντα ὅτι κακοῦ οἱ βόες ἔτυχον βουκόλου καί εἰσι λεπτοί. τὰ μὲν πράγματα* [*διάκεινται*] *ἐν Κρότωνι τῆς Ἰταλίας. οὐ πάντως δὲ ὁ Θεόκριτος κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γέγονε τῷ Μίλωνι, ἐπεὶ μέμνηται αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἔστι πολὺ νεώτερος, εἴγε Μίλων τὴν ξ´ πάλην νικᾷ παίδων, ὁ Θεόκριτος δέ, ὥσπερ ἐδείξαμεν, κατὰ τὴν ρκδ´ Ὀλυμπιάδα ἤκμαζεν. ἀρχαιότερος οὖν ὁ Μίλων· μέμνηται δὲ αὐτῶν τῶν πραγμάτων.*

Δ.

ΝΟΜΕΙΣ
Η ΒΑΤΤΟΣ ΚΑΙ ΚΟΡΥΔΩΝ
Η ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ.

ΒΑΤΤΟΣ.

Εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

οὔκ·, ἀλλ' Αἴγωνος· βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.

De inscriptione idyllii vide arg. p. 136. Ahr. I p. 30. tom. II p. 13, 10 sqq.

1. Εἰπέ μοι κτλ.] Ita Corydonem alloquitur Battus nescio unde in saltum (v. 56) veniens. Imitatur hoc initium, spectans simul v. 58, Calpurn. VII, 19: dic age, dic *Corydon*, nec nostras invidus aures despice. Ibid. VII, 78: dic age, dic *Corydon*, quae sit mihi forma deorum. Nota est imitatio Vergilii, Eclog. III, 1 sqq. *Corydonis* nomen, idem id. V, 6 adhibitum, habes etiam Anth. Pal. VI, 96. Vergil. Eclog. 1. Prop. III, 33, 73. Calpurn. l. l. et I, 9. IV, 1. VII, 1. — τίνος] Hoc nunc restitui pro τίνες, quod voc. in proecdosi propterea receperam e codd. k. a., quod tum singulare illud Vergilii „*cuium* pecus“ (cfr. Gebauer. 1856 p. 24) hinc traxisse originem credebam. — Φιλώνδα] *Philondae* i. e. *Philonidae*. Notissima sunt exempla talium patronymicorum Doricorum Ἐπαμεινώνδας, Χαρώνδας, Φαιδώνδης (Plat. Phaed. p. 59 C, ubi non recte quidam Φαιδωνίδης ediderunt).

2. Αἴγωνος] Fictum ex re nomen pastorium a Vergilio, Ecl. III, 2, assumptum. Cf. nomina Latina et Teutonica *Capella, Geiser, Zieger*. — αὐτὰς] Pal. coni. αὐτὸς propter Vergilii l. l. verba „nuper mihi tradidit *Aegon*“, et quia fortius sit sic dici: „*ipse* mihi commisit, ne tu de iure meo dubites.“ At posuit Vergilius *Aegon* ob causas rhetoricas. Ovidius scripsisset — „mihi tradidit *illas*“. Cfr. etiam Calpurn. I, 4 pater quas tradidit, Ornite, vaccae. Ibid. V, 9.

ΒΑΤΤΟΣ.

ἦ πᾴ ψε κρύβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγες;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ἀλλ' ὁ γέρων ὑφίητι τὰ μοσχία κἠμὲ φυλάσσει.

ΒΑΤΤΟΣ.

αὐτὸς δ' ἐς τίν' ἄφαντος ὁ βουκόλος ᾤχετο χώραν;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

οὐκ ἄκουσας; ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων.

ΒΑΤΤΟΣ.

καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει;

3. *πᾳ*] Cf. adn. I, 63 p. 36. — *ψε*] Sic Dorienses dixisse pro *σφε* docet Ahr. dial. Dor. p. 261. — *τὰ ποθέσπερα*] Cf. adn. I, 15 p. 18. Odyss. XVII, 191 *ἀτὰρ τάχα τοι ποτὶ ἕσπερα ῥίγιον ἔσται.* Male Welckerus vertit: „nun die melkst ingeheim du wohl alle dir *ehe die Nacht kommt?*" — *ἀμέλγες*] tuum scil. in commodum. Interpres est Vergilius, Ecl. III, 5: hic alienus oves custos bis mulget in hora. Pal. comparat Plat. Theaetet. p. 174, D. *τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον, ἕνα τῶν νομέων, οἷον συβώτην ἢ ποιμένα ἤ τινα βουκόλον, ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα· δυσκολώτερον δὲ ἐκείνων ζῷον καὶ ἐπιβουλότερον ποιμαίνειν τε καὶ βδάλλειν νομίζει αὐτοὺς κτλ.*

4. *ἀλλ'*] *immo* vel *istuc quidem ne vereare. πῶς δύναμαι λάθρα ἀμέλγειν, ὅπου ὁ πατὴρ τοῦ Αἴγωνος (ὁ γέρων* cf. v. 58) *ὑποβάλλει τὰ μοσχία;* Schol. Vide Baeumlein. part. Gr. p. 16 coll. Hand. Tursell. I p. 43. — *ὑφίητι*] ut sugant. Odyss. IX, 245 *ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.* Cf. Theocr. IX, 3. XXV, 104. — *κἠμὲ*] me, cui suspicax homo parum fidei habet. Cf. adn. II, 159 p. 115.

5. *ἄφαντος*] Odyss. I, 242 *οἴχετ' ἄιστος, ἄπυστος.*

6. *ἄγων — ᾤχ.*] Cf. adn. II, 6—7 p. 77. — *Ἀλφεὸν*] *ἀντὶ ἐπὶ τὴν Ὀλυμπίαν.* Schol. Ivit illuc Aegon tanquam pugilatu (vide v. 33) futurus Olympionices. Pind. Ol. III, 21 de Hercule ludorum Olympicorum conditore: *καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.* Cf. v. 29. Homerus quidem dicit producta syllaba media *Ἀλφειόν,* e. gr. Iliad. II, 592. Cf. Theocr. XXV, 10. — *Μίλων*] Crotoniensem significari existimo Milonem athletam nobilissimum. Vide proecdosin p. 75.

7. *καὶ πόκα*] „at vero Aegon nunquam in palaestra versatus est." Ite recte Pal. — *ἔλαιον*] *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν „καὶ πότε ἐκεῖνος οἶδε παλαίειν"; ἔφη „πότε εἶδεν ἔλαιον", ᾧ ἐχρίοντο δηλονότι οἱ παλαίοντες.* Schol. Hor. Od. I, 8, 8 cur *olivum* sanguine viperino cautius vitat? Catull. LXIII, 64 decus *olei.* Nos de tirone: hat er je Pulver gerochen? — *ἐν ὀφθαλμοῖσιν*] Vel propter usum notissimum Homeri (e. gr. Iliad. I, 587. Odyss. XIV, 343. Naegelsb. ad Iliad. I, 587) retinendum *ἐν*, pro quo Ahr. praef. p. LXXXI *ἐπ' ὀφθαλμοῖσι* e cod. Q. (cf. Gaisf.) correctum vult.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

φαντί νιν Ἡρακλῆι βίην καὶ κάρτος ἐρίσδειν.

ΒΑΤΤΟΣ.

κἤμ᾽ ἔφαθ᾽ ἁ μάτηρ Πολυδεύκεος εἶμεν ἀμείνω.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

κὤχετ᾽ ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα.

ΒΑΤΤΟΣ.

πείσαι κεν Μίλων κὰτ τῶ λύκω ἀμνάδα λυσσῆν.

8. *βίην*] Brunckium, quem *pauci*, velut Dahl. Ahr. I. Hart., non „ceteri“, ut scribit Meinek. p. 221, secuti sunt, fortasse recte *βίαν* edidisse dicit Meinekius, ipse tamen ed. I. II. III. (haud secus atque Ziegl. Am. Ahr. II. Pal. Boiss. I. II. Wuest. Kiessl. Briggs. Gaisf., Hart. Stroth. Fr. Iacobs. Aug. Iacobs. al.) librorum lectionem *βίην*, Homerico usu (Odyss. IV, 415 *κάρτος τε βίη τε* al.) commendatam, iure retinuit. Absonum est *κάλλος*, quod ex schol. v. l. Calliergus pro *κάρτος* receperat.

9. *ἁ μάτηρ*] Cf. adn. II, 64 p. 92. Hor. Epist. I, 18, 26 veluti pia mater plus quam se sapere et virtutibus esse priorum vult. — *Πολυδεύκεος*] Pollux (Iliad. III, 237) pugil, Aegon quoque (v. 33) pugil.

10. *κὤχετ᾽ ἔχων*] Cf. adn. II, 6—7 p. 77. Abiit Aegon Olympiam instructus rebus athletae necessariis, et rutro, quo arenam ruebant (vide proecd. p. 76 et Welcker. l. l. p. 77), et grege ovium, quo aleretur. Fest. s. v. *rutrum* p. 222 Lind.: *rutrum* tenentis iuvenis effigies est in Capitolio, more Graecorum arenam ruentis exercitationis gratia. *Poma μᾶλα* male interpretatur Schol. Nec vero voc. *εἴκατι* voracitatem significat hominis, quemadmodum existimat Pal. Casui autem tribuo quod v. *τουτόθε* et *τουτῶθεν* (v. 48), vocabula Theocrito *ἅπαξ εἰρημένα*, in eodem legimus idyllio.

11. *πείσαι*] Singularen audaciam Aegonis rustici ad certamina Olympica Milonis impulsu profecti ridet Battus, hoc dicens: *suadeat* vel *efficiat* (cf. Theocr. VII, 153. Verg. Aen. X, 10) *Milo ut vel agnus adoriri lupum audeat.* Vergil. Ecl. VIII, 52: „nunc et oves ultro fugiat lupus“, quibus verbis, si quid video, Vergilius ad Theocritea spectavit. Recepi nunc leviter mutatam coniecturam priscam Aurati, Scaligeri, Eichstadtii *κὰτ τῶ λύκω ἀμνάδα* (*ἀμνίδα*). *Sententia* quae debeat esse vidit Ameis. *adn.* p. 31. Codd. et edd. prr. non multum variant. Ibi legitur *πεῖσαι κε* (vel *πείσαι κε*, *πείσει τι*, *πεῖσαί τοι*, *πείσαι τοι*, *πείσαί τοι*: vide Ahr. p. 31) *Μίλων καὶ τὼς λύκως* (codd. k. a. 6. M. ed. Med. Ald.) vel *λύκος* (codd. rell. Iunt.) *αὐτίκα λυσσῆν* (*λυσσᾶν*). In quibus verbis explicandis vel emendandis incredibile dictu est quam multi homines docti desudaverint. Librorum lectionem in proecdosi laboriose me, sed non vere secundum Briggsium explicasse nunc intelligo. Neque vero probari potest explicatio ab Ahrensio, qui in ed. I. et II. *κα* pro *κε* e coni. scripsit, prolata. Philol. VII p. 432 „Milon sollte wohl selbst die Wölfe dahin bringen, alsbald vor Hunger rasend zu werden, weil er nämlich die Veranlassung ist, dass ihnen alle Beute entzogen wird.“ Nec satis dilucide. Pal. haec explicandi causa scribit, „Milonem,

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι αἶδε ποθεῦντι.

ΒΑΤΤΟΣ.

δειλαῖαι δ' αὖται· τὸν βουκόλον ὡς κακὸν εὗρον.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ἦ μὰν δειλαῖαί γε, καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι.

ΒΑΤΤΟΣ.

τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται

qui dominum cum armento abstraxerit, lupis persuasurum ut in neglectum pecus, nec satis a Corydone custoditum, saeviant." Hermannus praef. Soph. Schaef. 1810 p. XV contendit dici versum tanquam proverbium in eos, qui facere aggrediantur, quod facere nequeant. Argute ille, sed non vere. Multo minus tolerabiles sunt explicationes Doederlini, *Reden und Aufs.* I p. 354, quem Ameisius edit. p. 8 sequitur, Eberzii p. 218, Reisigii („am Ende locket der uns gar noch die Wölfe in die Herden": vide Wuestem. p. 58). Alii alia tentaverunt. Greverus, qui v. 10 pro *σκαπάναν* coniecit *δαπάναν*, *nummos praesentes, baares Geld*, pro *αὐτίκα* divinat scriptum fuisse *αὖ τινα*: at cfr. Ameis. in Iahnii annal. 1845, XV p. 226. Adert., *Théocr.* p. 11. coni. *Πίσᾳ τοι Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῇ*, *Milon aura donc à Pise la faim enragée d'un loup.* Wordsw. coni. *πείσαι τοι μῆλ' ὧν καὶ τὼς λύκος αὐτ. λ.*, *oves doceant lupos furere.* Contra dixit Herm. in annal. Vindob. 1848 p. 213. Hart. e. coni. edidit *π. κα Μ. καὶ πρὸς λύκον ἀμνίδα λυσσῆν.* Mein. p. 221 coni. *π. κεν Μ. καὶ τὼς κύνας αὐτίκα λυσσῆν.* Fr. Iacobs. praef. Bion. et Mosch. (Goth. 1795) p. XI coni. *καὶ τὼς λαγὸς αὐτίκα λυσσῆν.* Graef. epist. crit. p. 19. coni. *καὶ τὼς λίθος αὐτίκα λυσσῆν.* Superiorum coniecturas diversas vide apud Ahlwardtum p. 78. Aug. Iacobsium ad h. l. p. 24, Rumpfium l. supra p. 138 laudati p. 7—14.

13. *δειλαῖαι δ' αὖται*] sunt *autem revera* miserae. Ita Corydonis verba iocans Battus confirmat. Ahrensius ed. min. 1856 p. IV *δ'* hoc loco pro *δὴ* dictum esse statuit. Legitur certe in codd. k. a. *δ' αὖται*, quod edidit Ahr. II.: in reliquis codd. est *γ' αὖται*, quod habent etiam edd. prr. Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal. al. Hartungius *δὴ αὖται* scripsit e. coni. ab Ahrensio, Phil. VII p. 432, prolata. Ceterum cf. Verg. Ecl. III, 3 *infelix o semper, oves, pecus.*

14. *ἦ μὰν*] Cf. Theocr. III, 34. — *δειλαῖαί γε*] Particula *γε* respondentis et superiora affirmantis est, ut e. gr. Soph. Oed. R. 963. — *οὐκέτι λῶντι ν.*] Stigelius l. a nobis supra p. 138 l. *pascuaque oblitas pecudes lugere videres.* Theocritea iam imitatus Moschus est, III, 23: *καὶ αἱ βόες αἱ ποτ' ἀναύροις πλασδόμεναι γοάοντι καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.* Verg. Ecl. V, 25 nulla nec amnem libavit quadrupes nec graminis attigit herbam. Calpurn. IX, 2 nulla meae trinis tetigerunt gramina vaccae luciferis, nullo libarunt amne liquores.

15—16. *αὐτὰ κτλ.*] Cf. Theocr. II, 89—90. Aperte imitatur Vergil. Ecl. III, 102 vix ossibus haerent. Grat. Cyneg. 290 teneris vix artibus haeret.

τὤστια. μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

οὐ Δᾶν, ἀλλ᾽ ὁκὰ μέν νιν ἐπ᾽ Αἰσάροιο νομεύω
καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κώμυθα δίδωμι,
ἄλλοκα δὲ σκαίρει τὸ βαθύσκιον ἀμφὶ Λάτυμνον.

16. πρῶκας] Hesiod. theog. 395 ἠχέτα τέττιξ — ᾧτε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση. Imitari Theocriteum versum Verg. Ecl. V, 77 (dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae), id quod Vinsemio aliisque probabile videtur, contendi non potest.

17. οὐ Δᾶν] *non per Iovem.* Ita recte Am. et h. l. et Theocr. VII, 39. Etiam Mein. III p. 473 probata scriptura οὐ Δᾶν vocabulum Δᾶν habet pro accusativo voc. Δᾶς vel Ζᾶς. Vide Curt. Etymol. II, p. 188 coll. Iliad. VIII, 206 et XIV, 265. Ζανός est Theocr. XVIII, 19. Schol. interpretantur μὰ τὴν γῆν. Afferunt in hanc sententiam homines docti Arist. Lysist. 198 φεῦ δᾶ. Eur. Phoen. 1303, similia. Non negarim equidem Dorienses δᾶ pro γᾶ dixisse, id quod confirmant auctores ab Ahrensio *de dial. Dor.* p. 80 allati. Δημήτηρ a Graecis quasi γῆ μήτηρ nominata est, ut scribit Cicero, N. D. II, 26, eademque Prelleri est sententia, mythol. p. 588 ed. 1860. Similiter pro γέφυρα Lacones dixere διφοῦρα (Hesych. s. v. — Curt. Etym. II, p. 77): contra voc. Ἀριάδνη prolatum etiam est Ἀριάγνη: cf. annal. Gotting. 1858. n. 164 p. 1628. Accedunt huc Aeolica illa, de quibus vide Ahr. dial. Aeol. p. 73. Sed praestat ratio Meinekii. Quamquam Ahr., Phil. VII p. 433, οὐ δαῦτ᾽ coniecit. Hartungius p. 377 paucis persuadebit Δᾶν curtatum esse ex nomine Δηώ. Littera maiuscula scribendum viderunt οὐ Δᾶν Brunck. Am. Ahr. I. II. Hart. Nam editores superiores (etiam Valck. I. II. Boiss. I. II. Ziegl. Mein. I. II. III. Pal. al.) scripserunt οὐ δᾶν, quod est in edd. prr. et in codd. exceptis codd. k. 6 et Gregor. Cor. dial. Dor. § 71, ubi est γᾶν, haud dubie ab explicatione voc. δᾶν profectum. — ὁκὰ] Cf. I, 36 p. 25. — ἐπ᾽ Αἰσάροιο] De *Aesare* (ita Ovid. Met. XV, 23 correpta syllaba media hunc fluvium appellat) vide proecd. et Strab. VI, 1, 12 p. 262: πρώτη δ᾽ ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου (Theocr. IV, 33) καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος (Theocr. IV, 24).

18. καὶ] *atque insuper* praebeo ei mollis foeni pulcrum fasciculum. Non est otiosus h. l. versus, lectus etiam a Choerobosco (Mein. p. 223. Ahr. p. 32), quem Buechelerus, Mus. Rhen. XV p. 456, spurium esse iudicavit, Hartungius post versum 19 (ἄλλοκα κτλ.) collocavit, quia idem in cod. k. repetitur post v. 25 „cum lectionibus χρόκοιο et διδοῖμι". — μαλακῶ] Ovid. Met. XV, 14 armento *teneras* errante per herbas.

19. ἀμφί] Cf. proecdosin et Hoffmanni librum, *homer. Unters. I* (*Lueneb.* 1857) p. 7. Hor. Od. IV, 2, 30 *circa* nemus uvidique Tiburis ripas. — Λάτυμνον] τῆς Λευκανικῆς (cf. Ahr. II p. 494) ὄρος περὶ Κρότωνα. Schol. In codd. p. 6 pro λάτυμνον legitur λάταμνον. Nihili est l. v. cod. Y. βαθύσκιμνον vel cod. p. βαθύσχινον, additis tamen in cod. p. his verbis: γράφεται δὲ καὶ βαθύσκιον. Hom. hymn. in Merc. 229 (nam in Odyss. et Iliad.

ΒΑΤΤΟΣ.

λεπτὸς μὰν χὡ ταῦρος ὁ πυρρίχος. αἴθε λάχοιεν
τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται ὅκκα θύωντι

non invenitur voc.) *πέτρης ἐς κευθμῶνα βαθύσκιον.*

20. *λεπτὸς*] Verg. Ecl. III, 100 quam pingui *macer* est mihi taurus in ervo. — *πυρρίχος*] rufulus. In cod. k. et in edd. prr. scribitur *πύρριχος*, alios scripsisse *πυρρίχος* e schol. p. 162, 8 Ahr. intelligitur. In versu poetae Doriensis (de Aeolensibus vide Ahr. dial. Aeol. p. 216) rectius scribitur *πυρρίχος*. Cfr. Mein. p. 473, a quo quum alia comparantur, tum Theocr. IV, 55 deminutivum voc. *ὀσσίχον*. Ceterum cum Ahr. II. Mein. I. II. Ziegl. al. lectionem *αἴθε* (codd. w. M.) praetuli lectioni *εἴθε* (Ahr. p. 32) ab Ahr. I. Mein. III. Hart. servatae.

20—22. *αἴθε κτλ.*] Distinxi verba horum versuum ita, ut suasit Hermannus praef. ad Soph. Schaef. 1810 p. VII, adhibita v. 22 lect. var. *κακοφράσμων*, non quo omnia sana esse putem, sed ut legi certe verba possint. Notari patet sordes hominum quorumdam, qui quondam deae hostiam pessimam offerre non dubitaverint. Vide proecdos. p. 77. At v. 22 pro *δᾶμος* (*δῆμος* cod. p.[1]) habetur in scholiis l. v. *ταῦρος*. Equidem neutrum voc. a poeta profectum, sed antiquis temporibus lacunam v. 22. extremi fuisse suspicor maiorem. Intelligeretur locus, si haec aut horum similia inveniremus: *αἴθε λάχοιεν τοῖον Λαμπριάδαν τοὶ δαμόται, ὅκκα θύωνται τᾷ Ἥρᾳ· τοῖόν τι κακὸν καὶ πρᾶν ποκ᾽ ἔθυσαν, utinam tribules* (tui) *nanciscerentur talem Splendoris filium, talem Fulgentium*, h. e. tam turpem taurum, *quando Iunoni immolant*. Ita *Λαμπριάδαν* iocose Battus diceret bovem, ut legimus Arist. Eqq. 570 *ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν Ἀμυνίας*. — Phileticus sic vertit: *igneus hic taurus macer est. Domus improba talem* [hic et in proximo versu extremo male interpunxere editores omissa etiam ante vocem *Domus* interpunctione] *o si Lampriadae tunc sortiretur iniqui, pinguia Iunoni properat quum sacra parare.*

21. *τοὶ τῶ*] In initio versus *τοὶ τῶ* praebent codd. plerique et edd. prr., sed *τοὶ* deletum est in cod. 6: in cod. p. legitur *τοὶ ὅι* vel *τοι οἱ*, in cod. v. *τοὶ τὸν*. Deinde in cod. k. est *λαμπριάδά τοί*. Tum pro *δαμόται* in cod. 6 est *δημόται*, in cod. k. autem vocabulo *δαμόται* (vel potius *δαμῶται*, ut ibi scriptum videtur) superscripta est littera *η*, quasi sit *δημόται*. Denique codd. et edd. prr. habent *θύοντι*, quod *θύωντι* corrigendum esse vidit Valck. I., quem sequuntur Ahr. I. II. Mein. II. III. al. (Mein. I. *θύοντι*). Nam habet voc. *ὅκκα* apud Theocritum constanter additum coniunctivum. Cf. Theocr. IV, 56. I, 87. XV, 144. XI, 22. 23. VIII, 68. Hermanni interpungendi rationem secutus erat Mein. I. In ed. Ald. Iunt. Call. Steph. verba sic distincta sunt: *εἴθε λάχοιεν τοὶ τῶ λαμπριάδα τοὶ δαμόται· ὄκκα* (*ὄκκα* Iunt.) *θύοντι τᾷ ἥρᾳ τοιόνδε· κακοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.* Heins. Valck. I. Wuest. Mein. II. III. Ahr. I. II. alii sic interpunxerunt: *εἴθε λάχοιεν — τοὶ δαμόται, ὅκκα θύωντι τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε.* At molestus est accusativus *τοιόνδε* a verbo suo *λάχοιεν* nimium remotus. Offendit etiam articulus duplex non satis defensus a me, procd. p. 77, ab Ahrensio, Philol. VII p. 434, ab Ameisio, *art.* p. 18 et *adn.* p. 7, ubi hi viri de h. l. egerunt. — *Λαμπριάδα*] Lampriadae isti qui sint, ignoratur. De Attico demo, qui non

τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε· κακοφράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

καὶ μὰν ἐς Στομάλιμνον ἐλαύνεται ἔς τε τὰ Φύσκων,

Lampra, ut multi de h. l. tractantes scribunt, sed Lamptrae dicitur, hic non agi Rumpfius perspexit. (Cf. Warton. ad h. l. tom. I. p. 54.) Nec quidquam lucramur ex Hemsterhusii (Gaisf. p. 396. Lips.) comparatione versuum Euphronis ab Athen. IX p. 379—380 servatorum. Doederlin. (*Reden und Aufs.* I p. 354) per *Λαμπριάδαν* ipsum Aegonem intelligit, cuius pater Lamprias fuerit. Valck. I. coni. *τὸν τῶ Λαμπρ.* Ahr. *emendatt.* p. 8 coni. *τούτω Λαμπριάδα τοὶ δαμόται* h. e. *huius, Corydonis, tribules Lampriadae.* Haec omnia non satisfaciunt.

22. *τᾷ Ἥρᾳ*] Collato v. 33 non est dubium quin significetur *Iuno Lacinia* (Cic. de Div. I; 24), in Lacinio, promontorio non longe a Crotone remoto, sanctissime culta. Lucus ibi, ut scribit Liv. XXIV, 3, frequenti silva et proceris abietis arboribus saeptus, laeta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum deae pecus pascebatur sine ullo pastore, separatimque greges sui quisque generis nocte remeabant ad stabula, nunquam insidiis ferarum, non fraude violati hominum. Magni igitur fructus ex eo pecore capti, columnaque inde aurea solida facta et sacrata est: inclitumque templum divitiis etiam, non tantum sanctitate fuit. Cf. Forbiger. geogr. III p. 498. — De hiatu vide Theocr. X, 30. — *κακοφράσμων*] Superiores editores (Call. Steph. cet., etiam Mein. I.) scripserunt *κακοχράσμων*, id quod in codd. et edd. prr. legitur excepto cod. Q., ubi est *κακοσχράμων*, et excepto cod. Harl., ubi est *κακοφράσμων*, sed in scholio addito voc. *κακοχρασμων*, ut scribit Wordsw. De l. v. *ταῦρος* vide adn. 20—22. Illud adi. *κακοχράσμων*, quod glossa cod. p. (coll. Greg. Cor. dial. D. § 107) *δύστροπος, δύσχρηστος, δυσάρεστος* explicat, alii *pauperem*, alii *improbum*, alii *malignum* interpretantur, quam sit falsum Ahrens. *emendatt.* p. 8 exposuit: ibidem ille coni. *κακοσχάμων γὰρ ὁ δῆμος*, tribus *turpis, sordida, inhonesta.* Contra idem Ahr. II. e coni. scripsit *κακογράσμων*, quod voc. et Phil. l. l. et praef. ed. min. p. IV idem atque *κακοφάγος* significare dicit. Hoc improbavit Meinekius III., qui ex schedis Hermanni affert coni. *κακοδράσμων*, *malus sacrorum administrator.* Ipse Mein. II. III. edidit *κακοφράσμων*, quo malevolus animus Lampriadarum indicari videtur comparato maxime vocabulo *κακοφραδμοσύνη*. Hartungius, cuius confusa est p. 377 sq. disputatio, locum totum sic conformavit: *εἴθε λάχοιεν τοίω Λαμπριάδα τοὶ δαμόται, ὄκκα θύωντι τᾷ Ἥρᾳ· τοιοῦδε κακοῦ χραίσμων γὰρ ὁ ταῦρος.*

23. *Στομάλιμνον*] *in Aestuarium.* Regionem certam significat. Quare Hart. et Pal. secutus scripsi littera maiuscula *Στομάλιμνον* coll. Strab. IV, 1, 8 p. 184 *ὑπερκεῖται δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ λιμνοθάλαττα, καλοῦσι δὲ Στομαλίμνην* (*στομαλίμνην* Mein.). Ibid. XIII, 1, 31 p. 595 *μετὰ τὸ Ῥοίτειον — ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν καὶ τὸ Ἀχαικὸν στρατόπεδον καὶ ἡ Στομαλίμνη καλουμένη.* Ibid. XIII, 1, 34 p. 597 *ὁ Σκάμανδρος καὶ ὁ Σιμόεις — συμβάλλουσιν, εἶτ᾽ ἐπὶ τὸ Σίγειον ἐκδιδόασι καὶ ποιοῦσι τὴν Στομαλίμνην καλουμένην.* Libenter hanc Crotonis viciniam commemorasse videtur Theocritus grata commotus patriae suae recordatione. Nam

καὶ ποτὶ τὸν Νήαιθον, ὅπᾳ καλὰ πάντα φύοντι,
αἰγίπυρος καὶ κνύζα καὶ εὐώδης μελίτεια.

fuit in insula Co, teste Strab. XIV, 2, 19 p. 657, vicus *Stomalimne* (ἔχει ἀπὸ δύσεως τὸ Δρέπανον καὶ κώμην καλουμένην Στομαλίμνην). Cf. et Ahrens., Philol. VII p. 412. In codd. p. k. et in ed. Comm. scribitur *στομάλιμνον*. Legit idem Eustath. ad Odyss. X, 190 p. 1649, 58 et schol. ad h. l. Cf. et Piln. ad h. l. p. 25. In cod. Q. est *ἐστομάλιμνον*, in codd. a. s. cet. (Ahr. p. 32, quem vide etiam de l. v. *ὡς τὸ κάλιμνον*) *ἐς τὸ μάλιμνον*, quod praebent etiam edd. prr. Call. Salam. Brub. Steph. (marg. Steph. *ἐς τὸ Λάτυμνον*). Littera maiuscula *ἐς τὸ Μάλιμνον* scripserunt Reisk. Wuestem. Boiss. I. II. al. Ita mons dici videretur ceterum ignotus. At rectius scribi *στομάλιμνον* (vel, ut nos, *Στομ.*) vidit Casaub. *lectt. Theocr.* p. 253, idque primus Heins. recepit, quem sequuntur Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ziegl. Ahr. I. II. Kiesslingius coniecit *ἐς τὸ Μαλίμνω*. — Φύσκων] Coloni prisci significari videntur, fortasse Locri, Crotoniatarum vicini (erant autem vicini Crotoniatarum Locri Epizephyrii), quorum agri publici iuris facti erant. Scripsi e cod. Q. *Φύσκων* pro *Φύσκω*, quod Mein. de fundo cum silva et pascuis a Physco nescio quo olim possesso posse dici existimat. *Montem* Physcum fuisse dicunt scholiastae et Pap. lex. nom. propr., quem montem adeo haud procul a Crotone in quibusdam tabulis designatum video. At adiecta verba *ἐς τὰ* de hominibus possessoribus regionis (vel de homine quodam: cf. Theocr. II, 76) haec accipienda esse ostendunt. Quae eadem causa de fluvio aliquo quominus cogitemus (Mein. p. 224) impedit.

24. Νήαιθον] A Strabone l. l. adn. v. 17 *Νέαιθος* appellatur hic fluvius, qui *Nieto* vel *Neeto* hodie vocitatur. Ahr. II., quem sequitur Hart., pro *Νήαιθον* edidit *Ναύαιθον* ex uno cod. 6., ubi tamen *η* superscriptum est. Ac sane *Ναύαιθος* nominatur hic fluvius ab Euphor. frg. 41 Mein., Lycophr. 911. Etym. M. p. 598, 38. Mein. I. II. III. Pal. al. retinuerunt *Νήαιθον*. Vide et Mein. ad Callim. p. 251. Memorabilis est l. v. cod. a. *τὰν Νήαιθον*. — ὅπᾳ] *ubi*, non *in quam partem* (Am. auctore Ahrensio, Zimmerm. annal. 1840 p. 899). Cf. Theocr. XXVIII, 4 et adn. I, 66 p. 38. Ahr. II. e coni. scripsit *ὅπεῖ*, credo propter l. v. codd. k. p. s., ubi *ὅπη* scriptum est pro *ὅπᾳ*, lectione reliquorum subsidiorum ab Ahr. I. Mein. I. II. III. ceteris servata. Cf. v. 33, ubi Ahr. II. e coni. *εἶπερ* scripsit pro *ᾇπερ*. — καλὰ πάντα] „copia omnis generis herbarum pulcherrima abundat“ (Liv. XXII, 9). Cf. Liv. XXII, 12 ubi quieta *omnia* apud hostes videt. Bion. III, 17 *πάντ' εἴαρος ἀδέα βλαστεῖ*. Arist. Ran. 302 *πάντ' ἀγαθὰ πεπράγαμεν*. — φύοντι] Sensu intransitivo dicitur quemadmodum Theocr. VII, 75 et e. gr. Iliad. VI, 149 *ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἣ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει*. Plura vide apud Lobeck. ad Soph. Ai. p. 90 n. 8. Mein. ad Theocr. VII, 75. Quare non recte Hart. *φύονται* scripsit, id quod est in codd. s. 6. Vix credes fuisse, qui hunc versum vellet eiicere.

25. αἰγίπυρ.] „eryngium maritimum“. — κνύζα] „erygeron viscosum“. Vide proecdosin p. 78. Eandem commemorat herbam Theocritus in versu huic simillimo, VII, 68. Cf. Theocr. XIII, 41. — μελίτεια] Nicandr. ther. 554 *τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες, οἱ δὲ μελίκταιναν· τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι ὀδμῇ θελγόμεναι*

ΒΑΤΤΟΣ.

φεῦ φεῦ βασεῦνται καὶ ταὶ βόες ὦ τάλαν Αἴγων
εἰς Ἀΐδαν, ὅκα καὶ τὺ κακᾶς ἠράσσαο νίκας·
χἀ σῦριγξ εὐρῶτι παλύνεται, ἅν ποκ' ἐπάξα.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

οὐ τήνα γ', οὐ Νύμφας, ἐπεὶ ποτὶ Πῖσαν ἀφέρπων
δῶρον ἐμοί νιν ἔλειπεν· ἐγὼ δέ τίς εἰμι μελικτάς,

μέλιτος ῥοιζηδὸν ἵενται. Cf. Lobeck. pathol. p. 34. n.

26. φεῦ φεῦ] Cf. V, 86. XXVII, 14. 54.

28. εὐρῶτι] καριε (*carie*) explicatur in gl. cod. Butler. *Situm* rectius dices. Similitudo quaedam est Tibull. I, 10, 49: tristia duri militis in tenebris occupat arma situs. Cf. et Verg. Aen. VII, 452 en ego victa situ, quam veri effeta senectus arma inter regum falsa formidine ludit. Hor. Epist. II, 2, 118 situs informis premit. — ἐπάξα] quam *tu tibi*, tuum in usum, compegisti. — Atque situ sordet, quam struxti nuper avena. Cun. Dolet, quod ludum Olympicum ludo fistulae pastori multo aptiore Aegon mutaverit. De verbo cf. Theocr. VIII, 23 et I, 129. Similia sunt, quae Gebauerum quoque p. 159 adnotasse video, Ovid. Met. XIII, 784 sumptaque arundinibus *compacta* est fistula centum. Calpurn. I, 17 nec tibi defuerit mea fistula, quam mihi nuper matura docilis *compègit* arundine Lygdon. Ἐπάξα manifesto legit schol., idemque exstat in codd. Butler. Harl. Canon. apud Wordsw. et in codd. a. p. cet. (cf. Ahr. p. 32) atque in edd. prr. Correctoris est ἐπάξω, quod in codd. D. Q. et k. videtur legi habetque cod. Laud. Wordsworthii: explicatoris est ἐπήξας (ἔπηξας) vel ἐπάξας (ἔπαξας) l. v. cod. Cant. apud. Words. et cod. v. cet. Ahr. Adeo ἔπιξας cod. Phil. apud Wordsw. Scripserunt ἐπάξα Reisk. („*compegisti*"), Brunck. et recentiores editores, Gaisf. Boiss. I. II. Mein. II. III. Ziegl. Ahr. I. II. Pal. Hart. al. Male Steph. in ed. mai. ἔπαξα, quod nuper placuit Hartungio in adn. p. 379 de h. l. tractanti. Contra ἐπάξω Valck. I. II. in textu, quem sequuntur Schaef. Mein. I. al., at in adn. idem Valck. I. II. ἔπαξας praetulit, id quod Harl. Dahl. Kiessl. ediderunt.

29. οὐ — οὐ] Cf. Theocr. V, 14. 17. Verg. Aen. IX, 207 equidem de te nil tale verebar: nec fas, *non*, ita me referat tibi magnus ovantem Iuppiter. — ποτὶ Πῖσαν] ad ludos Olympicos. Cf. v. 6. Pind. Ol. VIII, 9 ἀλλ' ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος, τόνδε κῶμον δέξαι. Brevi littera α Πίσαν dixit Pindarus, longa Theocritus, quemadmodum reliqui poetae, velut Eur. Iph. Taur. 1 et Ar. Ran. 1232 Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πῖσαν μολών.

30. δῶρον] Cf. verba Vergilii, Ecl. V, 85, ad v. 32—33 exscribenda. Calpurn. IV, 59 experiar calamos, here quos mihi doctus Iollas donavit. — ἐμοί] *mihi ipsi*. Respondet pronomini proximum ἐγὼ —. Legitur ἐμοὶ in codd. a. p. Q. et in cod. k. (ubi ἐμοῖνιν), unde recepi cum Hartungio. Reliqua subsidia habent ἐμὶν, quod quum superiores editores scripserunt, tum Mein. I. II. III. Ahr. I. II Pal. Ziegl. cet. Zieglerus: non puto, inquit, propter sequens νιν vulgarem formam (h. e. ἐμοὶ) a poeta admissam esse. Immo evitatur forma ἐμοὶ molesta concursio litterarum ἐμίν νιν. Ahr. II.

κεὖ μὲν τα Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύρρω.
αἰνέω τάν τε Κρότωνα — „καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος“ —
καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον, ᾇπερ ὁ πύκτας
Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.
τηνεῖ καὶ τὸν ταῦρον ἀπ᾿ ὤρεος ἆγε πιάξας
τᾶς ὁπλᾶς κἤδωκ᾿ Ἀμαρυλλίδι, ταὶ δὲ γυναῖκες
μακρὸν ἀνάυσαν, χὠ βουκόλος ἐξεγέλασσεν.

ΒΑΤΤΟΣ.

ὦ χαρίεσσ᾿ Ἀμαρυλλί, μόνας σέθεν οὐδὲ θανοίσας

coniecit δῶρόν μοί νιν. — τις] non ultimus sum cantor. Cf. Theocr. XI, 79. Imitatur Calpurn. IX, 32 nec sumus indoctis calamis: cantamus avena, quae divi cecinere prius cet. Hor. Sat. I, 9, 7 noris nos, inquit: *docti sumus*.

31. κεὖ — Πύρρω] et bene cano *modos* Glauces, bene etiam *modos* Pyrrhi. ἡ Γλαύκη Χία τὸ γένος, κρουματοποιός. γέγονε δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. ὁ δὲ Πύρρος Ἐρυθραῖος Λέσβιος, μελῶν ποιητής. Schol. Cf. Theocr. Epigr. XXIV, arg. p. 137 et ADD.

32—33. αἰνέω — Λακίνιον] *laudo* carminibus meis *et Crotona* — veluti illo carmine, cuius est initium: „*et pulcra urbs Zacynthus est*“ — *et spectans illud ad orientem Lacinium*, Iunonis cultu (adn. v. 17. 22) nobilissimum. Initium carminis καλὰ πόλις ἅ τε Ζ. reliquis verbis inserit, ut Verg. Ecl. V, 85 sqq.: hac nos te fragili donabimus ante cicuta. Haec nos „formosum Corydon ardebat Alexim“, haec eadem docuit „cuium pecus? an Meliboei?“ Ceterum vide ADD.

33. ᾇπερ.] Cf. adn. I, 66 p. 38 et IV, 24. — πύκτας] Cf. adn. v. 6.

34. ὀγδώκ.] Cf. Theocr. XXII, 115 et proecdosin p. 79. De verborum collocatione cf. Theocr. XIII, 33.

35. τὸν] Factum in vulgus notum significare vult Corydon.

36. τᾶς ὁπλᾶς] *prehensum ungula* pedis antici, sublati — opinor —, ducebat ex monte taurum: ἔδωκε τὸν ταῦρον τῇ Ἀμαρυλλίδι, ἐνεγκὼν ἀπό τινος ὄρους καὶ περισπάσας (*huc illuc trahens*, non *pertrahens*, Ahr. schol. p. 497) τῆς ὁπλῆς. Schol. De genetivo cf. Nonn. Dion. XXV, 187. Ungulam solum tauri, non taurum ipsum, apportasse Aegonem putat Hartung. p. 380. Quam refutare opinionem non est operae pretium. Ceterum vide proecdosin p. 79. Ovid. Met. XII, 353 — Tereaque, Haemoniis qui prensos montibus ursos ferre domum vivos indignantesque solebat.

37. μακρὸν ἀνάυσ.] *altum exclamaverunt*, non *longum acclamaverunt* (Am.), vel *procul acclamarunt* (Vins.). Cf. Odyss. VI, 117 αἱ δ᾿ ἐπὶ μακρὸν ἄυσαν.

38. ὦ χαρ. Ἀμαρ.] ἐπεὶ ὁ Κορύδων ἐμνήσθη τῆς Ἀμαρυλλίδος, ἀνεμνήσθη καὶ ὁ Βάττος αὐτῆς· ἦν γὰρ ἐρωμένη αὐτοῦ πρὸ τοῦ θανεῖν. Eadem verba, ὦ χαρίεσσ᾿ Ἀμαρυλλί, habemus Theocr. III, 6, ubi vide adn. p. 122 coll. proecd. p. 79. *Formosam Amaryllida* dicit Verg. Ecl. I, 5 sicuti Propert. l. ad Theocr. III, 43 laudato idem χαρίεσσα vocabulum (Theocr. III, 45) *formosae* vocabulo reddidit. Cf. Calpurn. IX, 1 (Nemes. II, 1) *formosam* Donacen. Calp. XI, 72 (Nemes. IV, 72) *formosus* Iollas. Gebauer. *adi.* p. 8. Indulget autem sibi in adhibendo voc. χαρίεις Theocritus, id. X, 26

λασεύμεσθ'· ὅσον ἄλγος ἐμὶν φίλα, ὅσσον ἀπέσβης.

et X, 36 Βομβύκα χαρίεσσα. id. II, 115. III, 6, III, 45. h. l. VIII, 1. XI, 30. XII, 20. XIII, 7. XIV, 8. XV, 79. XVIII, 38. [XX, 18. Epig. 4, 13.] Nusquam *venusti* vel simile quod huic Graeco respondeat voc. apud Vergilium legimus in Eclogis, qui ipse ibi mirum in modum voc. *formosi* ad voc. χαρίεις vel καλός exprimenda delectatur (Ecl. I, 5. II, 1. VII, 55. X, 18. — II, 17. II, 45. VII, 67. III, 79. IV, 57. V, 44. V, 90. III, 57. VII, 38. VII, 62): bis *pulcri* vocabulo utitur in Eclogis (VI, 21. VI, 65), ter *candidi* (II, 46. V, 56. VII, 38): praeterea *suaves* herbas appellat, Ecl. II, 49, *suave rubens*, Ecl. IV, 43. Fortasse spondeus, qui voc. *formosi* adhibito efficitur, ad frequentem voc. usum Vergilium pellexit: fortasse aetatis Augusteae mollities fecit ut magis hoc epitheton arrideret hominibus delicatis utque non tam vim Gratiarum, quam Graecum voc. χαρίεις exprimit, laudarent, quum *formam* ,,qua excelleret virgo" (Liv. III, 44) praedicarent externam. Ita est ,,Cynthia *forma* potens, Cynthia verba levis" (Prop. II, 5, 28). — σέθεν] Attende ad usum huius formae, apud Homerum frequentissimae, ne a tragicis quidem poetis (e. gr. Aesch. Sept. 141. 264. Dind.) spretae, quam non posuisset poeta in carmine bucolico, nisi elatiorem et a vitae quotidianae usu remotiorem orationem res ac sensus postulassent. Nam non invenitur alibi σέθεν in carminibus bucolicis: invenitur in epicis. Cf. XVII, 46.

39. ὅσον ἄλγος] *quantus, ah quantus luctus tu mihi occidisti*, quantum mihi dolorem morte tua parasti. Cf. Ovid. Met. I, 655 tu non inventa reperta *luctus* eras levior, et adn. ad Theocr. I, 103 p. 50 (ἄλγος). Holtz. synt. prisc. script. Lat. I p. 2 sqq. Scripsi e coni. ὅσον ἄλγος ἐμὶν φίλα pro ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι. Nam nullum auxilium codd. et edd. prr., ubi nihil variatur, nisi quod in cod. Harl., teste Wordsw., est λασώμεθ' δ' et in Ahrensii codd. k. Q. λασεύμεθ' pro λασεύμεσθ', et quod pro ὅσσον legitur τόσσον in codd. a. p. 6. *pr.* (nam manus *sec.* delevit τ) atque in cod. e. Gaisf., ὅσον vero in cod. k. Denique ἀπέσβης praebet cod. k., reliqui codd. et edd. pr. ἀπέσβας. Auctore Gaisfordio in huius codice e. legitur ἀπέσας. Quod ego quoque antea edidi et defendi, ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβης, non potest hunc fundere sensum, quem volunt schol., ὅσον αἱ αἶγες ἐμοὶ προσφιλεῖς, τοσοῦτον σύ, φίλη οὖσα δηλονότι, ἀπέσβης, ἤγουν ἀπέθανες. Minime omnium satisfaciunt, Meinekio etiam p. 226 iudice, ea, quae Doederl. *lectt. varr. hex.* (*Reden u. Aufs.* I p. 253) disseruit. Hic ita quidem interpungit verba: — μόνας σ. οὐ θ. λασεύμεσθ', ὅσον αἶγες ἐμοὶ [sic] φίλαι! ὅσσον ἀπέσβας! h. e. ,,o amabilis Amaryllis, cuius, etiamsi *obieris*, tamdiu memor ero, quamdiu curae mihi erunt capellae meae! quantopere *elanguit* amor tuus!" Ahr. in adn. ed. II. coni. — λασεύμεσθ', ὅσον αἶθες ἐμὶν φίλα. Pal. coni. — λασεῦμαι· τόσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβας. Briggs. coni. ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλα, ὅσσον ἀπέστας, h. e. ,,*o tu tam cara mihi quam sunt caprae, quam procul abes*" vel ,,*tam procul* i. e. *quatenus de te absente hoc licet dicere.*" Hartungius edidit — οὐδὲ θ. λ. ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλα· οἷον ἀπέσβης. Idem p. 381 se olim ἄσποχ' ἀπέσβας (,,ita exstincta es, ut non amplius in conspectum meum venires") coniecisse tradit. Meinek., Philol. XIII p. 397, coni. ὅσον ἄχθευ, ἐμὶν φίλα, ὅσσον

αἰαῖ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς με λελόγχει.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον. ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες. χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

ΒΑΤΤΟΣ.

θαρσέω. βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία· τᾶς γὰρ ἐλαίας

ἀπέσκλης, „quantos dolores tulisti, o mihi cara, quantum extabuisti." Idem Callim. add. p. 313 coni. *ὅσον αἶζες* vel *ὅσον ἆζες ἐμὶν φίλα*, „quantum ingemuisti". Quod e Briggsii coni. posui *φίλα*, quo nomine etiam Amaryllis id. III, 22 et III, 50 compellatur, hoc eo quoque commendatur, quod libenter hoc voc. Theocritus collocavit in pede quarto ante caesuram bucolicam. Ita legis XV, 1 *φίλα*, I, 64 sqq. IX, 35. XV, 104 *φίλαι*. Ita *φίλε* his locis: V, 70. V, 73. VII, 27. VII, 91. VII, 106. XV, 52. XXV, 280. Ita *φίλος* I, 149. VII, 50. Adde etiam II, 119. VII, 95. XXV, 54. — *ἀπέσβης*] *exstincta, mortua es.* Cf. e. gr. Anth. Pal. VII, 20 *ἐσβέσθης γηραιὲ Σοφόκλεες* —. Xen. Cyrop. V, 4, 14 (30) *ἀνάγκη σὺν ἐμοὶ τελευτῶντι πᾶν ἀποσβῆναι τὸ ἡμέτερον γένος.* Plat. Polit. p. 269, B. Verg. Ecl. V, 20. Aen. XII, 38. Georg. I, 466. Cic. Brut. I, 2. Cic. de Rep. VI, 14, 14.

40. *λελόγχει*]. Cf. Plat. Phaed. p. 107 D ibique Stallb. *ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει.*

41—43. *θαρσεῖν*] Batte, bono esto animo: melius nam forsan erit cras. Dum vivis spera: nemo, nisi mortuus exspes. Nubila nunc densat, nunc pellit Iuppiter idem. Phileticus ita vertit. „Est opus afflictis melius confidere rebus atque animo forti sortem superare malignam. Cras melius fortassis erit: cras omnia forsan pro voto venient. Rebus sperare secundis est opus humanis. Spes est carpentibus auras vitales: spes nulla datur modo lumine cassis. Iuppiter interdum coelo constare sereno [assolet?], interdum spectatur nubibus atris." De Tibullo et Stigelio vide arg. p. 138. — *Βάττε*] *Batti* pastoris nomen est apud Ovid. Met. II, 688. Electum a poeta hoc esse voc. propter *Battida*, caram' Philetae praeceptori puellam (Ovid. Trist. I, 6, 2. ex Pont. III, 1, 58) non est credibile: minus etiam credibile, id factum propter Callimachum, qui *Battiades* appellatur e. gr. Catull. LXV, 16. Ovid. Ib. 55. Trist. II, 367. — *τάχ' αὔριον κτλ.*] Cf. adn. II, 92 p. 100. Wuestemann. *prompt. sentent.* (Goth. 1856) p. 87. Horatium, Od. II, 10, 15—18, hunc locum imitatum esse sumpsit Ahr. p. 33: ego negavi in Gersdorfii *repert.* 1856, IV p. 19 et adhuc nego. Ceterum cf. Ameis. in Iahn. annal. 1845, XLV p. 112.

42. *ἐλπίδες*] Bion. XII, 3 *τὰς δὲ γλυκείας ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψω.* Nic. Eug. V, 194 *ἀλλ' οἱ θανόντες ὡς ἀνέλπιστοι, σκόπει· ἐν ζῶσιν ἐλπίς, ἐν θανοῦσιν οὐκέτι.* — *ἀνέλπιστοι δὲ θαν.*] De artificiosa verborum collocatione cf. Theocr. XV, 146 et XVI, 59.

43. *χὠ Ζεὺς κτλ.*] Ovid. Trist. II, 142 nube solet pulsa candidus ire dies. — „Clarior est solito post maxima nubila Phoebus". Alan. apud Binder., *nov. thes. adag.* (Stuttg. 1861) p. 54.

44. *θαρσέω*] Mitte solatia. Vide

τὸν ϑαλλὸν τρώγοντι τὰ δύσσοα. σίτϑ᾽ ὁ λέπαργος.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

σίτϑ᾽ ἁ Κυμαίϑα ποτὶ τὸν λόφον. οὐκ ἐσακούεις;
ἥξῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα, κακὸν τέλος αὐτίκα δωσῶν,
εἰ μὴ ἄπει τουτῶϑεν. ἴδ᾽ αὖ πάλιν ἅδε ποϑέρπει.
εἴϑ᾽ ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον! ὥς τυ πάταξα!

ΒΑΤΤΟΣ.

ϑᾶσαί μ᾽ ὦ Κορύδων, πὸτ τῶ Διός· ἁ γὰρ ἄκανϑα
ἀρμοῖ μ᾽ ὧδ᾽ ἐπάταξ᾽ ὑπὸ τὸ σφυρόν. ὡς δὲ βαϑεῖαι
τἀτρακτυλλίδες ἐντί. κακῶς ἁ πόρτις ὄλοιτο!
εἰς ταύταν ἐτύπην χασμεύμενος. ἦ ῥά γε λεύσσεις;

arg. p. 137 v. 1. Fallitur Hart. p. 382. Doederlini sententiam refutavit Ameis. l. ad v. 41—43 significato. — βάλλε κτλ.] *pelle ab inferiore parte* ad collem, ποτὶ τὸν λόφον (v. 46). Pal. Cf. proecdos. p. 80. — σίτϑ᾽ ὁ λέπαργος] *heus tu cane!* vel *heus tu, qui es canus.* Vide Ameis. praef. p. IX, quamquam hic secutus Vins. non apte vertit *album.* Nam asinorum colore ille vitulus est. Cf. Nic. ther. 349 νωϑεῖ γὰρ κάμνοντες ἀμορβεύοντο λεπάργῳ δῶρα. „Vertere possis *blanchard*". Mabl. Littera minuscula cur scripserim λέπαργος, quemadmodum Mein. I. Gaisf. al., ostendi in proecdosi, p. 80. Nihil igitur cogit nos verba σίτϑ᾽ ὁ λέπαργος (Λέπαργος) assignare Corydoni, id quod, probatum a Buechelero (Mus. Rhen. XV p. 457), fecit Ahr. II. Nec vero Λέπαργος littera maiuscula (Ahr. I. II. Mein. II. III. Pal.) scribendum dixeris propter Theocr. V, 147. Non audiendus Hart. versus omnes 44—53 Batto tribuens.

46. Κυμαίϑα] Cf. adn. I, 151 p. 68.

47. κακὸν τέλος] veniam „*grande malum*" (Hor. Sat. II, 1, 49) tibi daturus, h. e. male te mulcabo. Plaut. Pers. V, 2, 36 cave ne tibi hoc scipione *malum magnum dem.* Phileticus ita vertit: „ocius accedam tibi latos multa per armos verbera, ni fugies, finemque daturus acerbum." Falso Ameis. „malum tributum tibi daturus". Ambigue Lec. „cela finira mal, si tu ne t' en vas pas.

48. αὖ πάλιν] Cf. Theocr. V, 149.

49. εἴϑ᾽ ἦν κτλ.] Bene pridem Phileticus: *o utinam duris gessissem sedulus uncum ipse pedum nodis! quo te nunc verbere caesam redderem!* Vide proecdosin p. 81 et ADD.

50. ϑᾶσαι κτλ.]. Elegantiam loci perspexit Vavass. de *lud. dict.* p. 113.

51. ἀρμοῖ] ἄρτι, ἀρτίως, προσφάτως explicant schol. p. 173, Hesych. Etym. M. Vide ADD. — ἐπάταξ᾽] sauciavit (cf. Theocr. X, 4) me modo spina hic sub malleum. Achill. Tat. II, 7 p. 62, 23 Herch. καί τις ἐξαίφνης μέλιττά ποϑεν ἐπιπτᾶσα τῆς Κλειοῦς ἐπάταξε τὴν χεῖρα. Briggs. coni. ἔπλαξε pro ἐπάταξε, Mein. adeo ἀρμοῖ τᾷδέ μ᾽ ἔπλαξ᾽ ὑπὸ τὸ σφυρόν. Nihil horum probandum est.

53. ἐς — χασμεύμ.] huic inhians, „dum totus in illa sum", ipse spina sauciatus sum. — ἦ ῥά γε λ.] — num *spinam* in vulnere cernis? Wetst. Legitur ἦ ῥά γε in edd. prr. et in cod. k (Mediol. 1) teste Ziegiero, ubi aliis (vide Ahr. p. 34) legi visum ἦ ῥά τε, quod est

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ναὶ ναί, τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν· ἅδε καὶ αὐτά.

ΒΑΤΤΟΣ.

ὁσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

εἰς ὄρος ὄκχ' ἕρπῃς, μὴ νήλιπος ἔρχεο Βάττε·
ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομέοντι.

in codd. aliis: cf. Ahr. ed. p. 35 et Phil. VII p. 436. Ahr. II. e. coni. Phil. l. l. prolata scripsit ἦρά ἕ λεύσσεις; Mein. coni. ἦ ῥά τι λεύσσεις, id quod recepit Hartungius. Recte, ut superiores editores, ita Mein. I. II. III. Ahr. I. Boiss. I. II. Am. Ziegl. Pal. ἦ ῥά γε retinuerunt.

54. τοῖς ὀνυχ. κτλ.] *atque teneo unguibus*. Facio nunc cum editoribus superioribus, e. gr. Reisk. Valck. I. II. Brunck. Mein. I. II. III. Pal. Hart., ταῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν sine interpunctione scribentibus, quum in proecdosi ita interpunxissem: ναὶ ναί, τοῖς ὀνύχεσσιν· ἔχω τέ νιν. Nec offendor collocatione particulae τε. Nam celeriter qui loquuntur et festinanter, verba non ponderant. Qua de causa hic voc. τε quartum in vocabulorum serie factum est. Similis est locus Pind. Ol. III, 18 ξυνὸν ἀνθρώποις στέφανόν τ' ἀρετᾶν. Vide et Theocr. VI, 39 ὡς μὴ β. δέ — coll. Lat. voc. *que* apud Tibull. II, 5, 72. I, 6, 54. Servandum igitur quod habent codd. omnes et edd. prr. ἔχω τέ νιν [tantum ἔχω γέ νιν esse in „marg. Palat." scribit Ziegl., qua de re tacet Ahr. p. 34]. Ahr., Philol. VII p. 436, coni. ἔχω ἕ νιν, idem *emendat. Theocr.* p. 9 ἔχῳ νιν· τεῖδε καὶ αὐτά, Mein. II. p. 167 ἔχω σφ', ἰδοὺ —, Mein. III. p. 227 ἔχω ψέ νιν, Hermann. ad Orph. p. 815 τοῖς ὀν. ἔχω νιν. ἴδ', ἅδε καὶ αὐτά. In ed. Mor. scribitur ἔχω γέ νιν, quod transiit in ed. Steph. Heins. Wintert. Inn. al. et in ed. Ziegl. Am. — ἅδε καὶ αὐτά] „*la voilà, c'est bien elle.*" Mabl.

55. ὁσσίχον — ἁλίκον] „*tantum asinum vulnus tantillum perdomuisse!*" Cf. Theocr. XIX, 8. De adi. ὁσσίχος vide Schwab. *demin.* p. 23. Lobeck. *pathol.* p. 336. — τύμμα] voc. non legitur apud Homerum, at e. gr. Quint. Smyrn. IV, 396. IV, 401. Cf. Koechl. praef. ad Quint. Smyrn. p. LV.

56. εἰς ὄρος] Cf. Theocr. XXVI, 2. — νήλιπος] pede nudo, discalceatus, ἀνυπόδητος (schol.). Imitari haec Longum p. 29. Schaef. (ὁ Δάφνις ἦν ἀνυπόδητος ὡς ἐν πεδίῳ) et Calpurn. III, 4 (duris ego perdita ruscis iamdudum et nullis dubitabam crura rubetis scindere) Wordsw. existimat. Scripsi e cod. k. νήλιπος (cf. e. gr. Apoll. Rhod. III, 646), quod. Mein. p. 228 probavit et schol. quoque legisse videtur, pro μὴ ἀνήλιπος (codd. a. p. edd. Ald. Iunt. — etiam Med. teste Gaisf. —) vel ἀνάλιπος (ed. Call. Steph. al. Pal. Ahr. I. II. Mein. I. II. III. Am. Ziegl.). Cfr. et Schmidt. ad Hesych. I p. 173. — κομέοντι] Cf. I, 133. Hortatu Meinekii p. 473 scripsi κομέοντι e cod. K. coll. lect. var. κομόοντι vel κομόωντι (Ahr. p. 35) pro κομέονται, quod e cod. Q. ab Ahr. II. editum est (cf. Philol. VII p. 409). In edd. prr. Call. cet. Ahr. I. Mein. I. II. III. Pal. scribitur κομόωντι. Hartungius quoque κομέοντι edidit. Mira est

ΒΑΤΤΟΣ.

εἶπ᾽ ἄγε μ᾽ ὦ Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦ ῥ᾽ ἔτι μύλλει
τήναν τὰν κυάνοφρυν Ἐρωτίδα, τᾶς ποκ᾽ ἐκνίσθη;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ἀκμάν γ᾽ ὦ δειλαῖε· πρόαν γε μὲν αὐτὸς ἐπενθών
καὶ ποτὶ τᾷ μάκτρᾳ κατελάμβανον ἆμος ἐνήργει.

ΒΑΤΤΟΣ.

εὖ γ᾽ ὤνθρωπε φιλοῖφα. τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις
ἐγγύθεν ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδεις.

de h. l. disputatio Doederlini, *gloss. Hom.* III. p. 150.

58. εἶπ᾽ ἄγε κτλ.] *age dic mihi, num senex vester* (Aegonis pater: cf. v. 4) *adhuc* „*permolit*“ (Hor. Sat. I, 2, 35) *istam nigro supercilio Venerem, cuius quondam amore peribat.* De eliso dativo μοι vide e. gr. Odyss. IV, 367. Spitzner. ad Iliad. excurs. XIII, 3, tom. I, 3 p. XXXIX. Distinxi verba ut fecerunt Ahr. I. II. Pal. Mein. I. Ziegl. Hart. et editores superiores: nam ita exitus carminis conspirat cum initio, v. 1. Vide versus Calpurnii supra adn. v. 1 commemoratos. Ab rei simplicitate (cf. Ahr., Philol. VII p. 436) abhorret interpunctio εἶπ᾽ ἄγε μ᾽ ὦ Κορύδων τὸ γερόντιον, quae est in ed. Mein. II. (in ed. III. nulla omnino interpunctio est), quam secutus Ameisius ita vertit: *dic age mihi illum senecionem, num adhuc molit.* Cf. adn. ad II, 69 p. 93—94. — μύλλει] Cf. Lobeck. Rhemat. p. 114.

59. Ἐρωτίδα] „*amiculam*“ (Plin. Ep. III, 19, 13), „*Erotion*“ (Plaut. Men. I, 2, 60) „*Venerem*“ (Verg. Ecl. III, 68), „*Cytherida*“ (Cic. ad Fam. IX, 26) istam. Scripsi littera maiuscula voc., quod ἐρωτίδα, minuscula littera, *meretriculam* Mein. explicat. Vide adn. III, 7 p. 122. II, 151. p. 112. coll. nomine deminut. Ἀμαρυλλίς (III, 1) et coll. nominibus adn. I, 9 p. 16 indicatis.

60. ἀκμάν] μέχρι τοῦ νῦν χρῆται τοῖς ἀφροδισίοις. Schol. Falso Hartung. *vehementer* („tüchtig“). — γε μὲν] Cf. Theocr. XVII, 137.

61. μάκτρᾳ] *ad ipsam magida eum offendi* „*depsentem*“ (Cic. ad Fam. IX, 22) — nam Battus μύλλειν verbo usus erat — *inter opus ipsum* (Ovid. Amor. II, 10, 36). — „*Ad mortarium*“ explicat Ahrens., praef. ed. min. 1856 p. IV, cuius est emendatio, in ed. II. recepta, τᾷ μάκτρᾳ. Nam legitur τὰν μάνδραν in edd. Med. Ald. Steph. Heins. cet. Valck. I. Stroth. (τᾶν μάνδρᾳ habet ed. Iunt.), τὰν μάκτραν in ed. Call., τᾷ μάνδρᾳ in codd. p. cet. (Ahr. 35) et ex Brunckii et Valck. II. temporibus apud Dahl. Schaef. Kiessl. Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal. Hart. al. In scholiis autem commemoratur lectio triplex μάνδραν, βάκτραν et μάκτραν, sed Ahrensii coniectura videtur esse vera.

63. ἐρίσδεις] certas, nihil cedis, aequas genere lascivo. Cf. v. 8. Iliad. IX, 389 οὐδ᾽ εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι. Legitur ἐρίσδεις, teste Ziegl., in cod. k. (vide Ahr. p. 35), atque ita ediderunt Mein. II. III. Am. Ahr. I. Hartung. Pal. pro ἐρίσδοι (cod. Harl.) vel ἐρίσδει (codd. rell. edd. prr. cet. usque ad Mein. I. Boiss. I. II.). — Ahr. II. e coni. edidit ὁρίσδεις. Reisk. coni. κακοκνάμοισιν ἐρείδει, Briggs. κακοκνάμοις ἂν ἐρίσδοι.

V.

ARGUMENTUM.

Sybari urbe anno a. Chr. n. 510 a Crotoniatis diruta, progenies quae supererat civium anno 443 non ita procul a sede vetere Thurium vel Thurios urbem condidit, peregrinis etiam accolis affluentibus, pars agros vicinos occupavit. Qui Thuriis consederant, generis atque originis nobilitate elati, superbius, Strabone (VI, 1, 13 p. 263) teste, tractabant colonos, qui aliunde in hanc regionem venerant, ita ut posterioribus etiam temporibus veteres Sybaritae atque advenae recentes in unum populum nondum coaluisse videantur manseritque simultas perpetua *Sybaritas* inter atque *Thurios.* Haec tenenda ut intelligantur rationes huius idyllii, ubi *Sybaritae* cuiusdam (v. 73), cui *Eumaridae* (adn. ad v. 10) nomen est, servus *Comatas* (v. 9—10) capellas pascens obviam fieri fingitur *Laconi*, servo *Sibyrtae* cuiusdam (v. 1. 5), hominis Thurii (v. 72), oves domini sui pascenti prope Crathin (v. 16) fluvium. Conspectum Laconem Comatas conviciis, quae Lacon regerit, lacessit (v. 1—20): Lacon alterum ad cantus certamen provocat (v. 21): post longam de praemio quod victori constituendum sit, deque loci ubi sit consedendum, controversiam (v. 22 sqq.) [lepide Vavass. l. supra p. 137 indicati p. 122 se mirari dicit post tantam amaritiem et inclementiam verborum rem non venire ad manus atque pugnam] Morsonem quendum ligna colligentem (v. 65 sqq.) iudicem certaminis advocant, ac tandem (v. 80 sqq.) cantant *carmen amoebaeum*, ita comparatum ut binis versibus alterius cantoris respondeat cantor alter itidem binis versibus (v. 80—137). Denique Morson, fine certamini imposito, praemium Comatae adiudicat (v. 138 sqq.), qui victor se Nymphis hostiam promittit mactaturum et ad gregis sui curam (v. 149) revertitur.

Pars grammaticorum veterum inscripsit hoc carmen *βουκολιασταί* (vide Ahr. p. 36). Est enim imprimis memorabile propter eos, quos alternis cantant Laco et Comatas versus pastorios: vide v. 44 et 60, ubi, quamquam caprarius et opilio cantant, tamen verbum *βουκολιάζεσθαι* ponitur, utpote de carmine pastorio vel rurali in universum ita usurpatum ut id. VII, 36. IX, 1. Mosch. III, 122. Bion. V, 2 (cf. adn. I, 64 p. 37): nec aliter cantor carminis ruralis appellatur *βουκολιαστάς*, v. 68. Alii veterum inscripsere *ὁδοιπόροι* (cod. p. edd. Med. Ald. Iunt. — *ὁδοιπόροι ἢ βουκολιασταί* Call. —), quod euntes et gregem pedetentim pascentes pastores introducuntur [Alia est sententia Scaligeri, *poet.* ed. Commel. 1617 p. 19]. Neque vero

dubium est quin Theocritus versibus (80 sqq.) alterna vice recitandis imitatus sit vitam hominum Siculorum atque Italiotarum. Vide quae dixi *de poet. buc.* p. 14 coll. Areth. p. 7 sqq. Quid, quod habetur carmen populare Persicum, ubi describitur certamen aliquod inter pastorem et hortulanum, diremptum tandem adventu villici, quemadmodum in hoc idyllio Morsonis arbitrio lis dirimitur? Cfr. hic liber: ,,*specimens of the popular poetry of Persia etc. orally collected and translated by Alexander Chodzko*" Lond. 1842, p. 407. Huius autem carminis amoebaei leges vel potius conditiones hae sunt in universum, ut is, qui ab altero provocatus et lacessitus est, provocanti iisdem, quoad eius fieri potest, verbis leviter suum in commodum mutatis respondeat et aut contrarium aliquid dicat aut evidentius aut pulcrius. Plura vide in his libris. ,,*Secundum amoebaeorum carminum leges denuo in examen vocatur locus Theocr.* VIII, 30 sqq. auct. Io. Aenoth. Zetzsche" (Altenb. 1835, 4) p. 6 sqq. Zimmermann. transl. Theocr. p. 108 sqq. Gebauer. 1856 p. 63 sqq. 1861 p. 176 sqq. et p. 210 sqq. Imitator vel aemulus Theocriti exstitit Vergilius, maxime ecloga tertia: cfr. Fulv. Ursin. *Virg. collatione scriptt. Gr. illustr.* p. 28 sqq. Stephan. *imitatt.* p. 53 sqq. Voss. ad Verg. Ecl. III, 64 sqq. Gebauer. l. l. Potest etiam comparari Calpurn. II, 28 sqq. Magis a descriptarum rerum veritate quam ab morum honestate idyllium visum est commendari quum aliis, tum Dahlio p. 70. Quippe habet eximiam adumbrationem morum rusticorum, quamquam hi protervitate sua hic illic nostrum decori sensum laedunt atque offendunt: sed vide quae dixi de *poet. buc.* p. 17. Greverus hoc quoque loco commemorandus est (*kleine Beitr. etc. Fortsetzung, Bem zu Id.* V. VI. VII. Oldenb. 1828: coll. ed. Oldenb. 1850 (1845) p. 51.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τοῦτο τὸ εἰδύλλιον αἰπολικὸν καὶ ποιμενικόν· προσδιαλέγονται δὲ ἀλλήλοις ἐπὶ Ἰταλίας δι᾽ ἀμοιβαίων ποιμὴν καὶ αἰπόλος. δραματικώτερον δέ ἐστι τοῦτο τὸ εἰδύλλιον, τοῦ προσώπου τοῦ ποιητοῦ μὴ ἐμφαινομένου. ἔστι δὲ τοῦ αἰπόλου τὸ ὄνομα Κομάτας, ὃς καὶ Εὐμαρίδα τοῦ Συβαρίτου νέμει τὰς αἶγας, τοῦ δὲ ποιμένος Λάκων, ὃς Θουρίου τοῦ Σιβύρτα νέμει τὰ θρέμματα. ἔχει δὲ ὁ μὲν Κομάτας κόρην ἐρωμένην Ἀλκίππην, ὁ δὲ Λάκων ἐρώμενον Εὐμήδην. ἀλλήλους οὖν προκαλοῦνται περὶ εὐμουσίας ἐρίζοντες, καὶ ἔπαθλον τῆς νίκης τίθενται ὁ μὲν αἰπόλος τράγον, ὁ δὲ ποιμὴν ἀμνόν, Μόρσωνα δὲ τῶν ᾠδῶν κριτὴν αἱροῦνται. τελεσάντων δὲ τὴν ἅμιλλαν, ὁ κριτὴς Μόρσων τῷ αἰπόλῳ τὴν νίκην ἀπονέμει. ὁ τοίνυν αἰπόλος ἐπὶ τῇ νίκῃ γαῦρος γενόμενος καὶ γεγηθὼς προσδιαλέγεται ταῖς αἰξὶ καὶ τὴν τοῦ τράγου ἐπὶ ταῖς αἰξὶν ὄρεξιν πειρᾶται καταστέλλειν, ἐπινίκιον θυσίαν ταῖς Νύμφαις εὐτρεπίζων.

E.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ Η ΟΔΟΙΠΟΡΟΙ.
ΚΟΜΑΤΑΣ ΚΑΙ ΛΑΚΩΝ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Αἶγες ἐμαί, τῆνον τὸν ποιμένα τόνδε Σιβύρτα
φεύγετε τὸν Λάκωνα· τό μευ νάκος ἐχθὲς ἔκλεψεν.

ΛΑΚΩΝ.

οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας; σίττ᾽ ἀμνίδες. οὐκ ἐσορῆτε

1. *Αἶγες ἐμαί*] Cf. Theocr. V, 145. XXVII, 46. Iliad. I, 586. XVIII, 79 et Mosch. IV, 1 *μῆτερ ἐμή*. Xen. Cyrop. VIII, 7, 3 *παῖδες ἐμοί*. Cic. Cat. mai. 22 o mei carissimi filii. Calpurn. I, 37 vos, populi gaudete mei. — *τῆνον*] istum, furem notissimum. Nihil duri habet *τῆνον*, id quod contendit Pal. Cf. Theocr. I, 120. — *Σιβύρτα*] hic est pecuarius (Cic. pro Tull. § 20) vel armentarius, dominus Laconis. *Σιβύρτα* coniectura est Wuestemanni. Cf. v. 5. 72. 74. et Ahr. adn. cr. ad hos vss. Herm. Soph. Schaef. 1810 praef. p. XIV coni. *Συβάρτα* et v. 5 *Συβάρτᾳ* dativum. Wuestemannum et ego in proecdosi secutus sum et Ahr. I. II. Pal. Hart. Mein. III., quamquam Mein. p. 228 falsus est in vocabulis scribendis. In codd. et edd. prr. est *τον Συβαρίταν* (*σιβαρίταν* cod. Y.), quod habent adhuc Mein. I. II. Ziegl. Am. Vide etiam Ameis. in Iahnii annal. XLV, 1845 p. 118. Phileticus: effugite audentes nimium, mea cura, capellae, hunc Lacona ducem pecoris *servumque Sybartae* [sic].

2. *Λάκωνα*] attende ad vocalis primae quantitatem. Namque clamatorem importunum existimationisque suae buccinatorem (Cic. ad Fam. XVI, 21) hoc nomine electo poeta significavit. Cf. Gebauer. 1856 p. 67—68. Nominis huius pro *Λήκων* positi aliud exemplum se vidisse negat Meinekius. Neque tamen *Λάκκωνος* scribendum. — *νάκος*] Cf. v. 13.

3. *οὐκ ἀπὸ τ. κρ.*] *vultisne a fonte discedere?* h. e. *ocius discedite*. Arist. Nub. 871 *οὐκ ἐς κόρακας;* Theocr. V, 102

τόν μευ τὰν σύριγγα πρόαν κλέψαντα Κομάταν;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

τὰν ποίαν σύριγγα; τὺ γάρ ποκα δῶλε Σιβύρτα
ἐκτάσα σύριγγα; τί δ' οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;

ΛΑΚΩΝ.

τάν μοι ἔδωκε Λύκων ὦλεύθερε. τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἀγκλέψας πόκ' ἔβα νάκος; εἰπὲ Κομᾶτα·

οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυός; Eur. Or. 170 *οὐκ ἀφ' ἡμῶν — πόδα σὸν εἱλίξεις;* Anth. Pal. IX, 217 *οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀναπαύσετε;* Cic. ad Fam. IV, 5 *visne* te cohibere? Cic. Offic. III, 20, 80 Marius ab subselliis in rostra recta (abiit scil.). — *τᾶς*] Cf. adn. I, 1 p. 14. Ceterum *οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας; σίττ' ἀμνίδες.* interpungo secutus Mein. III. et Pal. Nam Ahr. II. et superiores ita interpungunt: *οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας σίττ' ἀμνίδες;*

4. *μευ*] Cf. II, 55 p. 90.

5. *τὰν ποίαν*] proprie *qualis est ista quam dicis fistula?* Cf. e. gr. Aesch. Prom. 249 *τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου;* Arist. Ran. 40 *τὸ τί; — γάρ ποκα*] *An tibi qua caneres fuit unquam fistula?* Eob. Hess. Et proxima verba *οὐκέτι κτλ.* et versus Vergilii (Ecl. III, 25 cantando tu illum? *aut unquam* tibi fistula cera iuncta fuit?) Theocritum *γάρ ποκα* non *γὰρ πόκα* (codd. et edd. prr. praeter ed. Med., ubi *γὰρ ποκα* legitur) scripsisse faciunt credibile, id quod negaveram in proecdosi, ubi cum Mein. I. Boiss. II. Wuestem. et editoribus superioribus *γὰρ πόκα* retinueram. Ediderunt *γάρ ποκα* Boiss. I. Ziegl. Am. Ahr. I. II. Mein. II. III. Hart. Pal. Cf. et Gebauer. 1861 p. 193.

6. *σὺν Κορύδωνι*] Hartungius haec de poeta malo etiam idyllio quarto Corydonis nomine riso accipit. Contra dixit Gebauerus 1861 p. 22.

7. *ποππύσδεν*] Verg. Ecl. III, 26 non tu in triviis, indocte, solebas stridenti miserum stipula disperdere carmen? Interpres Verg. Mai., ed. Serv. Lion. II p. 304: significanter, inquit, illud Theocriti translatum locavit *ἀρκεῖ σοι καλάμας κτλ.*: eleganter ex loco, quod *in triviis:* re, quod *stipula:* sono, quod *stridenti.* Imitationes sive Vergilii sive utriusque poetae habes apud Calpurn. IV, 45: irrita septena modularer sibila canna. Ibid. III, 60 acerbae stridor avenae. Ibid. VIII, 16 carmine [ita legendum] victos risisti calamos et dissona flamina Mopsi. Ibid. X, 10. VI, 23—24.

8. *ὦλεύθερε*] *κατ' εἰρωνείαν εἴρηται.* Schol. — *τὶν δὲ*] Vide eandem verborum collocationem v. 138 repetitam.

9. *ἀγκλέψας*] „subreptum" (Cic. Brut. XIX, 76) vel „sublectum" (Plaut. Rud. III, 4, 44 vel Verg. Ecl. IX, 21). Recte scribi *ἀγκλέψας* (codd. k. a. cet. Ahr. p. 36) ostendit Ahrens. Philol. VII p. 436 et praef. ed. min. 1856 p. IV, ubi comparat verba *ἁρπάζω* et *ἀναρπάζω.* Hartung. et Pal. adhuc retinent *ἐκκλέψας*, quod est in quibusdam codd. et in edd. prr. mansitque usque ad Mein. I. II. III. Ziegl. Am. — Brunck. scripserat *ἂν κλέψας*: Briggs. in cur. sec. p. 287 Gaisf. coniecit *ὃ κλέψας ποκ' ἔβα νάκος.* — *ἔβα*] Redii nunc, auctoribus etiam Mein. I. II. III. Ziegl. Am. Hart. Pal., ad plerorumque codd. et edd. prr. lectionem *ἔβα*, pro qua *ἔβαν* est in cod. a.:

οὐδὲ γὰρ Εὐμαρίδᾳ τῷ δεσπότᾳ ἧς τι ἐνεύδειν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε, τὸ ποικίλον, ἀνίκ' ἔθυσε
ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα· τὺ δ' ὦ κακὲ καὶ τόκ' ἐτάκευ
βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας.

ΛΑΚΩΝ.

οὐ μὰν οὐ τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον, οὔ τέ γε Λάκων

ἔβαν Kiessl., quem sequitur Ahr. II, qui in ed. I ἔβα scripserat. V. 19 ἔκλεψε (Ahr. p. 37) scribo pro ἔκλεψα.

10. Εὐμαρίδᾳ] Sic et hic et v. 73 atque 119 scribendum esse pro Εὐμάρᾳ vel Ευμάρα (Ahr. p. 37), rebus omnibus iterum iterumque perpensis, mihi persuasit Meinekius, quem vide p. 230. Aliter iudicat Ahrens. tom. II p. 500. Mire Pal. lectionem Εὐμάρᾳ his defendit verbis: ,,nomen non ab εὐμαρής deduci videtur, sed fortasse a μᾶρος = νᾶρος, i. e. ῥευστικός, cognato Latinae voci *mare*. — ἧς τι ἐν.] *ne domino quidem tuo erat in qua dormiret pellis.* Vide proecdosin et quae scripsi *de poet. buc.* p. 63 coll. Ahrens. Philol. VII p. 436, ut τι pro τοι (codd. k. cet. edd. prr. Boiss. I. Mein. I. II. III. Ziegl. cet.) recte a me post Boiss. II., quem vide p. 211, et ab Ahr. I. II. Hart. receptum esse intelligas. Ameisius τοι defendere studuit in Iahnii annal. XLV, 1845 p. 206 et in Zimmermanni annal. 1841 p. 231. De hiatu voc. τι cfr. e. gr. Odyss. VIII, 136 atque *La Roche, gymn. Austr. ephem.* XII, 1861 p. 833. Briggs. add. p. 413 amplectitur Kiesslingii opinionem, qui τῷ δεσπότα τοι coniungendum et ad similitudinem Theocr. IV, 62 τό τοι γένος i. e. τὸ γένος ὅ σοί ἐστι (id quod falsum est) explicandum putavit. Hermanni coniecturam inutilem ἧς ἐνιαύειν commemorat Mein. p. 230.

11. Κροκύλος] De forma nominis deminutiva vide Schwab. *deminut.* p. 33.

12—13. ἐτάκευ βασκ.] Imitatur Vergilius non solum Ecl. III, 14 (quae tu, perverse Menalca, et quum vidisti puero donata, dolebas, et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses), sed etiam Eclog. VII, 26 sqq. verbis ,,*invidia* rumpantur ut ilia Codri'' et ,,ne vati noceat mala lingua futuro''. Cum verbo ἐτάκευ cf. Hor. Epist. I, 2, 57 invidus alterius *macrescit* rebus opimis.

13. βασκαίνων] Cf. Th. VI, 39. *Fascinandi* verbo utitur Verg. Ecl. III, 103. — τὰ λοίσθια] *denique.* Cf. adn. I, 15 p. 18. Theocr. XXIII, 16. Soph. Ai. 468 καὶ δρῶν τι χρηστὸν εἶτα λοίσθιον θάνω; Antig. 1304. — γυμνὸν] quandoquidem βαίτᾳ (v. 15), pelle seu mastruca (Quintil. I, 5, 8) pastores induebantur. Cf. Theocr. III, 25. VII, 15. Odyss. XIV, 529 ἀμφὶ δὲ χλαῖναν ἑέσσατο . . . μάλα πυκνήν, ἂν δὲ νάκην ἕλετ' αἰγὸς ἐυτρεφέος, μεγάλοιο. Odyss. XIII, 436. Hesiod. ἔργ. 543 (541). Theocr. Epigr. II, 4. Verg. Mor. 22. Lucr. IV, 1417. Vide et proecdosin III, 25. — ἔθηκας] Cf. Theocr. II, 41 p. 87.

14. οὐ μὰν — Πᾶνα] *non per Pana ,,littoralem''* (Catull. IV, 22), *littoris custodem.* Ita dicit sive in universum, quia littoris quoque custos Pan colitur (vide proecdosin et Preller. mythol. Gr. p. 584 ed. 1860), sive quia statua Panis in illa ubi colloquentes versantur regione esse fingitur. Cf. Schol. p. 184, 4. 6. Ahr. Praestat posterior interpretatio propter v. 58 et v. 54 et propter adi.

τὰν βαίταν ἀπέδυσ᾽ ὁ Καλαιθίδος, ἢ κατὰ τήνας
τᾶς πέτρας ὤνθρωπε μανεὶς εἰς Κρᾶθιν ἁλοίμαν.
ΚΟΜΑΤΑΣ.
οὐ μὰν οὐ ταύτας τὰς λιμνάδας ὦγαθὲ Νύμφας,
αἵτε μοι ἵλαοί τε καὶ εὐμενέες τελέθοιεν,

ἄκτιος. Cf. Apoll. Rhod. I, 359. 403. II, 689. Ego οὐ μὰν οὐ τὸν Πᾶνα et hic et id. XXVII, 35 nunc scripsi e coni. a Valcken. epist. ad Roev. p. XXVIII capta (nam falsa refert Hartungius p. 42), ab eodem Valck. ed. II. commendata, a Brunckio, Mein. I. II. III. Ahr. I., Pal. et plerisque editoribus recentioribus recepta, commotus maxime disputatione Hauptii, Mus. Rhen. IV, 1846 p. 272, Ahrensii (*emendatt. Theocr.*, Gotting. 1841 p. 1) opinionem refellentis. Compara v. 17, ubi οὐ μὰν οὐ ταύτας Reisk. animadv. p. 173 coniecit pro eo, quod in plerisque codd. (οὐδ᾽ αὐτὰς cod. a) et in edd. Med. Ald. (οὔδ᾽ αὖτάς, Iunt.) legitur οὐ μὰν οὔτ᾽ αὐτὰς (Call. Steph. Heins. Valck. II. al.), Reiskiique coniecturam receperunt Brunck. Mein. I. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. al. Quamquam Ahr. II. illic οὐδ᾽ αὐτὰς scripsit, Hermannus in Zimmermanni annal. 1837, pag. 228 οὐ μὰν οὐκ αὐτὰς coniecit. Versum hunc, quo de agitur, libri mss. et edd. prr. sic exhibent scriptum: οὔ μ᾽ αὐτὸν κτλ., id quod mansit in edd. Call. Steph. Heins. Valck. II. Boiss. I. II. al.: Ahrensius in ed. II. οὐ μαὐτὸν scripsit: vide Philol. VII p. 437, ubi malit idem οὐ δαῦτ᾽ οὐ τὸν Πᾶνα scribere. Hermannus l. l. οὐκ αὐτὸν τὸν Πᾶνα coniectavit.

14—15. οὔ τέ γε — Καλ.] *non te pelle tua exuit Laco filius Calaethidis.* Scripsi τέ pro σέ (cf. V, 38) post Boiss. I. Ahr. II. e coni. Kiessl. Ducit eodem l. v. cod. Q. οὐδέ γε. Quamquam οὐ σέ γε servaverunt Boiss. II. Ahr. I. Mein. I. II. III. Am. Ziegl. Pal. Hart. (Hart. quidem σέγε) al. — ἀπέδυσ᾽ aptius h. l ἀπέδυσε (cf. versum 19) quam ἀπέδυσα explicatur propter additum matris nomen ὁ Καλαιθίδος. Scribo autem Καλαιθίδος pro Καλαίθιδος (cf. Theocr. II, 1. III, 1. 6). Nam *filium* — non servum, ut veteres quidam, teste schol. p. 185, 3, voluerunt — se dicit Calaethidis, interponitque nomen matris, quia servus patre incerto natus est. Cf. Hor. Sat. I, 5, 54—55 (— ab his maioribus orti). Ceterum vide et Meinek. p. 231. — Pal., qui p. 27 Καλαιθίδου coniecit, nomen significari putat patris.

15. ἢ] *si fallo.* Cunich.

16. ὤνθρωπε] *mi homo* (Plaut. Cist. IV, 2, 57). Cf. Theocr. XV, 71. Arist. Ach. 818. Vide et id. V, 76. — Κρᾶθιν] Strab. VI p. 263 ἡ Σύβαρις δυεῖν ποταμῶν μεταξύ, Κραθίδος καὶ Συβάριδος. — μανεὶς] „a Pane, si peiero, in furorem coniectus.“ Pal. et Wuestem. — ἁλοίμαν] *velim*, furore correptus, in Crathin desilire. De optativo cf. v. 20 ἀροίμαν, v. 149 γενοίμαν.

17. οὐ μὰν κτλ.] Vide adn. ad v. 14. — λιμνάδας] *per Nymphas*, quae paludem servant (cf. Verg. Georg. IV, 383. Soph. Philoct. 1454 Νύμφαι ἔνυδροι λειμωνιάδες), *palustres.* Cf. adn. ad I, 22 p. 20. Nam digito monstrat statuas, id quod vere Wuestem. contendit: cf. v. 54. De forma nominis vide Lobeck. pathol. prol. p. 442. Ovid. Metam. V, 411 (nympha) a cuius stagnum quoque nomine dictum est. — Νύμφας] Habes idem iusiurandum Theocr. IV, 29.

18. ἱλαοί] longa vocali α usurpavit

οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.

ΛΑΚΩΝ.

αἴ τοι πιστεύσαιμι, τὰ Δάφνιδος ἄλγε᾽ ἀροίμαν.
ἀλλ᾽ ὦν αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν — ἔστι μὲν οὐδέν
ἱερόν — ἀλλά γέ τοι διαείσομαι, ἔστε κ᾽ ἀπείπῃς.

Theocritus hoc, quod in eius operibus *ἅπαξ εἰρημένον* est, vocabulum, non aliter atque Homerus Iliad. I, 583, brevi auctor id. XXVII, 15 coll. Iliad. IX, 639. XIX, 178. — *τε καί*] Legimus has in eadem versus sede particulas Theocr. IV, 57. II, 77. V, 50. V, 128. XVI, 51. Ceterum cf. adn. II, 77 p. 96.

20. *αἴ τοι κτλ.*] ,,*si tibi credam, dolores Daphnidis perferam*“ h. e. quin Daphnidis sortem experiar, non recuso. Falso Am.: ,,si tibi crederem, Daphnidis dolores in me susciperem.“ Cf. adn. ad v. 16. Wuestemannus: ,,vides“, inquit, ,,infelicem vitae exitum Daphnidis in proverbium abiisse (cf. I, 19 *τὰ Δάφνιδος ἄλγε᾽ ἀείδες*), ita tamen, ut hic nullus amoris infelicis respectus habitus sit.“ At quod extremo loco scripsit, in incerto relinquere tutius est.

21. *αἴκα*] Ubique ultima huius particulae syllaba producta est apud Theocritum: cf. id. I, 4. 5. 9. 61. III, 27. XI, 61. Id. V, 51 non *αἴκ᾽* dictum est, sed *αἴ κ᾽* h. e. *αἴκε*: cf. V, 55. I, 10 *αἰ δέ κε*. Contra *ὄκκα* ultimam corripit Theocr. IV, 21 et in epigrammate Nossidis, Anth. Pal. VI, 353. Cfr. Ahrens. dial. Dor. p. 382. Theocr. VIII, 68 *ὄκκ᾽ αὖ πάλιν* legendum est. Cfr. Buecheler. Iahnii annal. 1860 p. 348. Non multum tribuo iis, quae Meinek. p. 478 ad VIII, 68 addidit. — *θέμεν*] *deponere* (Verg. Ecl. III, 32) ut pignus. Theocr. VIII, 14. Calpurn. VI, 2 certavere sub his alterno carmine ramis, iudice me, sed non sine pignore. Vide et Calpurn. VI, 19.

21—22. *ἔστι — ἱερόν*] Quamquam tecum cantu contendere non est magnum (Cic. Mil. XV, 40), nihil est negotii (Cic. Mil. XVII, 45), *non est operae pretium*. ,,Nil sacrum, sanctumque nihil, nullamque minoris rem facio.“ Philet. Ce n'est pas un prix d'une grande valeur. Ren. *Παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων. φησὶ δὲ Κλέαρχος ἐν δευτέρῳ τῶν παροιμιῶν, ὅτι Ἡρακλῆς ἰδὼν ἱδρυμένον τὸν Ἄδωνιν ἔφη· ,,οὐδὲν ἱερόν“. οὐ γὰρ αὐτὸν τιμῆς καὶ ἱδρύσεως ἐδοκίμασεν. Διονυσόδωρος δὲ μεταφορὰν εἶναί φησιν ἀπὸ τῶν ἱερῶν τῶν τιμωμένων, μηδὲν δὲ ἐχόντων ἱερὸν καὶ σεβασμοῦ ἄξιον.* Cf. Ahr. adn. tom. II, p. 186, 8. Alius sensus est Iliad. XXII, 159 *ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην, . . . ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο*: coll. Cic. ad. Att. I, 1. — Banks. comparat illud: ,,a cat may look at a King.“ Nullam vim habet interpretatio Pilneii, Hor. Sat. I, 1, 71 (et tanquam parcere sacris cogeris) in auxilium vocantis et ita scribentis: ,,non v' è nulla di riserbato, del che non possa da te disporsi liberamente“. Nec audiendus Cunich., qui ad voc. *ἔριφος* relata sententia vertit ,,*non sacer ille*“.

22. *ἀλλά γε κτλ.*] *tamen*, quamquam te vincere ludus est, *cantabo tecum tamdiu, nulla intermissione facta* (*διαείσομαι*), *donec tu cantare*, victum te sentiens, *destiteris* vel *animum desponderis*. Ahr. I. II. edidit post Brunck. et Warton. *ἀλλ᾽ ἄγε*, id quod sane legitur in codd. 23 cet. (Ahr. p. 37) sed edd. prr. et codd. rell. habent *ἀλλά γε*, quod Valck. II. quoque

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ὅς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν. ἠνίδε κεῖται
ὤριφος· ἀλλά γε καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ὅρισδε.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ πῶς ὦ κίναδος σὺ τάδ' ἔσσεται ἐξ ἴσου ἁμίν;

praeferendum visum. Ahrensium Hart. et Mein. III. sequuntur, sed idem Mein. p. 473 „re iterum considerata" non esse spernendas significat particulas ἀλλά γε easque posse ab homine Graeco recte coniungi (Ahrensius enim, Philol. VII p. 437, haud secus atque Fischerus ad Plat. Phaed. p. 366 et p. 491 ab Ioann. Wordsw. laudatus, Graecos sic loqui negaverat) quum aliis exemplis p. 231, tum illo de Anth. Plan. IV, 107 planum fecit: ἀλλά γε μὴ πτερὰ πάλλε κατ' ἠέρα. — διαείσομαι] futurum tempus est, non coniunctivus, id quod statuit Ahrens. Phil. l. l. — ἀπείπῃς] Cf. Theocr. VIII, 10. Eustath. ad Iliad. I, 604 p. 162, 1 explicat μέχρις ἀπαγορεύσῃς. Non satis dilucide Ameisius „*donec recusaveris victus*", falso Wuestemannus „*donec victum te adversarius professus fueris.*" Tu cf. Soph. Trach. 788 ἐπεὶ δ' ἀπεῖπε, ubi schol. ἀπειρήκει πρὸς τὰς ὀδύνας. Lepide Banks.: I will go on contending with you in song, until you shall have cried „*enough*". Cunich.: carmine certabo dum fessus dixeris „*ohe*". Nullius ponderis est l. v. cod. k. κατείπῃς (ἀπείποις cod. D). Ceterum Eustathius, quem modo laudavimus, diserte dicit ἕστε esse scribendum, non ἔστε (ἕστε συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἕως. διὸ καὶ δασύνεται). Ita ἕστε h. l. et nos in proecd. scripsimus et Mor. Ziegl. Am. Boiss. II. Ahr. I. II. Mein. II. III. At Mein. I. Boiss. I. Pal. al. ἔστε. Ubique autem Theocritus h. v. in pede quinto versus hexametri collocavit: h. l. et id. I, 6. VI, 32. VII, 67. Vide Mein. p. 231.

23. ποτ' Ἀθαναίαν] Παροιμία ἐπὶ τῶν τοῖς κρείττοσι φιλονεικούντων. Schol. Vide proecdosin. Ibi etiam defenderam ποκ' Ἀθηναίᾳ, coniecturam Brunckii, anal. tom. III p. 59, et Valck. II., receptam ab Ahr. I. Pal. Ziegl., probatam Ahrensio, Philol. VII p. 437, maxime propter codd. k. cet. (Ahr. ed. II. p. 38), ubi ποκ' Ἀθαναίαν legitur, non ποτ'. Nunc redeo ad l. edd. prr. et editorum superiorum eandemque Hart. Am. Mein. I. Boiss. I. II., quae placet etiam Cobetio, Mnem. X, 1 p. 228. Eustath. Macremb. p. 162, 21 Herch. τὸ κρίνον πρὸς τὸ ῥόδον ἐρίζει. Cf. id. I, 24. V, 136. VII, 41. Gaisf. Mein. II. III. scripserunt ὅς ποκ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν, non satis a Mein. III. p. 232 munitum. Cf. Cobet. l. l. — Pal. *secum* haec dicere Comatam existimat, miratum scilicet alterius impudentiam. Immo haec clara voce dici vel versuum aequabilitas ostendit.

24. ἀλλά γε] Ita scripsi pro ἀλλ' ἄγε. Cf. v. 22. — ὅρισδε] *defini, destina pignus.* Ahrensius II. ὅρισδε correxit, quo ducit l. v. cod. k. *pr.* et cod. D. ἔρισδε vel ἔρεισδε (cod. k. *corr.*, ἔρεισε cod. s.). In reliquis codd. et in edd. prr. est ἔρειδε, id quod etiam Mein. I. II. III. Hart. Pal. al. retinuerunt. Ceterum pro τὸν potius τιν' videtur fuisse scriptum. Cf. Theocr. VII, 11.

25. καὶ πῶς κτλ.] *et quomodo, o astuta vulpecula, haec pignora nobis aequalia erunt?* Voc. καὶ mirantis est, ut infra, v. 39. Theocr. IV, 7. Aesch. Prom. 930. Soph. Oed. R. 1019 καὶ πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί; Cic.

τίς τρίχας ἀντ᾽ ἐρίων ἐποκίξατο; τίς δὲ παρεύσας
αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κύνα δήλετ᾽ ἀμέλγειν;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ὅστις νικασεῖν τὸν πλατίον ὣς τὺ πεποίθεις,
σφὰξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον. ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι

pro M. Tullio § 42: „*Et* miramini?" Vide Muetzellii *eph. gymn.* XV p. 178. Scripsi *κίναδος σὺ* e coni. Wordsw., recepta a Mein. III. Hart., Hermanno in annal. Vindob. 1848 p. 213 probata, pro *κιναδεῦ* (codd. a. cet. Ahr. p. 38., cod. Butler. apud Wordsw., ed. Med. Iunt. Mein. II. Am. Ziegl. Ahr. I. Pal.) vel *κίναδ᾽ εὖ* (cod. k. ed. Ald. Call. Steph. Heins. Valck. II. Mein. I. Wordsw. al.). Nam in cod. Vat. 1, teste Wordsworthio, „Sanctamandus invenit scriptum *κιναδσυ* sine accentu, in cod. Vat. 4 *κιναδου* sine spiritu vel apostropho." Praeterea est lect. var. *κίναδε* (cod. s. cet.) et *κίναδε ὦ* in cod. Harl. Ahrens. de h. l. doctissime Philol. VII p. 437 disputans (nam frustra Ziegler. ad Lobeck., adn. ad Buttm. gr. Gr. II p. 410, provocat) coniecit *ὦ κίναιδε*, quod recepit in ed. II. Hoc legisse veterum quosdam e schol. p. 188, 3 et e glossa cod. M. (*πόρνε, ἀναίσχυντε*), intelligitur. Sed non tam metri (Mein. p. 232) quam sententiarum ratio praeferendam esse Wordsworthii emendationem declarat. Cf. e. gr. Soph. Ai. 103 *ἐπίτριπτον κίναδος.* De addito pronomine *σύ* cf. Theocr. V, 40. XV, 76. Epigr. VI, 1. Soph. Phil. 927 *ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα.* Arist. Ach. 948. Plaut. Pers. II, 4, 7 ulmitriba tu. Plaut. Cas. III, 5, 19 excetra tu. Gebauer. 1861 p. 149. Quod scripsi *τάδ᾽ ἔσσεται,* est in codd. a. cet. Vide Ahr. p. 38. Scribunt Mein. II. Am. Ahr. I. Pal. al. *τάδε γ᾽*, quod est in codd. k. Butler. Cant. ed. Iunt. (*τάδέ γ᾽* edd. Med. Call. *τὰ δέ γ᾽* Ald. *τάδ᾽ ἔτ᾽* cod. D.). Vide et Bergk. annal. 1846 p. 733. — *ἐξ ἴσου*] Cf. Classen. ad Thuc. I, 120 (*ἐξ ἴσου νέμειν*). Arrian. Anab. II, 26, 3 al. Ovid. Amor. I, 10, 33 quae Venus *ex aequo* ventura est grata duobus. Met. V, 565. Sen. Vit. beat. XV, 2. al. Pro *ἴσου* Ahr. I. II. dedit *ἴσω* e coni. Briggs. Denique *ἁμίν* post Ahr. II. scripsi pro *ἁμῖν* (cod. k. Hart.) vel *ἄμμιν* (codd. rell. edd. prr. Mein. I. II. III. Ahr. I. cet.).

26. *τρίχας*] Cf. Ar. Ran. 186 *ὄνου πόκας.* — *ἀντ᾽*] Cf. Theocr. XVII, 116.

27. *αἰγὸς*] Non assentior Ribbeckio, qui Mus. Rhen. XVII, 1862 p. 557 scribi iubet *οἰὸς*, nixus maxime schol. cod. Q. *παροιμία ἐστίν· τίς ἀντὶ τοῦ ἀρνοῦ ἔριφον ἔλαβεν;*

28. *ὅστις κτλ.*] *quicunque* confidit se *superaturum esse alterum, ut tu confidis.* Ita recte explicat Ameisius p. IX post O. Schneiderum in Mus. Rhen. III, 1845 p. 630 de h. l. tractantem, codd. optimorum (Ahr. p. 38) et edd. antiquarum (Med. Ald. Call. Steph. ed. mai. Heins. — qui tantum in *lectt. Th.* p. 325 *πεποίθει* habet, id quod propter Valck. II. dicendum —) lectionem, quam firmat quodammodo l. v. *πεποίθης* (codd. a. cet. ed. Iunt.), defendens adversus mutationes *πεποίθη* (Brunck. Mein. II.) vel *πεποίθει* (Steph. ed. min. Winterton. Valck. II. Mein. I. Boiss. I. II. Ziegl. Pal. al.). Cf. Theocr. XII, 8—9. Scripsere *πεποίθεις* Am. Ahr. I. II. Mein. III. Nihilo secius Hart. *ὅστις νικασεῖ — πεποίθεις* e coni. edidit.

29—30. *ἀλλὰ κτλ.*] *verum* — ut video — *non par* pretio *tibi haedus*

ὤριφος ἰσοπαλής, τυῖδ ὁ τράγος οὗτος. ἔρισδε.

ΛΑΚΩΝ.

μὴ σπεῦδ'! οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλψεαι: ἅδιον ᾀσῇ
τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας.
ψυχρὸν ὕδωρ τουτεῖ καταλείβεται· ὧδε πεφύκει
ποία χἀ στιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.

videtur: proinde *en tibi hircus*, pignus a me deponendum. *Incipe certamen.*

30. τυῖδ'] De causis cur hac antiquiore et rariore forma, quam Aeolicam vocant, Theocritus h. l. usus sit dixi in proecdosi. De forma ipsa vide Ludov. Hirzelium *dial. Aeol.* (Lips. 1862) p. 14 coll. Bekker. in *menstr. acad. Berol.* 1862 p. 338. De parataxi cf. e. gr. Hor. Sat. II, 2, 94 sqq. ibique Orell. Neque enim dubitavi cum Hart. post Mein. I. II. III. Boiss. II. Wuest. Ziegl. Pal. Am. (τυίδ') scribere τυῖδ', quod pridem Volgerus ad Sapph. p. 7 (Schaefer. ad Greg. Cor. p. 897) commendaverat, praesertim quum in cod. Paris. 2884 Q. τύΐδ' manifesto scriptum esse Zieglerus p. 179 testetur. In edd. Med. Ald. τὺ ἴδ' legitur (τυΐδ' ed. Iunt.) idemque in codd. reliquis (τυὶ δ' cod. v.), quod mansit usque ad Boiss. I. sic fere scriptum: τύ (ἴδ' ὁ τράγος) οὗτος ἔρισδε. Vide et Ahrens., Philol. VII p. 438, ubi hic vir doctissimus ἀλλὰ γὰρ οὔπᾳ ὤριφος ἰσοπαλής τοι, ἴδ' ὁ τράγος οὗτος ἐρίσδει coniecit. Idem in ed. I. ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι ὤριφος, ἰσοπαλής τοι ἴδ' ὁ τράγος οὗτος ἐρίσδει, in ed. II. ἀλλὰ γὰρ οὔτι [ita cod. s.] ὤριφος ἰσοπαλής τοι, ἴδ' ὁ τράγος οὗτος ἐρίσδει. Fr. Iacobsius ed. 1821 ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι ὤριφος ἰσοπαλής; τοὶ δ' ὁ τράγος οὗτος· ἔρισδε. Meinekius p. 473 ,,non displicet, inquit, — ἰσοπαλής τις, ὁ δὲ τράγος.''

31. θάλψεαι;] *an tu vis igne solis torreri?* Aesch. Prom. 22 σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογί —. Recepi θάλψεαι e cod. Q., sed interrogationis signo addito. In proecdosi dederam, quod habent reliqua subsidia, οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι. At neque schol. neque Wuestemanni interpretatio neque ea explicatio, quam Ameisium (*adn.* p. 34) secutus in proecdosi proposui, apta est.

32. καὶ τἄλσεα] Iliad. XI, 118 καρπαλίμως δ' ἤιξε διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην. Odyss. X, 150 atque 197. Verg. Aen. VI, 704 nemus et virgulta. Mueller. Philol. VII p. 297 sqq. Liceat et comparare Cic. Legg. I, 1: lucus quidem ille et haec Arpinatium quercus agnoscitur, saepe a me lectus in Mario. Plin. Epist. VIII, 8 modicus collis assurgit antiqua cupresso nemorosus et opacus. Subsidia omnia habent καὶ τἄλσεα, excepto cod. a., ubi est τά τ' ἄλσεα. Nihil mutandum. Wordsw. coni. κἀπ' ἄνθεα, *supra flores*, quod damnavit Am. in Bergkii ann. 1846 p. 734: Valck. II. καττάλσεα. Meinekius p. 233 praeferre videtur κατὰ τἄλσεα. De numero plurali vide et Wagner. quaestt. Verg. IX, 3, 5 p. 412.

33. ψυχρὸν] Odyss. XVII, 209 κατὰ δὲ ψυχρὸν ῥέεν ὕδωρ ὑψόθεν ἐκ πέτρης. Theocritum imitatur Verg. Ecl. X, 42: hic *gelidi fontes*, hic mollia prata, Lycori, hic nemus. Calp. II, 6 ad *gelidos fontes* et easdem forte sub umbras conveniunt. Alia vide apud Gebauer., *adi.* p. 6.

34. χἀ στιβὰς ἅδε] *et hic stratum* foliorum (schol. Theocr. VII, 67) *nobis tale* paratum est, quale sedem reddit suavem. Haec est vis articuli. Calpurn.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀλλ᾽ οὔτι σπεύδω· μέγα δ᾽ ἄχθομαι, εἰ τύ με τολμῇς
ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν, ὅν ποκ᾽ ἐόντα
παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐγὼν ἐδίδασκον. ἴδ᾽ ἁ χάρις ἐς τί ποθέρπει.
θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τὲ φάγωντι.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ πόκ᾽ ἐγὼν παρὰ τεῦς τι μαθὼν καλὸν ἢ καὶ ἀκούσας
μέμναμ᾽; ὦ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον αὔτως.

VI, 61 istic protinus ecce torum fecere sub ilice Musae. Ibid. VIII, 32 hic cantare libet, virides nam subiicit herbas mollis ager. Cf. ipsum Theocr. VII, 67.

35. τύ] *tu, tantulus,* discipulus meus, cum quo contendere infra dignitatem meam positum. Cf. v. 36. 41. Fritzsch. ad Rom. XIV, 4.

36. ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι] Eurip. Hec. 970 αἰδώς μ᾽ ἔχει — προσβλέπειν ὀρθαῖς κόραις. Soph. Oed. R. 528 ἐξ ὀμμάτων ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενὸς κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα; Hermannus, praef. Soph. Schaef. 1810 p. XIV, coni. τοῖσδ᾽ ὀρθοῖσι, id quod recepit Pal. Hartungius e coni. scripsit ὀφθαλμοῖς ὀρθοῖσι. Mein. p. 233 coni. ὀπτίλλοις vel ὀμματίοις ὀρθοῖσι. Tu cf. Plat. Phaed. p. 65 D: ἤδη οὖν πώποτέ τι τῶν τοιούτων τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες; *his quos habes oculis.*

37. ἴδ᾽] Verg. Ecl. I, 71 *en*, quo discordia cives produxit miseros! — ἁ χάρις] gratia debita. De articulo cf. Soph. Oed. R. 232 τὸ γὰρ κέρδος τελῶ ᾽γὼ χἡ χάρις προσκείσεται. Antig. 459 τὴν δίκην. Theocr. VIII, 86 τὰ δίδακτρα. Curt. VI, 27, 28 manantibus lacrimis *hanc* sibi a carissimo quondam amicorum relatam gratiam querebatur. — ἐς τί ποθέρπει] „*quam longe serpat*" (Cic. Nat. D. III, 20, 51 coll. § 52 in immensum serpit) h. e. quam nullam vim iam habeat. Legitur ποθέρπει in edd. prr. et edd. superioribus, servatum idem a Mein. II. Ahr. II. Hart., ab Ahr. Philol. VII p. 441 non satis apte sic explicatum: en, quem ad finem beneficium conferatur („siehe, zu welchem Ziele die Wohlthat ertheilt wird"). Quod est in codd. k. p. s. ποθ᾽ ἕρπει, Mein. I. Wuestem. Am. Ziegl. Pal. ediderunt. — Ahr. I. ἐς τί ποχ᾽ ἕρπει scripserat e coniectura etiam a Mein. III. (cf. Mein. II p. 167) recepta. Non probo quod Ahr. II. pro ἐς posuit εἰς propter lemma schol. Call. (cf. schol. Ahr. p. 190, 24).

38. θρέψαι καὶ] *nutri etiam pullos luporum, nutri canes, ut te,* beneficiorum auctorem, *devorent.* Recte dici καὶ intelligitur, oratione sic conformata: τί καὶ ἐθρέψω λυκιδεῖς; De imperativo cf. Soph. Antig. 1168 (πλούτει τε γὰρ κατ᾽ οἶκον κτλ.), de reliquis vide proecd. et ADD. — τὲ] Accusativi secundae personae sing. formam Doricam (Ahr. dial. Dor. p. 253) Theocrito Ameis. ed. p. X restituit e codd. K. P. et Ioann. Damasc. in Stob. Flor. tom. IV p. 185 ed. Mein., ubi est ὥς τε. Subsidia reliqua habent τυ, quod etiam scripserunt Ziegl. Mein. I. II. III. Hart. Pal. Ahr. I. al. (Ahr. II. ὥς ἑ φάγωντι.)

39. μαθὼν — ἀκούσας] Plat. Apol. p. 33, B εἰ δέ τίς φησι παρ᾽ ἐμοῦ πώ ποτε μαθεῖν τι ἢ ἀκοῦσαι ἰδίᾳ ὅ τι μὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες —, οὐκ ἀληθῆ λέγει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι
αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

ΛΑΚΩΝ.

μὴ βάθιον τήνω πυγίσματος οἰφὲ ταφείης.
ἀλλὰ γὰρ ἕρφ' ὧδ', ἕρπε, καὶ ὕστατα βουκολιαξῇ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐχ ἑρψῶ τηνεῖ. τουτεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος,

41. *ἀνίκ' ἐπ.*] Hunc versum et v. 116 ob oculos habuit Verg. Ecl. III, 8: ,,novimus et qui te, transversa tuentibus hircis, et quo — sacello", ubi cf. Serv. Hinc etiam colorem duxisse versus Anth. Pal. IX, 317, 3 (*αἰπόλε, τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα κτλ.*) Mein. adnotavit. Ceterum cf. Plin. Epist. IV, 14, 4 sqq. Catull. XVI, 5 sqq. Gebauer. 1856 p. 7.

43. *μὴ βάθιον κτλ.*] Muliebria se negat esse passum, imprecatione addita. Nam miser, cuius insepulta iacent ossa. — *οἰφὲ*] homo lascive. Suet. vit. Hor. ,,praeterea Augustus Horatium inter alios iocos putissimum penem appellat." Pro *ὑβὲ*, quod h. l. Gregor. Cor. dial. D. § 101 legisse videtur, et quod est in reliquis codd. et in edd. prr. atque ceteris praeter Ahr. II. (ubi *ὗβε* editur) scripsi *οἰφὲ* e cod. M. et schol. cod. T. (*γράφεται οἰφέ. οἰφὸς τὸ αἰδοῖον, ὅθεν ὁ φιλοίφας ἄνω* — id. IV extr. — *εἴρηται*) coll. gloss. codd. 23. K. M. (*ἤγουν πόρνε· οἰφὸς γὰρ καὶ τὸ αἰδοῖον*). Alio loco non inveni hoc voc., sed id exstitisse ostendunt vocabula *οἰφόλης* et *οἰφόλις* ab Hesychio commemorata (*οἰφόλης, ὁ μὴ ἐγκρατής, ἀλλὰ καταφερὴς πρὸς γυναῖκα. — οἰφόλις, γυνὴ καταφερής, μάχλος, πασχητιῶσα*). Quod Ahrensius ed. II. scripsit *ὗβε* voc., id praef. ed. min. 1856 p. IV eandem vim ac voc. *λάγνος* habere et a voc. *ὗς*, ut *βοῦβος* (de quo dicit ibid. p. V ad id. XIV, 17 — nam errore operarum illic IV, 7 pro XIV, 17 exaratum est —) a voc. *βοῦς* derivatum esse existimat.

44. *καὶ ὕστατα κτλ.*] Odyss. XXII, 78 et 134 *τῷ κε τάχ' οὗτος ἀνὴρ νῦν ὕστατα τοξάσσαιτο.* Iliad. I, 232 *ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο.* Cf. et Odyss. IV, 685. XX, 119. Voc. *ὕστατα* non est alibi in Theocriteis. Recte quum alii, tum Gebauer. 1861. p. 207 contulerunt verba Verg., Ecl. III, 51: efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas. De verbo *βουκολ.* vide arg. p. 154. Imperativum sequitur tempus futurum praemisso voc. *καὶ* eadem versus conformatione atque Theocr. XI, 42 (— *καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον*). Similia sunt Plat. Theaet. p. 154, C. *σμικρὸν λαβὲ παράδειγμα, καὶ πάντα εἴσῃ, ἃ βούλομαι.* Cfr. Dissen. ad Pind. Nem. IV, 37. Frank. ad Demosth. Ol. III. § 20 (*ὁρᾶτε — καὶ δυνήσεσθε ἐξιέναι*). Auct. ad Her. IV, 29, 39 dicite atque obtemperabo. Cic. Nat. D. III, 16, 41 tu redde rationem, et ego discam libenter. Ovid. Amor. II, 2, 40 haec fac, in exiguo tempore liber eris. Cic. pro Flacc. IV, 10 videte quo vultu dicant: tum intelligetis —. Cic. I. Cat. IV, 8 recognosce mecum noctem illam superiorem: iam intelliges —. *ἕρφ' ὧδ'*] Ahr. II. *ἕρφ', ὧδ'*.

45—46. *κύπειρος*] ,,cyperus rotundus" (vide proecdos. ad I, 106—107 p. 44), cuius altitudo apta quiescentibus:

ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι·
ἔνθ᾽ ὕδατος ψυχρῶ κρᾶναι δύο· ταὶ δ᾽ ἐπὶ δένδρει
ὄρνιχες λαλαγεῦντι· καὶ ἁ σκιὰ οὐδὲν ὁμοία
τᾷ παρὰ τίν· βάλλει δὲ καὶ ἁ πίτυς ὑψόθε κώνοις.

ΛΑΚΩΝ.

ἦ μὰν ἀρνακίδας τε καὶ εἴρια τεῖδε πατησεῖς,
αἴ κ᾽ ἔνθῃς, ὕπνω μαλακώτερα· ταὶ δὲ τραγεῖαι

cf. Theocr. XIII, 35. Verba ὧδε κύπειρος cum versu proximo hinc in id. I, 106 illata esse supra (p. 51) statui, quamquam quae in proecdosi p. 88 ad h. l. de versibus ac partibus versuum a Theocrito repetitis protuli, etiamnunc in universum defendo. Vide Eberzium ad id. V, 101 p. 226 et ADD.

46. βομβ.] Ursinus aliique comparaverunt Verg. Ecl. VII, 13: eque sacra *resonant examina* quercu. Ren. comparat Ecl. I, 53—55. — σμάνεσσι] Quint. Smyrn. XI, 383 οἷον ὑπὸ σμήνεσσι περιβρομέουσι μέλισσαι. Excepto hoc versu [id. I, 107] σμάνεα voc. in Theocriteis non legitur, nisi id. VIII, 46. Ignorat idem Homerus: primus, ut videtur, adhibuit Hesiod. theog. 594. Cfr. Muetzell. *de emend. th. Hes.* p. 234 et Koechl. proll. Quint. Smyrn. p. LV.

47. ὕδατος — κρᾶναι] Cic. II. Verr. IV, 53, 118 in hac insula est *fons aquae* dulcis. Hor. Sat. II, 6, 2 iugis aquae fons. — δένδρει] Ita scribendum esse docui in diss. *de poet. buc.* p. 60. Vide et Ameis. praef. p. X. Theocr. VIII, 57. Dativum δένδρει (codd. k cet. Ahr. p. 40) nunc Wordsw. Am. Ziegl. Ahr. I. II. Mein. III. Hart. receperunt pro δένδρῳ (edd. Ald. Iunt. Steph. Heins. Mein. II. — δένδρω codd. 6. D. cet. edd. Med. Call. Basil. 1530 —) vel δένδρων (cod. v. Reisk. et inde Valck. II. huiusque asseclae, etiam Mein. I. Pal.) vel δένδροις (cod. Cant. Wordsw.).

49. βάλλει — κώνοις] *petit nos nucibus, deiicit nobis nuces suavissimas.* De „*pinu pinea*" huiusque nucibus, quae, quod sunt esui, ad amoenitatem loci sui commendandam a Cometa commemorantur, vide proecdosin p. 88. Cfr. et *Hogg.*, *the classical plants of Sicily* (Journal of botany — by *Hooker*) Lond. 1834, I p. 205. *Fée* l. ad II, 48 l., p. 85. Dicitur βάλλει κώνοις ut Theocr. V, 88 et VI, 6—7 βάλλει μάλοισιν. Recepi κώνοις, quod etiam schol. p. 194, 1 Ahr. habet, e codd. optimis k. p. s. 6. In reliquis codd. (praeter cod. c. et Elb., ubi est κώνως, quod Ahr. I. II. Mein. III. Hart. ediderunt) et in edd. prr. est κώνους, quod Call. Steph. cet. Brunck. Mein. I. II. Ziegl. Am. Wuest. Pal. al. scripserunt. Phileticus sic vertit: umbra tibi haud similis nostrae: nec pinea poma *demittit* veluti nobis laetissima pinus. Mire Pal. propter Martial. XIII, 25 (poma sumus Cybeles: procul hinc discede, viator, ne cadat in miserum nostra ruina caput) „timendas has nuces dicit Comatas, si eat ubi iubeat Lacon."

50. ἀρνακίδας] *agnorum* hic *pelles* niveas et vellus ovillum somno molle magis veniens calcabis. Cunich. Arist. Nub. 729 τίς ἂν δῆτ᾽ ἐπιβάλοι ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητρίδα; Theogn. 55 ἀλλ᾽ ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον. Iliad. III, 17 παρδαλέην ὤμοισιν ἔχων. Odyss. XXII, 364 βοείην.

51. αἴ κ᾽] Vide adn. v. 21. — ὕπνω μαλακώτερα] Iliad. X, 2 εὗδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. Cfr.

ταὶ παρὰ τὶν ὄσδοντι κακώτερον ἢ τύ περ ὄσδεις.
στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
ταῖς Νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

αἱ δέ κε καὶ τὺ μόλῃς, ἁπαλὰν πτέριν ὧδε πατησεῖς
καὶ γλάχων᾽ ἀνθεῦσαν· ὑπεσσεῖται δὲ χιμαιρᾶν
δέρματα τῶν παρὰ τὶν μαλακώτερα πολλάκις ἀρνῶν.

Gebauer. 1861 p. 242. Tibull. I, 2, 74 *mollis* et inculta sit mihi somnus humo. Adertum *(Théocr.* p. 14) falso et hic et Theocr. XV, 125 ὕπνῳ scribere et Vergilii quoque apertam imitationem (Ecl. VII, 45 *et somno mollior herba)* perverse explicare („une herbe plus agréable par le sommeil, c'est-à-dire que le sommeil vous fait trouver plus agréable encore") ostendit Ameis. in Iahnii annal. XLV, 1845 p. 135. Quid, quod Briggsius ὕπνον *muscum* interpretatus est? Ceterum cf. v. 57 et Theocr. XXVIII, 12. V, 98. XXIV, 74. [VI, 45.] VII, 81. XV, 119. adn. II, 139. Geb. *adi.* p. 9. Tibull. II, 1, 62. IV, 2, 15. I, 7, 52. — τραγεῖαι] „pelliculae haedinae" (Cic. Mur. XXXVI, 75).

52. τύ περ] Cf. Theocr. XXV, 34.

53. μέγαν λ. γ.] Idem est versus exitus id. I, 58.

54. ταῖς Ν.] Cf. v. 17. — ἐλαίω] Cf. adn. ad v. 58.

55. καὶ τὺ] Cf. adn. II, 118 p. 104 et ADD. — ἁπαλὰν] Respondet hoc adi. superiori μαλακώτερα, v. 51. Cf. Theocr. XI, 57. XV, 113. VIII, 67. Verg. Ecl. VIII, 15 et Georg. III, 326 quum (et) ros in *tenera* pecori gratissimus herba. Hor. Od. IV, 12, 9 in *tenero gramine.* Plura vide ap. Gebauer. *adi.* 9. — πτέριν] Cf. Theocr. III, 14.

56. γλάχων᾽] „mentham pulegium". Vide proecdosin p. 89.

57. πολλάκις] Hoc etiamnunc teneo codd. k. cet. (Ahr. p. 40) et edd. prr. auctoritate firmatum, a Kiessl. commendatum, etiam a Boiss. I. II. Am. Hart. Pal. atque a Meinekio ed. II. III. receptum et ab eodem ad Callim. p. 230 vindicatum, ubi tamen vir ingeniosus Theocr. II, 88 afferre non debebat. Alii scribunt τετράκις, quod est in codd. p. M. Q. et in ed. Call., unde transiit in edd. Steph. Heins. Valck. II. cet., etiam Mein. I. Ziegl. Ahr. I. II. Non satis Ziegl. ad h. l. et Ahrens., Philol. VII p. 441, lectionem τετράκις defenderunt. — ἀρνῶν] „*molliores agnis, quorum apud te pelles sunt*". Dicitur apud Theocritum, II, 15: φάρμακα χερείονα μήτε τι Κίρκης μήτε τι Μηδείας, *pharmaca non inferiora venenis Circes nec inferiora venenis Medeae*, ex comparatione illa compendiaria, quam habes Theocr. XXIX, 7 coll. Odyss. II, 121 (ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείῃ) et Theocr. XX, 25 coll. Iliad. XXI, 191 (κρείσσων αὖτε Διὸς γενεὴ ποταμοῖο τέτυκται) et de qua scripserunt e. gr. Ameis. *de art.* p. 40. et *adn.* p. 8. Weissenb. ad Liv. VIII, 18, 11. Fabr. ad Liv. XXI, 11, 2. At quod legitur in codd. et edd. prr. τῶν (τᾶν cod. k. a. Q. *pr.*) ἀρνῶν, id non fundere hunc sensum, quo id Am. al. acceperunt, propter addita verba παρὰ τὶν probare studuit Ahr. Philol. VII p. 441. Ita τᾶν — ἀρνεᾶν, e coni. scripserunt Ahr. II. et Hart. Antea Ahr. I. e coni. Philol. l. l. capta τᾶν — ἀρνᾶν ediderat, idem Mein. III. Editores superiores, etiam

στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,
ὀκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας.

ΛΑΚΩΝ.

αὐτόθε μοι ποτέρισδε καὶ αὐτόθε βουκολιάσδευ·
τὰν σαυτῶ πατέων ἔχε τὰς δρύας. ἀλλὰ τίς ἄμμε,
τίς κρινεῖ; αἴθ' ἔνθοι ποθ' ὁ βουκόλος ὧδ' ὁ Λυκώπας.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐδὲν ἐγὼ τήνω ποτιδεύομαι· ἀλλὰ τὸν ἄνδρα,
αἰ λῇς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας
τήνας τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίζεται· ἔστι δὲ Μόρσων.

ΛΑΚΩΝ.

βωστρέωμες.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

τὺ κάλει νιν.

Boiss. I. II. Mein. I. II. Ziegl. Am. Pal., *ἀρνῶν* scripserunt. Tu cf. v. 49. et 52.

58. *στασῶ — Πανὶ γάλ.*] Cf. v. 14. Imitatur Vergil., Ecl. V, 67: pocula bina novo spumantia lacte quotannis craterasque duo statuam tibi pinguis olivi (Theocr. V, 54). Ibid. VII, 33: sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis exspectare sat est. Cf. Broukh. ad Tib. I, 1, 14 et II, 5, 27 (lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae).

59. *μέλιτος*] Cf. Burm. ad Calpurn. II, 66: Priapo rorantesque favos damus et liquentia mella.

60. *καὶ αὐτόθε*] Vide adn. II, 113 p. 103.

61. *τὰν σαυτῶ*] *tuam ipsius terram*, istum quem tibi elegisti locum, *calcans, habe tibi quercus tuas.* Ameis. comparat Theocr. XVIII, 20. XXII, 59. Soph. Phil. 1060 *χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν.*

62. *αἴθ' ἔνθοι κτλ.*] *utinam alicunde huc veniat bubulcus Lycopas.* Rediit Ahr. in ed. II., quum in ed. I. cum Brunckio, quem etiam Mein. III. (qui in ed. I. II. *ποθ'* tenuerat) sequitur, *ποχ'* scripsisset, ad codd. et edd. prr. lectionem *ποθ'*, quam non, ut vulgo fit *ποτέ*, sed *ποθέ*, *ποθέν* in ed. min. 1856 p. IV explicandam esse docuit. Cf. Odyss. XXIV, 149 *καὶ τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα κακός ποθεν ἤγαγε δαίμων.* Aliter iudicat Gebauer. 1861 p. 206. In extremo versu Mein. II. revocavit *ὧδ' ὁ Λυκώπας*, quod dat cod. k. pro *ὧδε Λυκώπας* (codd. rell. — *λυκόπας* Q. — et edd. prr. atque Mein. I. Pal. al.): idem legitur in edd. Mein. III. Ahr. I. II. Hart. meaque proecdosi. Ceterum cf. Vergil. Ecl. III, 50 audiat haec tantum — vel qui venit ecce Palaemon. Calpurn. VI, 28 ecce venit Mnasylus: erit — nisi forte recusas — arbiter.

64. *δρυτόμον*] Anapaestum ante caesuram vides eundem Iliad. XI, 86: *ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὁπλίσσατο δεῖπνον.* Iliad. XXIII, 315 *μῆτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων.* Contra dactylos habes apud Quint. Smyrn. IX, 163 (*δρυτόμος ἐγκονέων νεοθηλέα δάμναται ὕλην*). XIII, 56. IX, 453. — *ἐρείκας*] „ericas arboreas". Vide proecdosin et Fraasii synopsin plant. flor. class. (Monac. 1845) p. 195.

66. *τὺ κάλει νιν*] Compara versus similes interlocutione alterius divisos, id. X, 15. XIV, 1 sqq. XV, 1 sqq.

ΛΑΚΩΝ.

ἰὼ ξένε, μικκὸν ἄκουσον
τεῖδ' ἐνθών· ἄμμες γὰρ ἐρίσδομες, ὅστις ἀρείων
βουκολιαστάς ἐστι. τὺ δ' ὦ φίλε μήτ' ἐμὲ Μόρσων
ἐν χάριτι κρίνῃς, μήτ' ὦν τύγα τοῦτον ὀνάσῃς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ναὶ ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν Μόρσων φίλε μήτε Κομάτᾳ
ἐς πλέον εὐθύνῃς, μήτ' ὦν τύγα τῷδε χαρίξῃ.
ἅδε τοι ἁ ποίμνα τῶ Θουρίω ἐστὶ Σιβύρτα,
Εὐμαρίδα δὲ τὰς αἶγας ὁρῇς φίλε τῶ Συβαρίτα.

ΛΑΚΩΝ.

μή τύ τις ἠρώτη πὸτ τῶ Διός, αἴτε Σιβύρτα
αἴτ' ἐμόν ἐστι κάκιστε τὸ ποίμνιον; ὡς λάλος ἐσσί.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

βέντισθ' οὗτος, ἐγὼ μὲν ἀλαθέα πάντ' ἀγορεύω
κοὐδὲν καυχέομαι· τὺ δ' ἄγαν φιλοκέρτομος ἐσσί.

ΛΑΚΩΝ.

εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις, καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις

68. *βουκολ.*] Vide arg. p. 154.

69. *ἐν χάριτι*] gratificandi causa, in gratiam meam (Drakenb. ad Liv. XXXIX, 26, 12). Cf. Breitenbach. ad Xen. Oecon. VIII, 10. Plat. Phaed. p. 115 B *τί ἐπιστέλλεις, ὅ τι ἂν σοι ποιοῦντες ἡμεῖς ἐν χάριτι μάλιστα ποιοῖμεν;* — *μήτ' ὦν*] Cf. v. 71. Aesch. Ag. 358—359 (*μήτε μέγαν μήτ' οὖν νεαρῶν τινα κτλ.*), prooedos. p. 90. Baeumlein. part. Gr. p. 185. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 69, 62, 2.

71. *ἐς πλ. εὐθύνῃς*] nec mihi ita, ut iuris limites excedas, ut migres ius et aequum, sis arbiter —. Sol. frg. 2, 36 Schneid. *εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς*. Scripsi *ἐς* e coni. Meinekii p. 472 pro *τὸ*, quod ex id. VIII, 17 [I, 20] illatum videtur. Verbum *εὐθύνῃς* post Ahr. II. e codd. p. cet. (Ahr. p. 41) recepi pro *ἰθύνῃς*, quod est et in edd. prr. et apud Mein. I. II. III. Ahr. I. al. nec recte a Wuestem. explicatur. — Hart. sic e coni. scripsit: *μήτε Κομάτᾳ τὸ πλέον εὐθύναις, μήτ' ὦν τύγα τῷδε, χαρίξῃ*, ut *εὐθύναις* sit dativus substantivi. At ita turbatur concinnitas dictorum: cf. v. 68—69 *μήτε κρίνῃς* — *μήτε ὀνάσῃς*.

72. *Θουρίω* — *Σιβύρτα*] Cf. adn. ad v. 1. et arg. p. 154. *Σιβύρτα* (Mein. I. II. III. Ahr. I. II. al.) h. l. legitur in codd. k. p. cet. (Ahr. p. 41), *Συβάρτα* in aliis et in edd. prr. Call. Steph. Heins. Valck. II. al.

73. *Εὐμαρίδα*] Cf. adn. ad v. 10. — *Συβαρίτα*] Cf. arg. p. 154.

74. *πὸτ τῶ Διός*] Iratum animum prodit inserta interrogationi obtestatio. Cf. adn. I, 12 p. 17.

76. *β. οὗτος*] *heus tu* (cf. v. 147), *o vir optime.* Cum ironia quadam loquitur. Cf. e gr. Lucian. dial. mort. XVI, 5. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 196. Ridicule quidam primum versus vocabulum sic explicavit: „heus tu, optime — *βέλτιστα* — sic se res habet.“

78. *εἶα λέγ'* —.] „*dic si quid omnino*

ζῶντ᾽ ἄφες· ὦ Παιάν, ἦ στωμύλος ἦσθα Κομᾶτα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ταὶ Μοῖσαί με φιλεῦντι πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδόν
Δάφνιν· ἐγὼ δ᾽ αὐταῖς χιμάρως δύο πρᾶν ποκ᾽ ἔθυσα.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ γὰρ ἔμ᾽ ὡπόλλων φιλέει μέγα, καὶ καλὸν αὐτῷ
κριὸν ἐγὼ βόσκω. τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

πλὰν δύο τας λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω,
καί μ᾽ ἁ παῖς ποθορεῦσα „τάλαν" λέγει „αὐτὸς ἀμέλγεις";

dicturus es.'' Ita recte Gebauerus 1861 p. 207 (Wuestem. ,,cane, si quid canendum habes''), indicata etiam ea differentia, quae inter haec et Vergiliana, Ecl. III, 52 *(quin age, si quid habes)* intercedit. Cf. Eurip. Iph. Aul. 817 *δρᾶ δ᾽, εἴ τι δράσεις.* Plaut. Pers. IV, 4, 107 age si quid agis (quod perverse Binder. thes. adag. p. 11 ,,quod agis, *recte* age'' interpretatur). Plaut. Stich. V, 4, 51 bibe si bibis. Alia quaedam ratio est Aesch. Ag. 1049 *πείθοι᾽ ἄν, εἰ πείθοιο.* Ibid. 1394 *χαίροιτ᾽ ἄν, εἰ χαίροιτ᾽, ἐγὼ δ᾽ ἐπεύχομαι.* — *ἐς πόλιν*] Ex urbe profectus homo ligna colligebat. Nihil mutandum esse recte Pal. statuit, et Meinekius quoque p. 473 concedit. — Ahr. I. e coni. *ἐκ πάλιν,* idem ed. II. e coni. *εὖ πάλιν* edidit, idem Philol. VII p. 442 *ἔμπαλιν* coniecit. — Mein. II. III. Ziegler. Am. Hart. e coni. Bergkii *ἐς πάλιν* ediderunt. Quasi inepte dictum sit, quod Polwh. his verbis expressit: ,,Come, sing then, if thou canst, contentious clown: let but thy umpire reach alive the town.''

79. *ζῶντ᾽ ἄφες*] quia occidis paene garrulitate tua. Cf. Th. XV, 88 *ἐκκναισεῦντι.* Hor. Sat. I, 9, 33 garrulus hunc quando consumet cunque. — *ἦσθα*] *loquax eras*, quum nomina dominorum (v 72—73) effutires. Perperam Am. sic explicavit: ,,profecto *iam* loquax eras.'' Nec audiendi Wuest. et Schaefer. ad id. XIX, 8 imperfectum *ἦσθα* (cf. id. X, 23) vim temporis praesentis habere contendentes.

80. *Ταὶ Μοῖσαι*] De articulo cf. Theocr. I, 9. 16. 12. V, 82. XI, 3. adn. I. 97 p. 48. Ameis. *art.* p. 15. Imitatur carmininis initium Calpurn. II, 28—32.

81. *πρᾶν ποκ᾽*] Cf. II, 115 p. 103.

82. *καὶ γὰρ κτλ.*] Verg. Ecl. III, 62 et *me* Phoebus amat. Calpurn. IV, 9 dulce quidem resonas, nec te diversus Apollo despicit. Ceterum cf. proecdosin p. 91. Theocr. V, 90. VIII, 72. Hand. Turs. IV p. 13.

83. *Κάρνεα*] Carnea festum erat, quod per novem dies mense Carneo, qui Atticis Metagitnion erat, a Spartanis aliisque Peloponnesi gentibus multo cum splendore celebrabatur. Docet nos hic locus, eosdem festos dies etiam apud Graecas in Italia inferiori gentes actos esse. Cf. Mueller. Dor. I, 357 [ed. II.]. Wuestem.

85. *ποθορεῦσα*] Cf. adn. ad id. VI, 30. — *αὐτὸς*] ,,solus tecum''. (Verg. Georg. I, 389.) Vide proecd. p. 91 et e. gr. Soph. Philoct. 691 (Muetzell. annal. 1862 p. 583). Recte sociam se caprario offerre puellam amantem statuit Kiesslingius reiectis Koehleri p. 22 (*αὖτις*) et Graefii p. 21 (*αὔας*) coniecturis, qua-

ΛΑΚΩΝ.

φεῦ φεῦ Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ
τυρῶ, καὶ τὸν ἄναβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα
τὰς αἶγας παρελᾶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

ΛΑΚΩΝ.

κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα.

rum priorem Meinekius quidem p. 235 commendatione non indignam iudicavit.

86. *φεῦ φεῦ*] vae tibi misero. Ridens alterum haec Laco dicit.

88. *βάλλει καὶ μάλ.*] Cfr. Theocr. VI, 6. E. Curtius in ephem. Gotting. 1857, 22 p. 308 hoc odarium Graecorum hodiernorum commemorat: *μὲ τὸ μαντίλι διάνευμα καὶ μὲ τὸ μῆλο μάτι, καὶ μὲ τὸ συχνοπέρασμα πιαίνεται ἡ ἀγάπη.* — Meinekius *τοὶ* pro *καὶ* scribi malit, quia frequens sit harum particularum in codd. Theocr. permutatio. Sed cf. initium v. 96. — *Κλεαρίστα*] Hart. e coni. *ἁ Κλεαριστώ* scripsit. At cf. Theocr. II, 74, ubi legitur nomen idem: quamquam utrobique id valet, quod p. 122 adn. III, 6 de nomine Amaryllidis.

89. *ἁδύ τι ποππ.*] *suave quid sibilat* vel *susurrat*, ,,suave quid admurmurat'' (Vins.), *sie wispert gar lieblich, she* cries ,,*hist*'' after a sweet fashion (Banks.). ,,Me with sweet apples Clearista pelts, while round her lips a honeymurmur melts'' Chapm. Anth. Pal. V, 245, 5 *παῖζε μόνη τὸ φίλημα· μάτην πόππυζε σεαυτῇ.* De pronomine *τι* adiectivo addito, quo ,,incredibilis quaedam'' (Cic. ad Fam. I, 9) suavitas, ,,nescio quid'' (Cic. pro Arch. VII, 15) dulce significatur, cf. maxime id. I, 1. Epigr. V, 2. et quae adn. I, 1—2 p. 14 laudavimus. Verg. Cop. 9 garrit dulce. Ad Theocritum se applicans scripsit Verg., Ecl. III, 72: o quotiens et *quae* nobis Galatea locuta est. — Retinui autem cum Mein. I. II. III. Ahr. I. al. *ποππυλιάσδει*, quod est in edd. prr. legiturque in codicibus plerisque, exceptis codd. M. (*παπολιάσδει*) et k. (ubi *παππαλιάσδει* correctum est, fortasse propter l. v. *παππυλιάσδει* ab Eustath. ad Iliad. V, 408 p. 565, 13 commemoratam). Ahr. II. propter Gellium, cuius verba p. 9 exscripsimus, *ποππυλιάζει* edidit.

90. *λεῖος*] ,,*laevis*'' (Hor. Od. IV, 6, 28), cuius ,,laevia fulgent ora, nec amplexus aspera barba terit'' (Tibull. I, 8, 31). Ruhnkenius coniecit *λεῖος ὑπάναν*, refutatus a Toupio, *add.* p. 392: deterius etiam Wordsworthius *ἁμὸς ὑπαντῶν* (Cratides *noster* nobis occurrens), quae coni. minime probatur imitatione Vergilii, Ecl. III, 66: at mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas. Cfr. et Ameis. in Bergkii annal. 1846 p. 734.

91. *ἐκμαίνει*] me ,,amando perdit'' (Hor. Od. I, 8, 2) vel ,,disperdit'' (Ovid. Am. II, 10, 21), hoc est, ita ille me osculatur ut amore insaniam. Cf. v. 135. Non audiendus Briggs. in *cur. sec.* (Gaisf. p. 287) *ἐκμαινεν* coniiciens. — *λιπαρὰ κτλ.*] A Theocrito esse, quae legimus apud Horatium, Od. III, 20, 13 (leni recreare vento sparsum odoratis hume-

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀλλ᾽ οὐ σύμβλητ᾽ ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ᾽ ἀνεμώνα
πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ᾽ αἱμασιαῖσι πεφύκει.

ΛΑΚΩΝ.

οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἀκύλοις ὀρομαλίδες· αἱ μὲν ἔχοντι
λυπρὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί.

rum capillis), contendit Arnold., *stud. Gr. Hor.* p. 22 coll. Hor. Od. IV, 10, 3 (et quae nunc humeris involitant comae). Poterat etiam comparare Hor. Od. III, 19, 25: spissa te nitidum coma. Pressisse Theocriti vestigia magis credibile est Calpurnium, XI, 4: Lycidae crinitus Iollas ignis erat. Quod Wordsw. coniecit *λιπαρὰν — ἔθειραν* refutavit Herm. annal. Vind. 1848 p. 213.

92. *κυνόσβατος*] ,,rosa semper virens''. Colum. XI, 3, 4 ,,Graeci vocant *κυνόσβατον,* nos sentem canis appellamus.'' — Hoc genus rosarum quia nullius fere odoris est, comparari non potest cum rosa centifolia, flore Veneris. Rufin. Anth. Pal. V, 28 *ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι.* — *ἀνεμώνα*] ,,anemone coronaria'' ea, quae e longinquo similitudinem miram rosae rubrae refert, sed odore suavi caret. Vide proecdosin p. 92.

93. *πεφύκει*] *quarum areolae iuxta saepes,* in hortis, ubi diligenter curantur, *nascuntur.* Recte dici posse *πεφύκει τὰ ἄνδηρα* ostendi in proecdosi p. 92. Cf. Odyss. VII, 127 *ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον παντοῖαι πεφύασιν ἐπηετανὸν γανόωσαι.* Liban. in Boissonad. an. nov. p. 347 *λειμὼν ἐπεφύκει παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ.* Theocr. VI, 12. XVI, 90. Verg. Georg. I, 372 rura natant plenis fossis. Georg. I, 298 terit area fruges. Hor. Sat. I, 1, 45. Hor. Epist. I, 5, 22-23. Calpurn. III, 3 et iam paene duas, dum quaeritur (iuvenca), eximit horas. Scripsi nunc *πεφύκει* pro *φυλάσσει,* quod antea e cod. k. (ubi tamen l. v. *πεφύκει* adscripta est) receperam: est enim illud *φυλάσσει* ex id. I, 47 illatum. Mein. III. *φυλάσσω* e coni. edidit: Ahr. II. item e coni. *οὐ σύμβλητ᾽ . . . π ὰ ρ ῥόδα, τῶν ἄνδηρα· τὰ δ᾽ αἱμασιαῖσι πεφύκει* et Philol. VII p. 442 haec sic explicat: Die Rosen haben ihre Gartenbeete: aber *κυνόσβατος* und *ἀνεμώνη* wachsen als Unkraut auf den Umwallungen der Gärten. Obscurior etiam est ratio Hartungii, qui sic interpunxit: *οὐ σύμβλητ᾽ . . . πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ᾽ αἱμασιαῖσι, πεφύκει.*

94. *ὀρομαλίδες*] *poma montana.* Nihil mutandum. Vide quae scripsi in proecdosi p. 92, probata etiam Eberzio p. 226. Ahr. II. Mein. III., quos Hart. sequitur, e coni., ut opinor, Asclepiadis (schol. Ahr. tom. II p. 205, 15) *ὁμομαλίδες* ediderunt. Cf. Ahr. tom. II p. 506 et Philol. VII p. 442 sqq.

94—95. *αἱ μὲν κτλ.*] *illae,* scil. ,,glandes ilignae'' (Hor. Sat. II, 4, 40) *habent corticem tristem,* i. e. acerbum, amarum: *haec vero,* mala silvestria, *sunt mellita.* Voc. *λυπρὸν* e coni. Mein. III. pro *λεπτὸν* vel *λεπρὸν* posui. Habent *λεπτὸν* edd. prr. et superiores (Steph. cet. Harl. Kiessl.) et codd. praeter cod. Tolet. Schott., ubi esse dicitur *λεπρὸν,* et praeter cod. Paris. L., ubi *λέπυρον* vel *λεπύρον* legitur: *λεπρὸν* ediderunt Call. Reisk. Valck. II. Brunck. Bod. Mein. I. II. Pal. al. — Ahr. II. e coni. scripsit *λειτὸν,* commendatum Philol. VII

ΚΟΜΑΤΑΣ.

κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν
ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών· τηνεῖ γὰρ ἐφίσδει.

ΛΑΚΩΝ.

ἀλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον, ὁππόκα πέξω
τὰν οἶν τὰν πελλάν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες· ὧδε νέμεσθε,
ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον αἵ τε μυρῖκαι.

ΛΑΚΩΝ.

οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς οὗτος ὁ Κώναρος ἅ τε Κιναίθα;
τουτεῖ βοσκησεῖσθε ποτ' ἀντολάς, ὡς ὁ Φάλαρος.

p. 443: dissentit Mein. p. 236. — Verg. Georg. II, 126 Media fert *tristes* sucos. Ovid. Trist. IV, 6, 12 tempus ne sint *tristi* poma sapore facit. Verg. Aen. III, 649 victum *infelicem* bacas lapidosaque corna dant rami.

96. *φάσσαν*] Theocritum expressit Verg., Ecl. III, 68: parta meae Veneri sunt munera: namque notavi ipse locum, aëriae qua congessere palumbes. Calp. III, 76 his tamen, his idem manibus tibi saepe palumbes misimus in gremium.

97. *ἐφίσδει*] *solet ibi sedere potestque a me capi:* non *incubat ovis*, ut explicat Meinekius, coniiciens *ἐπῴσδει*, cui repugnat v. 96 *αὐτίκα*.

98. *ἐς χλαῖναν*] *ad laenam conficiendam.* Vide e. gr. Theocr. XIV, 28 coll. Plat. Theaet. p. 173, B *εἰς ἄνδρας ἐκ μειρακίων τελευτῶσιν.* — *μαλακὸν*] Cf. e. gr. Iliad. II, 42 et adn. V, 51 p. 167. — *πόκον*] Calpurn. II, 79 *vellera* tunc dabimus, quum primum tempus apricum surget et a tepidis fiet tonsura Kalendis. — *πέξω*] Cf. Iliad. I, 163. XIII, 817. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 54, 17, 4. Scripsi nunc *πέξω* (codd. 8. Y. edd. prr. Mein. II. III. Pal. al.) pro *πεξῶ*, quod habent edd. Steph. min. Mein. I. Ahr. I. II. al.: cf. Ahr. p. 44.

99. *αὐτός*] *ipse* dabo, quo gratius munus sit, non mittam per alium. Cf. et Verg. Ecl. III, 69 (Ribb. tom. III p. 426). — Wuest. explicavit: „gregis domino non rogato". Hart. e coni. scripsit *αὖτις*. Quidam coniecit *μαλακοῦ πόκου — ἄνθος*.

100—101. *σίττ' ἀπὸ κτλ.*] *τοῦτο μεταξὺ τῆς ᾠδῆς ἐπεφώνησε πρὸς τὰς αἶγας.* Schol. Valet idem de vss. 102-103.

101. *ὡς κτλ.*] Cf. I, 13. Quod Ahr. II. in adn. coniecit *τοῦτο τὸ γάλοφον* probabile non est. — *μυρῖκαι*] Frutex pulcherrimus, qui tamarix Gallica a Linn. vocatur, descriptus est in proecd. p. 33. Mediam voc. syllabam longam esse voluit Theocritus, quem sequitur Verg. Ecl. IV, 2. VIII, 54. X, 13. Homerus eadem syllaba et longa (Iliad. XXI, 350) et brevi (Iliad. XXI, 18. X, 466. 467) utitur.

102. *οὐκ ἀπὸ κτλ.*] Cf. adn. v. 3. — *Κώναρος*] *ἤγουν ὁ κριός, παρὰ τὸ κέρατα ἔχειν κωνοειδῆ.* Schol. Gen. — *Κιναίθα*] ovis est nomen, non capellae (schol. p. 208, 21 Ahr.). Vide Mein. p. 237, qui *Κυναίθα*: at cf. Ahr. p. 44.

103. *ὡς ὁ Φάλαρος*] *ubi* (non *ut*, Ren. al.) *Phalarus aries pascitur.* Ita recte schol. Ahr. p. 208, 11. Falso alii (schol. p. 208, 9) Phalarum montem quendam intelligunt. Verba *ποτ' ἀντολάς* cur

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἔστι δέ μοι γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἔστι δὲ κρατήρ,
ἔργον Πραξιτέλευς· τᾷ παιδὶ δὲ ταῦτα φυλάσσω.

ΛΑΚΩΝ.

χἀμῖν ἐστι κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει,
ὃν τῷ παιδὶ δίδωμι τὰ θηρία πάντα διώκειν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀκρίδες, αἳ τὸν φραγμὸν ὑπερπαδῆτε τὸν ἁμόν,
μή μευ λωβασεῖσθε τὰς ἀμπέλος; ἐντὶ γὰρ ἇβαι.

mendosa dicenda sint (Mein. p. 474) nondum perspexi.

104. *κυπαρίσσινος*] Vide proecdosin p. 93 et Hoggium l. ad id. V, 49 l. p. 207.

105. *Πραξιτέλευς*] Aequalem quendam Theocriti significari putat Mein. p. 314 secutus schol. p. 209, 7 sqq. Rectius intelligi artificem notissimum, Scopae aequalem, qui iam Olymp. CIV floruit, declaravi in proecdosi p. 93, eamque sententiam tum alii, tum Eberz. p. 266 et Gebauer 1861 p. 21. probaverunt. — Wordsw. et Ren. *ἔργον* opus Praxitelis artificio dignum explicant.

106. *χἀμῖν*] *mihi quoque.* Vide Weyl. *spec. lex.* p. 18. Theocr. XIV, 27. 48. XV, 17. I, 102. II, 5. Quamquam *ἄμμιν* id. I, 15 ad caprarios omnes, id. II, 14 ad Simaetham huiusque ministram potest referri. Cf. II, 124. XI, 7. — *λύκος*] Hartung. edidit *λύκον*, ,,plerumque'' *λύκος* legi adscribens. At nemo, quod sciam, edidit *λύκον*, quod est tantum in cod. 9 L. (*superscr.* — *ος* cod. L). Koehlerus quidem, not. p. 24, *λύκον* propter schol. (p. 210, 1 Ahr.) commendavit, sed iam Aug. Iacobs. p. 35 rem dubiam esse significavit. Nihil enim schol. verbis probatur. Vide Duebner. apud Ahr. tom. II p. 507.

107. *θηρία π. δ.*] Cf. I, 110.

108. *ἁμόν*] Vanum est commentum Hartungii, qui *αὖον* pro *ἁμόν* (*ἐμὸν* codd. k. a. *ἀμὸν* cod. p[1]) edidit et p. 388 *ἀμνίδες* in initio versus pro *ἀκρίδες* coniecit.

109. *μὴ — λωβασεῖσθε*] *numne vites corrupturae estis?* h. e. nolite corrumpere. Ita locum conformandum esse, exposui *de poet. buc.* p. 61, idemque visum Ahrensio ed. II., quem vide Phil. VII p. 444 et adn. crit. p. 45. Edd. prr. et reliquae, velut Ahr. I. Mein. I. II. III. Pal., habent *μή μευ λωβάσησθε* sine signo interrogationis. — *ἇβαι*] *sunt enim puberes*, tales, quas vos libenter petere probe novimus. Cf. Odyss. V, 69. Nonn. Dion. XLII, 296 *ἄμπελος ἡβώωσα*. Verg. Aen. IV, 514 ,,pubentes herbae'' (Georg. III, 126?). Aen. XII, 413 ,,puberibus foliis''. Voc. *ἇβαι* substantivum esse, Mein. quoque p. 474 statuit: de plurali numero vocabuli vide proecdosin p. 93. Legisse h. l. *ἇβαι* Hesychium, apparet ex huius verbis: *ἥβη — καὶ ἄμπελος* (vide Schmidt., Hes. p. 683 ed. min.). De substantivo adiectivi loco, ut pingui Minerva loquar, posito cf. Theocr. VII, 17. Aesch. Ag. 295 Dind. *γραίας ἐρείκης*. Scripsi autem *ἇβαι* cum Call. Steph. aliisque superioribus et cum Mein. I. Wuest. Boiss. II. Ahr. II. Hart. pro *ἄβαι* (ed. Ald.) vel *ἀβαί* (ed. Med.) vel *ἁβαί* (cod. Canon. Wordsw., ed. Iunt. Mein. II. III. Am. Ahr. I.) addicentibus codd. D. M. al. (Ahr. p. 45). Est enim lectio quadruplex iam a schol. p. 210,

ΛΑΚΩΝ.

τοὶ τέττιγες, ὁρῆτε τὸν αἰπόλον ὡς ἐρεθίζω·
οὕτως χὑμές θην ἐρεθίζετε τὼς καλαμευτάς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος
αἰεὶ φοιτῶσαι τὰ ποθέσπερα ῥαγίζοντι.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ γὰρ ἐγὼ μισέω τὼς κανθάρος, οἳ τὰ Φιλώνδα
σῦκα κατατρώγοντες ὑπανέμιοι φορέονται.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἦ οὐ μέμνασ', ὅκ' ἐγώ τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρώς
εὖ ποτεκιγκλίζευ καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας;

9 sqq. commemorata, *ἆβαι, αὖαι* (codd. k. a cet. Ahr. p. 45. Briggs. Boiss. I. Ziegl.) *ἄζαι, αὐταί.* Lectionem *αὖαι* veram esse putavit Hermannus in Zimmerm. ann. 1837, p. 228, neglectis significationibus obscaenis, quae insunt sententiis. Quod etiam Dindorfio ad Soph. Oed. Col. 702 placuit *ἁβαί*, id damnavit Ritschelius, ,,*de cant. Soph. Oed. Col.*'' p. VIII. Passowius apud Wuestem. p. 90 *ἁβραί*, Wordsw. *ὠμαί* (quod refutat Herm. annal. Vind. 1848 p. 213), Pal. *ἁδραί* coniecerunt. Alias coniecturas enumerat Aug. Iacobs. p. 36. Ceterum cf. verba Verg. Ecl. III, 10—11 ad v. 112 laudanda.

110. *ἐρεθίζω*] ,,irrito'' (Ter. Phorm. 5, 8, 39) cantu meo. Lectionem var. codicis L. *ἐρεθίζει* frustra tutatur Gebauer. 1861 p. 15.

111. *οὕτως κτλ.*] ,,cicadae argutae'' (Calp. V, 56) cantu indefesso messores irritant et exasperant, quia nullo pacto illis silentium potest imponi. Nov. apud Non. p. 245, 29 pergin' argutarier totum diem quasi cicada? Vide etiam praecd. p. 94. — Pal. similiter atque Wuestem. sic explicat: ,,medio die dormientes cantu suscitatis ad laborem''.

112. *μισέω κτλ.*] *τινὲς οὕτω κατὰ τὸ ἔσω νοούμενον λέγουσι· μισῶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐνήλικας καὶ δασυπύγους, οἳ φοιτῶντες διὰ τῆς νυκτὸς τὰ τοῦ Μίκωνος ῥαγίζονται, ἤγουν ἐσθίουσι, δηλονότι ὑπ' αὐτοῦ βινούμενοι* Schol.— *τὰ Μίκωνος*] Cf. adn. II, 76 p. 96. Hinc tracta illa Vergilii, Ecl. III, 10: tum, credo, quum me arbustum videre *Miconis* atque mala vites incidere falce novellas. Cf. Ecl. VII, 30.

113. *τὰ ποθέσπ.*] Cf. adn. I, 15 p. 18.

114. *καὶ γὰρ κτλ.*] *καὶ ὁ ἕτερος ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἀλληγορῶν τοὺς περαίνοντας καὶ πορνεύοντας τὸν Κομάταν αὐτὸν κατὰ τὴν συκάδα φησίν.* Schol. — *Φιλώνδα*] Nomen idem, fictum haud dubie, ideoque personam diversam habes Theocr. IV, 1.

116. *ἦ οὐ*] Cf. adn. I, 51 p. 30. Odyss. XXIV, 115 *ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε* (plane ut h. l.) *κεῖσε κατήλυθον ὑμέτερον δῶ;* Iliad. XV, 18 *ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν.* Theocr. V, 118. Schaefer. ad Eur. Hec. 109 p. 13 et 119. ed. Porson. Lips. 1824. — *κατήλασα*] Cf. v. 41 *ἐπύγιζον.*

117. *ποτεκιγκλίζευ*] *ἤγουν ἐλυγίζου καὶ τὴν ὀσφὺν ἔστρεφες πρὸς ἐμέ.* Schol.

ΛΑΚΩΝ.

τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὅκα μάν ποκα τεῖδέ τυ δήσας
Εὐμαρίδας ἐκάθηρε, καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἤδη τις Μόρσων πικραίνεται· ἢ οὐχὶ παρῄσθευ;
σκίλλας ἰὼν Γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλειν.

118. ὅκα μάν ποκα] Ita legitur in codd. s. *sec.* Q. et in edd. Comm. Heins. al. (Valck. H. Harl. μὰν πόκα, ut Wintert. 1635. al.) et adhuc in ed. Mein. I., idem rursus in edd. Ahr. I. II. Hart. Pal. atque in ed. Mein. III. Deest sane voc. ποκα in codd. k. cet. (Ahr. p. 46) atque in edd. prr., et in edd. prr. quidem scriptum est ὅκκα μὴν. Quare Mein. ed. II. lacunae signo addito ediderat ὅκα μὰν * τεῖνέ τυ [τεῖνδε scribere voluit] et ed. II. p. 167 ὅκα μάν τύ γε τεῖνδε δαμάσσας, Lobeckius vero, pathol. prol. p. 212, ὅκα μὰν κοτίνοιό τυ δήσας coniecerat. Sed vide Mein. ed. III. p. 237 et Ahrens. Philol. VII p. 444, quorum posterior iure damnat, quod Ziegl. et Am. ediderunt, οὐ μέμναμαι· ὅκα μὰν —. Denique miror, quod Hermannus in Zimmermanni annal. 1837 p. 228 probavit coniecturam Ziegleri ὅκα μὰν πύκα (h. e. πύκα ἐκάθηρε). — δήσας] Hoc pro δάσας restituit Mein. II. Cf. Ahr. p. 46. Calpurn. III, 73 ut mala nocturni religavit bracchia Morsi Tityrus et furem medio suspendit ovili.

119. Εὐμαρίδας] Cf. adn. V, 10 p. 158. — ἐκάθηρε] ἀντὶ τοῦ ἐμάστιξε. Ita Gregor. Cor. dial. D. § 95, ubi Koen. comparat Ter. Heaut. V, 1, 77 (950) Syrum adeo exornatum dabo atque depexum, ut, dum vivat, semper meminerit mei. Plaut. Rud. III, 4, 25 (730) ita ego te hinc ornatum amittam, tu ipsus ut te non noveris. — Ahr. I. II. Hart. e cod. G. ἐκάθαρε, rectius Mein. I. II. III. cet. ἐκάθηρε. — καλῶς] Cf. adn. I, 129 p. 59. Soph. Oed. Col. 269. Antig. 18. Hor. Sat. I, 9, 62. — μάλα] Cf. e. gr. Odyss. XXII, 190. Xen. Oecon. XIV, 7 εὖ μάλα. Arist. Eq. 23 πάνυ καλῶς. Demosth. Olynth. III, 2 καὶ μάλ' ἀκριβῶς οἶδα. Contra metrum Hartungius de Schaeferi et Bergkii (Mein. p. 474) sententia καλῶς cum ἐκάθηρε coniunxit. — τοῦτο] Respondet eidem vocabulo in principio versus 118 posito. Cf. adn. I, 1—2 p. 15. — ἴσαμι] Cf. Theocr. XV, 64.

120. ἤδη κτλ.] *mi Morson, iam stomachatur quidam*, Lacon scil., „cuius nomen supprimitur, quo magis ipsius animus pungatur". (Wuestem.) *Voici qu'on se fâche.* Lec. Cf. v. 122. Arist. Ran. 552 κακὸν ἥκει τινί (Baccho). Wolff. ad Soph. Ai. 1138. — παρῄσθευ;] *nonne iam sensim sensisti?* Cf. Xen. Cyrop. IV, 2, 30 (15). Vanum est quod Briggs. coni. οὐχ ὕπαρ ᾔσθευ; „*nonne hoc liquido sentis?*" Sine causa iusta Ahr. II. mutavit παραίσθευ.

121. σκίλλας κτλ.] *abi et illico ex Vetulae sepulcro evelle* „*scillas maritimas*", quibus cures bilem bono isti Laconi motam. Vide proecdosin p. 94—95. Schoemann. antt. Gr. II, p. 312. Calp. V, 79. „Sales Comatae eo magis amari, quod is, qui alteri bilem commovet, ei, cui aegre est, remedium proponit. Sed neque ea, quae addita sunt, vi sua carent. Ut veneficae herbas magicas in sepulcretis [Hor. Sat. V, 17] colligunt, sic ille scillam quoque ob maiorem vim et efficaciam petere iubetur ex tumulo"

ΛΑΚΩΝ.

κἠγὼ μὰν κνίζω Μόρσων τινά· καὶ τὺ δὲ λεύσσεις.
ἐνθὼν τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νυν ἐς τὸν Ἅλεντα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα, καὶ τὺ δὲ Κρᾶθι
οἴνῳ πορφύροις, τὰ δέ τ' οἴσυα καρπὸν ἐνείκαι.

(Wuestem.), et quidem ex tumulo certo Vetulae vel Lamiae, quae Γραία in illa regione notissima esse debuit. Vide Mein. p. 238, qui recte in ed. III. scripsit Γραίας pro γραίας (Ahr. I. II. Hart. Pal. cet.). Temere Hartungius e coni. ἐπὶ pro ἀπὸ edidit. Pro τίλλοις (Ahr. I. Mein. I. II. III. Pal.) Ahr. II. Hart. τίλλειν e codd. 6. 5. cet. (Ahr. p. 46) et schol. restituerunt.

122. κνίζω] Cf. Theocr. VI, 25. Herod. VII, 12, 1 Ξερξέα ἡ Ἀρταβάνου ἔκνιζε γνώμη. Soph. Oed. R. 786 τοῦτό μ' ἔκνιζε. — καὶ τὺ δὲ] Cf. adn. I, 90 p. 45. Nec vere nec religiose Briggs. in *cur. sec.* pro τὺ δὲ coniecit τόδε et v. 124 τύγε pro τὺ δὲ.

123. ἐνθὼν κτλ.] *abi ad Halentem et effode cyclaminum*, ne bilis noceat Comatae. Vide proecdosin. Verbum ὀρύσσειν h. l. non habet vim defodiendi vel infodiendi (ut vult Hart.), sed effodiendi. Luc. Amor. 33 ῥίζας ὀρύττοντες καὶ τὰ πλεῖστα δρυὸς καρπὸν ἐσθίοντες. — Ἅλεντα] Rivum ceterum ignotum, non nobilem fluvium Lucaniae, significari recte coniicit Mein. Vide proecdosin l. l. — Praeterea quod Hartung. e coni. scripsit ὀρυσσέμεν pro ὄρυσσε νυν (l. v. νιν Ahr. p. 46), ferri non potest propter voc. αὐτίκα, v. 121. Falso Ameisius versum ita vertit: abi ad cyclaminum et effode eam ad Halentem.

124. Ἱμέρα] Aut significatur agri Sybaritani ignotus ceterum amniculus, quae est sententia Meinekii, aut Himera, notissimus fluvius Siciliae, a pastore propterea commemoratur, quia salsam aquam, qualis est huius fluvii (Strab. VII, 2, 9 p. 275), in lac mutari magis etiam mirabile quam alius fluvii aquam dulcem. — Κρᾶθι] Cf. adn. v. 16.

125. πορφύροις] ὑπ' οἴνου πορφυροῦς εἴης, τουτέστιν εἰς οἶνον εἴθε μεταβληθείης. Schol. „*Vino rubescas*" vertit Vins., contra Ameis. „*vino abundanter fluas*". Sed Ameisii interpretationem, *adn.* p. 36 defensam, ferri non posse intelligitur ex disputatione Schusteri, quae est in Muetzell. annal. 1861 p. 714. Vide Iliad. XIV, 16 ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ coll. Odyss. IV, 427 et Odyss. II, 428, ubi Ameisius quoque coloris significationem verbis πορφύρω et πορφύρεον subiicit. — τὰ δέ τ' οἴσυα] *silera vero ferant fructus.* Hoc recepi ex ed. Comm. (ubi οἰσύα: cf. Koehler., *not.* p. 25) pro τὰ δέ τοι σία (τοἰσία cod. D., τ' οἰσία codd. L. cet. apud Ahr. p. 46 et edd. Med. Ald.): nam arborem rectius quam „sium latifolium" (proecd. p. 96) hic commemorari nunc existimo, nihil tribuens verbis Vergilii (Ecl. III, 89 „ferat et rubus asper amomum"), quae imitationem Theocriteorum continere Ahrensius p. 46 iudicat. Hartungius operarum, ut videtur, vitio τάδε τ', οἴσυα edidit. Ceterum cf. Lobeck. pathol. p. 8. — καρπὸν] Singulari numero utitur, quemadmodum constanter Homerus (velut Iliad. V, 501). Cf. e. gr. Quintil. VIII, 3, 10 fructum ramis pluribus feret.

ΛΑΚΩΝ.

ῥείτω χᾁ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι, καὶ τὸ πότορθρον
ἁ παῖς ἀνθ᾽ ὕδατος τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι,
καὶ σχῖνον πατέοντι καὶ ἐν κομάροισι κέχυνται.

ΛΑΚΩΝ.

ταῖσι δ᾽ ἐμαῖς ὀίεσσι πάρεστι μὲν ἁ μελίτεια
φέρβεσθαι, πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κίσθος ἐπανθεῖ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐκ ἔραμ᾽ Ἀλκίππας, ὅτι με πρᾶν οὐκ ἐφίλησε.

126. Συβαρῖτις] scil. κρήνη. Ahr. II. e coni. non probabili Σύβαρις edidit. Fontem quidem amoenissimum prope Sybarin veterem a se ipso visum describit Didot. p. 441. — μέλι] Verg. Ecl. III, 89 mella fluant illi. Ovid. Met. I, 111. De casu accusativo cfr. v. 124, Iliad. IV, 27 ἱδρῶ θ᾽ ὃν ἴδρωσα, *La Roche, stud. Hom.* p. 27 sqq. Hor. Epist. I, 19, 44 ibique Dillenb.: fidis enim manare poetica mella te solum. — τὸ πότορθρον] Cf. adn. I, 15 p. 18.

127. ἁ παῖς] amica mea. Cf. v. 105. 107. Alii minus apte puellas in universum (cf. adn. I, 72 p. 40) articulo significari existimant.

128. αἴγιλον αἶγες] Cf. e. gr. Theocr. VII, 99—100 Ἄριστις — ἄριστος. XXII, 211. XXVI, 26. Iliad. VI, 201 κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο. Aesch. Prom. 85—86. Aesch. Sept. 536 Dind. (518 Well.). Soph. Phil. 1380. 297. Ovid. Met. V, 390 humus humida. Plaut. Men. III, 1, 38 Epidamno — damno. Plaut. Trucul. I, 1, 58—60. — De plantis, quae hic commemorantur, dictum est in procedosi p. 96.

129. σχῖνον] Αἴγιλον et σχῖνον ut pabulum capris dilectum iungit Babrius, fab. III, 4: κόμην γλυκεῖαν αἰγίλου τε καὶ σχίνου. Pal. — ἐν κομάρ.] Verg. Cul. 51 de capellis: pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis. Vide et procd. p. 97. — κέχυνται] „fusae sunt" (Verg. Georg. II, 527. Ovid. Met. III, 438), iacent. Cf. Odyss. XXII, 389 et ADD.

131. κίσθος ἐπ.] *cisthus rosarum instar large efflorescit.* Ita recte Ameis. Legendum esse κίσθος (κισθὸς Boiss. I. II.), non κισσὸς (codd. D. al. Ahr. p. 47. edd. Iunt. Call. Steph. Am. Ziegl. al.), ostendi *de poet. buc.* p. 53. Cfr. Ahrens. Philol. VII p. 445, qui idem ed. I. et II. κίσθος edidit: sequitur eum Pal. — Kiessl. scripserat ὡς ῥόδα κίστος. Mein. I. II. III post Reisk. Brunck. al. ὡς ῥοδόκισσος (ὡς ῥοδοκισσὸς Ald.). Mein. I. coniecerat πολλὸς δὲ καλῶς ῥοδόκισσος ἐπανθεῖ, Wordsw. vero βάτοις ῥοδόκισσος, quia desideraverat dativum aliquem verbo ἐπανθεῖ addendum. At cf. Herod. II, 9 ἅλμην ἐπανθέουσαν, ibique Abicht. Hartungius edidit βάτοις ῥοδόκισθος et tamen vertit ita, quasi legeret ὡς ῥόδα κίσθος: „und auf Hecken erblühen, wie Rosen, in Menge die Cisten."

132—137. Non abest suspicio quin versus 132—137 sint insitivi, quamquam Alcippes nomen e v. 132 in Verg. Ecl. VII, 14 videtur esse translatum. Nam

τῶν ὤτων καθελοῖσ᾽, ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

ΛΑΚΩΝ.

ἀλλ᾽ ἐγὼ Εὐμήδευς ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ ὅκ᾽ αὐτῷ
τὰν σύριγγ᾽ ὤρεξα, καλόν τί με κάρτ᾽ ἐφίλησεν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐ θεμιτὸν Λάκων ποτ᾽ ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν,
οὐδ᾽ ἔποπας κύκνοισι· τὺ δ᾽ ὦ τάλαν ἐσσὶ φιλεχθής.

ΜΟΡΣΩΝ.

Παύσασθαι κέλομαι τὸν ποιμένα. τὶν δὲ Κομᾶτα
δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα· καὶ τὺ δὲ θύσας
ταῖς Νύμφαις Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

πεμψῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων
νῦν ἀγέλα· κἠγὼν γὰρ ἴδ᾽ ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ

v. 133 ὅκα οἱ κτλ. non concordat cum v. 96. Laco vero nihil antea dixit de syringe (v. 135) puero donanda. Versus 137 (φιλεχθής) molestam continet versus 77 repetitionem. Epigrammatis instar sunt v. 136—137, nec quidquam iuvamur his versibus (136—137) Morsoni assignatis, id quod fecit Ahr. I. II. Vide et Mein. p. 474. Denique finem canendi facere debuit Lacon, non Comatas: alioquin v. 138 non παύσασθαι dicendum erat, sed σιγᾶν.

133. τῶν ὤτων καθελ.] „comprensis auribus", ut dicit Tibull. II, 5, 92, ubi vide interpp. Aristaenet. Epist. I, 1 κἀγὼ τῶν ὤτων λαβομένη τρίς σε φιλήσω. Lucian. dial. mer. III, 2 τοῦ ὠτὸς ἄκρου ἐφαψάμενος, ἀνακλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος ἐφίλησεν προσφυῶς ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη.

135. κάρτ᾽] Voc. κάρτα quamquam in Theocriteis est ἅπαξ εἰρημένον nec invenitur apud epicos veteres, non tamen h. l. mutandum. Moebius quidem in Guenth. et Wachsm. *Athen.* III, 2 p. 267 coniecit καλόν τί με κρᾶτ᾽ ἐφίλασεν. At vide e. gr. Aesch. Pers. 519 ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά. Aesch. Ag. 801 κάρτ᾽ ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος.

136. ποτ᾽ ἀηδ.] Cf. adn. ad v. 23, de dativo proximo κύκνοισι adn. ad id. IV, 63. Nihil mutandum esse Ahr. II. servata scriptura vulgata tacite significavit. Idem enim in ed. I. ποτ᾽ ἀηδόσι κίσσας ἐρίσδεν e coni. scripserat et Philol. VII, p. 445 ὄπ᾽ ἀηδόσι κίσσας ἐρίσδεν coniecerat.

141. φριμάσσεο] μεθ᾽ ἡδονῆς σκίρτα φυσῶσα τοῖς μυκτῆρσι καὶ ἐπαίρου. ἀπὸ τοῦ ἤχου τῶν αἰγῶν ὠνοματοπεποίηται. Schol. Chapman. ita vertit: *snort and gambol round, my buck-goats all.*

142. ἴδ᾽] Falso Pal. interpretatur „*audi*", ad Theocr. I, 149 provocans, ubi verbum θάσασθαι „de quovis sensu" usurpari non accurate dicit. Pro ἴδ᾽ ὡς Hartungius ὁμῶς e coni. scripsit, sed hoc legisse scholiastam (σὺν ὑμῖν καταγελάσω τοῦ Λάκωνος) sumpsit, non probavit. — καχαξῶ] *vide quam sim risurus*, in omne scil. tempus. Apte igitur futuro tempore utitur. Plat. Rep. I p. 337, A καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασέ τε

κὰτ τῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος, ὅττι ποκ' ἤδη
ἀνυσάμαν τὰν ἀμνίδ'· ἐς ὠρανὸν ὔμμιν ἁλεῦμαι.
αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κερουτίδες· αὔριον ὔμμε
πάσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι λίμνας.
οὗτος ὁ Λευκίτας ὁ κορυπτίλος, εἴ τιν' ὀχευσεῖς

μάλα σαρδόνιον, ubi vide Stallbaum. Lucian. Amor. 23.

143. *ὅττι*] Cf. Theocr. XVII, 24. Iliad. XVI, 531. XVII, 411 al. — *ποκ' ἤδη*] Vindicavit haec verba Mein. p. 240, *ποκ' ἤδη vix tandem, tandem aliquando* explicans et Ahrensii coniecturam (Philol. VII p. 444) *ὧδ' ὅποκ' ἤδη* in ed. II. receptam reiiciens. Quo magis Hartungium e coni. *ᾧ δέ ποκ' ἤδη* scripsisse mirere.

144. *ἀνυσ.*] ,,*impetravi*''. Cf. Soph. Philoct. 711 *ἐξ ὠκυβόλων εἴποτε τόξων πτανοῖς ἰοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν.* Theocr. XVIII, 17. — *τὰν ἀμνίδ'*] Hoc et hic et v. 149 posui e coniectura etiam ab Hart. capta: cf. v. 139. In codd. et edd. prr. (etiam Steph. Harl. al.) legitur *τὸν ἀμνόν*. Ahr. I. II. Am. Mein. I. II. Schaef. Heins. al. ediderunt *τὰν ἀμνόν*, quod primum in ed. Comm. invenitur, pro quo *τόνγ'* (*τόνδ'* Mein. III.) *ἀμνόν* Wintert. Genus femininum his exemplis Theocriteis, I, 6 (*ἁ χίμαρος*), XII, 4 (*σφετέρης ἀρνός*) et XVIII, 41—42 (*γαλαθηναὶ ἄρνες*), non satis defenditur: suspectum *τὸν* v. 24. Fr. Iacobsius, quem Ziegl. et Pal. sequuntur, *τὸν ἀμνόν* recte se habere, quia voc. *ἀμνός* Theocrito (cf. VIII, 14—15) digammatum fuerit, existimat. Male quidem. Pal. coni. *ἀνυσάμαν τὸν ἄεθλον* propter verba schol. (p. 219, 19 Ahr.) *ἀνυσάμαν, τελέσας τὴν νίκην ἔλαβον*: at haec verba ad solum spectant voc. *ἀνυσάμαν*. — *ἐς ὠρανὸν κτλ.*] ,,gaudio exsulto'' (Cic. II. Phil. 27, 66). Non possunt comparari verba Horatii, Od. I, 1, 36 (ubi vide Orell.) et Prop. I, 8ᵇ, 43 (nunc mihi summa licet contingere sidera plantis).

145. *κερουτίδες*] *lascivae*. Cf. Hor. Od. III, 13, 8 lascivi soboles gregis. Calpurn. V, 23 lascivumque pecus salientes accipit hircos. Arist. Eq. 1344 *ἀνωρτάλιζες κἀκερουτίας*. Hesych. *κερουτιᾷ, γαυριᾷ.* Scripsi nunc cum Hartungio *κερουτίδες* (*κερούτιδες* Ahr. II. et Mein. III.) e coni. Ahrensii (Philol. VII p. 447) pro *κερουχίδες*, quod exhibent codd. et edd. prr. cet. Triplex lectio, *κερουχίδες, κερουλίδες, κερουλκίδες*, a schol. commemoratur.

146. *λουσῶ*] ,,Verg. Ecl. III, 97 ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo. Rectissime Fr. Iacobs. verba Theocritea sic explicat: lavabo vos, ut nitidae fiatis, sicut decet gregem pastoris, festum diem ob victoriam partam agentis.'' Hactenus Wuestem., sed quae idem Vossium [ad Verg. Ecl. III, 96—97] scripsisse dicit, ea ad Vergilium, non ad Theocritum, pertinent. Ceterum cf. Verg. Georg. III, 445. — *λίμνας*] Cf. v. 17. Meinekius p. 241 et Ahr. II. auctores mihi fuerunt, ut *λίμνας* scriberem e codd. a. 9. L. pro *κράνας* (codd. rell. edd. prr. Mein. I. II. III. Am. 1. Hart. Pal. cet.), quod e v. 126 illatum videtur.

147. *οὗτος ὁ Λ.*] *heus tu, Albe,* ,,*petulce*'' (Verg. Georg. IV, 10). — De pronomine *οὗτος* cf. e. gr. Eur. Helen. 1186. 1627. Soph. Ai. 71. 1048, de articulo Theocr. IV, 46 *ἁ Κυμαίθα.* Sui gregis hircum caprarius eo nomine, quod proprium habet illud animal, compellat. Quare *Λευκίτας* scripsi littera maiuscula,

τᾶν αἰγῶν, φλασσῶ τυ, πρὶν ἤ γ' ἐμὲ καλλιερῆσαι
ταῖς Νύμφαις τὰν ἀμνίδ'. ὁ δ' αὖ πάλιν. ἀλλὰ γενοίμαν,
αἰ μή τυ φλάσσαιμι, Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα.

secutus Mein. III. Cf. Ovid. Met. III, 218, ubi canis est nomen *Leucon*. Contra Theocr. IV, 45 alieni gregis vitulum Battus de colore appellat *λέπαργον*. De voc. *κορυπτίλος* vide Lobeck. pathol. prol. 1843 p. 114. — *ὀχευσεῖς*] Ante sacrum instituendum a Venere abstinent homines (vide Tib. II, 1, 11): idem ut faciant hirci, vult Comatas. Fr. Iacobs. apud Wuest.

148. *φλασσῶ*] percutiam te, verberabo. Falso schol. *θλάσω σου τὰ αἰδοῖα*. — *πρὶν*] caedam te, priusquam ego Nymphis agnam immolavero. Ita recte Wuest. iniuria reprehensus a Pal., qui schol. secutus verba sic coniungit: *εἴ τινα τῶν αἰγῶν ὀχεύσεις πρὶν ἢ ἐμὲ καλλιερῆσαι*. — *ἤ γ' ἐμὲ*] Recte dicitur *ἐμέ*, quia inter ea, quae caprarius facturus est, et ea, quae facit hircus, distinguitur. Cfr. Voss. *not.* p. 26 et Hermann. praef. Soph. Schaef. 1810 p. VIII. Itaque *ἐμὲ*, lectum etiam a schol., revocavi. In proecdosi scripseram *ἤ γέ με* e coni. Schaeferi ab hoc ed. 1809, Boiss. I. II. Mein. I. III. Ahr. II. Hart. Pal. recepta. Quamquam, si ita legitur, mala caesura laborare versum, non concedo Hermanno l. l. Omissa particula *γ'*, quae est addita in codd. k. al., legitur *πρὶν ἢ ἐμὲ* in codd. p. v. al. (Ahr. p. 48 coll. p. LXXXII) et in edd. prr. Call. Cam. al. Contra *ἤ γ' ἐμὲ* scripserunt Comm. Heins. Valck. II. Mein. II. Ziegl. Am. al. — *καλλιερῆσαι*] *priusquam litavero*. Non est hoc verbum epicorum veterum, at adhibetur e. gr. Xen. Rep. Laced. XII, 7 *ἐπειδὰν ᾄσωσιν εἰς τοὺς θεούς, οἷς ἂν καλλιερηκότες ὦσιν*. Ibid. XIII, 2 *ἢν δὲ ἐνταῦθα καλλιερήσῃ κτλ.* — *τὰν ἀμνίδ'*] Vide adn. ad v. 144. In codd. k. D. et ed. Iunt. est *τὰν ἀμνόν* (id quod Ahr. I. II. Mein. I. II. al. tenuerunt), in codd. L. cet. (Ahr. p. 48) et in edd. Med. Ald. Call. Steph. al. *τὸν ἀμνόν*. Mein. III. et Pal. e coni. scripserunt *ταῖς νύμφαισι τὸν ἀμνόν*, numeris h. l. minime aptis. Cf. initia versuum huius idyllii 12 et 140.

149. *ὁ δ' αὖ πάλιν*] scil. *ἐπιχειρεῖ ὀχεύειν*. De verbis *αὖ πάλιν* a Theocrito IV, 48 [VIII, 68] in eadem sede versus collocatis cf. Arist. Nub. 975. Plut. 622. Av. 2 al. Homerus eadem sententia dixit *πάλιν αὖτις* Iliad. II, 276 et Odyss. XVI, 356, ubi voc. *πάλιν* Latinum *retro* non potest significare. Nimium enim contendit Ameis. ad Odyss. l. l. et contra poetae sensum interpretatur Odyss. XVI, 456, ubi *πάλιν ποίησε γέροντα*, *rursus fecit senem* simpliciter significat. Cf. et Iliad. V, 257. XVII, 533. — *γενοίμαν*] Cf. adn. ad v. 16.

150. *Μελάνθιος*] *κολασθείην ὥσπερ Μελάνθιος ἐν τοῖς Ὀδυσσέως οἴκοις* (Odyss. XXII, 195. 474 sqq.). Schol. Melanthium propterea etiam, quoniam idem fuit *αἰπόλος αἰγῶν*, caprarius Comatas nominat. Cf. Odyss. XX, 173 al.

VI.

ARGUMENTUM.

Κυκλωπείαν Odysseae omnes cupidissime legimus pueri, constanti etiam aetate libentissime recordamur. Declarat enim narratio tota et maxime clades illa, quae tandem Polyphemo ab Ulixe illata est, quantum infracta virtus et animi praesentis sollertia vel in summis difficultatibus antestet animo propter virium immanitatem elato, sed rationis et consilii experti, monstrumque illud ingens et horrendum, quale ab Homero describitur, a viro exiguo superatum, nobis haud secus dignum risu videtur atque prostratus a Davidulo Goliathus. Idem usu venit veteribus, qui Polyphemi personam cum plausu in scaena produxerunt. Testatur drama Euripidis, quod habet nomen Cyclopis: testantur quum aliorum scriptorum opera (cf. Zimmerm. p. 157 sq.), tum dithyrambus Philoxeni Cytherii praestantissimus (cf. Aelian. Var. H. XII, 44), quo hic poeta Dionysium maiorem Galateae, formosae cuiusdam tibicinae, amore captum persona Cyclopis induit fecitque Cyclopa cithara ludentem, Galateae Nereïdos pulcritudinem cantu suo celebrantem. Vide *ὑπόθεσιν* huius idyllii p. 183. Athen. I, 11 p. 7 A. Schol. Aristoph. Plut. 290. Athenaeus quidem (XIII, 17 p. 564) hos versus (cf. Theocr. XI, 19) illius dithyrambi, quibus Galateam Polyphemus alloquitur, servavit: *ὦ καλλιπρόσωπε, χρυσοβόστρυχε Γαλάτεια, χαριτόφωνε, κάλλος ἐρώτων.* Aristophanes autem (Plut. 290) haec habet: *καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα μιμούμενος καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων ὑμᾶς ἄγειν.* Cf. et Hor. Sat. I, 5, 63 ibique Heindorf.

Praeterea, ut omittam Philoxenum, et narratio Homeri (Odyss. IX, 182 sqq.) et drama Euripidis (v. 49 sqq. 206 sqq.) tot habent descriptiones vitae pastoriciae, ut facile intelligatur, cur Theocrito, ,,Siculae telluris alumno'', Polyphemi Siculi fabula aptam carminum bucolicorum (id. VI et XI) materiam habere visa sit. Cfr. et Egger. l. p. 5 l. p. 10.

Itaque Damoetam et Daphnidem pastores, grege ad fontem compulso, cantu mimico se oblectantes hoc idyllio Theocritus introducit. Damoetas agit partes Polyphemi, alter partes vicini cuiusdam, qui mirari se dicit, quod Polyphemus fistulae suae ludo deditus (v. 9) negligat Galateam, procul ex undis marinis nutantem, amorem variis modis prodentem et animum Cyclopis nunc duri et obfirmati (v. 26 sqq.) sibi mitem reddere cupientem (v. 6—19). Ad haec Polyphemus ille personatus, serio se amari

a Galatea existimans: vidi, inquit, ista omnia, sed aliam me nunc mulierem amare (v. 26), Galateam spernere (v. 29) simulo: speroque fore ut Galatea, victa mea pulcritudine (v. 34—40), tandem huc ad me — in Sicilia res agitur — veniat lectumque mihi ipsa sternat (v. 33). Finito cantu pastores mutuo se donant muneribus (v. 42—46).

Festivitate et virtute comica (cfr. Bohtz. in Erschii et Gruberii encycl., sect. II. vol. 30 p. 385) quantum hoc idyllium, quod falso Didot. p. 442 pro maioris alicuius operis a Theocrito inchoati particula habuit, excellat, non est cur pluribus verbis exponam. Post idyllium XI. absolutum hoc esse idyllium scriptum, quae est opinio Zimmermanni p. 114, probari non potest. Ceterum cfr. Wolfg. Helbig, *symb. philol. Bonn. in honorem Ritschelii coll.* p. 361. Fortasse erunt, quos etiam hic liber iuvet: „Amor Polyphemi ex Theocrito, Ovidio et Metastasio". Scr. Io. Georg. Feder. Erlang. 1765, 4.

Ex hoc idyllio quaedam et in Vergilii eclogas (cf. adn. ad v. 1. 6. 17. 29—30. 34. 35) et in Ovidii Metamorphoseon libros (cf. adn. ad v. 17. 22. 34. 37. 37-38) manavisse, idem Bionem (Bion. frgm. XII, 3. Mosch. III, 59 coll. Theocr. VI, 9) ob oculos habuisse satis creditur.

Oratione pedestri quondam Teutonicum fecit hoc idyllium Koehlerus, *not.* p. 75. Hartungii translatio prima una cum id. XI. XIV. XV. XXI prodiit in hoc libello: *Uebersetzung einiger Idyllen Theokrit's.* Schleusing. 1855, 4. De Roverella vide arg. id. III p. 120.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Βουκολιασταί. Δαμοίτας δὲ καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος θέρους ὄντος μεσημβρίας εἰς ἓν τὰ θρέμματα συνελαύνουσι καὶ ἀμοιβαίως τὸν Πολυφήμου τοῦ Κύκλωπος πρὸς Γαλάτειαν ἔρωτα ἀμφότεροι ᾄδουσι. καὶ ὁ μὲν Δάφνις προσδιαλέγεται τῷ Κύκλωπι περὶ τῆς Γαλατείας, ὁ δὲ Δαμοίτας ὑποκρίνεται τὸν Κύκλωπα, ἀποκρινόμενος δῆθεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πολυφήμου. τὰ πράγματα δέ εἰσιν ἐν Σικελίᾳ, ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς τὸν Ἄρατον, οὗ μέμνηται καὶ ἐν Θαλυσίοις [id. VII, 98]

Ἄρατος δ' ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι —

καὶ πάλιν [id. VII, 122]

μηκέτι φρουρῶμες ἐπὶ προθύροισιν Ἄρατε.

δύναται δὲ οὗτος εἶναι ὁ τῶν φαινομένων ποιητής. Δοῦρίς φησι διὰ τὴν τῶν θρεμμάτων πολυπλήθειαν καὶ τοῦ γάλακτος τὸν Πολύφημον ἱδρύσασθαι ἱερὸν παρὰ τῇ Αἴτνῃ Γαλατείας, Φιλόξενον δὲ τὸν Κυθήριον ἐπιδημήσαντα καὶ μὴ δυνάμενον ἐπινοῆσαι τὴν αἰτίαν ἀναπλάσαι ὅτι Πολύφημος ἤρα Γαλατείας.

ϛ.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.
ΔΑΦΝΙΣ ΚΑΙ ΔΑΜΟΙΤΑΣ.

Δαμοίτας χὠ Δάφνις ὁ βουκόλος εἰς ἕνα χῶρον
τὰν ἀγέλαν ποκ' Ἄρατε συνάγαγον· ἦς δ' ὁ μὲν αὐτῶν
πυρρός, ὁ δ' ἠνιγένειος· ἐπὶ κράναν δέ τιν' ἄμφω
ἑζόμενοι θέρεος μέσῳ ἄματι τοιάδ' ἄειδον.

1. *Δαμοίτας*] *ἐκ τοῦ δᾶμος ἤτοι δῆμος ὁ Δαμοίτας παρὰ Θεοκρίτῳ.* Eustath. ad Il. III, 148 p. 395, 19. — Hinc Verg. Ecl. III, 1: Dic mihi, *Damoeta.* Flaccus in Anth. Pal. VI, 193, 2 *Δαμοίτας ἁλιεύς.* — *χὠ*] Nomini Daphnidis articulus, quo caret nomen prius *Δαμοίτας*, eodem modo hic additur, quo legitur Theocr. XXII, 34 *Κάστωρ ... ὅ τ' οἰνωπὸς Πολυδεύκης.* Ceterum cf. id. V, 62 et adn. II, 70 p. 94. Itaque cum Am. (quem vide praef. p. X et in Bergkii annal. 1846 p. 719) et Ahr. I. II. scripsi *χὠ* e codd. k. cet. (Ahr. p. 49) pro *καὶ* (codd. rell., edd. prr., Mein. I. II. III. Hart. Pal.). — *ὁ βουκόλος*] Vel comparatio loci simillimi id. VII, 73 declarat haec verba ad solum pertinere Daphnidem, nec posse simul referri ad Damoetam, ut nuper statuit Pal., olim Toup. *add.* p. 13, schol. Theocr. p. 222, 9 et schol. ad Pind. Olymp. IV, 25 (*χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον*). — *εἰς ἕνα χῶρον κτλ.*] Vertit Verg., Ecl. VII, 2: *compulerant*que *greges* Corydon et Thyrsis *in unum.*

2. *Ἄρατε*] Vide prolegg. p. 4, 6 et argum. Gr. p. 183. Similes sunt carminum dedicationes id. XI, 2. XIII, 2.

3. *πυρρός*] *ἄρτι χνοάζων τὸ γένειον.* Schol. Eur. Phoen. 32 *ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος παῖς οὑμός.* Hesych. *πυρσαῖς γένυσι, ταῖς ξανθαῖς.* Cf. Theocr. XV, 130. — *ἠνιγένειος*] *iam barbatus.* Hesych. *ἠνίου, τελείου.* Legisse scholiastam *ἠνιγένειος* pro *ἡμιγένειος* (codd. et edd.) ostendit Ahrens. tom. II, p. 510. Quare hoc voc. haud cunctanter recepi.

4. *θέρεος*] *aestatis tempore* (id. VIII,

πρᾶτος δ' ἄρξατο Δάφνις, ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἔρισδεν.

ΔΑΦΝΙΣ.

Βάλλει τοι Πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
μάλοισιν, δυσέρωτα καὶ αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα·
καὶ τύ νιν οὐ ποθόρησθα τάλαν τάλαν, ἀλλὰ κάθησαι
ἁδέα συρίσδων. πάλιν ἅδ' ἴδε τὰν κύνα βάλλει,

78. XI, 58), et quidem *μέσῳ ἄματι, medio die.* Ita recte Burch. Pal. al. Falso genetivum *θέρεος* ad verba *μέσῳ ἄματι* Gail. 1792 (sur le midi d'un jour d'été) al. retulerunt. Ceterum cf. Varr. R. R. II, 2 pastores *circiter meridianos aestus* greges, dum defervescant, sub umbriferas rupes et arbores patulas subiiciunt, quoad refrigerato aëre vespertino rursus pascant ad solis occasum.

5. *πρ. ἔρισδεν*] *prior provocaverat ad certamen* (non *ad cantum*, id quod scribit Herm. *de arte poes. buc. p.* 7). Cfr. et Edwards. p. 245 disputans adversus Reiskium haec verba mire (*„quia maior erat“*) explicantem. Nihili est quod Briggs. *cur. sec.* coniecit *ἔφισδεν*, scil. *ἐπὶ κράναν.* — Pal. hunc versum et v. 20 Graeculo alicui deberi existimat, non considerato versu carminis extremo.

6. *βάλλει — Γαλάτεια*] Hoc versu et id. V, 88 Vergilius contaminavit Ecl. III, 64: malo me Galatea petit, lasciva puella.

7. *δυσέρωτα κτλ.*] *vocans*, te scil., *perdite amantem et caprarium.* Hoc per iocum dicit Galatea ad bilem Polyphemi movendam eiusque amorem excitandum. Cf. v. 8. *οὐ ποθόρησθα.* De adi. *δύσερως* vide adn. I, 85 p. 44 (nam falsa, Brunckium — anal. III, 2 p. 62 — secuti Wuestem., Hartung. p. 351. al., narraverunt): voc. *αἰπόλος* perinde atque Theocr. I, 86 cum contemptu dictum est: lascivi enim gregis custos ipse lascivus fingitur. Reiecta interpretatione proced. p. 99 proposita nunc pro *τὸν αἰπόλον* (cf. Iliad. IV, 275) e coni. scripsi *καὶ αἰπόλον*, usus etiam suffragio Meinekii p. 474. Conferri potest Hor. Sat. I, 7, 31 (magna compellans voce cuculum). Mein. p. 241 *δυσέρωτά τυ κἄπορον ἄνδρα καλεῦσα* coniecerat. Hart. adeo *δυσέρωτα τὸν αἱμύλον ἄνδρα κ.* edidit.

8. *ποθόρησθα*] Verba *ὅρημι* et *ποθόρημι* legimus infra v. 22 et 25: cf. id. VII, 40. *Ποθόρησθα* non subscripto iota (cf. Ahr. dial. Aeol. p. 139. Muehlm. p. 136. Krueger. gr. Gr. II, 1 § 34, 7, 1) legitur in codd. plerisque (cf. Ahr. p. 49) et in edd. prr. atque Ahr. ed. II. — Ahr. I. Mein. I. II. III. al. *ποθόρησθα* ediderunt. Cf. et Iahnii annal. 1845, XLV p. 217. — *τάλαν τάλαν*] Duplicata ante caesuram bucolicam eadem verba legimus apud Callimachum, Epigr. XXX, 1 Mein.: *Θεσσαλικὲ Κλεόνικε, τάλαν τάλαν· οὐ μὰ τὸν ὀξὺν ἥλιον, οὐκ ἔγνων.* Cf. Theocr. VIII, 73. — *κάθησαι*] Cf. adn. I, 48 p. 29 *ἥμενος.*

9. *ἁδέα*] Cf. adn. I, 96 p. 47. Calpurn. II, 6 *dulcique* simul contendere cantu ... parant. — Dulce canere Polyphemus certe sibi videtur. Dicuntur haec non sine tecta ludificatione. Aliter iudicat Wuestem. p. 98. Cf. Mosch. III, 59, qui fortasse memor huius versus illa scripsit: *οὐ γὰρ ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο.* — *συρίσδων*] Verg. Ecl. I, 2 silvestrem tenui Musam meditaris avena. Calp. I, 93 teretique sonum modulemur avena. — *πάλιν ἅδ' ἴδε*] Briggs. *cur. sec.* coniecit *πάλιν ἠνίδε*, Wordsw. forma inaudita *πάλιν ἀνίδε* propter l. v. *ἅνδ'* cod.

ἅ τοι τᾶν οἴων ἕπεται σκοπός· ἁ δὲ βαύσδει
εἰς ἅλα δερκομένα, τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει
ἅσυχα καχλάζοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.
φράζεο μὴ τᾶς παιδὸς ἐπὶ κνάμαισιν ὀρούσῃ
ἐξ ἁλὸς ἐρχομένας, κατὰ δὲ χρόα καλὸν ἀμύξῃ.
ἁ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας

G. Gaisfordii. Idem fecerat Reisk., *animadv.* p. 183. At cf. Theocr. IV, 48.

11. *εἰς ἅλα*] ubi versatur Galatea. — *νιν*] canem significari, non Galateam (id quod volunt schol., Phileticus, Wetstenius, Wordsworthius, al.), planum fecit Ameisius, *adn.* p. 36. — *φαίνει*] *reddit imaginis umbram* illius extrema currentis in aequoris ora fluctibus unda tumens paullatim lenibus. Eob. Hess. Vel versus Pauli Silent., Anth. Pal. V, 266, 5 (*σὴν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει καὶ ποταμῶν δῖναι καὶ δέπας οἰνοχόων*), ostendunt male ab Hemsterhusio (vide Valck. I.) *σαίνει*, id quod Brunck. recepit, deterius etiam a Reiskio coniectatum esse *ῥαίνει*.

12. *καχλάζοντος*] Fluctus ipsi quidem proprie *καχλάζειν* dicuntur, e. gr. Apoll. Rhod. II, 570. „Sed id de littore quoque leni undarum allisu resonante (cf. adn. ad id. V, 93) usurpatur eodem iure, quo Pindarus, Ol. VII, 1, phialam *ἀμπέλου δρόσῳ καχλάζοισαν* dicit.“ Ita vere Mein. p. 475, damnans lectionem *ἅσυχα παφλάζοντα ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν* ab Ahr. II. e cod. 9 receptam, sed ne Nonni quidem (Dion. X, 143) verbis satis munitam. Verbum *παφλάζειν* lectori „Paphlagonis“ de Arist. Equitibus memoriam iocosam excitaret, ubi v. 918 *ἀνὴρ παφλάζει.* Legitur *καχλάζοντος* in ed. Iunt. et cod. s. *sec.*, idque recepit Valck. II., quem Schaef. Mein. I. II. III. al. sequuntur (*καχλάσδοντος* Brunck.): in edd. Med. Ald. Steph. Valck. I. Dahl. Harl. al. est *καχλάζοντα*, quem hiatum frustra tutatus est Wordsw. Mire Hart. e coni. scripsit *φαίνει, ἅσυχα, καχλάζαντα* [*καχλάζοντα* voluit] *δ' ἐπ' αἰγιαλοῖο, θέοισαν.* Nec ullius momenti est, quod Pal. coni., *θεοίσᾳ*, dativo ad Galateam referendo. — *ἐπ' αἰγιαλοῖο*] *in littore*, non *ad littus*, quemadmodum iterum iterumque interpretatus est Greverus, ed. Oldenb. 1850 p. 56, quamquam refutatus ab Ameisio et in *adn.* anno 1840 editis p. 36 et in Iahnii annal. 1845, XLV, p. 226.

13. *τᾶς παιδὸς*] Galateae. Cf. Theocr. XVI, 70. — *ἐπὶ*] tu cave ne pelago progressae crura puellae impetat. Wetst. Cf. adn. I, 49 p. 29.

14. *χρόα καλὸν*] Cf. Theocr. XXVII, 30. Iliad. XXI, 398 *διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψας.* Iliad. V, 354 al. et adn. ad v. 19.

15. *καὶ αὐτόθε*] *etiam istinc* (cf. id. V, 60), scil. procul e mari. Ita recte Wuestem. Scholiastae explicationem *οἴκοθεν, ἀπὸ τῆς οἰκείας φύσεως*, amplectitur Ameis., *adn.* p. 36, vertens *sua sponte*, id quod a sententia versus alienum est. — *διαθρύπτεται*] „*she coquets*“ (Banks.), „*deliciatur*“ — ut barbare, sed significanter vertit Eob. Hess. —, *delicate ac molliter te allectat.* Vide adn. III, 36 p. 131. — Illic *luxuriat*, veluti folia arida acanthi sole sub aestivo, facilis deludere amantem. Wetsten. — Illa quidem *lascivit* amans. Zam. — Elle court et bondit et folâtre. Did. — *ἀπ' ἀκάνθας*] ut *cardui* aridi pappi luxuriant, huc illuc volitant. De praepositione cf. adn. I, 136 p. 63 *ἐξ ὀρ. τοὶ σκῶπες.*

ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύγει·
καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει·
καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον· ἦ γὰρ ἔρωτι
πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

16. ταὶ καπ. χ.] pappi (*les aigrettes blanches*), quos frustra sectaris, a quibus eluderis. Fons comparationis est locus Odyss. V, 327 indicatus a Fr. Iacobsio: ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ὀπωρινὸς Βορέης φορέῃσιν ἀκάνθας ἂμ πεδίον, πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται, ὣς τὴν ἂμ πέλαγος ἄνεμοι φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα. Cf. Nic. Alex. 126 οἷά τε δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα πάππου ἠέρ᾽ ἐπιπλάζοντα διαψαίρουσιν ἀέλλαις. Lucr. III, 387. — τὸ καλὸν θέρος] Cf. Theocr. XXI, 26. — φρύγει] Cf. Theocr. XII, 9. Soph. Antig. 413 καῦμ᾽ ἔθαλπε. Lobeck. ad Soph. Ai. 268 p. 197. Lacunae signa posuit in extremo versu Mein. III., secutus opinionem Hermanni *de art. poes. buc.* p. 7. At vide Eberz. p. 230.

17. καὶ φεύγει] Cf. Theocr. XI, 24 et XI, 75. Huius loci Mosch. III, 59 —60 memor fuisse videtur. Eiusdem huius loci recordatio subiit Vergilium de Galatea pastoris sui Ecl. III, 65 scribentem „et *fugit* ad salices et se cupit ante videri.“ Versum totum suum fecit Maced., Anth. Pal. V, 247, 3: καὶ φεύγεις φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις. Ovid. Met. XIII, 755 hunc (Acin) ego, me Cyclops nulla cum fine petebat. Ovid. Amor. II, 19, 36 quod sequitur, fugio: quod fugit, ipse sequor. Callim. Epigr. XXXI, 5 Mein. Hor. Sat. I, 2, 108. Vide et proecdosin p. 100. Non dissimilis conformatio est versus Nonn. Dion. XVI, 297 κτείνεις γὰρ ποθέοντα καὶ οὐ ποθέοντα (γαμέοντα praefert Koechl. praef. p. LXX) διώκεις. Theocr. VII, 144.

18. καὶ — λίθον] desperans et „ad incitas redacta“ intentatum nihil relinquit, ut te capiat tuique compos fiat (sie versucht den letzten Zug, she tries the last chance, elle met tout en oeuvre pour t'attirer). Ἡ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων τὸ κοινολέκτως λεγόμενον ζατρίκιον [Persicum *schethrendsch, Schach:* P. de Bohlen. *vet. Ind.* II p. 67]. ἐκεῖ γὰρ ὅταν πολλὰ ποιήσαντες οὐ δύναται ὁ ἕτερος νικῆσαι τὸν ὁμοπαίκτορα, κινεῖ καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς λίθον, ἤγουν τὸν βασιλέα καλούμενον. Schol. Ahr. p. 228. Cf. proecd. p. 101. Zimmermann. p. 115. Poll. IX, 7, p. 440. Eustath. Il. VI, 171 p. 633, 62. Od. I, 107 p. 1397, 33. — ἀπὸ γραμμᾶς] a linea sacra, ab ea, quae γραμμὴ κατ᾽ ἐξοχήν dicitur, movet lapidem. Nihil igitur mutandum (Mein. p. 243 πάντα τ᾽ ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον coni.). Pro voc. ἀπὸ exspectabas ἐπὶ, sed quia de movendo a linea lapide loquitur scriptor, ἀπὸ potius posuit. Cf. Herod. I, 51 extr. τὰ ἀπὸ δειρῆς (monilia) ἀνέθηκε ὁ Κροῖσος. Krueger. gr. Gr. § 50, 8, 13. Constantem hanc dicendi formam fuisse docent Poll. l. l. et Eustath. ad Odyss. l. l., quorum posterior affert verba Alcaei (frg. 81. Bergk.), νῦν δ᾽ οὗτος ἐπικρέτει κινήσαις τὸν ἀπ᾽ ἴρας [πείρας, Eustath.] πυκινὸν λίθον, atque verba Sophronis, κινήσω δ᾽ ἤδη καὶ τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς. Eustath. Macr. X, 10 p. 267 Herch. αἵ δέ γε μητέρες ἡμῶν καὶ λίθον, ὅ φασι, τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινοῦσι. Similiter scripsit Plin. Epist. I, 19, 15 omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. Eur. Heracl. 1002 πάντα κινῆσαι πέτρον.

19. πολλάκις κτλ.] Sic amor est,

Τῷ δ' ἐπὶ Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καὶ τάδ' ἄειδεν.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ.

Εἶδον, ναὶ τὸν Πᾶνα, τὸ ποίμνιον ἁνίκ' ἔβαλλε,
κοὔ μ' ἔλαθ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν, ᾧπερ ὁρῆμι

Polypheme, solet non pulcra Cupido, fervet ubi gliscens in pectore, pulcra putare. Cunich. — *καλὰ καλὰ*] Longa est Homero prima syllaba vocabuli *καλός* (cf. Herm. Orph. p. 817. opusc. VI, 1 p. 78 et p. 224), brevis Pindaro et poetis tragicis (cf. e. gr. Pind. Ol. VIII, 19. V, 116. VIII, 33. Wunder. Soph. Phil. 1381, ubi *λῷσθ'* pro *κάλ'* a Dind. scriptum est): eandem syllabam in thesi versus hexametri ubique corripuit Theocritus (e. gr. I, 133. IV, 32. VI, 11. 33) excepto uno versu, id. II, 125 [coll. XX, 30. XX, 33: nam VIII, 43 correximus], productam ter posuit in arsi, id. I, 34. VI, 14. VII, 132 [XXVII, 7. 37. 47. 52]. Hoc autem loco (cf. VI, 36 et XIII, 3) idem diversa quantitate vocabulum, quemadmodum id. VIII, 19 et 22 voc. *ἴσον — ἶσον*, id. XVIII, 51 voc. *Κύπρις*, id. VIII, 5—6 voc. *Δάφνις*, posuit. Vide proecdosin p. 100 et Nonn. Dion. XV, 398. 402. 408. 413 *βούτης καλὸς ὄλωλε, καλὴ δέ μιν ἔκτανε κούρη.* Ovid. Met. XIII, 607 et primo similis *volucri*, mox vera *volucris*. Hor. Od. I, 32, 11 et Lycum *nigris* oculis *nigroque* crine decorum. Verg. Aen. II, 663.

20. *καὶ τάδ' ἄειδεν*] Ita Ahr. II. e codd. k. cet. (Ahr. p. 50) et edd. Call. Camer. Steph. Heins. Reisk. al. (ed. Iunt. *καὶ τόδ'*) pro *καλὸν ἀείδεν* (Med. codd. cet. — Ald. *ἄειδεν* —) vel *κ. ἀείδειν* (cod. Q. *sup.*), quod inde ex temporibus Valck. I. II. mansit in edd. Brunck. Mein. I. II. III. Pal. Hart. Ahr. I. al., sed irrepsit ex Odyss. I, 155. VIII, 266. Iliad. XVIII, 570. — Ahr. II. coni. *καὶ τόσ' ἄειδεν*, Wart. *καλὰ δ' ἄειδεν*. Neutro opus est.

22. *κοὔ μ' ἔλαθ'*] nec me latuit, *non* latuit *hunc meum unicum dulcem* oculum, *quo cerno ad finem usque* vitae. Ita recte Vins. al. Male Kiessl. Briggs. Pal. schol. sequentes ita explicant: „neque me latuit, non, per meum oculum". In proecdosi e coni. Ahr. II. scripseram *κοὔτι λάθ', οὔ, τὸν ἐμὸν* propter l. v. cod. k. *κοὔτ' ἔλαθ'*. Acquiescendum nunc existimo in lectione reliquorum subsidiorum *κοὔ μ' ἔλαθ'*, servata et ab aliis et a Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal., egregie defensa a Vossio, *Randgl.* p. 185, ab Hermanno in Zimmerm. annal. 1837, p. 228, a Burchardo, *anth.* p. 216 (coll. Ameis. *adn.* p. 37). Dicitur enim *οὐκ ἔλαθε τὸν ἕνα*, quod plene dicendum erat *οὐκ ἔλαθε τὸν ἕνα ὀφθαλμόν*, quia digito illum unicum monstrat oculum hic, qui *loquens* (habemus enim cantum mimicum) introducitur: potuitque substantivum *ὀφθαλμός* eo facilius omitti, quod pro eo sequuntur verba oculum ipsum significantia *ᾧπερ ὁρῆμι.* Cf. Callim. Epigr. XXX, 6 *ἔβλεπες ἀμφοτέροις.* Ovid. Met. VI, 34 adspicit hanc *torvis*. Ter. Eun. III, 5, 53 *limis* specto. — Mein. II. p. 168 coniecit *κοὐκ ἔλαθ' ὀφθαλμόν*, Mein. III. p. 244 *κοὐκ ἔλαθ' ὄκκον ἐμόν*. Posterius Hart. edidit. — *τὸν ἕνα*] Videtur hoc una cum Theocr. XI, 33 et cum Odyss. IX, 509 sqq. fideliter insedisse in animo Ovidii illa scribentis, quae pridem Vins. contulit, Metam. XIII, 770 sqq.: Telemus interea Siculam delatus ad Aetnen . . . terribilem Polyphemon adit, „lumen"-que, „quod *unum* fronte geris media, rapiet tibi" dixit „Ulixes". Cf. et Metam. XIII, 851. Stephan. *imitt.* p. 268.

ἐς τέλος· αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων
ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάσσοι.
ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίζων πάλιν οὐ ποθόρημι,
ἀλλ' ἄλλαν τινὰ φαμὶ γυνὰν ἔχεν· ἁ δ' ἀίοισα

Scripsi autem e coni. ᾧπερ (cf. e. gr. III, 26. I, 22) ὅρημι pro ᾧ ποθόρημι (codd. Y. cet. Ahr. p. 50 edd. prr. Mein. I. II. III. Ziegl. Am. al.) vel πόθ' ὅρημαι (cod. k. cet. aliisve, quae Ahr. p. 50 enumerat) vel ποθορῷμι, quae quidem coni. Heinsii (*lectt. Theocr.* p. 332) a Valck. I. et ab Hermanno l. l. commendata, Divi verbis (*quo aspiciam*) non valde probata, a Brunck. Boiss. II. Ahr. II. Pal. recepta est. Nam ποθόρημι esset *adspicio* (cf. III, 18. VI, 25). ,,Indicativo autem significatio inest confidentiae coniunctae cum contemptu vaticinii, quod Polyphemus a Telemo acceperat" (Wuestem.). Cfr. Mein. p. 244 et Schaefer. ad Bos. ell. p. 368 et p. 759. Theocr. I. 97. Aesch. Prom. 333, ubi e cod. Med. πείθεις legendum. De forma verbi cf. v. 8. Boiss. II. ᾧ ποθορῶ μοι, Ahr. I. vero ᾧ ποχ' ὁρῷμι e coni. ediderant. Voss., *not.* p. 27, ποθ' ὁρῷμι, Briggs. et hic et v. 25 ποθορῶ μιν, *illam adspiciam*, Ahr. in adn. ed. II. ᾧ γ' ἔθ' ὁρῷμι coniecerunt.

23. ἔχθρ' ἀγ.] oculo me captum iri. Cf. adn. v. 22. Eur. Cycl. 696 sqq. De voc. ἐχθρὰ in principio proximi versus repetito cf. adn. I, 106. Tibull. IV, 1, 62—63.

24. φ. ποτὶ οἶκον] Haec est lectio codicis Cant. apud Wordsw. et codicis Y. (codd. alii φέρει vel φέρῃ ποτὶ —: Ahr. p. 50) et edd. prr. Call. Steph. Heins. al., revocata a Mein. III. Hart. Pal. pro φέροιτο ποτ' οἶκον (codd. p. cet. Valck. I. II. Mein. I. II. Ahr. I. II.), quam defendi in prooedosi. Cf. adn. ad I, 41 p. 27 et Hesiod. ἔργ. 695 τεὸν ποτὶ οἶκον. — φυλάσσοι] sibi habeat servetque liberis. Boiss. II. Conservetque suis, veniant ut talia, natis. Eob. Hess. Perperam Greverus p. 58 ,,*ut caveat*" interpretatur, non memor loci Verg. Aen. VIII, 484: di capiti ipsius generique *reservent*. Vide praeter proecd. Eur. Cycl. 268—270, Odyss. II, 178 μαντεύεο σοῖσι τέκεσσι οἴκαδ' ἰών, et quae indicat Schmidtius l. adn. III, 27 p. 128 l. p. 15: Soph. Phil. 275. Trach. 820. 1039. Ant. 927. Iph. Aul. 464. Optativum φυλάσσοι (codd. k. Q. — l. v. φυλάσσῃ, φυλάσσει Ahr. p. 50 —), quem probat etiam Mein. p. 244, scripsi cum Ahr. I. II. Hart. pro coniunctivo φυλάξῃ (edd. prr. Call. Mein. I. II. III. Pal. al. — φυλαξῇ codd. a. 9. L. —). Ponitur h. l. optativus propter praecedentem optativum φέροι. Cf. Aesch. Eumen. 297—298 ἔλθοι — ὅπως γένοιτο. Dindorf. ad Soph. Ai. 1222 γενοίμαν — ὅπως προσείποιμεν. Vide et Iliad. I, 344.

25. καὶ κτλ.] Cf. adn. II, 118 p. 104. — κνίζων] ,,pungens" (Cic. ad Att. I, 2), stimulans, irritans. Vide adn. V, 122 p. 177.

26. ἀλλ' ἄλλαν] Attende ad sonum horum verborum lato ore Polyphemi vere dignum, sed cf. tamen Odyss. XXII, 51 ἀλλ' ἀλλὰ φρονέων —. Odyss. XXI, 174. 327. — γυνὰν] aliam me ,,feminam" (Hor. Od. IV, 1, 29) habere dico. Verbum legit poeta non exquisitum ad sonum, sed sumptum de medio, quod incompto Polyphemo plane conveniret. Scilicet scripsi nunc γυνὰν (non γάναν, quod Brunck., *anal.* III, 2 p. 63 coniecerat et ego *de poet. bucol.* p. 24 commendaveram: cf. Gebauer. 1861 p. 27) pro γυναῖκ', quod est in edd. Med. Call.

ζαλοῖ μ' ὦ Παιὰν καὶ τάκεται, ἐκ δὲ θαλάσσας
οἰστρεῖ παπταίνοισα ποτ' ἄντρα τε καὶ ποτὶ ποίμνας.
σίξα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τᾷ κυνί· καὶ γὰρ ὅκ' ἤρων

cet. et in codd. excepto codice v., ubi exstat γυνᾶν. Huc accedit utilis error edd. Ald. et Iunt., ubi γηναῖκ' exaratum video: accedunt verba Gregorii Cor., d. Dor. CLIII, Theocriti, ut videtur, memoris: ἰδίως λέγουσιν οἱ Σικελοὶ τὴν γυναῖκα γυνάν (l. v. γάναν: vide Schaef. p. 345): accedit testimonium Etym. M. p. 243, 24 de voc. γυνήν servatum: accedunt formae γυναί et γυνάς, de quibus vide Krueger. gr. Gr. II, 1 § 21 p. 51. Quamquam similitudo voc. βανά, a Boeotiis, teste Hesychio p. 289 ed. Schmidt. min., usurpati, γάναν commendare videtur

27. **καὶ τάκεται**] „liquitur et nostro infelix consumitur igne" Philet. Cf. id. II, 29.

27—28. **ἐκ δὲ θ. οἰστρεῖ**] e mari tamquam oestro percita proruit. Cf. Eurip. Iph. Aul. 77 καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας δρόμῳ μαρτύρεται. Verbum, tragicis poetis usitatum, ab Homero non adhibitum, Theocritus semel usurpavit. Ceterum vide adn. ad v. 30 (ἐκνυζεῖτο). — Oppian. Hal. IV, 142 ὥς κείνων οἰστρηδὸν ἐπόψεαι ὑγρὸν ὅμιλον εἰλόμενον.

29. **σίξα κτλ.**] sibilo edito incitavi canem ut eam allatraret. Dativum τᾷ κυνί cum verbo σίζω coniunctum Mein. apte cum Euripideo [Hippol. 219] θωύξαι κυσί comparavit: verbo ὑλακτεῖν accusativus ita additus est, quemadmodum Lucian. luct. 4 dicitur κύων τοὺς πειρῶντας ἀποδιδράσκειν ὑλακτῶν: aoristum recte dici ostendit Hauptius, Mus. Rhen. 1846, IV p. 271. Recepi igitur σίξα, coni. Ruhnkenii (qui tamen τὰν κύνα voluit) a Valck. I. prolatam pro σῖγα (edd. prr. cet. codd. k. al.) vel σίγα, σιγᾶ, σιγα (codd. apud Ahr. p. 51), secutus Mein. III. Ahr. II. Nam verba σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν τᾷ κυνί, nec absurdum illud, quod schol. voluit (ἐπέταξα τᾷ κυνὶ σιγᾶν καὶ μὴ ὑλακτεῖν), nec illud magis etiam absurdum significant atque barbarum, quod Reiskio, *animadv.* p. 185, in mentem venit (ἡ τοῦ αὐτὴν ὑλακτεῖν σιγὴ πάρεστι τῇ κυνί, *canem tenet silentium allatrandi eam, latratu eam non accipit venientem, sed silentio transmittit)*, nec vero hunc sensum fundunt, quem e. gr. Wuestem. subesse existimat: „*tacite,* nutu scilicet, *cani significo ut eam allatret.* Duram esse talem verbi ἐπιτάσσω ellipsin ipse Wuestemannus aliique fatentur: ego eam ne Graecam quidem in hac causa esse contendo. Frustra etiam se torsit Burchardus, anth. p. 216 haec scribens: „Duriuscule sane dictum, si grammaticae et prosae orationis leges spectes. Quod hoc loco secus est, ut in carmine, quo de industria Cyclops ille moribus atque ingenio valde rusticus tanquam in scaena inducitur vultu male callido et ridiculo inurbanoque gestu supplens atque sublevans quae proloquitur." Nihil ad explicationem conferunt versus Apollonii Rhodii (III, 902. IV, 73) ab Hemsterhusio apud Gaisf. p. 297 in contentionem vocati. Nihil lucramur lectionibus variis ὑλακτεῖ νιν — (cod. Phil. Wordsworthii et codd. D. et corr. Y. — ειν) vel ὑλακτεῖ καὶ *superscr.* νιν (cod. k. *sec.*) vel addito a *sec. manu* νιν (cod. v.) vel ὑλακτεῖν καὶ (codd. p. Q. coll. cod. 9, ubi νιν supra additum). Alii alio modo loco corrupto succurrere studuerunt. Brunck. e coni. Toupii, *animadv. in schol. Theocr.* p. 214, scripsit σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα, sed ipse *animadv.* p. 63 praetulit Ruhnkenii coniecturam, a Valck. I. copiose quidem, sed non apte ad per-

αὐτᾶς, ἐκνυζεῖτο ποτ' ἰσχία ῥύγχος ἔχοισα.
ταῦτα δ' ἴσως ἐσορεῦσα ποιεῦντά με πολλάκι πεμψεῖ

suadendum illustratam, *σίξα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα.* Briggsius *εἶπα* pro *σῖγα* coniecit, ipse tamen p. 55 repudiavit, idem nihilominus Wordsworthius laudavit, propterea ab Hermanno, annal. Vindob. 1848 p. 213, castigatus. Versum intercidisse Wuestemannus suspicatur. Dahlius satis vitiose scripsit *σίξω δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τᾷ κυνί* partim e coniectura Vossii (adn. ad transl.): Hartungius, qui in libello 1855 ed. vulgatam lect. tenuerat (ganz still wink' ich dem Hunde zu bellen), edidit *σίξα δὲ μὴ ὑλακτεῖν καὶ τᾷ κυνί.* Kiesslingius hac medicina verba expedire voluit: *σῖγα δ' „ὕλακτει νιν" καὶ τᾷ κυνί*, i. e. *ἡσύχως τᾷ κυνὶ ἐπιτάσσω· ὕλακτει νιν.* Sed et haec et illa, quae proecd. p. 101 conieci, *σίττα δ' „ὕλακτει νιν" καὶ τᾷ κυνί*, nunc repudianda esse existimo. De re ipsa Fr. Iacobs. apud Wuestem. haec adscripsit: „lepida Polyphemi artificia, quibus puellam pellicere studet: praecipue vero hoc, quo nihil Cyclopis moribus magis est consentaneum, quod canem in puellam incitavit. In his et in sqq. multum est virtutis comicae."

29—30. *καὶ γὰρ κτλ.*] Antea adeo familiaris erat ei canis [cf. Verg. Ecl. III, 67 notior ut iam sit canibus non Delia nostris], ut prae gaudio allatraret et amice baubaretur ad femora eius rostrum inclinans. Pal. Ceterum attende ad voc. *καὶ γὰρ* a Theocrito aut in versus initio (id. VI, 34. VII, 37. V, 114) aut in pede quinto (h. l. et II, 124. V, 134) collocata. Cf. Theocr. VII, 31 et XXIV, 73.

30. *ἐκνυζεῖτο*] Ita nunc e codd. p. z. cum Ahr. II. scripsi pro *ἐκνυζᾶτο* (codd. k. cet. Ahr. p. 51. edd. prr. Call. Steph. Ziegl. Mein. II. III. Am. Pal. al.) vel *ἐκνυζῆτο* (cod. 6 *pr.* s, Greg. Cor. d. Dor. LXXIX ?, ed. Comm. Heins. Valck. I. II. Boiss. I. II. Mein. I. Ahr. I. Hart. al.) vel *ἐκνιζᾶτο, ἐκνυζῶτο, ἐκκνυζᾶτο* (l. v. Ahr. p. 51). Nam *κνυζάω* vel *κνυζάομαι* non dubito quin Theocritus et hic et id. II, 109 ad modum verborum in —*εω* exeuntium flexerit, quemadmodum id. I, 81 *ἀνηρώτευν* (Mein. I. II. III. Ahr. I. al.) est in ed. Iunt. et in codd. optimis (Ahr. II. *ἀνηρώτων* ex edd. Med. Ald. codd. 16 al.: cf. Ahr. p. 10), vel id. III, 18 *ποθορεῦσα* (Mein. I. II. III. Ahr. II. al.), testantur codd. k. a. cet. (Ahr. p. 27), quamquam h. l. Ahr. II. *ποθορῶσα* ex aliis subsidiis et edd. prr. edidit. Pariter id. V, 85 eadem forma a Mein. I. II. III. Ahr. I. al. servata (Ahr. II. *ποθορῶσα* e codd. 6 al.: cf. Ahr. p. 43) codd. fere eorundem auctoritate nititur. Eadem est ratio versus huius idyllii 31, ubi Ahr. II. *ἐσορῶσα* ex edd. prr. et codd. v. cet. edidit, sed Mein. I. II. III. aliique *ἐσορεῦσα* (codd. a. 9 cet. apud Ahr. p. 51) servaverunt, id quod Ahr. I. ipse ediderat. Cf. et id. XI, 69. Neque obstant versus id. I, 87. 90. V, 3. 73. Denique huius idyllii v. 28 *οἰστρεῖ* pro *οἰστρῇ* (Ahr. I. Ziegl. Mein. III. Hart. Pal. al.) vel *οἰστρῇ* (Mein. II. et codd. k. a. L. Q.) Ahrensius ipse ed. II. ex edd. prr. ed. Mein. I. cet. et e bonis codicibus iure restituit (cf. et Gaisf. p. 66 ed. Lips.). Haec quum scribo, alios quoque scriptores non ignoro et *οἰστρέω* dixisse (cf. e. gr. Achill. Tat. I p. 86, 24 Herch.) et *κνυζέομαι* (cf. Arist. Vesp. 977. Soph. Oed. Col. 1571. Soph. frg. Phrixi 646 Dind. Iacobs. ad Ael. H. An. I, 8 *adn.* p. 10. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 180). — *ποτ' ἰσχία*] *ad Galateae femora* (falso Hart. *ad mea femora*) *rostrum admovens*

ἄγγελον. αὐτὰρ ἐγὼ κλαξῶ θύρας, ἔστε κ' ὀμόσσῃ
αὐτά μοι στορεσεῖν καλὰ δέμνια τᾶσδ' ἐπὶ νάσω.
καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι·
ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέδρακον, ἦς δὲ γαλάνα,
καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δέ μευ ἁ μία κώρα,
ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο, τῶν δέ τ' ὀδόντων
αὐγὰ λευκοτέρα Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.

canis ganniebat. Hor. Od. II, 19, 31 de Cerbero: — leniter atterens caudam et recedentis trilingui ore pedes tetigitque crura. De praepositione *ποτὶ* cum accusativo coniuncta vide e. gr. Herod. VIII, 40. Thuc. III, 22, 4. VII, 19, 4. coll. Iliad. VIII, 364. Xen. Anab. V, 4, 5 *διασωθῆναι πρὸς τὴν Ἑλλάδα*. Retinendum igitur *ποτ'*, pro quo Ahr. II. e codd. p. Q. *παρ'* edidit et *adn. cr.* p. 51 *μετ'* coniecit, id quod neque verbis schol. p. 232, 6 (*τὸ στόμα ἔχουσα ἀναμέσον τῶν ἰσχίων αὐτῆς*), neque verbis schol. p. 232, 29 (*μέσον τῶν σκελῶν αὐτῆς τὴν ῥῖνα ἔχουσα*) probatur. Multo minus voc. *ἰσχία* in *ἴχνια* (Hemsterh. apud Gaisf. p. 297) mutari debet: cfr. et Ruhnken. apud Gaisf. p. 305.

32. *θύρας*] Cf. adn. II, 6 p. 76.

33. *στορεσεῖν κτλ.*] *donec iuraverit se ipsam mihi lectum in hac insula straturam* (cf. Theocr. XVII, 133) instar servae et concubinae. Ita recte Vossius (*Randgl.* p. 185) explicat, comparato versu Iliad. I, 31 (— *ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν*), ad quem versum Eustath. p. 30, 32 haec adscripsit: *τοῦτο δὲ εἴρηται μὲν σεμνῶς, ἔχει δέ πως μέσως κατὰ τὴν ἔννοιαν, ἵνα ὁ μὲν γέρων ἔχῃ νοεῖν ἀντὶ τοῦ μετέχουσαν καὶ κοινωνοῦσάν μοι κοίτης, ὁ δὲ λοιπὸς ἀκροατὴς ἀντὶ τοῦ ἀντῶσαν τῷ ἐμῷ λέχει τρόπον θαλαμηπόλου σχολαζούσης παρὰ κοιτῶνα. Θεόκριτος δὲ μιμησάμενος ἐν τῷ „αὐτή μοι στορέσει* [sic] *καλὰ δέμνια“ σαφέστερον μὲν εἶπε, καθεῖλε δὲ τὴν ἡρωικὴν ἔμφασιν καὶ σεμνότητα. τοιοῦτον δὲ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑλένῃ* [v. 59] *τὸ λέχος* [*λέκτρα* Nauck.] *ὑποστρῶσαι*. — *νάσω*] Siciliam dicit. Cf. id. XI, 7. At non audiendus Vossius l. l. e verbis *τᾶσδ' ἐπὶ νάσω* concludens Galateam postulasse ut Polyphemus ad suum cubile in mare profundum descenderet.

34. *θην*] Cf. adn. I, 97 p. 47—48. Idem est versus initium Iliad. XXI, 568 *καὶ γάρ θην τούτῳ τρωτὸς χρὼς ὀξέι χαλκῷ*. Pro voc. *θην* Latinum *adeo* substituit Vergilius, Ecl. II, 25 („nec sum *adeo* informis: nuper me in littore vidi“), Ovidius autem voc. *certe* posuit Met. XIII, 840 („*certe* ego me novi liquidaeque in imagine vidi nuper aquae“).

35. *ἐσέδρακον*] Hoc nunc pro *ἐσέβλεπον* cum Ahr. II. ex ed. Iunt. recepi. Idem iam Valck. I. praetulerat. Cf. Odyss. X, 197. Pind. Nem. VII, 3. — Apud Euripidem, Cycl. 78, *Κύκλωπι τῷ μονοδέρκτᾳ* legimus. — Calpurn. IX, 74 quin etiam fontis speculo me mane notavi cet. Calpurn. II, 98 fontibus in liquidis quoties me conspicor, ipse admiror toties. — *ἦς δὲ γαλάνα*] „quum placidum ventis staret mare“, vertit Verg. Ecl. II, 26.

37. *ὡς παρ' ἐμ. κ.*] Expressit Ovidius, Met. XIII, 841 his verbis: „placuitque mihi mea forma videnti“.

37—38. *τῶν δέ τ' ὀδ. κτλ.*] *dentium vero splendor subtus* (*ὑπένερθεν*, Theocr. XXII, 38) *fulgebat „Pario marmore“* (Hor. Od. I, 19, 6) *candidior*. E coni.

ὡς μὴ βασκανθῶ δέ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον·
ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυταρὶς ἐξεδίδαξεν.
[ἃ πρᾶν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποτίωνι ποταύλει.]
Τόσσ' εἰπὼν τὸν Δάφνιν ὁ Δαμοίτας ἐφίλασε,
χὠ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν.
αὔλει Δαμοίτας, σύρισδε δὲ Δάφνις ὁ βούτας·

edidi αὐγὰ λευκοτέρα pro λευκοτέραν αὐγάν. Nam verba v. 36—37 κώρα . . κατεφαίνετο impediunt quominus verbi ὑπέφ. *transitive* dicti (ut vulgo — credo propter v. 11 — accipitur) subiectum sit voc. πόντος. Tu cf. adn. II, 11 p. 77 et exempla ab Ameisio *adn.* p. 37 alia de causa allata, Paus. II, 8, 3 (ὑπέφαινε γὰρ ἕως ἤδη), Aelian. V. H. XII, 1 (ὑπέφαινε τὰ χείλη ἐρυθρά, καὶ οἱ ὀδόντες λευκότεροι χιόνος ἦσαν). Mein. coniecit λευκοτέρα αὐγὰ Παρίας ὑπ. λίθ. vel λευκοτέρα Παρίας αὐγὰ ὑπ. λίθ., quorum neutrum placet propter hiatum: Graefius λευκοτέρων αὐγὰ Παρίας ὑπέλαμπε λίθοιο. Hartungius e coni. τῶν δέ μ' ὀδόντων λευκοτέρων αὐγὰ Παρίας ὑπέσαινε λίθοιο edidit. — Pal. versu 37 δέ γ' coniecit: at cf. adn. I, 74 p. 41. Ceterum Theocritei carminis lectio effecisse videtur, ut Ovid. Met. XIII, 746 haec scriberet: „quas (lacrimas) ubi *marmoreo* detersit pollice virgo. Vide et Ovid. Amor. I, 7, 52.

39. βασκ.] Cf. adn. V, 13 p. 158. Plut. Sympos. V, 7, 4 τί δὲ ἐρεῖς περὶ τῶν ἑαυτοὺς καταβασκαίνειν λεγομένων; — „καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν, καλαὶ φόβαι Εὐτελίδαο, ἀλλ' αὐτὸν βάσκαινεν ἰδὼν ὀλοφώιος ἀνὴρ κτλ." De coniunctivo cf. Theocr. XXV, 267, de particula δὲ post plura verba posita Dissen. ad Pind. Ol. VI, 74. Boeckh. *cris. Pind.* p. 128. Erfurdt. ad Soph. Oed. R. 749 et quos laudat Ameis. *adn.* p. 37. — τρὶς] Cf. adn. II, 43 p. 87 et procd. p. 102. — ἔπτυσα] Eandem nunc in Graecia vigere superstitionem docet Coraes, *atact.* IV p. 51. Alia congesserunt Wuest. p. 102 et Boiss. ed. II. p. 214. Vide et Theocr. VII, 127.

40. Κοτυταρὶς] Ita Ahr. II. edidit pro Κοτυτταρὶς (codd. L. Q. κοττυταρὶς, cod. a. κοττυτορὶς), quam emendationem firmat Philetici versus, ubi *cotytaris* legitur. Cfr. l. v. codicis Bern. (B. Orell.) et aliorum codicum apud Hor. Epod. XVII, 56, ubi falso sane *cocytia* (h. e. *cotytia*, ut suspicor) legitur pro vulg. *Cotyttia*. Heins., *lectt.* p. 334, comparavit epigramma Bassi, quod Anth. Pal. XI, 72 legitur et in quod idem ex h. l. nomen proprium Meinekio p. 245 et Ahrensio p. 52 illatum esse videtur. Ibi nunc quidem sic scribitur: ἡ πολιὴ κροτάφοισι Κυτώταρις, ἡ πολύμυθος γραῖα δι' ἣν Νέστωρ οὐκέτι πρεσβύτατος.

41. ἃ πρᾶν] Hunc versum, qui abest a cod. k. idemque in cod. 9 post versum 42 collocatus est, ex id. X, 16 huc esse illatum post Valck. I. et alii (vide Kiessl. p. 199) iudicaverunt et Hauptius, Mus. Rhen. 1846, IV p. 271, cui verba ἃ πρᾶν initium videntur versus deperditi, postea auxilio versus id. X, 16 expleti. At aptissime versu 40 orationi Polyphemi finis imponitur. Contra Hauptii sententias Hermannus etiam, *de arte poes. buc.* p. 7, et Eberzius p. 229 disputaverunt.

44. αὔλει — σύρισδε] Descriptioni rerum tempus imperfectum h. l. inservit, quemadmodum e. gr. id. VII, 135—145 et in huius loci imitatione, quam legimus apud Long. Past. I, 38 (p. 144 Sch.):

[ὠρχεῦντ᾽ ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ·]
νίκη μὰν οὐδάλλος, ἀνήσσατοι δ᾽ ἐγένοντο.

Φιλητᾶς ἐσύρισε, Λάμπις ηὔλησε, Δρύας καὶ Λάμων ὠρχήσαντο, Χλόη καὶ Δάφνις ἀλλήλους κατεφίλουν. ἐνέμοντο δὲ καὶ αἱ αἶγες πλησίον ὥσπερ αὗται κοινωνοῦσαι τῆς ἑορτῆς. Falso Pal. imperfectum de iuvenibus cantare incipientibus vel ,,dona tentantibus'' accepit.

45. ὠρχεῦντ᾽ ἐν κτλ.] Spurium hunc versum, in cod. 9 omissum, iudico. Quamquam legisse eum videtur Long. l. ad v. 44. l. estque quaedam similitudo Hor. Od. III, 18, 9 (ludit herboso pecus omne campo). Si esset genuinus versus, de voc. αὐτίκα in asyndeto adhibito comparari posset Iliad. II, 441—442. IV, 5. IV, 69. IV, 105. VI, 472. Pro μαλακᾷ in cod. M. μαλακᾶς, in cod. Q. μαλακῷ superscr. η legitur.

46. νίκη] devicit neuter, neuter superatus abivit. Phil. Cf. id. I, 113. — οὐδάλλος] Cf. Theocr. XXII, 205 et quos locos Theocriteos, ubi ἕτερος pro ἄλλος exspectatur, in proecdosi p. 102 indicavi. Vide et Theocr. I, 34, ubi duo iuvenes intelligendos esse manifestum est.

VOL. I. P. II.

IDYLLIA VII—XII CONTINENS.

VII.

ARGUMENTUM.

,,Venit post multos una serena dies''. Hoc Lygdami (Tib. III, 6, 32) versu idyllio, ad quod explicandum accedimus, inscripto Matthisonus aliusve poeta recentior in simili carminis materia hunc animi affectum tranquillum atque hilarem significasset, qui fuit tunc Theocrito, quum hac ecloga memoriam diei suavissime cum sodalibus carissimis inter cantus ac vina ruri in regione amoenissima secure ac placide *„σὺν Μοίσαις“* (v. 12 coll. v. 148) peracti ad omnem posteritatem propagavit. Sic enim narrat. Quondam ego cum E u c r i t o et A m y n t a amicis relicta urbe (v. 2) rura petebam, visurus par nobile fratrum, P h r a s i d a m u m et A n t i g e n e m (v. 3—4), qui viri pro pietate sua Cereri ob messem largissimam (v. 33) sacra erant facturi. Vixdum mediam viam emensi eramus, quum in viatorem quendam incidimus nobis haudquaquam ignotum — L y c i d a e ei nomen erat — caprarium eundem (v. 13 sqq.) et cantorem eximium. Hic blande me compellat, causam itineris sciscitatur (v. 21), mecum confabulatur, modestia mea, qua usus de facultate mea poetica loquor et me Philetae et Asclepiadi (v. 40) multum cedere profiteor, laetatur (v. 27—48), hortatur denique ut cantu mutuo tempus fallamus viaeque meridianae taedium leniamus (v. 48 sqq.). Protinus Lycidas ipse recitat carmen a se compositum, quo delicias suas, A g e a n a c t a quendam, Mytilenen proficiscentem votis ominibusque bonis prosequitur atque declarat, velle se, feliciter peracta illa navigatione, violarum ac rosarum coronis ornatum iucunde diem festum agere geniumque mero curare, dum sibi tibiis cantent duo pastores, alter Acharnensis, alter Lycopites (v. 71—72), Tityrusque prope accinat, cantibus ille suis memoriam recolens Daphnidis (v. 73), bubulci inter pastores ob vitae flebilem exitum nobilissimi, et memoriam Comatae (v. 83), caprarii ob mirum Musarum favorem et auxilium ipsi in summis cruciatibus portatum celeberrimi (v. 52—89). Sic fatus Lycidas desinit eumque poeta noster pro virili remuneratur carmine, quod ipsi longe praestantissimum videtur inter omnia carmina, quotquot in montibus armenta pascens a Nymphis didicerit (v. 92). Itaque (v. 96—127) cruciatus cantat et ignes A r a t i, amici omnium carissimi (v. 98), in puero crudeli, P h i l i n o (v. 105. 118. 121), laborantis: Amores, ut arcubus suis immitem illum Philinum feriant, implorat: denique Aratum, ne diutius sterilem sperando amorem nutriat, hortatur, atque ut tandem secure vivere malit (v. 126) impellit. Haec dum cantant viri, ad trivium quoddam perventum est, pedo

pastorali poeta noster a Lycida donatur, Lycidas ad sinistram, qua itur ad Pyxam (v. 130), deflectit, poeta cum Eucrito et Amynta ad Phrasidami, quo tendebant, domum pergunt iter, ibique opipare ab hospite excipiuntur, in toris pampineis et iunceis prope fontem suave murmurantem sub altis populis et ulmis strati (v. 135) amoenitate regionis inter rorantia pocula vini lectissimi (v. 147 sqq.) perfruuntur, dum cicadae in opacis ramusculis certatim garriunt (v. 139), passim in fruticetis ,,dulce sonant tenui gutture carmen aves'', ,,gemere aëria non cessat turtur ab ulmo'' (Verg. Ecl. I, 58), apiculae sedulae circa fonticulum volitant, omnia loca opimum auctumnum redolent (v. 143), pira ad pedes, ad latera mala largiter volvuntur gravatique rami prunorum ad terram usque dependent. Nunquam in vita suavius fuisse poetae, credas, quum in extremo carmine: ,,utinam mihi contingat'', inquit ,,ut rursus magnum ventilabrum Cereris celebris die in frugum acervo figam, ipsaque dea rideat spicas utraque manu tenens et rubicunda papavera''.

Habes argumentum eclogae ,,lacteae, divinae, quovis melle dulcioris'', ut loquar cum Heinsio, *lectt. Theocr.* p. 335, qui hanc reginam eclogarum appellat. Animadvertimus autem in hoc carmine in universum res certis in personis ac temporibus locatas, id quod declarat narratio ipsa, cui inustae sunt notae veritatis, ut comparare liceat Horatii iter Brundisinum satira quinta libri satirarum primi ad veritatem narratum. Narratorem autem rerum hoc idyllio descriptarum esse ipsum Theocritum, vere licet nobis sumere: cfr. Wissowa, *Theocr. Theocr.* p. 41 sq. et p. 46. Testimonio sunt etiam huius idyllii versus 40 et 73 sqq., ubi Daphnidis fabula (vide adn. v. 73) ita adumbratur, ut ea postea ab eodem Theocrito id. primo, mutatis sane quibusdam rebus, pluribus tractata esse videatur. Itaque persona prima usus Theocritus v. 1 dicit: *ἦς χρόνος ἁνίκ᾽ ἐγώ τε καὶ Εὔκριτος κτλ.*: sed dat sibi v. 21 nomen Simichidae propter vitricum, quem patris loco coluisse videtur (vide adn. ad v. 21). Eucritus et Amyntas sodales (v. 1—2) qui fuerint, non constat: sed hominum certa ac propria, non ficta, vocabula posita esse, eo magis est credibile, quod hospites, quos visunt sodales, Phrasidamus et Antigenes ita a morum probitate et generis nobilitate (vss. 5 sqq.) laudantur, ut voluisse poetam nomina eorum et — id quod propter v. 148 sumere possumus — studia poeseos, quae familiaritatem virorum contraxerant, carmine suo celebrare manifestum sit. Idem statuendum de laude Asclepiadis vers. 40 inserta cum laude Philetae Coi, praeceptoris et Theocriti et Ptolemaei Philadelphi (vide quae dixi *de poet. buc.* p. 4. coll. capite *de Theocr.* genere p. 3, 6 huius editionis), quem poetam elegiacum quanti fecerint poetae Romani intelligitur e Propert. III, 34, 31. IV, 1, 1. IV, 6, 3. Ovid. IV, 6, 3. Vide et adn. ad v. 40 et VIII, 33. Denique omnem dubitationem eximit nomen Arati (v. 98) Solensis, aequalis ac familiaris Theocriti (vide adn. ad v. 98) et Aristis, v. 99, ubi vide adn. Lycidae quidem, quem v. 21 sqq. loquentem inducit, nomen fictum esse vel ex hac re cognoscitur, quod ille Lycidas vocatur quidem v. 13 caprarius et habitu caprarii insignis fuisse (v. 15 sqq.) dicitur, sed tantam tamen doctrinae et litterarum copiam oratione sua (v. 47 sqq.) prodit, ut poetam notari, familiarem Theocriti, vere suspiceris (vide adn. ad v. 12) eumque ,,personatum'' pastorem recte dixeris. Quae autem causae Theocritum ad reticendum verum amici — qui hic Lycidas vocatur — nomen impulerint, difficile dictu est. Bergkius quidem in *ind. schol. Hal. Viteb.* 1861 p. VI ,,sub Lycidae nomine delitescere ipsum Aratum'' suspicatur. At huic opinioni quum haec, quae v. 98 sqq. leguntur, repugnant, tum nomen *Κυδωνικὸς ἀνήρ*, v. 12, tum

Ageanactis pueri amor, quo se Lycidas ille v. 52 sqq. flagrare profitetur: de quo Ageanacte vide adn. ad v. 52. Myrtonem, quam se amare Theocritus v. 97 dicit, ficto nomine ita significari existimo, ut Lesbia Catulli, Cynthia Propertii, Delia Tibulli fictis nominibus celebrantur. De Philino, Arati deliciis, vide quae adn. ad 105 dicemus, de Molone, Arati rivali, adn. ad v. 125.

Quod si de scaena huius idyllii quaeris, in Co insula agi res et antiquitas credidit (vide *arg. Gr.* et schol. p. 237, 3 cet.) et nos vere credemus, secuti Bindemanni, Mansonis (Bion. et Mosch. 1807 p. 31), Vossii (ad Verg. Ecl. pag. 371 ed. 1797 = pag. 80 ed. 1830) iudicia. *Urbs,* quae v. 2 *κατ᾽ ἐξοχήν* appellatur, caput insulae Coi quin significetur (nam de *Halente* fluvio v. 1 commemorato vide *adn.* ad h. v.), eo minus est dubium, quia v. 6 sqq. *Burinae* fontis descriptio subiicitur, quem fontem fuisse in Co insula constat, et quem non ita multis, ut factum, poeta descripsisset, nisi regionem ipsam eiusque religionem certis de causis accurate designare voluisset. Accedit huc v. 11 mentio monumenti in *Brasilae* honorem exstructi, quem hominem Coum fuisse schol. tradidere, atque v. 130 *Pyxae* designatio, de qua vide adn. v. 130. Aliter quidem senserunt Godofr. Hermannus, in *scholis Theocr.* anno 1832 in *diurnis schol.* n. 132 sqq. editis, in *opuscc.* tom. V p. 78 sqq. repetitis, Heinsius, *lectt. Theocr.* p. 335 sqq., Manso, *prolegg. Bion. et Mosch.* p. XLVI ed. 1784: posteriores in Sicilia, Hermannus in Lucania prope Veliam res agi statuit. Quas opiniones Meinekius p. 245 luculenter redarguit. Meinekii iudicio Eberzius p. 3 et p. 234 subscripsit. Wordsworthius ad v. 1 haec scripsit: ,,Sententiam suam mihi quidem non plane probavit Hermannus. Opinio vulgaris his fundamentis innititur, quod versu primo fluvii Halentis mentio fit . . . Philetas vero, qui, ut omnes norunt, Cous erat, hoc etiam idyllio v. 40 memoratur: et versu 13 obviam se fert *ἀνὴρ Κυδώνιος*, qui maiori cum veri similitudine in Co insula quam Veliae in Italia occurrere videtur. Denique ad *Πύξας* v. 130 legitur schol. [Ahr. p. 278, 15] ***Πύξα** πόλις τῆς Κῶ, ἐν ᾗ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐξ οὗ καὶ Φύξιος Ἀπόλλων.* [Cf. et schol. p. 278, 5 sqq. Ahr.] Quare non sane video, cur fidem argumenti scriptori derogemus dicenti *τὰ πράγματα ἐν Κῷ κτλ.*'' Itaque hoc statuendum est, quo temporis quaestio (Eichstad. *adumbr. de carm. Theocr. indole* p. 8 coll. Hauler. p. 61) simul absolvitur, Theocritum, Coum genere (cf. diss. meam *de poet. Gr. buc.* p. 3 sqq. et Hauler. libri supra p. 4 laudati p. 10 sqq.), versatum tum in insula patria, instructum iam Philetae (v. 40) institutione, conflata iam poetarum aequalium, Arati (v. 98 sq.), Apollonii (*adn.* ad v. 126. 47 et v. 13), aliorum partim amicitia partim simultate, scripsisse hoc carmen *iuvenem* (vide v. 39 sqq. coll. adn. ad v. 151) et quidem non multo post hunc diem festum, qui scribendi ansam dederat. Sed somnia narrat Eberzius p. 8—9: „Theokrit scheint während des zwischen 265 und 259 fallenden Aufenthaltes in Kos zur bleibenden Erinnerung an die mit Freunden und Bekannten schön verlebte Zeit eben das VII. Gedicht abgefasst und wohl vor seinem Abschied und seiner Abreise nach Alexandria seinen Freunden *überreicht* (!) zu haben. Und so klingt denn auch der zum Schluss dieses Gedichtes angebrachte Wunsch (V. 156 f.) wie ein von *Wehmuth durchzogener Abschied* (!) aus dem Kreise der Freunde.'' At vide adn. ad v. 156 (*πάξαιμι*). Ceterum cf. adn. ad v. 78. 46. 93.

Multa ex hoc idyllio posteriores poetae duxerunt: quorum alia deliberato eorum consilio, alia obscurae cuidam recordationi tribuenda videntur. Haec igitur lectorum in gratiam sub uno conspectu ponamus. De Bione vide adn. ad v. 74. 116. 129:

de Moscho adn. ad v. 70. 74. 119. Ad Vergilium quod attinet manifestae sunt imitationes eae, quas indicavimus adn. ad v. 77. 22. 37—40. 112. 86. 74. 71. 10. 141. His haec ordine subiicere visum: v. 2. 4. 8. 13. 16. 21. 36. 37. 39. 43. 44. 51. 54. 56. 60. 65. 66. 76. 80—81 adn. 81. 85. 87. 89. 92. 93. 96. 101. (119.) 121. 145. 146. 148. 151. 153. De Horatio quid statuendum sit, ex adn. ad v. 5. 48. 147. 52. 133. (136). 70. (69). 105. (138) intelligitur. De Catullo vide v. 96: de Propertio v. 124: de Tibullo v. 157. 147. (116). 154. 81: de Ovidio v. 77. 152. 81: de Calpurnio v. 2. 143: de Culicis auctore v. 138: de Quinto Sm. v. 154: de Colutho v. 15: de Nonno v. 71. 74. Memorabilis imprimis est imitatio Gregorii Naz., de qua vide v. 139. 128. His praeter Longum (v. 143. 117. 40. 72) et Alciphronem (v. 82) addere placet Agathiam, v. 38. 139: Meleagr. v. 99: Zon. Sard. v. 85: epigramma, Platoni quod falso adscribunt v. 117: Cyri v. 87: poetae Christiani v. 127. De Sannazario ad v. 3 dictum est, de Io. Stigelii ecloga, quae *Daphnis* inscribitur, et libro supra p. 138 indicato inserta est, vide v. 12. 40. 57. Recentioribus temporibus Kleistius *veris* sui carmine aemulatus est Theocritum vss. 141 sqq. Minus feliciter cum Theocrito versibus Gallicis contendit Chabanonus, *Theocr.* 1777. p. 126.

Praeter God. Hermannum, de quo supra diximus, hi viri praecipue explicando huic carmini et emendando operam navaverunt. Io. Floder. *obss. in Theocriteam Verg. imitationem*, de quo vide adn. ad v. 37. Dumas. *de Theocriti carm. VII.* progr. gymnas. Rastenburg. typis Hartung. (Regiomont. 1830, 4). C. Gotthold. Lenz. *epist. ad Ch. G. Schuetzium de locis nonnullis Theocriti* in A. Matthiae miscell. phil. (Altenb. 1804) vol. II p. I p. 55. I. Huschk. *not. ad Theocr.* id. VII, 45 sqq. in *annal. litt.* (Lips. 1826) p. 334 sqq. Fr. Iacobs. *spec. emendatt. in autores vett. quum Gr. tum Lat., epist. cr. ad Chr. G. Heynium*, Goth. 1786, 8. Iacob. Palmer. *exercitt. in optimos auctores Gr.* Lugd. Bat. 1668, 4 p. 800. Grever. *kl. Beitr. z. Erkl. u. Kr. dritte Forts.* Old. 1828. p. 9: cf. ed. Old. 1850 p. 59. De versibus 50 et 85 quaedam disputavit C. Schwenck. in *Mus. Rhen.* 1850, VII p. 152 sq. Nuper etiam hic libellus prodiit: *die zehnte Ecloge des Virgil, eine Parodie, von* G. Gevers (Programmabhandl. d. Domgymn. in Verden zum 28. Mai 1864) Verden. Typis F. Tressan. Contra hunc disputavit Ph. Wagnerus in *Iahnii annal. XCI*, 1865 p. 773 „es ist unmöglich zu erweisen, dass die Idee der Liebe des Gallus in der Form eines Hirtengedichtes, dem Gesange, Theocr. 7, 96—126 entlehnt sei.“ Sed vide adn. ad v. 96.

Latinis versibus non solum Phileticus, Eobanus Hessus, Raim. Cunichius, Zamagna hoc carmen interpretati sunt, sed etiam Dan. Heinsius, cuius exstat interpretatio ed. Commel. 1604 p. 395 et repetita est a Valckenario I. (ed. 1773 p. 101 sqq.), et Dav. Whitfordus (Lond. 1659, 4). Phyletici versus ex parte repetiti sunt in Nic. Marscalci *Enchir.*, de quo supra, p. 73, dictum est. Initium carminis Phileticus sic vertit:

Tempus erat, nostra laeti quo nuper ab urbe
Tres comites gelidas ibamus Alentis ad undas,
Eucritus, inde simul mecum formosus Amyntas.

Eob. Hessus:

Tempus erat, curis quum nuper et urbe relicta
Tecta petebamus vicino proxima Alenti,
Eucritus et, mecum qui tertius ibat, Amyntas.

Cunichius:

Nuper ego atque una mecum Eucritus ibat Halenta,
Tertius et patria comes urbe egressus Amyntas.

Zamagna:

Ipse in Halenta olim procul urbe atque Eucritus una
Ivimus ac socius nobiscum venit Amyntas
Tertius. Antigenes Cereri nam sacra parabat —.

Heinsius:

Tempus erat quondam, mecum Eucritus ibat Halenta
Moenibus egrediens et tertius ibat Amyntas.

Lycidae cantum (v. 52) Teutonicis numeris Lud. Schmidtius in libello supra, p. 12, indicato expressit. Anthologiis suis idyllium inseruerunt Bachius p. 150 sqq., Burchardus p. 232 sqq., Stollius p. 162.

Θαλύσια recte hoc carmen ab antiquis inscriptum esse, ex his, quae supra retulimus coll. vss. 3. 31. 155 sqq., apparet. Cf. Max. Planud. adn. ad v. 128 et Phileticum, cuius haec inscriptio est: Thalisia, Rhapsodicos incipit. Alia fuit inscriptio *Λυκίδας ἢ Θαλύσια*, quam commemorat Etym. M. p. 273, 38 (vide v. 154). Similiter in cod. 23 coll. schol. p. 236, 4 inscriptum est *Λυκίδας καὶ Θεόκριτος Δωρίδι*, in margine codicis D. *θερινοὶ ὁδοιπόροι· Λυκίδας καὶ Θεόκριτος*. Codices vero p. 6. D. M. habent *Θαλύσια ἢ εἰαρινοὶ ὁδοιπόροι*, editiones Med. Ald. Call. Camer. Bas. I al. *Θαλύσια. ἢ ἐαρινὴ ὁδοιπορία*, editio Iunt., cum qua fere faciunt schol. L et Gen. *τῶν εἰς Κομάταν. Θαλύσια. ἢ Ἐαρινῶν. Δωρίδι.* Veris in his inscriptionibus inepte fieri mentionem (cf. v. 143) Heinsius *lectt.* p. 340 et Sanctamandus apud Wartonum tom. II p. 351 declaraverunt. Hepnerus libri supra p. 6 indicati pagina 11 inscriptionem *ἐαρινὴ ὁδοιπορία* originem habere putat ab eo, quod v. 52 commemoratur, itinere Ageanactis, qui *verno* tempore Mytilenen navigaverit: contra hunc disputavit Ameisius, adn. p. 38, qui tamen neglexit Odyss. XV, 506 al.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον τοῦτο Θαλύσια, τὰ δὲ πράγματα διάκεινται ἐν Κῷ· ἐπιδημήσας γὰρ τῇ νήσῳ ὁ Θεόκριτος, ὅτε εἰς Ἀλεξάνδρειαν πρὸς Πτολεμαῖον ἀπῄει, φίλος κατέστη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει Λυκωπέως [Λυκωρέως?] υἱοῖς· καὶ κληθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν εἰς ἀγρὸν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου [ὅθεν] καὶ διηγεῖται ὡς καθ᾽ ὁδὸν ἐντυγχάνει Λυκίδᾳ τῷ Κυδωνιάτῃ ἀπὸ Κρήτης, καὶ ὅπως ἀλλήλοις ὁμιλοῦντες διεξέρχονται τοὺς ἑαυτῶν ἔρωτας. ἤρα δὲ ὁ μὲν Λυκίδας παιδὸς Ἀγεάνακτος Μυτιληναίου, ὁ δὲ Θεόκριτος [κόρης] Μυρτοῦς ὄνομα. λαμβάνει δὲ ὁ Θεόκριτος λαγωβόλον παρὰ Λυκίδου, καὶ οὕτω χωρίζονται ἀλλήλων.

ΑΛΛΩΣ.

Ἐπιδημήσας ὁ Θεόκριτος ἐν Κῷ ἐφιλιώθη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει τοῖς Λυκωπέως [Λυκωρέως?] υἱοῖς· κληθεὶς δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου, οὐχ ὡς Μούνατός φησι, μετὰ Φρασιδάμου καὶ Ἀντιγένους τῶν καλεσάντων αὐτόν. λέγει δέ· [v. 2] σὺν καὶ τρίτος ἡμῖν Ἀμύντας.

Z.

ΘΑΛΥΣΙΑ.

Ἦς χρόνος ἁνίκ' ἐγώ τε καὶ Εὔκριτος ἐς τὸν Ἅλεντα

1. De inscriptione idyllii vide *arg.* p. 199. — Ἦς χρόνος] *fuit quondam tempus, quum* —. Varias versus simplicissimi interpretationes vide supra, arg. p. 198. 199. Chapmanus: *'twas when Amyntas, Eucritus and I Did from the city to sweet Hales hie.* Pari simplicitate utitur exordii Plat. Protag. p. 320, C: ἦν ποτε χρόνος ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν κτλ. Vide et Naek. *opusc.* II p. 58. — ἁνίκα] Praeter locum Protagorae Platonici modo significatum locosque sriptorum eos, quos Sauppius *adn. ad Protag.* p. 57 ed. 1865 indicavit, cf. Plat. Alc. I. p. 106, E ἃ ἄρα νῦν τυγχάνεις ἐπιστάμενος ἦν χρόνος ὅτε οὐχ ἡγοῦ εἰδέναι; Cic. II. Phil. 18, 45 recordare tempus illud, *quum* pater Curio maerens iacebat in lecto. Plaut. Truc. II, 4, 29 verum tempestas memini *quum* quondam fuit. Similia sunt versuum hexametrorum initia, Tibull. I, 4, 79: *tempus erit, quum* me, Veneris praecepta ferentem, deducet —. Ovid. Fast. I, 529: *tempus erit, quum* vos urbemque tuebitur idem. Ovid. Her. X, 7: *tempus erat, quo* —. Stat. Theb. I, 32. — ἐγώ] Theocritum ipsum loqui puta. Non audiendus Burchardus, qui nihil referre existimat scire utrum *Simichidae* nomine (v. 21) Theocritus se ipsum an alium quendam significare voluerit. — ἐγώ τε καὶ Εὔκρ.] Plane ut v. 131. — Εὔκριτος] *Eucritum* et *Amyntam* (v. 2) amicos vel sodales Theocriti dici (Hartung. p. XIV) manifestum est. — ἐς τὸν Ἅλ.] Haec si incorrupta sunt, fluvius vel rivus Coi insulae significatur, estque praepositio ἐς perinde atque Theocr. V, 123 posita: cf. Iliad. XIV, 287. Thucyd. V, 56, 1. Krueger. ad Xen. Anab. IV, 8, 22 (ἐν —). Schol. (Ahr. p. 236, 21) haec dicit: τόπος ἐν Κῷ, ἐν ᾧ ἐτελεῖτο τὰ Θαλύσια. ὠνομάσθη δὲ οὕτως ἀπὸ Ἀλέντου βασιλέως. Cf. nomen Veneris Ἀλεντία, Lycophr. 868. Similiter schol. ad id. V, 123 (Ἀλέντα) ἐλέγετο οὕτω καὶ τόπος τις ἐν Κῷ et schol. Ahr. p. 237, 2 Ἀλεὺς ἢ δῆμος τῆς Κῶ οὕτω καλούμενος — ἢ τόπος. Facit tamen lectio varia codd. ἀλεύτα (cod. v.) vel Ἄλευντα (cod. L.) — nam reliqui codd. et edd. antt. habent Ἄλεντα et Ἀλεντα quaedam subsidia apud Ahr. p. 53, qui et ipse in ed. II. posterius scripsit — ut aliud olim hoc loco nomen proprium scriptum et Ἄλεντα ex id. V, 123 illatum esse existimem. Nulla fides est in versu Mosch. III, 99

εἵρπομες ἐκ πόλιος, σὺν καὶ τρίτος ἅμὶν Ἀμύντας.

ed. Call. (*Θρηνεῖ παρ' Ἅλεντι Φιλητᾶς*), quippe qui a M. Musuro, id quod diserte in ed. Call. additum est, sit illatus. Contra Hermannum opusc. V p. 79 (quem Moerik. et Notter .p. 209 sequuntur) Halentem Lucaniae fluvium a Cicerone ad Fam. VII, 20 et ad Att. XVI, 7 commemoratum hic significari suspicantem satis et apte ad persuadendum disputatum est a Mein. p. 245.

2. *εἵρπομες*] progrediebamur, vadebamus: *ἀπηρχόμεθα· ἕρπειν ἐπὶ τοῦ βαδίζειν λέγεται.* Schol. Cf. vers. 24 *ἐπείγεαι κτλ.* et usum verbi *ἕρπειν* Theocr. I, 105—106. V, 44—45. VII, 131. XVIII, 40. XIV, 50. Soph. Oed. Col. 1643 *ἕρπεθ' ὡς τάχιστα.* Oed. R. 83. Pind. Ol. XIII, 105. Callim. Lav. Pall. 3. Vidê etiam Curt. Etym. I p. 230. Plane alius generis est Hor. Epist. I, 4, 4 (reptare) et Horat. Sat. I, 5, 25. Cf. Ameis., *adn.* p. 39: quamquam huic viro docto non concedo, hoc loco dici „commode et placide incedebamus" (*wir schlenderten*, ut vertit Eberzius). Lect. var. *ἥρπομες*, quae arrisit Meinekio p. 246, vel propterea, quod in uno tantum codice a. (non „in pluribus", ut scribit Mein.) habetur, a Theocrito abiudicanda est. — *ἐκ πόλιος*] *Urbem* caput Coi insulae, ubi ipse natus erat, Theocritus significat. Strab. *XIV*, 2, 19 p. 657 *ἡ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια —, ἔπειτα δὲ μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν —.* Plura vide in diss. mea *de poet. buc.* pag. 3—4. Syracusas, „caput Siciliae", Heinsius *lectt. Theocr.* p. 335, Veliam Lucaniae urbem designari Hermannus l. l. p. 79 non certis moti argumentis iudicaverunt. Ceterum vide quae contra quorumdam opinionem in oratione de Theocrito Heidelbergae in philologorum conventu 1865 habita p. 3 dixi de Theocrito vitae „*urbanae*" et „*rusticae*" discrepantiam diserte notante. Cf. Hor. Epist. I, 10, 1—2. Cic. de Or. II, 6, 22 — quum *rus ex urbe* tanquam e vinculis evolassent. — *σὺν καὶ*] Voc. *καὶ* (codd. Butl. Cant. apud Wordsw., k. a. cet. apud Ahr. p. 53. Med. Ald. Iunt. Call. Valck. I. Hart. al.) pro *δὲ* (codd. p. 9. Q. Valck. II. Gaisf. Mein. I. al.) commendatum est a Gerhardo, *lectt. Apoll.* p. 57, Hauptio *obss. crit.* p. 25, lectumque ab Apollon. de pron. p. 52 et de synt. p. 127. Hoc igitur restituerunt Mein. II. III. Ahr. I. II. al. „Tuetur etiam voc. *σὺν καὶ* locus Apollonii Rhodii, Arg. I, 74, ubi Eurytione et Eribota commemoratis infertur *σὺν καὶ τρίτος ἦεν Ὀιλεύς.*" Mein. Vide adn. ad id. I, 95 p. 46. Plat. Tim. p. 38, B. Apoll. Rhod. I p. 131. Hor. Sat. II, 4, 10. Quamquam Graece potuit dici *σὺν δέ*, id quod intelligitur ex Odyss. IX, 68 (ubi tmesi non esto locus) et ex adn. Wolffii ad Soph. Ai. 959. — *ἅμὶν*] Ahr. II. edidit *ἅμιν*, in edd. prr. Mein. I. al. et in codd., excepto p. (*ἀμῖν*) et F. (*ἁμῖν*), est *ἄμμιν*. Edidi *ἁμὶν* cum Mein. II. III. Ahr. I. propter Apollon. de pron. p. 52, C *διὸ καὶ τοῖς ἀξιοῦσιν ὀρθοτονεῖν τὸ σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας παρὰ Θεοκρίτῳ συγκαταθετέον.* Id. de synt. p. 127, 9 *καὶ ἕνεκα τούτου καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας δεόντως ἠξίωσάν τινες ὀρθοτονεῖν.* Cf. Theocr. VII, 135 et ADD. — *Ἀμύντας*] Idem est homo, qui infra, v. 132, *Ἀμύντιχος* audit. Hemistichium *σὺν κ. τρ. ἁ. Ἀμ.* vertit Calpurn. X, 1 Nyctilus atque Mycon *nec non et pulcher* (Theocr. VII, 132 *καλὸς* —) *Amyntas.* Cf. Calpurn. XI, 62. Nihil ad explicandas rationes huius idyllii hoc confert, quod — de suo videlicet tempore narrans — Horatius mulierem loquentem facit Epod. XII, 18:

τᾷ Δηοῖ γὰρ ἔτευχε Θαλύσια καὶ Φρασίδαμος
κἀντιγένης, δύο τέκνα Λυκωρέος, εἴ τί περ ἐσθλόν
χρῶν τῶν ἐπάνωθεν, ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ

— quum mihi *Cous* adesset *Amyntas*. Vergilius certe *Amyntae* nomen hinc transtulit in Ecl. II, 35. 39. X, 37 sqq.

3. τᾷ Δηοῖ] Cereri. Vide Preller. myth. Gr. I p. 596 ed. 1860. — Θαλύσια] Thalysia sacra fuerunt ob messem opimam Cereri a privatis hominibus parata, ut vidit Schoemannus *antiqq. Gr.* II p. 515 ed. II. Videtur autem Cereris hereditarius fuisse cultus in hac gente, e qua Phrasidamus et Antigenes Coi originem ducebant, id quod colligi licet e schol., Ahr. p. 238, 20, qui haec scripsit: *περὶ Εὐρυπύλου καὶ Κλυτίας* (cf. v. 5) *ἱστορεῖται, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς Ἡρακλέους πολιορκίας τὴν Κῶ κατοικήσαντες καὶ ὑποδεδεγμένοι τὴν Δήμητραν, καθ᾽ ὃν καιρὸν περιῄει ζητοῦσα τὴν Κόρην.* — Φρασίδαμος] Memorabile, quod philosophum peripateticum Phrasidemum commemorat Diog. L. II. 12, 2, 114. Ceterum ob oculos habuit hunc locum Sannazar. Ecl. V, 24.

4. κἀντιγένης] *Antigenis* nomen multis sane hominibus Graecis inditum e Theocrito excepit Verg. Ecl. V, 88. — τέκνα] Cf. Theocr. XXII, 4 et XXII, 214. — Λυκωρέος] Ita pro *Λυκωπέος* (cod. D. M. Q. Y. ed. Comm. Mein. III.), *Λυκώπεος* (ed. Med. Ald. Iunt. Ahr. I. Mein. I. II. cet.), *Λυκωπέως* (cod. L.), vel *Λυκώπεως* (cod. 5 et l. var. schol. p. 237, 12 Ahr.) emendatum est in ed. Hart., praeeunte Ahr. II., qui tamen *Λυκώρεος* edidit. Rationes emendationis redditae suae ab Ahr. tom. II p. *XLI* et p. 513 sq. Vocabatur scilicet ille homo *Lycoreus*, unde nomen puellae factum *Lycoridis* apud Hor. Od. I, 33, 5. Verg. Ecl. X, 2. 20. 42. Prop. III, 31, 91. Ovid. Art. am. III, 537. De forma genetivi vide Ahr. dial. Dor. p. 236 coll. Iliad. IV, 365 (*Τυδέος*), Iliad. VI, 46 (*Ἀτρέος*) al. Quod vulgatur *Λυκώπεος* a grammaticis e Theocr. V, 62 *et* VII, 72 videtur esse illatum. — εἴ τί περ ἐσθλόν] *nobiles, ingenui et ,,bono genere nati''* (Cic. pro Mil. VII, 15), *si quid omnino nobile est ex maioribus probis illis et vere antiquis*, h. e. fuerunt illi in nobilissimis numerandi eorum, qui unquam nobiles descenderunt ex maioribus. Ita vere explicant Ameis. et Burch. Compara Theocr. II, 34 et Soph. Oed. R. 1117 *Λαΐου γὰρ ἦν εἴ πέρ τις ἄλλος πιστὸς ὡς νομεὺς ἀνήρ.* Plat. Phaed. p. 38, E. Plat. Phaed. p. 63, C. Wolff. ad Soph. Ai. 488. Usurpatur autem h. l., de hominibus quum agatur, genus neutrum velut Theocr. Epigr. XVI, 4. Apollon. Rhod. III, 347 *Παναχαιΐδος εἴ τι φέριστον ἡρώων τεὸν ἄστυ μετήλυθε.* Plin. Epist. V, 15, 3 Cornuto quid melius? quid sanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius? Hor. Sat. I, 6, 1. Cf. etiam adn. ad id. II, 158. Ceterum non recte Boiss. I. II et I. H. Voss. *Randgl.* p. 186 ita interpunxerunt — *Λυκώπεος, εἴτι περ ἐσθλόν, χαῶν:* Ahr. II. vero ita interpunxit: *Λυκώρεος, εἴτι περ ἐσθλὸν λαῶν, τῶ δ᾽ ἔτ᾽ ἄν.* (vide adn. ad v. 5).

5. χρῶν] *ex probis illis quorum durat antiquitus usque ad nostrum tempus memoria.* Equidem sequor Ameisium, qui *χρῶν*, etiam Pal. p. 41 probatum, scripsit pro *χαῶν*, lectione codd. (excepto cod. h., ubi est *χαλῶν*, quod ipsum ducit ad *XAIΩN*) et edd. prr. Mein. I. II. Ziegl. cet., eamque emendationem in Iahnii annal. 1845 XL p. 140 tam luculenter vindicavit, ut hi, qui vel e Briggsii

Χάλκωνος, Βούριναν ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυσε κράναν

coni. παῶν (Ahr. I. Hart. Mein. III.) vel ex alia coni. λαῶν (Ahr. III.) scripserunt — nam Heinsio coniectura Κῴων *lectt. Theocr.* p. 336 prolata ignoscenda est — Ameisii disputationem omnino non legisse videantur. Ita est id. X, 21 λᾷον pro λήιον Homerico, ubi vide adn. Haec quum scribo, non ignoro Schmidtium nunc in sua Hesychii editione scripsisse χάῖος, ἀγαθός et χάϊα, ἀγαθή (quamquam Meinekius quoque Ar. Lysist. 91 χαΐα edidit), idemque ego probe scio quae in Dindorfiano *thes.* vol. VIII, p. 1222 de voc. χαός vel χάσιος scripta sint, sed vide ADD. — τῶν ἐπάνωθεν] *Maiores* et hic et Theocr. Epigr. XX, 3 dicuntur οἱ ἐπάνωθεν. Cf. id. XV, 91. XXII, 164. Plat. Tim. p. 18, D τοὺς ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν. Demosth. Epitaph. p. 1390, 26 οἱ πρόγονοι καὶ πατέρες καὶ τούτων ἐπάνω τὰς προσηγορίας ἔχοντες. Primus Reiskius ἐπάνωθεν vocabulum unum effecit ex eo quod est in ed. Ald. ἐπ᾽ἄνωθεν, quasi ἐπ᾽ ἄνωθεν, Reiskiumque secuti sunt Toup. Valck. II. Gaisf. Ahr. I. Mein. I. II. III. Hart. al. Nam sensum intempestivum fundit ἔτ᾽ ἄνωθεν (codd. et ed. Med. Iunt. Call. Lov. Cam. Bas. I. al.), id quod sane legit schol. p. 237, 20 atque ediderat Valck. I. et quod non apte Kiessl. eo defendit, quod Graeci dicant ἐκ παλαιῶν ἔτι, ἐξ ἐκείνων ἔτι τῶν χρόνων. Denique contorta est ratio Ahrensii, qui in ed. II e coni. λαῶν, τῶ δ᾽ ἔτ᾽ ἄνωθεν scripsit, idque sic explicat praef. ed. min. 1856 p. IV: „patre Lycore orti, nobilissimo inter populum, ultra vero hunc adeo Clytiae et Chalconis regia stirpe". Nec quidquam probat locus Plat. Legg. XI p. 919 D πατρὶ καὶ μητρὶ καὶ τοῖς ἔτι τούτων εἰς τὸ ἄνω γένεσι. Tu cf. etiam Lucian. ind. voc. 7 Λυσίμαχος Βοιωτὸς τὸ γένος ἄνωθεν. — ἀπὸ] *Venere a Clytia et Chalcone, originem ab his traxere Phrasidamus et Antigenes.* Contrarium est Theocr. XVII, 27 — ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα. Vide Wolff. ad Soph. Ai. 202. Cic. XIII. Phil. 13, 27 est etiam ibi Decius, *ab* illis, ut opinor, Muribus Deciis. Hor. Od. III, 17. 1 Aeli vetusto nobilis *ab* Lamo — nosti cetera, quae non exiguam cum Theocriteis habent similitudinem.

5—6. Κλυτ. — Χάλκ.] Εὐρύπυλος ὁ Ποσειδῶνος υἱὸς Κῴων βασιλεύων γήμας Κλυτίαν τὴν Μέροπος Χάλκωνα καὶ Ἀνταγόραν ἔτεκεν, ἀφ᾽ ὧν οἱ ἐν Κῷ εὐγενεῖς. Schol. Pro Κλυτίας in cod. p[1] κλυτείας, in ed. Iunt. est κλητίας. Chalconem Wuestem. eundem suspicatur esse hominem, qui ab Apollod. II, 7, 1 *Chalcedon* appellatur et qui Herculi insulam Coum invadenti vulnus inflixisse dicebatur. — αὐτῷ] „corrigere tentabat Reiskius (*animadv.* p. 186) τε κ᾽ ἀγανῷ Χ., vulgata tamen αὐτῷ hic vi sua non caret." Valck. II. Vide quae scripsimus in proecd. p. 103. Nam exquisitior, quam ut vera haberi possit, est interpretatio Meinekii p. 247, qua ἀπὸ Κλ. τε καὶ αὐτῶ Χ. idem esse vult atque ἀπ᾽ αὐτᾶς Κλ. αὐτῶ τε Χ., neque apte id. VIII, 45 comparetur.

6. Βούρ. κτλ.] De *Burina*, fonte Coi nobilissimo, vide schol. p. 239, 9 sqq. et Rossium, *Reisen auf den gr. Inseln des aeg. Meeres* III p. 132, de l. var. ADD. — ἐκ ποδὸς] *vi pedis sui fontem excitavit.* Soph. Phil. 91 οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς ἡμᾶς χειρώσεται. Trach. 875 βέβηκε — ἐξ ἀκινήτου ποδός. Musgrav. (Warton. tom. II p. 410) Soph. Ai. 27 (ἐκ χειρός). Philoct. 710 (ἐκ τόξων) comparavit. Cf. et adn. ad Theocr. II, 10. Praeiverunt in hac explicatione verborum ἐκ ποδὸς Valck. I. (*pedis ictu*), Aug. Iacobsius p. 384 (*ab impacto pede*). Ameisius, qui

εὖ ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ· ταὶ δὲ παρ' αὐτάν
αἴγειροι κλῆθραί τε ἐύσκιον ἄλσος ἔφαινον,

adn. p. 40 et in ephem. schol. 1842 p. 202 de „*rupis pede*" verba accepit, poterat ille quidem afferre Iliad. II, 824, sed redarguitur maxime verbis scholiastae codd. p. L.: ὁ Χάλκων οὗτος ἵσταται ἐν Κῷ ἀνδριάς, καὶ ἐκ τοῦ ποδὸς αὐτοῦ ἐκρέει πηγή. Nam „hoc antiquo testi credemus, statuam fuisse Chalconis in insula Co ita expressam, ut ex pede eius emanare fons videretur. Neque falli existimo, si quis secundum Theocritum non subsedisse Chalconem placidove stetisse habitu coniecerit, verum, tanquam fontem calcaret, pedem terrae impressisse genu innixum in adiacentem rupem, quo maiorem ipsa planta vim haberet." Ita Buecheler. in Mus. Rhen. XV, p. 455. Similia vide apud Toup. *add. in Theocr.* p. 393 et Wuestem. ad h. l. p. 112, qui quidem Apoll. Rhod. IV, 1446 comparat, ubi de Hercule fontem e saxo eliciente dicitur τὴν (πέτρην) ὅγ' ἐπιφρασθεὶς ἢ καὶ θεοῦ ἐννεσίῃσιν λὰξ ποδὶ τύψεν ἔνερθε· τὸ δ' ἀθρόον ἔβλυσεν ὕδωρ. Coniecturam ἐκ πέδου, iam a Wartono commemoratam, a Grevero ed. Old. 1850 p. 60 laudatam, ab Hartungio adeo receptam, explosit etiam Kayserus in *ephem. doct. Monac.* 1850 n. 55. Denique ἄνυσε pro ἄνυε (edd. prr. Lov. Briggs. Mein. I. al.) e codd. p. 17. et lect. var. schol. Mein. II. III. Am. Ziegl. Ahr. I. II. Pal. Hart. al. ediderunt.

7. εὖ ἐνερ.] *Fortiter innixus in rupem genu.* Ameis. Scribendum εὖ ἐνερεισάμενος. Quod insertum legitur γ' [in codd. et prr. cet. usque ad Mein. I. II. Am. Ahr. I. II.] orationem facit languidam. Ita Herm. opusc. V p. 80: mallem dixisset usum epicae poesis cogere nos paene invitos ut particulam γε propter hiatus metum a grammaticis insertam deleamus. Vide Mein. p. 248 et e. gr. Iliad. X, 438 [non 436] vel Odyss. V, 236. Eiecere hanc particulam Mein. III. Hart. Pal. — ταὶ δὲ] De articuli collatione vide adn. I, 30—31 p. 23, Callimach. Del. 255—256 et versum Apoll. Rhodii adn. ad v. 6 extr. laudatum. — αὐτάν] ad fontem (κράναν) pertinere Ameis. indicavit, non ad rupem (πέτρᾳ).

8. κλῆθραί τε] Auctorem scholii p. 241, 13 Ahr. κλῆθραί τε legisse pro πτελέαι τε (codd. et edd. prr. cet.) Toupius et I. H. Vossius (*Randgl.* p. 186) intellexerunt: cf. et Geel. *adn. in schol.* p. 288 et Ahr. II p. 515. Hoc igitur reposui fretus etiam similitudine Odyss. V, 64 et V, 239: nam ὑδατοτρεφεῖς (Odyss. XVII, 208) rivorum amantes, sunt populi atque alni (vide et Fiedler. *it. Gr.* I p. 526) et alia est ratio Iliad. VI, 419. Hemistichium αἴγειροι πτελέαι τε a grammaticis propter id. VII, 136 scriptum esse videtur. — τε ἐύσκιον] Cobetius quidem, Mnem. X, 1, „intolerabilem" hunc dicit hiatum („mirum" eundem appellat Pal. ad h. l.) scribique iubet πολύσκιον, quemadmodum Apoll. Rhod. IV, 166 πολύσκιον ἄλσος legitur: Pal. vero βαθύσκιον propter Theocr. IV, 19 coniecit, Burgesius τ' εὔ σύσκιον, Graefius, ep. cr. p. 26, μάλ' εὔσκιον vel τὸ σύσκιον vel δασύσκιον. At pariter post caesuram praeeunte syllaba brevi vocabula ab ἐυ— incipientia leguntur e. gr. Odyss. XVII, 497 οὐκ ἄν τις τούτων γε ἐύθρονον Ἠῶ ἵκοιτο. Odyss. XV, 291. Iliad. XIV, 6. XVIII, 48. Hesiod. ἔργ. 806 (804). Vide etiam adn. ad id. XII, 23. — ἔφαινον] Fonte per Chalconem e saxo provocato in loco antea sterili natae sunt etiam arbores nemus denique umbrosum „*ostendentes*" (hoc apte

χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι.
κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνομες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
ἁμῖν τὸ Βρασίλα κατεφαίνετο, καί τιν' ὁδίταν

Ameis. usus est vocabulo: cf. Stat. Theb. V, 89 — ,, lucos ostendere Phoebo''. Cato ap. Plin. H. N. XIV, 4 (5) 46. Codicum lectionem *ἔφαινον* Casaub., *lectt. Theocr.* IX p. 260, et Ernest. ad Callim. Apoll. 57 tutati sunt. Heinsii, *lectt. Theocr.* p. 337, et Reiskii, *animadv.* p. 187, coniectura *ὕφαινον*, quam probat Graefius l. l., non satis praesidii habet in verbis Vergilii, Ecl. IX, 42 (lentae texunt umbracula vites): poterant eius patroni laudare Sen. Hippol. 10 (qua nemus alta texitur alno) et Iliad. VII, 324. Hanc tamen Brunck. Mein. III. Hart. Pal. Ahr. II receperunt. Quid quod Wakefield. silv. crit. I p. 121 adeo transpositis verbis *αἴγειροι πτελέαι τε κατηρεφέες κομόωσαι χλ. π. ἐύσκιον ἄλσος ἔφαινον* scribere maluit?

9. *κατηρεφέες*] *σκιώδεις* (schol.), *ita ut quasi cameram seu arcum foliis suis efficerent:* overhanging, as they waved, with green foliage (Banks.), springing into an arched shade with their verdant foliage (Hick.). Doctius quam verius Ameisius commotus auctoritate Hermanni, opusc. VI, 2 p. 60, verba in ephem. gymn. 1842 p. 203 ita enarrat: ,,arbores viridibus foliis ita erant comatae ut essent plane tectae''. Odyss. IX, 183 quidem *σπέος* ipsum vocatur *δάφνῃσι κατηρεφές*. — *κομόωσαι*] *θάλλουσαι* interpretatur schol., liberius, sed apte ad sensum Duc. (editionem dico Theocriti a Neophyto Duca Aeginae 1839 paratam) *χλωροῖς πετάλοις περισειόμεναι.* Mein. pro *κομόωσαι* coni. *κομόωσιν.* At huic mutationi adiectivum *χλωροῖσιν* repugnat, et admissa mutatione perit suavitas totius descriptionis vere Theocriteae, auribus et menti suavissimae, quae quidem ut participium ad subiectum sententiae in ipsa verborum conclusione a nobis eodem pacto, quo e. gr. id. VII, 157 — *ἔχοισα*, referatur postulat. Accedit similitudo versus Apoll. Rhod. III, 928: *αἴγειρος φύλλοισιν ἀπειρεσίοις κομόωσα.* Denique conferre iuvat Calpurn. I, 9: antra petamus — graciles ubi pinea denset silva comas. Ovid. Met. V, 382 silva coronat aquas cingens latus omne suisque frondibus ut velo Phoebeos summovet ignes. Hor. Od. II, 3, 9.

10. *κοὔπω τὰν μεσάταν*] Hinc sibi traxit versus initium auctor id. XXI, 19, hinc ,,*mediae viae*'' commemorationem Verg. Ecl. IX, 59. De superlativi forma *μέσατος* (*ἐν μεσσάτῳ* dicit Hom. Iliad. VIII, 223 et XI, 6) cf. Krueger. gr. gr. II, 1 § 23, 2 n. 5. — *ἄνομες*] Ita pro *ἄνυμες* scribendum esse Mein. p. 249, quem Pal. sequitur, intellexit. Cf. Odyss. III, 496. Theocr. II, 92. Voc. *ἄνυμες* olim ab eo, qui bucolica omnia concinnavit, ob id. XXI, 19 videtur adscitum. — *σᾶμα*] Vergilius l. l. ,,*sepulcrum* incipit *apparere* (*κατεφαίνετο* v. 11) Bianoris''.

11. *Βρασίλα*] *Οἱ γράφοντες διὰ τοῦ δ* [ita *Βρασίδα* est in cod. 9 *superscr.* λ in cod. D[a]] *ἁμαρτάνουσιν· ἐγένετο γὰρ Βρασίδας Λάκων τὸ γένος, ὁ δὲ Βρασίλας Κῷος. ὁ Λακεδαιμόνιος δὲ Βρασίδας οὐ τέθαπται ἐν Κῷ, ἀλλ' ἐν Ἀμφιπόλει.* Schol. Nihilo minus *Βρασίδα* scripsit Valck. I. II., quem Schaef. Geel. al. secuti sunt. At *Βρασίλα*, quod est in edd. antiquis, Briggs. Gaisf. Ziegl. Mein. I. II. Ahr. I. II. Pal. iure restituerunt. Mein. III. e coni. scripsit *Φρασίλα*, Phrasilam hunc fortasse unum e

ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα,
οὔνομα μὲν Λυκίδαν, ἦς δ' αἰπόλος, οὐδέ κέ τίς νιν

maioribus Phrasidami (v. 3) suspicatus, Hartung. adeo Φρασιδάμω. Ceterum suspecta mihi videtur lect. var. a Mein. p. 249 commemorata *Βασίλα*, quam e cod. Caesareo Brunckius et e cod. Reg. Par. 335 Wordsworthius enotaverunt, Ahr. ne mentione quidem dignam habuit. — κατεφαίνετο] Ahr. II. *ἀνεφαίνετο* ex ed. Iunt., Hart. e coni. *ἐφαίνετο*. At *κατεφαίνετο* fulcit versus Hom. hymn. in Apoll. 430 *ἀλλ' ὅτε δὴ Πελοπόννησον παρενίσσετο πᾶσαν καὶ δὴ ἐπὶ Κρίσης κατεφαίνετο κόλπος ἀπείρων —, ἦλθ' ἄνεμος.* — *καί τιν' ὁδίταν*] *nondum* — *atque in viatorem quendam incidimus.* Vocula *καὶ* egregie facti excitatur exspectatio narratori inopinati et improvisi. Sensit hoc Philetieus, cuius quidem versus sic interpungendi et corrigendi sunt: ,,nec medium constabat iter — *subito* quum forte Cydonius unus Obvius it nobis, turba comitatus ab alma Thespiadum: Lycidam dicebant nomine gentes.'' Similis dicendi forma est e. gr. Plaut. Bacch. II, 3, 45 (279) dum circumspecto, *atque* ego lembum conspicor. Cf. et Soph. Oed. R. 717 ibique Schneidew. (*οὐ διέσχον ἡμέραι τρεῖς, καὶ* —), Classen. ad Thuc. I, 50, 5. Stat. Silv. I, 2, 229 (vixdum emissa dies, et —). Quod in proecdosi e codd. k. p. cet. (Ahr. p. 54) scripsi *καὶ τὸν ὁδίταν* pro *καί τιν' ὁδίταν* (codd. rell. edd. prr. cet.) nunc improbo, quum vel proxima (v. 13) *οὔνομα μὲν Λυκ.* praemisso pronomini *τις* praesidium quoddam parent, similiaque multa, ubi *τις* pronomen inclinans se voc. *καί* substantivo suo praemittitur, habeantur, velut gemellum illud Apoll. Rhod. III, 746 *ὕπνοιο δὲ καί τις ὁδίτης ἤδη καὶ πυλαωρὸς ἐέλδετο.* Plat. Phaed. p. 70 B *καί τινα δύναμιν ἔχει.* Lucian. Icaromen. 13 *καί τινα σεληναῖον δαίμονα φήθην ὁρᾶν.* Theocr. XIV, 5. X, 22. Vide etiam adn. ad I, 32 p. 24.

12. *σὺν Μοίσ.*] Haec cum verbo *εὕρομες*, pariter atque id. II, 28 (ubi vide adn. p. 83) *σὺν δαίμονι* cum verbo *τάκω*, coniungenda sunt: *Musarum beneficio factum est* ut in virum illum incideremus. Similiter e. gr. Aesch. Choeph. 136 *ἐλθεῖν Ὀρέστην δεῦρο σὺν τύχῃ τινί.* Pind. Isthm. IV, 19 Momms. Apte Bindemannus: da führten die Musen einen wackern Gefährten uns zu von Kydonischer Herkunft. Ita elegantius facultas poetica personati illius Lycidae laudatur, quam si in unum coniungis *ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισιν*, id quod facit schol. (*ἀντὶ τοῦ ἀγαθὸν καὶ μεμουσωμένον*), quem Eob. Hess. Fawk. Polwh. Zimmerm. al. sequuntur. Frustra ad Odyss. XXIV, 193, frustra etiam ad sententias, quales e. gr. Ed. Friesland. *quaestt. Pind.* (Hal. 1864) p. 26 collegit, provocaveris. — Sensum poetae perceperat Stigelius, quum memor simul versus Verg. Ecl. IX, 64 vel huius id. 36, *Aristaei* sui hos versus faceret: — ,,surgamus et inter eundum carmen Aristaeo *Musa comitante* canamus.'' — *Κυδωνικὸν — ἄνδρα*] Herodot. III, 125 *Δημοκήδεα, Κροτωνιήτην ἄνδρα.* Arist. Ach. 750 *ἀνὴρ Μεγαρικός.* Arist. Ach. 430 *οἶδ' ἄνδρα Μυσὸν Τήλεφον.* Quis vero fuerit Cydonius ille, quem tecto nomine Lycidan poeta vocavit, frustra hodie quis quaesiverit: poetam fuisse et eiusdem poeseos generis cum Theocrito studiosum res ipsa docet. Mein. *Cydoniam Cretae* urbem significari non videtur esse dubium. Vide et *arg.* p. 197.

13. *Λυκίδαν*] Nomen a *Lupo* ductum (cf. Theocr. XIV, 24. V, 8), quo amicum suum Theocritus salutat, vitae pastorum convenit. Quod nomen quamquam aliis etiam hominibus positum fuit (cf. e. gr.

ἠγνοίησεν ἰδών, ἐπεὶ αἰπόλῳ ἔξοχ' ἐῴκει.
ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο
κνακὸν δέρμ' ὤμοισι νέας ταμίσοιο ποτόσδον,
ἀμφὶ δέ οἱ στήθεσσι γέρων ἐσφίγγετο πέπλος

Arrian. Anab. III, 5, 3), tamquam pastoricium tamen propter Theocritum adoptatum videtur a poetis bucolicis, Bion. II, 1. VI, 10. Pseudotheocr. XXVII, 41. Verg. Ecl. IX, 2 sqq. VII, 67. coll. Hor. Od. I, 4, 19. Calpurn. III, 1. VI, 1. XI, 1. — Ovid. Met. XII, 310. Wernik. *Argen.* p. 282 ed. 1763 al. In extremo versu *νιν* pro *μιν* (quod Ahr. II. revocavit) scripsi e coni. Ziegleri, quam recepere Am. Ahr. I. Mein. III. Hart. Vide adn. ad id. I, 48 q. 29. De Bergkii suspicione vide p. 196.

14. *αἰπόλῳ*] Repetitur voc. versu 13 positum pro simplicitate sermonis prisci (e. gr. Odyss. IX, 92—93 vel Iliad. XVIII, 481 *αὐτοῦ — ἐν αὐτῷ*), quam agnoscimus etiam in Ciceronis Cat. mai. XI, 34: „ne sint in senectute *vires:* ne postulantur quidem *vires* a senectute.“ Liv. I, 54, 4 (urbem — urbem). Garaton. ad Cic. pr. Mil. XII, 31.

15. *ἐκ*] Similiter Theocr. IX, 10 *λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν δέρματα* legimus. — *λασίοιο*] Cf. Verg. Mor. 22 cinctus *villosae* tegmine caprae. Theocr. Epigr. IV, 17. Hor. Od. III, 29, 22. — *τράγοιο*] Coluth. Rapt. Hel. 107 *καί τις ὀρεσσαύλοιο δορὴ* (*δέρμα* a Theocrito v. 16 vocatur) *μετόπισθε χιμαίρης ἐκκρεμὲς ᾐωρεῖτο* (cf. Theocr. XI, 12 adn. et XXII, 51). Vix digna memoratu coniectura Graefii, *ep. cr.* p. 26, *ἐν μὲν γὰρ λασίοισι — ὤμοισι* vel *ἐκ μὲν γὰρ λαιοῖο* —, *a laeva parte* in humeris gestabat.“

16. *κνακὸν*] Colorem eum significat, quem nos dicimus *lohfarben, tawney coloured.* Cf. id. III, 5. Agath. in Anth. Pal. VI, 32 *Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον* (v. 15) *παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς κνακὸν ὑπηνήταν τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.* — *ὤμοισι*] Cf. adn. ad Theocr. II, 121 et Iliad. III, 17 *παρδαλέην ὤμοισιν ἔχων.* Iliad. I, 45 *τόξ' ὤμοισιν ἔχων.* Iliad. VII, 137. Iliad. XVIII, 132. — Imago quaedam huius versus cernitur in Verg. Aen. I, 275 lupae *fulvo* nutricis *tegmine* laetus. Nam lupae non est proprius color fulvus. — *νέας κτλ.*] De genetivo casu cf. Theocr. I, 28 et VII, 143. Similiter Strepsiades, Arist. Nub. 51 *ὄζει τρυγός, τρασιᾶς, ἐρίων.* Sententia autem haec est: „*non multo ante* (hoc inest voc. *νέας*) *quum caseo faciendo caprarius vacasset et coagulum lacti immiscuisset, odor coaguli* (cf. id. XI, 66 *τάμ. δριμεῖαν*) *vestimentum hominis penetraverat, ut, nobis quum obviam fieret, etiam odorem illum servaret.*“ Aliter Greverus quidem p. 60 et Eberzius p. 235, hanc schol. explicationem sequentes: *εἰώθασι γὰρ οἱ τυροποιοῦντες ἀπορίᾳ χειρομάκτρων ἀποψᾶσθαι τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐν οἷς ἐνεῖνται δέρμασι.* Praeterea de lect. var. quod Greverus et Wuestemannus p. 113 narrant, falsum est. Nam in *uno* cod. w. (cod. W. Gaisf.) esse *ποτόσδων* Gaisf. quidem scribit, sed nihil de hac l. v. Ahrensius, testis locupletissimus, retulit. Idem Gaisf. *ποτόσδων* inveniri in ed. Iunt. tradit: at ibi exaratum esse *ποτόσδον* meis oculis vidi. Denique reiicienda etiam explicatio Kiesslingii, qui, *pellis*, inquit, *redolebat coagulum, quo subacta et apparata* [apud Kiessl. p. 207 et apud Wuestem. p. 113 legitur *subactum et apparatum*] *fuerat.* Vide Ameis. *adn.* p. 40. Lenzius l. arg. p. 198 laudati p. 57 coniecerat *ὤμοισιν ἰοῖς γρασίοιο ποτόσδον.*

17. *γέρων*] *τριβακὸν ἱμάτιον,* ὃ

ζωστῆρι πλοκερῷ, ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω
δεξιτερᾷ κορύναν. καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρώς
ὄμματι μειδιόωντι, γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς·
„Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις,

ἐστι παλαιόν (Schol.). *Περὶ τὸ στῆθος ῥακώδη χιτῶνα περιέσταλτο ζωστῆρι* (Duc.). Cf. Odyss. XXII, 184 (*σάκος γέρον*). Theocr. XV, 19. XXI, 12. Catull. LXVIII, 46. Martial. II, 4, 4 (charta anus). — Aesch. Ag. 728 Eng. *γέρων λόγος*. — *πέπλος*] de veste virili: cf. id. XXVIII, 10. Vestis muliebris est id. I, 33. XXVII, 53. XIV, 35. XXVI, 17.

18. *πλοκερῷ*] *plexo cingulo*, *funiculo*, ut fit apud homines rusticos. Scripsi *πλοκερῷ* e cod. M. *pr.* (*corr. πλακ* —) et edd. Call., Steph. min. (*„cingulo textili“*), Wintert., testimonio usus schol. (*γράφεται καὶ πλοκερῷ*), pro *πλακερῷ*, quod est in edd. prr. Camer. Basil. I. Heins. Reisk. Valck. I. II. Ahr. Mein. al. — *ῥοικὰν κτλ.*] *καμπύλην εἶχεν ἀπὸ ἀγριελαίου ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ ῥάβδον ἢ ῥόπαλον*. Schol. Cf. Theocr. IV, 49. — *ἀγριελαίω*] *„Hic baculum dextra silvestris habebat olivae.“* Philet. Genetivum illustravimus *adn.* ad id. I, 58 extr. p. 34. De re vide Theocr. XXV, 257 et Apoll. Rhod. IV, 1440. Et Apollonii quidem, quibus Hercules describitur, verba (*ἀμφὶ δὲ δέρμα πελωρίου ἕστο λέοντος ὠμόν, ἀδέψητον· στιβαρὸν δ' ἔχεν ὄζον ἐλαίης*) a Theocrito cum ludibrio quodam tecte significari tum propter ea, quae infra v. 47 leguntur, non temere quispiam dixerit, tum propter versus Theocriti 19—20 cum versu Apoll. IV, 1437 (*ὄσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπέλαμπε μετώπῳ*) comparandos.

19. *καί μ' ἀτρ.*] *καὶ ἡσύχως μοι εἶπε γελῶν*. Adscripsi haec schol. verba propterea, quod etiamnunc esse quosdam animadverto, qui ignorantes usum elisionis (*μ' ἀτρ.*), de qua vide adn. ad id. IV, 58, *εἶδε*, quod Reiskio quondam placuit, pro *εἶπε* legere h. l. maluerint. — *σεσαρώς*] *diducto* — leniter nimirum — *labello*, quale os Veneris esse dicitur. Lucian. Amor. 13: *ἡ μὲν θεὸς ἐν μέσῳ καθίδρυται . . . σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδιῶσα*. Recte Kiessl. Wakefieldii coniecturam *σεσανώς* reiecit. Minime vero (id quod Kiessl. existimat) h. l. rictus et oris habitus incultiorum hominum, deforme ridentium, describitur. Eodem modo, quo nos fecimus, verbum Theocr. V, 116 explicari potest.

20. *ὄμματι μειδ.*] Cic. de Or. III, 59, 221 imago animi vultus est, indices oculi. Ibid. § 222 oculi sunt, quorum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum *hilaritate*, motus animorum significemus apte. Cf. et Schmidt., *anal. Soph. et Eur.* p. 6. — *γέλως*] Philetieus sic vertit Latine: *„risus ei laeto summis erat ore labellis.“* Schol. sic enarrat: *γέλως δὲ ἥπτετο τοῦ χείλους αὐτοῦ*. „Le sourire habitait sur ses lèvres.“ Did. Cf. Krueger. ad Thuc. I, 140, 1. V, 49, 4. Contra sensum verborum Graecorum Eberzius scripsit: „doch *hielt* er das Lachen *sich* zwischen den Lippen, quasi compescuisset aegre risum Lycidas propterea, quod, qui insolito tempore meridiano iter faceret amicus, ridiculus et insulsus videretur (nam in eadem ipse causa versabatur viator Lycidas). Gaudium potius sincerum propter hominem carum ex improviso conspectum ipso oris habitu prodit. Aristaen. Ep. I, 17 dicit: *γέλως ἐπ' ἄκρων χειλῶν*. Risum eiusmodi Simplicius Epist. 45 vocat *μειδίαμα ἐν τοῖς χείλεσιν ὀλίγην τὴν παράλλαξιν ἐργαζόμενον*.

21. *Σιμιχίδα*] Hoc sibi Theocritus

ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐν αἱμασιαῖσι καθεύδει,

nomen indidit propter vitricum suum, Simichum Coum. Nam patre quidem Theocritus usus est non Simicha, ut grammaticus propter hunc versum in capite *de gente Theocriti* (ed. nostrae p. 3) scripsit, sed Praxagora (cf. Epigr. XXII, 3). Mortuo vero Praxagora Simichas ille Philinam, matrem Theocriti (Epigr. l. l.), in matrimonium duxisse et tanto privignum suum amore amplexus esse videtur Theocritum, ut hic pietatis ergo *Simichidam* sese appellaverit. Probantur haec scholio p. 244, 23, ubi *ἀπὸ πατρωοῦ* pro *πατρωιοῦ* (cod. L.) vel *πατραλόλου* (cod. Gen.) vel *πατρίου* (vulg.) legendum esse Haulerus libri pag. 4 laudati p. 6 perspexit. Nomen *Σιμιχίδας* hinc mutuatus est auctor *syringis* v. 12. Plura de re multis controversiis obnoxia dicentur in ADD. — πᾷ] Vide adn. ad I, 66 p. 38. — τὺ μεσαμέριον] *quo, quaeso, tu tempore meridiano vestigia flectis?* Pronomen τὺ in hac compellatione non sine mirationis quadam significatione ponitur. Ita nos in tali causa: wo willst *du* denn hin? non: *wo* willstdu hin? Cf. Ev. Ioann. IV, 9 *πῶς σὺ — πιεῖν αἰτεῖς;* Soph. Oed. R. 390 *ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής;* Itaque non audiendus Schaeferus ad Demosth. p. 270, 9, qui pro τὺ (id quod σὺ scribitur in codd. k. p. 9) e cod. Q. al. (Ahr. tom. I p. 54 et tom. II p. 1, 6) τὸ scribere maluit. Neque audiendus Cobetius, qui *Mnem.* X, 1 p. 545 clamitat, at non probat, corrigendum esse *μεσαμέριος*, id quod Toup. *add. ad Theocr.* p. 394, Valck. I., Ameis. *adn.* p. 41 suaserunt. Cf. et adn. ad id. I, 15 et Anthol. Plan. IV, 227, 5 *χὠ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἐγγύθι παγᾶς συρίσδων.* Piccolos (*suppl. à l'anthol. gr. Par.* 1853) p. 298 comparat hodiernorum Graecorum usum, *μεσημέρι* dicentium. Evanescat denique coniectura Ahrensii *δή νυ.* — πόδας ἕλκεις] *où portez-vous vos pas?* Chaban. Dici haec posse de cursore properante (cf. v. 25 *θρώσκεις*) vidit Pal., qui Eur. Med. 1181 (*ἕλκων κῶλον ταχὺς βαδιστής*) contulit. Wuestemannus, quum illa scriberet „*lento gressu incedis*, tam ob solis ardorem, quam quod festinationis causam non habet", neglexit id, quod v. 24 dicitur, *ἐπείγεαι.* Ceterum cf. versus Verg. IX, 1: *quo te,* Moeri, *pedes?* an quo via ducit, in urbem?

22. σαῦρος ἐν] Expressisse haec verba Vergilium, Ecl. II, 9 (nunc virides etiam occultant spineta lacertas) Vinsem. p. 64, Ursin. p. 18, Steph. *imitt.* p. 27 ostenderunt. Neque tamen propter *occultandi* verbum a Vergilio usurpatum — nam *in rimis* maceriae latet animal — pro ἐν (codd. k. cet. Ahr. pag. 54. Gaisf. Mein. II. III. Ahr. I. II. Hart. al.) legendum est ὑφ' αἱμ., id quod Valck. I. coniecit et tanquam verum in *adn. ad Adoniaz.* p. 249 vendidit, antea iam Eobanus Hessus (nam „et virides recubant subter consepta lacerti" vertit) maluisse videtur, denique Hermannus quoque, *opusc.* V p. 80, postulavit. Multo minus ἐφ' αἱμ. (quod reliqui Ahrensii et codd. Butler. Burn. Wordsworthii dant cum edd. prr. Lov. Valck. I. II. Kiessl. Briggs. Mein. I. Pal. al.) habet locum. Nam rerum naturae repugnat quod scribit Vossius ad Verg. Ecl. p. 58 (p. 45 ed. 1830) „*auf* bedornten, mithin schattigen, Steinmauern": neque vero satis dilucida est disputatio Wordsworthii haec scribentis: „Lectiones codd. ἐν αἱμ. et ἐφ' αἱμ. eodem fere redeunt: et hoc loco aptiora esse quam ὑφ' αἱμ. agnoscent, opinor, qui in Italia aut Graecia aestatem egerint, et quanta sit lacertarum multitudo in earum regionum maceriis soli expositis et quantopere in summis muris

οὐδ᾽ ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι;
ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἤ τινος ἀστῶν

apricari ament, cognoverint.“ Rem illustrat descriptio F. W. Hacklaenderi, *die dunkle Stunde*, I p. 41 Stuttg. 1863 — ,,Die italienische Sonne brennt heiss. Voll und glühend am wolkenlosen Himmel strahlend, geht sie rüstig ihren Weg, die unumschränkte Alleinherrscherin in den Stunden des Tages zwischen 10 Uhr Morgens bis 4 Uhr Nachmittags. Wagt es doch jetzt kaum ein Blatt, sich zu bewegen; bleibt doch der Vogel unter seinem Laubdache, der Käfer in seiner Erdspalte, und *was sich allenfalls* zwischen Moos und Gestein blitzartig umherbewegt, sind gelenkige, roth und grünlich schimmernde Eidechsen, durch deren gepanzerte Rücken die Glut der Sonne nicht dringen kann. Voc. *αἱμασιαί* plurali numero (cf. adn. ad I, 47) lapides coacervatos, e quibus maceria — uti nunc quoque videmus in agris Graecorum — constat, declarat: hinc Odyss. XVIII, 359 *αἱμασίας τε λέγων* dicitur.

23. *ἐπιτυμβ. κ.*] — *nec alaudae galeritae* (alaudae cristatae, Linn.) *tumulorum amantes vagantur: τάφοις ὡς ἐπιπολὺ ἐνδιατρίβουσιν* (schol. p. 246, 5). Aesch., Choeph. 338, ubi legitur *θρῆνος ἐπιτυμβίδιος*, satis declarat ferri non posse alteram schol. (p. 246, 1) et Galeni (Ahr. II p. 517) interpretationem, qua *cristatae alaudae* dicuntur quia *ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τὸν τύμβον φέρουσι τοῦ πατρός*, qua de fabula vide schol. Theocr. p. 246, 9 et Arist. Av. 472—475. Cfr. etiam Babr. fab. LXXII, 20 *κορυδαλὸς σὺν τάφοις σπίζων* et maxime Aristot. Hist. Anim. IX, 25 p. 617, b, 20. Scripsi autem genere fem. *ἐπιτυμβίδιαι* suasu Koehleri, *not. in Theocr.* p. 30, id quod offerunt codd. a. L. et ed. Iunt. et Ahr. II. recepit, pro *ἐπιτυμβίδιοι*, quod ex reliquis codd. et edd. Ahr. I. Mein. I. II. III. Hart. Pal. al. servaverunt, Hermannus etiam l. l. p. 80 retinuit. Cf. Lobeck. parall. p. 469 sqq. et e. gr. Theocr. XXIX, 29 *πτέρυγας ἐπωμαδίαις*. Xen. Hell. IV, 8, 1, ubi *πρὸς τὰς ἐπιθαλαττίας πόλεις* Dindorfius (Oxon. 1853) edidit. Theocr. XXV, 207 *φαρέτρην ἐμπλείην*. Plat. Tim. p. 38, B *διαιωνία φύσις* (Herm. al.). Formam *ἠλαίνοντι* pro *ἠλαίνονται* (cod. k. cet. edd. prr. Mein. I. Wuestem. Boiss. I. II. al.) restituerunt Mein. II. Am. Ahr. I. II. Hartung., quam idem Koehlerus comparatis versibus Callim. in Din. 251 (*ἠλαίνων*) et Eur. Cycl. 79 (*ἀλαίνων*) commendaverat, Hermannus l. l. scripserat.

24. *μετὰ*] *ad coenam* vel *ut sis inter convivas*. Eadem ratione praepositio adhibetur, qua e. gr. Iliad. XI, 700 *ἐλθόντες μετ᾽ ἄεθλα*, Iliad. VI, 511 *μετ᾽ ἤθεα* al. Cavillatur igitur Mein. p. 251 voc. *μετὰ* h. l. damnando, quia id ,,aut *post coenam* aut *ad dapem petendam*“ significet. Idem inutilem coniecturam Cobetii, *Mnem.* III p. 286, *κατὰ δαῖτα* commendare videtur, receptam illam ab Hartungio. Nihil enim huc facit Iliad. I, 424 *χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα*. — *κλητὸς*] Dici posse *κλητὸς* sensit Gailius (1792), qui ita vertit: *crains-tu faire attendre des convives?* Quare codd. tantum non omnium lectio *κλητὸς* (cod. L. *κλεινὸς*) retinenda est, neque cum Ahr. II. ex ed. Iunt. et schol. Gen. p. 23 Adert. *ἄκλητος* scribendum, praesertim quum *non vocatum* festinare ad convivium absurdum sit. Producitur autem sequentibus litteris *κλ*— ultima syllaba voc. *δαῖτα* in thesi versus hexametri ut fit similiter in his versibus Theocriti: in thesi primi quidem pedis id. XIV, 64 (*οἷα χρὴ*—), X, 56 (*ταῦτα χρὴ*—), XIV, 56 (*οὔτε πρᾶτος*—), in thesi pedis secundi id. XXV, 81 (*ᾔδει*

λανὸν ἔπι θρώσκεις; ὥς τοι ποσὶ νισσομένοιο
πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει."
τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην· „Λυκίδα φίλε, φαντί τυ πάντες
εἶμεν συριγκτὰν μέγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν

δ', ᾧ τε χρὴ—), XVII, 75 γεινόμενον τὰ πρῶτα), in thesi pedis tertii X, 44 (— τὰ δράγματα), II, 53 (— τὸ κράσπεδον), XX, 19 (τὸ κρήγυον), in thesi pedis quarti X, 29 (— τὰ πρῶτα). Vide et Wordsw. ad Theocr. VIII, 51 et Meinek. p. 365, qui cur p. 479 in pede *quarto* tale genus positionis inveniri neget, non intelligo. Productionis similis in arsi adhibitae Wordsworthius l. l. haec exempla collegit: id. II, 70. V, 11. V, 42. V, 69. V, 90. V. 132. VII, 5. VII, 11. VII, 101. VII, 108. XV, 85. XV, 86. XVII, 11.

25. λανὸν κτλ.] *an ad vindemiam properas?* Pro λανὸν ἐπιθρώσκεις (codd. et edd. usque ad Ziegl. Am. Mein. I. II. Pal. — excepto Call., ubi ἐπιθρώσκοις exaratum est —) emendationem Ahr. I. II. Mein. III. λανὸν ἔπι θρώσκεις recepi. Idem legit auctor scholii p. 247, 2 Ahr. Cf. et Ahr. tom. II p. 517. De verbo θρώσκειν compara Soph. Trach. 58 ἐγγὺς δ' ὅδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρώσκει δόμους („θρώσκει vom hastigen Gange" Schneidew.). — τοι] Recte hunc dativum cum verbo ἀείδει coniungendum e codd. k. a. cet. (Ahr. p. 54). edd. Med. Lov. marg. Camer. al. pro τευ vel τεῦ (codd. 6 cet. edd. Call. Steph. Heins. Mein. I. II. III. Ziegl. Pal. cf. adn. ad VIII, 82) vel τι (edd. Ald. Iunt.) Ameis. Ahr. I. II. Hartung. scripserunt. Cum genetivo absoluto νισσομένοιο cf. Theocr. XXV, 67. Odyss. VI, 157. Odyss. IX, 255—256. Iliad. I, 430 et Faes. ad Odyss. IV, 646 ἤ σε βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρα νῆα μέλαιναν. Vide etiam Ameis. praef. p. VIII, 5.

26. ἀρβυλ.] *allidens ad „caligulas"*. Cf. adn. ad id. I, 9 p. 16. Anthol. Plan. 253, 1 Ἄρτεμι, ποῦ σοι τόξα — ποῦ δὲ Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων; — ἀείδει] — omnis nunc tibi petra *sonat* laxis offensa cothurnis. Philet. For such your speed, the pebbles on the ground, dash'd by your clogs, at every step resound." Fawk. Miram illam suavitatem verbi ἀείδει, de qua loquitur Wuestem. p. 115, Eustathius perspexit ad Iliad. X, 189 p. 746, 3 αἱ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀείδουσαι λίθοι ἐν τῷ „προσπαίειν ἀρβύλαις" βουκολικὴν ἔχουσιν ἀφέλειαν. Quamquam idem Eustathius ad Iliad. XXI, 261 p. 1236, 4 haec scripsit: Θεόκριτος δὲ θρασέως ἔφη τὸ „πᾶσα λίθος ἀείδει."

27. ἀμείφθην] De hac aoristi forma, qua primus Pindarus videtur esse usus — nam Homerus (cf. adn. ad id. VIII, 8) ἠμείβετο dicit vel ἠμείψατο (Iliad. XXIII, 542) —, et quam ne Xenophon quidem, Anab. II, 5, 15, sprevit, vide Leop. Schmidt *de vit. Pind.* p. 293.

28. εἶμεν] *esse te* re vera *„fistulatorem"* (Cic. de Or. III, 61) optimum. Non sine causa verbo εἶμεν primam poeta in versu sedem assignavit. Edidi autem e coniectura, et ab Ahr. I. et ab Hartungio capta εἶμεν pro ἔμμεν, quod ex plerisque codd. et ex edd. prr. Mein. I. Ahr. II. al. exhibuerunt. Nam quod primus scripsit Boiss. 1823 et 1838 iteravit, cui obsequuntur Mein. II. III. Ziegl. Ameis. Pal., συρικτὰν ἔμεναι, olim ab Kiesslingio postea etiam ab Hermanno, Opusc. V p. 80, propterea commendatum, quod in codd. a. D. ἔμμεναι συρ — lectio var. inventa sit, hoc ferri propterea nequit, quia nusquam forma ἔμεναι apud

ἔν τ᾽ ἀμητήρεσσι. τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει
ἁμέτερον· καίτοι κατ᾽ ἐμὸν νόον ἰσοφαρίζειν
ἔλπομαι. ἁ δ᾽ ὁδὸς ἅδε Θαλυσιάς· ἦ γὰρ ἑταῖροι

Theocritum invenitur, ut nihil dicam de medicina audacula transponendis e verbis salutem petente. Nihil huc facit carmen epicum Theocr. XXV v. 116, ubi saltem *ἔμεν* legimus. Praeterea e coni. scripsi *συριγκτάν* pro *συρικτάν*: vide adn. ad id. VIII, 9. — *μέγ᾽*] Similis est usus Homeri, Iliad. II, 82, *νῦν δ᾽ ἴδεν ὃς μέγ᾽ ἄριστος Ἀχαιῶν εὔχεται εἶναι*, cui plane respondet Theocr. VII, 100. Eur. Alc. 742 *ὦ γενναία καὶ μέγ᾽ ἀρίστη*. Cf. Theocr. VII, 45. V, 35. V, 82. V, 134. V, 142. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 246, Iacobs. adn. ad Ael. Hist. an. pag. 62.

29—31. *θυμὸν ἰαίνει*] Locutio est Homerica. Cf. Odyss. XV, 379. Odyss. IV, 549. Mosch. II, 72. — ,,Gaudet autem fistulatorem, uti fama erat, optimum, adesse, quocum certare possit, ipse, ut putabatur, optimus. Modestius vero loquens dicit, spem sibi esse, fore, ut alteri haud cedat. — V. 31 per modestiam quandam sermonis *ἔλπομαι* infertur post *κατ᾽ ἐμὸν νόον*. Similia ex Platone exempla attulit Stallbaum. ad Phaed. p. 60, C. et ad Protagor. p. 113 [ed. 1828 = Prot. p. 341, D]. Ita post *οἶμαι* positum est *δοκῶ* Eurip. Alcest. 581 [ed. Monk. = 565 Nauck.]. Vide Heind. ad Platon. T. IV p. 306 [= Soph. p. 225, D].'' Wuestem. Cf. etiam Theocr. VII, 39. Ceterum ne hoc quidem temere factum, quod pyrrhichium efficientes formae *νόος* et *νόον* ubique, excepto id. XVII, 43, a Theocrito ad parandam caesuram bucolicam in versu hex. sunt adhibitae: I, 37. VII, 39. XXV, 67. [XXI, 32.] Mosch. II, 78. IV, 44. Nihil huc facit Theocr. XXVII, 22. Post caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον* hoc verbum posuit Mosch. I, 15. II, 106: cf. Theocr. XXV, 62. Graviores formas contractas idem in extremo versu bis posuit XI, 74. XIV, 21.

30. *καίτοι κτλ.*] *quamquam me parem* tibi *esse spero*. Pro *καί τοι* e coni. scripsi *καίτοι*, quam necessariam esse emendationem pridem senserunt Vinsem. (*etsi*), Kiesslingius (*quamquam*), Gailius 1792 (*cependant*, si j'ose m'en croire, en moi tu vois un rival). Cf. etiam Gersdorf. *repert.* 1858 p. 144. Nam absolute dicitur *ἰσοφαρίζειν*, id quod lexici Passov. editores recte statuerunt, non aliter atque *aequiparandi* verbum usurpavit Ennius apud Cic. Tusc. V, 17, 49 (coll. Klotz. app. p. 191): a sole exoriente supra Maeotis paludes nemo est qui factis *aequiparare* queat. Ducas quidem p. 109 voc. *τοι* pro particula habet asserverante: *καί τοι οὐδ᾽ ἐγώ*, inquit, *τὰ δεύτερ᾽ ἂν ἔχοιμι*. In eandem inclinare sententiam videtur Hermannus, *annal.* Vindob. 1848 p. 214. Sed nec haec explicatio apta est, neque illa Ameisii al., qui *τοι* pronominis dativum (*tibi*) interpretantur. Misere enim ita hiat oratio. — *κατ᾽ ἐμ. ν.*] ,,meo quidem animo'' (Cic. de Inv. I, 45), ,,quemadmodum nostra fert opinio'' (Ibid. I, 5, 7), ,,si bene me novi'' (Horat. Sat. I, 9, 22 coll. Epist. I, 18, 1). Vide Ameis., *adn.* p. 44. Non reformidavit Theocritus huius dictionis repetitionem brevi infra (v. 39) semet ipsam rursus desiderantis.

31. *ἔλπομαι*] Primus est huius versus dactylus voc. *ἔλπομαι* perinde atque Iliad. VIII, 199. VIII, 353. XVII, 239, quod vocabulum semel dactylum quintum Homerus esse voluit, Iliad. XIII, 309. In medio versu bis est *ἔλπομ᾽*, Iliad. XV, 110. XVIII, 194. — *Θαλυσιάς*]

ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι
ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
ἀλλ' ἄγε δή — ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ᾠδά —

Der Weg ist ein Aerndteweih*weg*. Hart. — Cic. Brut. LXXIII, 256 *castellani triumphi* h. e. ob castellum captum habiti triumphi Athen. III p. 114 A. ἄρτος Θαργήλιος, ὃν τινες καλοῦσι Θαλύσιον. Forma in —άς exeunte Nonnus quoque utitur, Dion. XII, 103 (Θαλυσιὰς κούρη). Simillima est forma voc. Καρνειάς apud Callim., hymn. in Apoll. 87: εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι. Cf. adn. ad Theocr. I, 40 (λεπράς). — ἦ γάρ] Quod in adn. ad Theocr. VI, 29—30 de vocabulis καὶ γὰρ diximus, id valet etiam de hac complexione verborum, de qua cf. Klotz. ad Dev. II p. 642. Novam enim ab his verbis sententiam Theocritus non inchoat nisi aut in principio versus (id. II, 155. I, 130. XXII, 207) aut in pede quinto (id. I, 16. VI, 18. VII, 96. XXV, 124). Cf. et id. XII, 17 et XVI, 82. — ἑταῖροι] Displicuit hoc Piersono et Valckenario II., qui ἄριστοι vel ἀγανοί malle se adscribit. At cf. e. gr. Xen. Cyrop. II, 2, 10 οἵους ἄρα ἡμεῖς ἔχομεν ἄνδρας ἑταίρους. Plat. Phaed. p. 117, C. οἵου ἀνδρὸς ἑταίρου ἐστερημένος εἴην. Vide etiam id. X, 9.

32. εὐπέπλῳ] Epicum habes voc. notum ex Odyss. XXI, 160. VI, 49. Iliad. VI, 372. Cf. et Odyss. XII, 375. (Λαμπετίη τανύπεπλος). Iliad. XVIII, 385. 424. De re vide O. Muelleri *hist. arch.* p. 532.

33. ὄλβω ἀπ.] *frugum primitias offerentes*. Eadem est constructio Herod. III, 24 πάντων ἀπαρχόμενοι. Herod. IV, 61 τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος. Eur. Electr. 91 al. — Burch. comparat Odyss. I, 140. Hesiod. ἔργ. 366 (παρεόντος ἑλέσθαι). 476 (βιότου αἱρεύμενον). Vide et Theocr. XXV, 188. — πίονι] Cf. Theocr. XVII, 106. VII, 143. Hor. Epist. II, 1, 267 *pingui* munere donatus.

34. εὔκριθον] ἀπὸ μέρους, τῆς κριθῆς, τὴν εὔκαρπον παρεδήλωσεν. Schol. Potest tamen quadamtenus conferri versus a Mabl. aliisque allatus ex Anth. Pal. VI, 258, 5: σὺ δὲ [Δάματερ] Κρήθωνος ἄρουραν πᾶν ἔτος εὔκριθον καὶ πολύπυρον ἄγοις. Ceterum vide Preller. *myth.* I p. 599 ed. 1860.

35. ᾠδά] Recte Bindemannus: uns verbindet der Weg, uns verbindet die Muse. Pro ἀώς, quod propinant codices et edd., edidi ᾠδά e coniectura capta a Valckenario p. 81 libri, cuius hic titulus est: *Hectoris interitus, carmen Homeri, sive Iliadis liber XXII, cum scholiis Porphyrii et aliorum*, *Leovardiae* 1747, 8. Nam ἀώς, quod vulgatur, sive *dies* sive *Aurora* vertitur, non perspicuam habet sententiam propter voculam καὶ additam: sensus esset quidam, si δέ τε diceretur, non δὲ καί, velut Apollon. Rhod. III, 173 ξυνὴ γὰρ χρειώ, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασιν πᾶσιν ὁμῶς. Cf. Theocr. I, 74. *Auroram* igitur (communis est nobis haec, quae hanc diem evocavit, Aurora) ἀώς interpretari nunc dubito, quamquam Ovidius dixit, Fast. I, 46: non habet officii *Lucifer* omnis idem. *Diem* vertere solent plerique inde a Philetico, cuius hic versus est: „cantemus: communis enim stat semita nobis communisque dies." Cunichius: „verum age, quando eadem lux et via ducit utrumque." Aliis quidem locis *diem* in universum more poetarum posteriorum (vide Gesner. ad

βουκολιασδώμεσθα· τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ.
καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, κἠμὲ λέγοντι
πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής,

Orph. Arg. 652) vocabulo ἠώς a Theocrito significari quum ex id. XVII, 59 apparet, tum ex versu primo id. XII, comparando illo cum Bion. III, 18 χά νὺξ ἀνθρώποισιν ἴσα καὶ ὁμοίιος ἀώς. Similiter Verg. Georg. I, 208: libra die somnique pares ubi fecerit horas. Pallantida diem appellat Ovid. Fast. VI, 567. Nam alia ratio est versuum Homericorum, de quibus Nitzschius ad Odyss. II, 434 p. 126 accurate disputavit. — Cum repetito vocabulo ξυνὸς cf. Iliad. I, 336 (ἀλλὰ φίλοι, ξυνὸς γὰρ ἐς Ἑλλάδα νόστος ὀπίσσω, ξυναὶ δ' ἄμμι κέλευθοι) et adn. ad id. IX, 17. Non posse ferri ἀώς vidit etiam Kreusslerus meus, *obss. Theocr.* II p. 6. Nullius ponderis est, ob quod lectionem vulgatam vituperat *Piccolos, suppl. de l'Anthol.* p. 298: *d'après le réçit du poëte* (v. 21) *il était déjà midi.*

36. βουκολ.] Vide arg. ad id. V p. 154 et huius id. v. 48. — ἄλλον] Vide adn. ad id. VI, 46. Apollon. Rhod. I, 250 ἄλλη δ' εἰς ἑτέρην ὀλοφύρετο δακρυχέουσα. Ibid. IV, 141 ἄλλη δ' αἶψ' ἑτέρῃ ἐπιτέλλεται. — ὀνασεῖ] commune commodum mutuo cantu gubernabitur. Namque „comes facundus in via pro vehiculo est" (Publ. Syr. 124). Nostri homines: „gut Gespräch kürzt den Weg." Ita Vergilius quoque verba cepit, Ecl. IX, 64: „cantantes licet usque — *minus via laedit* — eamus." Wuestemannus haec verba ita ceperat: „fortasse alter ab altero aliquid discat." Quam interpretationem refellit Ameisius, *adn.* p. 45.

37—40. καὶ γὰρ ἐγὼ κτλ.] Eleganter Io. Floderus, *obss. in Theocriteam Verg. imitat.* (in Stoschii Mus. crit. I, 3, Lemg. 1775 p. 384) de his verbis egit eaque et proxima suo more Vergilium ostendit transsumpsisse in Ecl. IX, 32 sqq. — „et me fecere poetam Pierides, sunt et mihi carmina, me quoque dicunt vatem pastores: sed non ego credulus illis. Nam neque *adhuc* (v. 39) Vario videor neque dicere Cinna digna, sed argutos inter strepere anser olores."

37. καπυρὸν στόμα] *nam ego quoque sum Musarum os argutum.* „Argutum" dico propter Verg. Ecl. IX, 36, ubi resonare Theocriteum καπυρόν videtur, coll. Naev. apud Non. p. 9, 24 (argutae linguae), Hor. Od. III, 14, 21. Long. Past. II, 5 p. 38 Sch. καπυρὸν γελάσας. „Ma voix, ainsi que la tienne, sert d'organe aux Muses", vertit Chabanon. Vide proecd. p. 106. Anth. Pal. VII, 4, 1 ἐνθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον — τύμβος ἔχει. Ibid. VII, 75 Στασίχορον, ζαπληθὲς ἀμετρήτου στόμα Μούσης, ἐκτέρισεν. Ibid. VII, 411, 6 de Aeschylo —: ὦ στόμα πάντων δεξιόν, ἀρχαίων ἦσθά τις ἡμιθέων. Cic. Orat. XIX, 62 Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. Quintil. X, 1, 33. M. Tullius Xenophontis *ore* Musas locutas existimat. Hinc falsam esse huius versus interpretationem in Lex. Passov. s. v. καπυρός, simulque nihil esse causae intelligitur, cur voc. ἐγὼ (ἐγὼν Ahr. II. e. coni. Brunckii) mutetur in ἐμοὶ, id quod nuper voluit Pal., similiter atque Eob. Hess. versu Latino scripsit „et mihi blandiloquum dedit os in carmina Musa", ne morer in Reiskio, qui καὶ γὰρ ἔχω 'κ Μοισᾶν κ. στ. coniectavit. — Meinekius, *vindic. Arist.* p. 59 statuit, in versu Arist. Eqq. 539 (ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος) στόμα κράμβον non esse diversum a Theocriteo στόμα καπυρόν.

38. ταχυπ.] „*credulus*" dicitur a

οὐ Δᾶν· οὐ γάρ πω κατ' ἐμὸν νόον οὔτε τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω οὔτε Φιλητᾶν
ἀείδων, βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω."

Verg. l. l. Sed vitium iniuria imputat Vergilio, qui eum *τις* pro *τοῖς* accepisse et hac de causa ,,sed non ego credulus *illis*" scripsisse existimat. Ceterum compara id. II, 138. Imitatio est Agath. in Anth. Pal. V, 287, 7 *ἐγὼ δέ τις ὡς βραδυπειθὴς ὄμματι θρυπτομένῳ συγκατένευσα μόνον.*

39. *οὐ Δᾶν*] Cf. ad id. IV, 17. — *οὐ γάρ πω*] *nondum* enim — ,,neque . . *adhuc*" Verg. adn. ad v. 37—40. Ita recte Hart. et Kiessl. (Vins. vertit *non*, alii *nequaquam*). Iuvenem Theocritum loqui, ex voc. *οὐ* — *πω* colligitur.

40. *Σικελίδαν κτλ.*] *Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν Σάμιον τὸν ἐπιγράμματα γράψαντα, οὗ δοκεῖ ἀκουστὴς γεγονέναι ὁ Θεόκριτος.* Schol. Ahr. p. 251, 9. Sicelidae nomine Asclepiades Samius commemoratur etiam a Meleagro, Anthol. Pal. IV, 1, 46 (*Σικελίδεώ τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα*) et ab Hedylo Athenaei XI p. 473, B (*Σικελίδου παίζει πουλὺ μελιχρότερον*). Mein. I. — *οὔτε*] Hoc retinui cum Mein. I. II. III. Ziegl. Pal. Am. Ahr. I. Hartung. al. — Ameisius quidem in *ephem. gymn.* 1842 p. 202 praetulit *οὐδὲ* (quod idem etiam v. 39 e cod. p.² restituendum putavit), scriptum illud in codd. k. w. p. Cfr. Ahr. II p. 55 qui et ipse *οὐδὲ* recepit. — *Φιλητᾶν*] Vide *arg.* p. 196. Quintil. X, 1, 58: elegiae princeps habetur Callimachus: secundas confessione plurimorum Philetas occupavit, Stat. Silv. I, 2, 252: hunc ipse, choro plaudente, Philetas Callimachusque senex Umbroque Propertius antro ambissent laudare diem. Strab. XIV, 2, 19 p. 657 *τῶν ἐνδόξων Κῴων ἐστὶ Φιλητᾶς ποιητὴς ἅμα καὶ κριτικός.* Longum, p. 35 Schaef., Theocrito debere existimo Philetam suum pastorem, *ὃς πολλὰ μὲν ταῖς Νύμφαις ᾖσε, πολλὰ δὲ τῷ Πανὶ ἐσύρισε, βοῶν δὲ πολλῆς ἀγέλης ἡγήσατο μόνῃ μουσικῇ.* Ex nostro loco coll. Mosch. III, 99 (*spur.*) *θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς* manavit versus Stigelii, *Daphn.* p. 5: teque tuosque canam, nec me vel Musa Philetae vel veteris Moschi vel nostri vicerit Hessi.

41. *ἀείδων*] Semel apud Homerum, Odyss. XVII, 519, in prima versus arsi (*ἀείδῃ δεδαὼς* —) longa est prima syllaba huius verbi: longa eadem Theocritus praeter hunc locum utitur in arsi pedis quinti id. XVI, 3. XVI, 4. XXIV, 75: contra ubique brevis est haec syllaba in thesi, et quidem in exitu horum versuum Theocriteorum: id. I, 19. I, 23. I, 61. III, 52. VI, 4. VI, 20. VII, 26. VII, 100. VIII, 4. 6. 7. 61. 71. X, 56. XI, 13. XI, 39. XV, 96. XXII, 25. 26. 135. XXIV, 63. Epigr. V, 1: bis ante caesuram id. VIII, 29. 81, semel post caesuram, id. XVII, 115. Huc accedit Epigr. XIX, 6. Augmenti vim agnoscimus id. VII, 141. IX, 29. XI, 18. XVIII, 7, id quod dico propter Poehlmannum, *de augm. temp. epic.* (Tils. 1858) p. 9. Nam id. VIII, 30 vitium manifestum sustulimus. — *βάτραχος*] Mosch. III, 107 *καὶ σὺ μὲν οὖν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ, ταῖς Νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν. τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.* — *ἀκρ.*] Cf. adn. ad v. 139. — *ὥς τις*] Cf. id. VII. v. 76. XII, 9. Aesch. Ag. 288 *ὥς τις ἥλιος.* Soph. Ai. 8 *εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.* Soph. Elect. 107 *τεκνολέτειρ' ὥς τις ἀηδών.* Lucian. Icaro-

ὣς ἐφάμαν ἐπίταδες· ὁ δ' αἰπόλος ἁδὺ γελάσσας
„τάν τοι“ ἔφα „κορύναν δωρύττομαι, οὕνεκεν ἐσσί
πᾶν ἐπ' ἀληθείᾳ τι κεκασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.
ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅστις ἐρευνῇ
ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Εὐρυμέδοντος,

men. 13 de Empedocle: *ἐφίσταται ἀνθρακίας τις ἰδεῖν καὶ σποδοῦ πλέως.* Soph. Oed. Col. 1240 *βόρειος ὥς τις ἀκτά.* — *ἐρίσδω*] Similiter Lucr. III, 6: quid enim contendat hirundo cycnis? — Quod est in cod. M. *ἐρίσδων* et ibi *συνᾴδων ἐκείνοις* explicatur, id neminem lectioni reliquorum codd., *ἐρίσδω*, praelaturum existimo, quum praesertim antea positum sit participium *ἀείδων.*

43. *τάν τοι κτλ.*] *hoc meum* (haec est vis articuli: cf. adn. ad id. II, 64), quod manu gesto *pedum tibi dono.* Verg. Ecl. V, 88 at tu sume pedum. Cf. Theocr. IX, 23. VII, 125. — *κορύναν*] Media syllaba brevi hoc voc. dicitur v. 19 et id. IX, 23 more Homerico (Iliad. VII, 141. 143 coll. Iliad. VII, 138 et VII, 9), eadem syllaba longa id. XXV, 63 ad consuetudinem Atticorum poetarumque recentiorum: cf. Eurip. Suppl. 715 *δεινῆς κορύνης διαφέρων ἐσφενδόνα.* Nic. Alex. 409 *δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσασα κορύνην.*

44. *πᾶν κτλ.*] *quia es germen* (cf. id. XXVIII, 7) *propter insitam Iovis numine* (cf. adn. ad id. XXVI, 31) *veritatem plane insigne atque excellens.* Verg. Ecl. IV, 49: magnum *Iovis incrementum.* Meinekium et Hartungium secutus e coni. *τι κεκασμένον* scripsi pro *πεπλασμένον* (codd. k. cet. edd. prr. Ahr. I. II. al.) maxime propterea, quia — omisso illo *τι* — in cod. p. *κεκασμένος* „sequente puncto“, ut ait Ahr. (hoc est *κεκασμένος. ἐκ*) atque in cod. Q. *πεπλασμένος* supra scripto *κεκασμένος* legitur. Accedit auctoritas, ut ita dicam, Homeri, Iliad. XX, 35: *Ἑρμείας, ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκαστο.* Cf. Iliad. XX, 535. Pind. Ol. I, 27. Lectio vulg. *πεπλασμένον* haberet similitudinem id. XIII, 14 (*πεπον.*) Similis est locus Cic. pro Mur. XXIX, 60. Roeperus in Schneidew. et Leutschii *Philol.* XVIII p. 191 coni. *κεκλασμένον.* Quod idem homo doctus de vocabulorum *ἐπ' ἀληθείᾳ* notione adverbiali scribit, hoc pridem visum fuerat Bindemanno. Vide et Meinek. *vindic. Arist.* p. 217. — *ἀληθείᾳ*] Pind. Ol. X, 4 *Ἀλάθεια θυγάτηρ Διός.* Vel haec verba Pindari, ut alia omittam, ostendunt *Iovis* commemorationem nihil nos cogere ut hunc, qui loquens introducitur, Lycidan pro Arato habeamus, id quod Bergkius, *ind. lectt. Hal. Vit.* 1861 p. VI propterea existimat, quia — ut Bergkii ipsius verbis utar — „Aratus in prooemio phaenomenon secundum Stoicorum placita — fuit enim, quum Athenis versaretur, Zenonis et Persaei auditor Aratus, et integrum hemistichium Cleanthis *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν* coll. Act. XVII, 28 in carminis sui proœmium transtulit: cf. Bergk. l. l. p. IV — quia, inquam, secundum Stoicorum placita Iovis numen, unde hominum quoque genus originem duxerit, eximie celebraverat nec poterat illustri magis praeconio quam illo — *ἐκ Διὸς ἔρνος* Theocritum sibi amicissimum ornare.“ — *ἔρνος*] Cf. Theocr. XXV, 185.

45. *ὥς*] Recte Vins. Wordsw. al. *nam* verterunt, falso Wuestem. *ita uti.* Cf. adn. ad id. II, 3. Voci *καὶ* respondet *καὶ* v. 47.

46. *ἶσον κτλ.*] molem propinquam nubibus arduis, ut dicit Hor. Od. III, 29,

καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδόν
ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

10. — Verg. Aen. II, 15 *instar montis* equum —. — εὐρυμέδοντος] montis *late ac longe patentis*. Ita ab Empedocle, v. 380 Sturz., *αἰθὴρ εὐρυμέδων* dicitur, Hor. Epist. I, 11, 26: „locus effusi late maris arbiter", Pind. Nem. II, 19 *Παρνασὸς ὑψιμέδων*. Haec quidem ratio mihi videtur simplicior quam illa, quam ipse diu amplexus sum. Nimirum si scriberetur *Εὐρυμέδοντος*, nomine hoc proprio rex „*late tyrannus*" (Hor. Od. III, 17, 9 coll. Verg. Aen. I, 21) significaretur Ptolemaeus, de cuius potentia Theocr. XVII, 76 multus est, atque ita tangeretur certum quoddam ingens aedificium iussu Ptolemaei a nescio quo architecto exstruendum. Quippe Neptunus a Pindaro, Ol. VIII, 31 *εὐρυμέδων Ποσειδᾶν* nuncupatur. Nunc vero auctor mihi fuit Ahr. II. (qui tamen praef. ed. min. 1856 p. V minus commode explicat *montem late dominantem*, i. e. *late prospectantem, altum*), ut littera minuscula scriberem *εὐρυμέδοντος*, id quod praebent codd. a. cet. (Ahr. p. 56). In reliquis codd. traditur *Ὠρομέδοντος*, quod tenent edd. prr. Mein. I. II. III. Ahr. I. al. Unus cod. s. habet *ὠρομέδοντι*. Hermannus l. l. p. 80 *Ὠρομέδοντος* explicat *domum Oromedonteam* (id quod Graece aliter dicendum erat) et Oromedonta interpretatus regem illum Gigantum, qui ab Homero quidem, Odyss. VII, 58, *Eurymedon*, sed a Propertio, IV, 9, 48, *Oromedon* appellatur. *Εὐρυμέδοντα* scripserat Wuestemannus adductus disputatione Huschkii, l. p. 198 l. p. 334. De scholiastarum opinionibus diversis vide Ahr. tom. II p. 253 et p. 518. Eurymedon ille epigrammatum Theocr. XIV et XV nihil huc pertinere videtur. Alexandrum M. Eurymedontis nomine sugillari, ne ipse quidem, qui hoc dixit, Huschkius credidisse videtur.

47. *Μοισᾶν ὄρνιχες*] Phileticus ita vertit: „*odi* Musarum volucres stultosque poetas, qui gravibus vatis late resonantis Homeri carminibus miseros versus aequare laborant." Cum *cycno* Horatius, Od. IV, 2, 25, Pindarum comparat: a Callimacho cycni ipsi (hymn. in Del. 252) vocantur *Μουσάων ὄρνιχες, ἀοιδότατοι πετεηνῶν* (cf. Meinek. ad Callim. p. 201): a Theocrito vero *galli gallinacei* iocose appellantur *poetae* quidam. Vide adn. ad v. 48. — *Χῖον*] Cf. Theocr. XXII, 218.

48. *ἀντία κοκκ.*] *ἀπ' ἐναντίας ᾄδοντες, ἀντὶ τοῦ ἐρίζοντες, μάταια μοχθοῦσι* Schol. De voc. *ἀντία* cf. Theocr. XVII, 20. — Cic. Brut. XV, 48 *latrant* iam quidam oratores, non loquuntur. — Gallos gallinaceos vocabulo *ὄρνιχες* v. 47, perinde atque id. XXIV, 63, significari participium *κοκκύζοντες* declarat, quod egregie vertit Banks. *crowing*, propriae translataeque significationis data optione. Acerbitatem verborum senties, ubi memineris v. 37, quod ipse de se poeta dixit, *Μοισᾶν κ. στόμα*. Ceterum cf. proecd. p. 107. Aesch. Suppl. 212 de Apolline: *καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε* (Keck. ad. Aesch. Ag. p. 420). Eurip. Palam. frg. 8. *ἐκάνετε τὰν πάνσοφον ἀηδόνα Μουσᾶν*. Hor. Od. I, 6, 2 Maeonii carminis *alite*. Notari ac vellicari poetas aequales, e. gr. Apollonium Rhodium (cf. adn. ad v. 18) vel Callimachum, exposui *de poet. buc.* p. 5. Cf. et Gerhard. *lectt. Apoll.* p. 5. Nondum assentior Bergkio, ind. lectt. Hal. Vit. 1861 p. VI, referenti haec ad Antagoram Rhodium, „qui una cum Arato Antigoni hospitio utebatur et epicam poesin fere exstinctam resuscitare audebat." — *ἐτώ-*

ἀλλ' ἄγε βουκολικᾶς ταχέως ἀρχώμεθ' ἀοιδᾶς,
Σιμιχίδα· κἠγὼ μὲν — ὅρη φίλος εἴ τί κ' ἀρέσκοι
τοῦθ' ὅτι πρᾶν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα."
„Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς Μυτιλήναν,

σια μοχθ.] Cf. id. I, 38. Ceterum litteratius loquitur Lycidas, quam a caprario, quem „deductum dicere carmen oportet" (Verg. Ecl. VI, 5), expectes. Vide arg p. 196 et Moerik. p. 8—9.

49. βουκολικᾶς] Et vocabulorum βουκολικᾶς atque ἀοιδᾶς collocatione et usu verbi ἄρχεσθαι id. I versus 64, 70 cet. in memoriam revocantur. Vide et Gebauer. adi. p. 57.

50. κἠγὼ μὲν —] scil. ἄρξομαι. Ita recte Boiss. et Ameis. in Iahnii ann. 1845, XLV p. 227. Contorta est scholiastarum illa interpretatio: ἄλλως ἀρξάμενος ἄλλως ἀποδίδωσιν ἀπὸ μεταμελείας [quia hoc, quod enunciat ὅρη εἰ—, urbanius est quam ἄρχομαι atque modestius]. εἰ γὰρ κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἀρχῆς ἀπεδίδου, εἶχεν ἂν ὁ λόγος οὕτως· „ὦ Σιμιχίδα, καὶ ἐγὼ μὲν ᾄσω τὸ μελύδριον, ὃ πρὸ ὀλίγου ἐν τῷ ὄρει εἰργασάμην. σὺ δὲ ὅρα εἴ σοι τοῦτο ἀρέσκει." De aposiopesi cf. id. I, 105 p. 50. Plat. Apol. p. 38, B. — ὅρη φίλος] „Et tu quale meum sit carmen, amice, videbis" (*videto* rectius dixisset) Philet. Cf. id. I, 149 et Gebauer. 1861 p. 29. Pro verbis ἐν ὄρει Eustathium in suo Theocrito repperisse ὥρῃ scribit Mein. p. 252. Namque Eustathius ad Iliad. I, 406 p. 125, 18, ubi de sonorum similitudine (ὑπέδδεισαν — ἔδησαι Iliad. l. l.) disputavit, haec adiicit: — τοιοῦτον καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ ὅρη φίλε, ὃ μελύδριον ὥρῃ ἐξεπόνησα, τουτέστιν ὅρα τὸ μέλος, ὃ καθ' ὥραν ἐπονήσαμεν. Rectius Reiskius, *animadv.* p. 189, Eustathium deceptum memoria haec attulisse iudicavit. Neque enim legit pro ἐν ὄρει illud ὥρῃ, quod repugnat metro et ab Schwenckio l. arg. p. 198 laudato defensum esse satis mirabile est. Obversabatur Eustathio hic versus et, fallente memoria, finxit sibi tales hexametros ὅρη φίλε — Ὥρῃ ἐξεπόνησα, quasi versus novi initium. — εἴ τί κ' ἀρέσκοι] *si forte placeat.* Hoc e cod. w. in antiquum locum restitui pro εἴ τί κ' ἀρέσκει (cod. 23) vel εἴ τι ἀρέσκει (codd. p. cet. Ahr. p. 56) vel εἴ τοι ἀρέσκει (cod. k. cet. edd. prr. et rell.). In codd. a. L. Q. *sup.* ἀρέσκῃ legitur. Tu cf. v. 30 ἰσοφαρίζειν et Xen. Anab. IV, 8, 7. Krueger. gr. Gr. II § 54, 6.

51. τὸ μελύδριον] De traiectione quam vocant substantivi cf. Eurip. Hec. 770 πρὸς ἄνδρ' ὃς ἄρχει τῆσδε Πολυμήστωρ χθονός. Schaefer. ad Eur. Hec. 1030 ed. Porson. Vocabulum demin. μελύδριον, quod exstat etiam apud Arist., Eccles. 883, Theocrito est ἅπαξ εἰρημένον, placuit idem Bioni, VII, 2. Vide et Ahrens. d. Dor. p. 389. Quod autem πρᾶν dicitur, Valck. I. Vergilium contulit, Ecl. IX, 21: „vel quae sublegi tacitus tibi carmine *nuper.*" — ἐξεπόν.] Cic. Brut. VII, 26 a Graecis *elaborata est* dicendi vis et copia. Hor. Epod. XIV, 12.

52. Ἔσσεται] Iam orditur carmen Lycidas, eoque Ageanactem quendam, cuius ipse amore tenetur, Mytilenen proficiscentem votis pro felici reditu prosequitur. Puer haud dubie ille *Ageanax* fingitur: Bergkius (libri supra p. 196 laudati p. V) illum non diversum esse suspicatur ab *Hegesianacte*, eo qui Arati illustri exemplo excitatus Phaenomena scripsit. Hickius ad huius carminis exemplum odam Horationam „*sic te diva potens* —" factam esse sumpsit, probare

χῶταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις Νότος ὑγρὰ διώκῃ
κύματα, χὠρίων ὅτ' ἐπ' ὠκεανῷ πόδας ἴσχει,
αἴ κεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
ῥύηται· θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῶ με καταίθει.

non potuit. De tempore futuro (*ἔσσεται*) in principio versus collocato cf. adn. ad id. XXIII, 33. Ceterum voc. *Ἀγεάνακτι* in edd. Ald. Iunt. Cam. cet. recte spiritum lenem habet. Cf. Doriensium nomina propria a verbo *ἁγέομαι* (*ἡγέομαι*) derivata *Ἆγις, Ἀγησίλαος Ἀγησίας* (Pind. Ol. VI, 12), quibus Ahrensium (dial. Dor. p. 38) hoc quoque vocabulum addere debuisse Ameisius p. XI significavit. Sola ed. Med. habet *Ἁγεάνακτι*.

53. *ἐφ' ἑσπ. ἐρ.*] *Haedis* (*mane*, ineunte mense Octobri) *in occidentali coelo ad occasum conspicuis*. Vide proecdosin p. 107. Schuch. contulit Ovid. Met. XIV, 711: saevior illa freto surgente, cadentibus Haedis. — *ὑγρὰ*] Cf. Odyss. IV, 458 *ὑγρὸν ὕδωρ* (neque enim assentior Ameisio, *append.* ad Odyss. l. l. p. 53 ed. 1865). Eur. Iph. Aul. 948 *δι' ὑγρῶν κυμάτων*.

54. *χὠρίων*] *quum Orion supra oceanum gressum suum cohibet* (*ἴσχει*, cf. id. XXV, 221), h. e. *quum Orion* (*mane*, *mense Novembri*) *occidit*, tempestatesque navigantibus pericula maxima afferunt. Vide proecdosin p. 107 et Hor. Epod. X, 10. — Phileticus sic vertit: „*quum* — oceanoque pedes tingit nimbosus Orion" (cf. Verg. Aen. IV, 52). — Impedita est ratio Meinekii, qui virgula *post* vocabulum *χὠρίων* locata sic scripsit: *χῶταν — Νότος ὑγρὰ διώκῃ κύματα χὠρίων, ὅτ' ἐπ' ὠκεανῷ πόδας ἴσχει.* Sic enim procedere orationem: *ὅταν Νότος καὶ Ὠρίων, ὅτε ἐπ' ὠκεανῷ πόδας ἴσχει, ὑγρὰ διώκῃ κύματα.* At ita praepostere verba *ὅτ' ἐπ' ὠκ. κτλ.* essent adiecta. Neque quidquam probatur versu huius idyllii 132 (*χὠ καλὸς Ἀμύντιχος*). Vocabulum *κύματα*, cum antegressi versus verbis coniungendum, eodem iure in principio novi versus collocatur, quo e. gr. id. I, 49 *ἥμενος*, VII, 31 *ἔλπομαι*, ubi vide adn. Non aliter Homerus, Odyss. III, 299 *ἀτὰρ νῆάς γε ποτὶ σπιλάδεσσιν ἔαξαν κύματ', ἀτὰρ κτλ.* — *ὠκεανῷ*] De lect. var. vide adn. ad id. VII, 155. — *πόδας*] Verg. Aen. X, 763 quam magnus Orion, quum *pedes* incedit medii per maxima Nerei stagna viam scindens.

55. *τὸν Λυκίδαν*] „*hunc hominem*" (Hor. Sat. I, 9, 47) *me*, *Lycidan*. Cf. adn. ad. id. I, 103. Calpurn. III, 46 — hos tibi cantus dat *Lycidas*, quos nocte miser modulatur acerba. — *ὀπτεύμενον*] Cf. Theocr. XXIII, 34. Callimach. Epigr. XLIII, 5 Mein. *ὤπτηται μέγα δή τι*. Soph. fragm. 421, 3 Dind. *ἐκθάλπεται μὲν αὐτός, ἐξοπτᾷ δ' ἐμέ.* — „Verbo *ὀπτῆσαι* respondet Latinorum *torrere*, quod de amore usurpavit Prop. III, 23, 13 [IV, 24, 13]: correptus saevo *Veneris torrebar* aheno. Hor. Od. IV, 1, 12 si torrere iecur quaeris [*Venerem* alloquitur poeta] idoneum" Wuestem. Vide etiam Hor. Od. I, 27, 15 (*Venus* — *adurit ignibus*) et quae collegit Theod. Arnoldus, *stud. Gr. Hor.* p. I. Hal. Sax. 1855 p. 22. Ahr. II. ex ed. Call. scripsit *ὀπτώμενον* pro *ὀπτεύμενον* (codd. et edd. rell.).

56. *ῥύηται*] De coni. temporis praesentis cf. v. 106. Retinui *ῥύηται* e cod. optimae notae k. Nam productam in principio versus syllabam primam verbi *ῥύεσθαι* defendunt versus Homerici, Iliad. XV, 257 (*ῥύομ', ὅμως* —). XVI, 799 (*ῥύετ', Ἀχιλλῆος* —). Theocr.

χἁλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα τάν τε θάλασσαν
τόν τε Νότον τόν τ' Εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ,
ἁλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηίσι ταὶ τὰ μάλιστα

XXV, 25. Apoll. Rhod. I, 572. Simonid. epigr. 104 (161) Brgk. *ῥυόμενοι' χώραν ἄνδρες ἀρηιθόοι.* Apoll. Rhod. IV, 1073. Etiam Mein. II. Ameis. Ahr. I. *ῥύηται* ediderunt, at Mein. I. III. Ahr. II. Ziegl. Hart. Pal. al. *ῥύσηται,* quod est in reliquis codd. et edd. prr. — Pro *αὐτῶ* (vel *αὐτοῦ* codd. k. p.) Gail. 1788 e coniectura incredibili scripsit *Μελιτῶ* (*θερμὸς γὰρ ἔρως Μελιτῶ με καταίθει*) additis his verbis: *Μελιτῶ, fille d'Ageanax, que Lycidas voudroit épouser.* — καταίθει] Cf. id. II, 40. Verg. Ecl. II, 68 me tamen *urit* amor. Liv. I, 58, 2 al.

57. χἁλκυόνες] Alcyones nidum, ova pullosque in mari quattuordecim diebus facere putabantur hiberno tempore. Mare his diebus tranquillum esse traditur, quos dies nautae alcyonides sive alcyonios appellant. Vid. Aristot. Hist. an. VIII, 3. IX, 14. Aelian. Hist. an. IX, 17. Schol. ad Apollon. Rhod. I, 1086. Lucian. Alcyon. Tom. I p. 177. Reitz. (tom. I p. 51 Dind., tom. I p. 73 Iacob.) ibique interpp. Voss. ad Virgil. Georg. p. 174. Wuestem. Cf. et Stigel. l. l.: ,,Halcyone fatum melioris nunciat aurae, *Halcyone* [id quod repetitur iuxta atque v. 59] interpres fluctus non vana marini." — στορεσεῦντι] Hom. Od. III, 158. *ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον.* Apollon. Rhod. I, 1154. *ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ' εὔνασε πόντον.* Apud Sophocl., Ai. 674, *ἄημα πνευμάτων* dicitur *κοιμίζειν στένοντα πόντον,* quocum comparandus Horat. Od. I, 3, 16, ubi Notus freta ponere perhibetur. Wuestem. Cf. etiam Hor. Od. I, 12, 31 (ponto unda recumbit), Verg. Aen. X, 103 (tum Zephyri posuere, premit placida aequora pontus) et adn. ad id. II, 38 p. 86. — τε] Vide adn. ad Theocr. II, 77 et e. gr. Pind. Ol. IX, 66 *πόλιν ὤπασεν λαόν τε διαιτᾶν* atque quae plurima collegit Mommsen. *suppl. adn. cr.* ad Pind. Ol. XIV, 5 p. 192 sqq.

58. Νότον τόν τ' Εὖρ.] Cf. Iliad. II, 145 *τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε ὤρορ' ἐπαΐξας.* Verg. Aen. I, 85. — ἔσχατα] *algam infimam,* h. e. *eam, quae in imo haeret mari.* Ita recte Hick. aliique secuti schol. p. 257, 10. Cave ne apud animum informes algam longe in terram proiectam, deceptus Horat. Od. III, 17, 10 (alga *littus* inutili — tempestas sternet) vel Vergil. Aen. XI, 624 (extremamque sinu perfundit arenam). *Profundi* vim habes pariter in epigr. Phalaeci, Anth. Pal. XIII, 27, 4: *βίῃ Νότου πρήσαντος ἐσχάτην ἅλα.* Cf. Theocr. XVI, 52. Euri igitur h. l. vehementia tanta esse dicitur, ut *ex infimo* mari radicitus algam (cf. Grever. p. 62, quamquam ipse a vero aberravit) *evellat* ac proturbet. Nostram explicationem probabit, quicunque ipse vidit praecipitem Africum in pelago Aquilonibus decertantem viditque mare turgidum algam revera *excitans* ultimam, ut tandem ,,proiecta" (Verg. Ecl. VII, 42) sit alga in littore (Theocr. XI, 14). — In extremo v. 58 pro coli signo (Mein. Ahr. al.) cum Boiss. II. posui virgulam. Nam perinde atque id. XIII, 44 oratio procedit.

59. ταὶ] Hic est unicus locus, ubi Theocritus articulum vi relativa praeditum noluit esse primum enunciati vocabulum. Vide adn. ad id. XI, 16. Facilis mutatio esset *Νηρηίσιν, αἵ.* — Revocavi autem cum Reiskio, Brunckio, Ahr. II.,

ὀρνίχων ἐφιλάθεν, ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.
Ἀγεάνακτι πλόον διζημένῳ ἐς Μυτιλήναν
ὥρια πάντα γένοιτο, καὶ εὔπλοος ὅρμον ἵκοιτο.
κἠγὼ τῆνο κατ᾽ ἆμαρ ἀνήτινον ἢ ῥοδόεντα

τὰ μάλιστα, quod primus habet Call., commendavit Ameis., *art.* p. 10, tutatur quadamtenus cod. 6, ubi ταί τα scriptum est. Ahr. I. Mein. Hart. cet. ταί τε μάλιστα e reliquis codd. ediderunt. Verba τὰ μάλιστα etiam id. XV, 58 habentur. Nunquam videlicet Theocritus dixit τοίτε, ταίτε, τάτε cet. pro οἵτε, αἵτε (VII, 75, ubi vide adn.) cet., ne id. XXVI, 14 quidem, ubi τάτ᾽ Mein. III. edidit.

60. ἐφιλάθεν] Vergil., Georg. I, 399: *dilectae* Thetidi *alcyones.* De accentu verbi ἐφιλάθεν ex praecepto Callimachi (Ahr. tom. II p. 257, 19 et p. 520) posito vide ADD., de aoristo Theocr. XV, 100. — ὅσαις] Greverus p. 63 et Adertus, *Théocr.* p. 17, non commendassent coniecturam ὅσοις τέ περ, si memores adnotationis Mein. II. fuissent, ubi de particulis τέ περ vocabulo ὅσος adiectis disputatum est. Cf. et Mein. III p. 252, Apoll. Rhod. I, 84 (τόσσον ἑκὰς Κόλχων, ὅσσον τέ περ ἠελίοιο μεσσηγὺς δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ εἰσορόωνται) atque Odyss. III, 321 (ὅθεν τέ περ —) ibique Ameis. Vergilianam Theocriti imitationem (Georg. l. l.) cur Ahrensius in conspectu imitationum p. 57 non indicaverit, non intelligo, praesertim quum eam iam Ursinus, *Verg. coll.* p. 127, et Heynius ad Vergilium (conf. et Ribbeck. I p. 254) agnoverint. — ἐξ ἁλὸς] Cf. frg. Beren. 2.

61. Ἀγεάν.] Eiecit hunc versum libidinem suam ac licentiam pro lege habens Ahr. II., credo quod rationibus strophicis, quas ipse invenisse sibi visus est, sed quibus ego plane nihil tribuo, obstat versus. Falsas autem esse rationes Ahrensii coarguit versus ipse, quo remoto, quid sibi velit v. 62 (ὥρια πάντα κτλ.), non intelligitur. Similis repetitio est Tibull. II, 1, 46 coll. II, 1, 36. — πλόον] *navigandi opportunitatem.* Cf. Pflugk. ad Eur. Hec. 901: νῦν δ᾽, οὐ γὰρ ἵησ᾽ οὐρίας πνοὰς θεός, μένειν ἀνάγκη πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον. Theocr. VII, 52 et id. XXVIII, 5.

62. ὥρια] *secunda sint omnia.* Schol. codd. E. N. explicat εὔδιεινά. Cf. Theocr. XXII, 22 (εὔδια). Eur. Herc. fur. 95 γένοιτο . . οὔριος δρόμος ἐκ τῶν παρόντων τῶνδ᾽ ἐμοὶ καὶ σοὶ κακῶν. Soph. Ai. 1083 νόμιζε τὴν πόλιν ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν. Scribendum pro ὥρια (edd. et codd.) esse ὤρια, id quod schol. p. 258, 1 Ahr. testatur, vidit Mein. III., quem Hart. (non item Pal.) sequitur. — εὔπλοος] ad me, *feliciter peracta navigatione, redeat:* μετὰ εὐπλοίας. interpretatur schol. codd. M. P., εἴθε εὐπλοήσοι schol. cod. E. His interpretationibus, quae ducunt ad voc. εὔπλοος, munitur Schaeferi 1809 coniectura (εὔπλοος), quam pro lectione vulg. εὔπλοον, a Zieglero, Ameisio, Hermanno, opusc. V p. 61 defensa, praeeuntibus Ahr. I. II. Hart. recipere non dubitavi (vulgatam dico εὔπλοον, quia in codd. omnibus et in edd. prr. ceterisque usque ad Pal. exstat). Cf. Odyss. XIX, 85. IV, 806. XX, 333 νῦν δ᾽ ἤδη τόδε δῆλον, ὅτ᾽ οὐκέτι νόστιμός ἐστιν. Odyss. XX, 332 ὑπότροπος ἵκετο δῶμα. Theocr. II, 71 ἀγχίθυρος.

63. τῆνο] *quo die Ageanax ad me redierit.* Interpretationem a me procd. p. 108 in medium prolatam, ab Eberzio p. 237 me non nominato (id quod plus

ἢ καὶ λευκοίων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων
τὸν πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ

semel fecit) arreptam, nunc reiicio. Alia est ratio talium locorum, qualis e. gr. Tibull. II, 1, 21 (*tum* —). Haec me scribentem non fugiunt ea, quae Ameis., *adn.* p. 46, disputavit. — *ἀνήτινον*] Ita ex codd. p. cet. (Ahr. p. 57) edd. Med. Call. Boiss. I. II. Ziegl. Am. Mein. III. Ahr. I. II. scripserunt pro *ἀνήθινον* (cod. 9 *pr.* ed. Ald. Iunt. Lov. Steph. Mein. I. II. al.). Aeoles quoque in hac voce adspiratam non adhibuisse, vere Brunckius monuit. Vide Alc. frg. 29 Ahr. *ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραισιν περθέτω πλέκταις ὑποθύμιδάς τις.* Cf. et Ahrens. dial. Dor. p. 83. Non obstat nobis id. XV, 119. — *ἢ ῥοδόεντα*] Cf. adn. ad. id. XI, 10.

64. *φυλάσσων*] Cf. adn. ad id. III, 22 p. 126.

65. *τὸν*] Articulo id fere significatur, quod Hor., Epod. IX, 1, dicit *repostum* Caecubum *ad festos dies.* Cf. Ameis. *de art.* p. 47. — *πτελεατικὸν*] *vinum iulis seu ,,amentis*" (Linn.), quae *καισικάδια* nunc Graeci vocant, *ulmi conditum.* Idem nunc fit Cydoniae, pinus etiam iulis immixtis, ad saporem et aetatem vino conciliandam. Cf. et Plin. H. N. XIV, 21. 7. Pallad. XI, 14. Namque inest *ulmo* amaritudo, ob quam vermes quoque ligno eius parcunt. Hesiod. *ἔργ.* 435 (433) *δάφνης ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες.* Hinc Schol. p. 259, 3 *πτελεατικὸν* explicat *τὸν ὑγιείας καὶ ῥώμης παρασκευαστικόν*, ac vires medicae *Coi* vini laudatae: cf. Hor. Sat. II, 4, 29 ibique interpp. Similiter *οἶνος ἀκορίτης* dicebatur, vinum acoro calamo vitiatum: cf. Dioscor. V, 73. Nemo vero nunc Graecus ignorat *κρασὶ ῥετσινάτον.* Veteres iam dubitavisse de explicando nomine volutatosque esse in caligininibus, ex hac scholiorum farragine intelligitur. *Πτελέα τόπος ἐν Κῷ ἢ ἐν Ἀρκαδίᾳ· ἢ τὸν Θεσσαλικὸν οἶνον* [propter Pteleum: Strab. IX, 5, 9 p. 433. IX, 5, 14 p. 435]· *ἢ τὴν ὑγιείας καὶ ῥώμης παρασκευαστικόν· ἢ τὸν ἐν ἀναδενδράσι, παρόσον ταῖς παρακειμέναις πτελέαις ἐμπλέκονται· ἢ Ἐφέσιον· Πτελέα γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο* [cf. Plin. H. N. V, 31]· *ἢ τόπος ἐν αὐτῇ* [*Pteleon* vocatur a Plinio l. l.], *ἢ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ὅμηρος. ,,Πτελεὸν καὶ Ἕλος*" [Iliad. II, 594 coll. Strab. VIII, 3, 24 p. 349]. *ἢ τὸν ἀναδενδράδων, αἳ ταῖς πτελέαις ἐποχοῦνται. ἢ ἀπὸ* (*Πτελέας* cod. Lips.) *τόπου. ἔστι δὲ τόπος μέσον Ἐφέσου καὶ Μιλήτου.* Ego littera minuscula scripsi *πτελεατικὸν* pro *Πτελεατικὸν*, quo etymologia nominis clarius intelligeretur. Vernacule dixeris *meinen Ulmenheimer*, quemadmodum vinum de malis factum per iocum dicimus *Hohenastheimer*, quasi cognata ei sint nomina generosa *Rüdesheimer, Hochheimer, Deidesheimer*, similia. De pago vel regione insula Coi, cui *Ptelea* nomen schol. fuisse dicunt, nihil praeterea constat. Meinekius quidem p. 475 ex schedis Hermanni haec vulgavit. ,,Pteleaticum vinum si non memoratur, non mirum. Praestans fuisse, ut pastoribus, credibile est: aliis vile." Nollem haec vulgata. Nam indigna Hermanno oratio est. Ex hoc, quod Vergilius, Ecl. V, 71, ,,*vina* novum fundam calathis *Ariusia* nectar" scripsit, Vergilium *Πτελεατικὸν* ductum ab urbe nomen in suo libro invenisse non sequitur, quamquam concedo memoriam versus Theocritei (vide adn. ad v. 66) Vergilium ad adiectivum quoddam *vini* vocabulo addendum commovisse. Cf. id. XIV, 15. De vino arbustivo, quod antea hic significari putabam, vide proecdosin p. 108.

πὰρ πυρὶ κεκλιμένος, κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ.
χἀ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν
κνύζᾳ τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.
καὶ πίομαι μαλακῶς μεμνημένος Ἀγεάνακτος

66. *πὰρ πυρὶ*] Ad haec verba spectasse Vergilium, Ecl. V, 70 (et multo in primis hilarans convivia Baccho, *ante focum*, si frigus erit, si messis, in umbra) Vins. p. 64, Steph. *imitatt. Verg.* p. 82, Ursin. p. 52, Heyn. ad Verg. l. l. alii intellexerunt. — *κύαμον*] de re vide proecdosin nostram p. 109 et Hogg. in Hookeri ephemer. botan. vol. I p. 114, de numero singulari (pluraliter dixit Plat. Rep. II p. 372 *τραγήματα παραθήσομεν τῶν ἐρεβίνθων καὶ κυάμων*) Xen. Mem. I, 2 9. Arist. Av. 1022. Plin. Epist. I, 20, 16 in campis *fabam* sero. Varr. R. P. II, 1 hordeum et *fabam* obiiciendum et dandum bobus lupinum. Hor. Sat. II, 3, 182. ibid. II, 2, 121—122. Nauck. in Iahn. ann. suppl. XII, 4. Vide et Theocr. X, 54. XIV, 17.

67. *στιβὰς*] *stratum exstructum erit usque ad cubitum*, h. e. *tantae altitudinis stratum*, in quo requiescam, *erit, ut cubitum herbis mollibus immittere liceat.* Falso Phileticus: lectus cubito sublimior uno stratus erit. Cf. v. 132 *ἐν βαθείαις χαμευνίσιν*. De voc. *στιβάς* cf. id. IX, 9. XIII, 34. V, 34. Bion. I, 69 *οὐκ ἀγαθὰ στιβάς ἐστιν Ἀδώνιδι, φυλλὰς ἐρήμα.* Xenoph. Hellen. VII, 1, 16. VII, 2, 22.

68. *κνύζᾳ κτλ.*] Elegantissime ita sunt nomina cumulata, ut versus sit totum quiddam et absolutum. Didicit hoc Theocritus ab Homero, cuius est e. gr. versus Odyss. V, 64 *κλήθρη τ' αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος*. Eodem modo tornatus est versus id. IV, 25. Hanc vero nominum cumulationem in poetis Latinis cur Luc. Mueller., *metr. Lat.* p. 240—241, vituperaverit, non intelligo. Habent etiam comparationem quandam Theocr. XXVI, 4. XIII, 41. 45. XVII, 86 sqq. Odyss. VII, 115—116. Iliad. VII, 62 al. — *ἀσφοδέλῳ*] De *asphodelo ramosa* (vide proecd. p. 109) schol. comparavit versum Hesiodi, *ἔργ.* 40 *νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ* (Hor. Od. I, 31, 61) *τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.* — *πολυγνάμπτῳ*] Cf. Theocr. XX, 23. Anth. Pal. V, 121 *μικρὴ καὶ μελανεῦσα Φιλαίνιον, ἀλλὰ σελίνων οὐλοτέρη.* — *σελίνῳ*] *σέλινον*, ex quo in Isthmiis ludis coronae victoribus fiebant (Pind. Isthm. II, 16. VII, 64. Nem. IV, 88) apium esse, non hederam (quas duas plantas adeo Ioh. Henr. Vossius confudit) maxime ex Hor. Od. I, 36, 16 coll. I, 36, 20 intelligitur. Vergil. Ecl. VI, 68 floribus atque apio crines ornatus amaro. Mosch. III, 102 *χλωρὰ σέλινα* dicit perinde atque Theocr. XIII, 42 *θάλλοντα*.

69. *μαλακῶς*] *berò soavemente*, Piln. Quae vis huic adverbio subiecta esset, sensit Phileticus, cuius hic versus est: „*et placidum carpent mea molliter ossa quietem.*“ Cf. Hor. Epod. XIV, 1 (*mollis* inertia), adverbium *leniter*, Hor. Epist. I, 7, 51, et adiectivum *lentus*, Verg. Ecl. I, 4. Propertius autem I, 11, 14 scripsit „*molliter* in tacito littore compositum.“ Vide etiam adn. ad id. V, 51. Lucr. V, 139 *iucunde* corpora habebant. Iusto citius Mein. III. et Hart. scripserunt *μαλακῷ*, coniecturam ab Ahrensio quoque p. 57 adn. captam. Nihil probat comparatio versus 105 (*μαλθακός*) a Meinekio instituta. Frid. Iacobs. ed. 1789 adeo coniecit *γαλερῶς* comparans Asclepiad. in Anthol. Pal. XII, 50, 7 *πίνομεν οὖν γαλερῶς.* —

αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.
αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς,

μεμν. Ἀγ.] Si quid video, poeta scripsit *κεκτημένος Ἀγεάνακτα, nactus Ageanactem, ubi Ageanactem recuperavero, recepto* (Hor. Od. II, 7, 27. IV, 2, 47) *Ageanacte felix.* Facile autem e *κεκτημένος* fieri potuit *μεμνημένος*, in quo vocabulo expressa exstant veteris lectionis vestigia. Nam *μεμνημένος* et in codicibus, ut videtur, omnibus et in edd. prr. Lov. Steph. al. legitur (*μεμναμένος* Brunck. Valck. I. II. Ahr. I. II. Mein. I. II. III. ex ed. Wintert. sumpserunt). Comparari licet Eur. Orest. 806 *ἀνὴρ ὅστις τρόποισι συντακῇ — μυρίων κρείσσων ὁμαίμων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος.* Odyss. XXIV, 193. Alio sane sensu Plut. Pomp. 44 *ἐπεθύμησε κτήσασθαι τὸν ἄνδρα, conciliare* cupiebat. Lectio vulgata non satis comparatione id. III, 28, a Pal. instituta, defenditur. Fervidior autem leni iuventa fuit Arnoldus *stud. gr. Hor.* I p. 23, quum participium illud *μεμνημένος* contulit Horatiano, Od. I, 33, 1 ,,Albi, ne doleas plus nimio *memor* immitis Glycerae'', his usus verbis: ,,*memor* vom Versunkensein in einen geliebten Gegenstand nach Theocr. VII, 69''.

70. *αὐταῖσιν κτλ.*] *ipsis calicibus vel ad faeces usque labrum infigens* (Ameis.), h. e. exhauriens calicem ut *solus* (cf. adn. ad id. V, 85 p. 170) relictus sit calix ac nihil vini, ne faecis quidem quidquam, reliquum. ,,Siccare calices'' dicit Hor. Sat. II, 6, 69. ,,Poti *faece* tenus cadi'' commemorantur Hor. Od. III, 15, 16. And mindful of my love the goblet clip, until the last lees trickle to my lip. Chapm. Verbo *ἐρείδειν* (quod simillime positum Mosch. III, 54) dativus haud aliter additus est atque e. gr. Iliad. VII, 145, Odyss. XXII, 450 vel hymn. in Apoll. 117 (*γοῦνα δ' ἔρεισεν λειμῶνι μαλακῷ*). Pro *αὐταῖσιν* in codd. a. p. cet. (Ahr. p. 57) legitur *αὐταῖσι.* Equidem ego cum edd. prr. Ahr. I. Mein. I. II. III. Ameis. Pal. al. retinui *αὐταῖσιν κυλ.*, pro quo Brunck. Ahr. II. Hart. *αὐταῖς ἐν* e coni. Valck. I. ediderunt, cui assimilari possunt id. VII, 7. Apoll. Rhod. I, 1198. Schaeferus ed. 1809 coniecit *αὔαισιν* (i. e. *ὥστε αὐαίνεσθαι αὐτάς*) propter Hor. Od. I, 35, 26 (cum faece *siccatis* cadis diffugiunt), qui versus Horatii longe aliter comparatus est. Fr. Iacobs. in libri arg. p. 198 l. p. 42 coniecit *γλυπταῖς ἐν κ.*, Graefius, ep. crit. p. 27 voluit *αὔαις ἐν κυλ.*, id quod Meinekius p. 253 et Eberzius p. 238 (,,ich schmiege dem vorher von mir geleerten Pokal die Lippe an bis zur Hefe'') probaverunt. Quidam in Gersdorfii *rep.* 1858 p. 144 coniecit *εὖ ταῖσιν κυλ.* coll. Hor. Sat. II, 8, 34. Briggsius, qui bene Petiti coniecturam *καὶ ἐς τρίχα* (i. e. *εἰς τὴν μύστακα*) refutat, sic scribi vult et interpungi: *καὶ πίομαι — μεμνημένος Ἀγεάνακτος αὐταῖς ἐν κυλίκεσσι, καὶ* — ,,memor Ageanactis inter pocula et faecibus labra infigens''. Doederlinus (*Reden* u. *Aufs.* II p. 168) mutata distinctione sic scribit: *καὶ πίομαι μαλακῶς μεμναμένος Ἀγεάνακτος αὐταῖσιν κυλίκεσσι, καὶ ἐς τρ. χ. ἐρ.* h. e. ,,potabo vinum *simul* cum calicibus, et faeci labium admovebo.'' Comparat ille vir doctus Arist. Ran. 560 *τυρόν, ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιεν.* At ita Plathane quidem de vorace Hercule dicere re exaggerata potuit, Theocritus, nisi forte scurram inducere voluit, non potuit. Zieglerus in Iahn. *ann.* 1866 p. 101 verba affert schol. cod. k. ,,*Καλλίμαχος ἐπὶ τρύγα δ' εἶχεν ἐδωδήν.*'' Cf. Ahr. schol. p. 521.

71. *αὐλησ.*] Vergilius hunc locum, memor simul versuum huius idyllii 141

εἶς δὲ Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ἀσεῖ,
ὥς ποκα τᾶς Ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βούτας,

et 153, imitatus est, Ecl. V, 72 sq.: *cantabunt* (vide adn. ad v. 141) *mihi* Damoetas et Lyctius Aegon cet. De dativo *μοι*, a Vergilio quoque expresso cf. adn. ad id. VIII, 6 et simillimum versum Epigr. V, 1. Pro *δέ μοι δύο* versu plane corrupto Boiss. II. edidit *δὲ δοιώ:* cf. Ziegler. p. 180. — *εἶς*] Quod Bergkius, Mus. Rhen. 1838, VI, 1 p. 39, restituere voluit *ἧς*, tanquam recentioris dialecti Doricae proprium, legitur sane in codd. a. L., sed ut convenit id. XI, 33, ita ab hoc loco videtur esse alienum. — *Ἀχαρνεύς*] non in universum significatur homo *Atticus*, id quod scholiastam secutus Benselerus, *lex. nom. pr.* s. v., statuit, sed quidam oriundus Acharnis, sive ille fuit aequalis Theocriti sive tanquam aequalis ficto nomine inducitur. Nam sane probabiliter sub nominum *Acharnensis* et *Lycopitae* (v. 72) involucris nomina duorum nobilium illa aetate tibicinum latere suspicatur Meinekius, quos quae vitae rerumque vices in Con insulam deduxerint divinare non possumus. Fortasse Theocritea ob oculos habuit Nonnus, Dion. XLVII, 24, *καὶ δίδυμον κελάδημα δόναξ ἐλίγαινεν Ἀχαρνεύς*.

72. *Λυκωπίτας*] *ὁ ἀπὸ Λυκώπης, ἡ δὲ Λυκώπη πόλις Αἰτωλίας.* Ita scholiastes, de cuius fide non esse dubitationes movendas, Meinekius p. 253 planum fecit. — *Τίτυρος*] Vide adn. ad id. III, 2 coll. Long. Past. p. 64 Schaef., qui Tityri nomen a Theocrito mutuatus est. Pastor nescio quis significatur, nobilis inter pastores (ideo articulus positus est: cf. adn. II, 70 extr. p. 94), quem Lycidas notum pastoribus carmen et ,,vulgatum'' (Ovid. Met. IV, 276) de obitu Daphnidis vult canere. Ego haec (cf. adn. ad 75) ad famam iam a Stesichoro tractatam refero. Nihil enim est causae, cur ille Tityrus ipse carmen illud fecisse putetur, id quod post Eberzium p. 238 Gebauerus 1861 p. 21 not. 1 existimavit. Multo minus licet nobis contendere Alexandrum Aetolum (id quod Meinekius p. 254 coniicit) significari. Nihil enim probatur his verbis arg. id. VIII: *Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν αὐλητικήν* (vulg. *μουσικήν*). — Ceterum cf. Epigr. V, 3.

73. *ὥς ποκα κτλ.*] Materia quidem carminis significatur eadem, quae verbis *τὰ Δάφνιδος ἄλγεα* id. I, 19 coll. V, 20. Sed in considerandis his versibus ea, quae supra, arg. id. I. p. 12, adn. ad id. I, 64 p. 37 et arg. id. VII, p. 196 diximus, in memoriam revoces. — *Ξενέας*] Edidi, non ignarus eorum, quae Kayserus, *ephem. Monac.* 1850 nr. 54 p. 437, scripsit, *Ξενέας* cum Philetico, Stephano, Heinsio, Pilneio, Wintertono, Ioh. Henrico et Henrico Vossiis, Ahrensio I. II., Ameisio, maxime propter schol. Theocr. I, 65 (p. 64, 16 Ahr.), ubi *Ξενέα* nomen proprium habetur. Cfr. Ameis. p. XI, et Doederlinus, *lectt. Theocr.* p. 4. Contra *ξενέας* (,,hospitam'' Vinsem.) ediderunt Valck. I. II. Hart. Boiss. I. Mein. I. II. Hart. al., quod *puellam peregrinam* interpretantur C. Fr. Hermannus *de Daphn.* p. 6, Koechl. *de stroph. Theocr.* p. 31. Hos quidem duumviros in errorem fortuita sua similitudine induxit nomen Schillerianum, *das Mädchen aus der Fremde.* Contra Hermannum dilucide disputavit Ameisius in Iahnii annal. 1845, *XLV*, p. 108. Lennepius quoque dissertationis supra, arg. id. I. p. 12, indicatae pag. 165 *ξενέαν hospitam* interpretatur. Sed huius ratio non magis placet quam illa Heinsii, *lectt. Theocr.* p. 344, qui *ξενέα* eo consilio dictum putavit, ut tecte puella quaedam,

χὡς ὄρος ἀμφ' ἐδονεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,

cuius nomen verum profiteri poeta noluisset, indicaretur. Cfr. et Welckerus disputationis supra (p. 12) laudatae p. 289. Adiectivum si haberemus, id certe ξενεᾶς scribendum esset (cf. allata a Wordsworthio exempla κενεός et ἀδελφεός). Aquam hic haesisse antiquis interpretibus e lectione varia, schol. p. 262, 2 commemorata, τᾶς Ξάνθας, id quod ipse quondam propter Hesiodum (theog. 356 — Ἀκάστη τε Ξάνθη τε) praeferre volebam, et e verbis illis obscuris schol. p. 262, 1 colligitur: Ξενέας — ὡς τὸ κενεᾶς (h. e. ,,voc. Ξενέας formatum est ut voc. κενεά") ἀπέδοσαν δὲ τῆς ἐκ Κρήτης ξένης, quae verba Duebnerus fortasse recte ad fabulam Ovidianam (Metam. IV, 276 — ,,pastoris amores Daphnidis Idaei, quem Nymphe pelicis ira contulit in saxum") accommodavit. Codices nihil variant, nisi quod codd. p. s. ξενίας exhibent, id quod Ξενίας scribi iussit Meinekius ed. II. p. 169, receptumque est a Ziegl. Mein. III. Pal., quamquam incertam rem Pal. vocat. Brunckius, *anal. vol.* III, 2 p. 69, coniecit τᾶς Νύμφας, Reiskius, *animadv.* p. 190, quem sequitur Boiss. II., τᾶς Ξενέα (captus amore filiae viri cuiusdam cui *Xeneas* nomen erat), Graefius, *epist. cr.* p. 28, vel τᾶς Νομίας vel ὡς ποκα τεῦς, Ἐχεναίς, ἠρ., Buttmannus in Fridemanni *misc. cr.* II, 1 p. 41 τᾶς Ἐχένας, Lobeckius, *paralipp.* p. 229, ὥς ποκ' Ἐρυξινέας, Godofr. Hermannus, *opusc.* V, p. 81, τᾶς ξείνας (,,*regiae virginis, cuius amore Daphnis contabuisse dicebatur*"). Accentum Ξενέα servavi: nam nihil huc facit Hesych., apud quem Ξενεοί· στρατιῶται Schmidtius edidit. — βούτας] Cf. Theocr. I, 86. I, 116 et adn ad id. I, 64 p. 37.

74. ἐδονεῖτο] *et quemadmodum in monte (Aetna) loca vasta pererraverit, cruciantibus nimirum amoris aestibus.* Tibull. I, 2, 25 en ego quum tenebris tota *vagor* anxius urbe. Odyss. XXII, 300 τὰς μέν τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν. Sapph. frg. 40 (37) ἔρος μ' ὁ λυσιμέλης δόνει. Aristoph. Eccl. 954 πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ. Mosch. VI, 5 νόον ἔρωτι δονεύμενος. Theocr. XIII, 64 Ἡρακλέης — δεδόνητο. Subiectum verbi Daphnisne sit habendus (ut e. gr. Areth. ,,wie er die Berge durchschweift") an puella Daphnidem amans, in medio relinquo. Scholiastes quidem cod. L. ad Xeneam refert (ἡ Ξενέα ψηλαφοῦσα τὸν Δάφνιν). Quod si verum est, habemus rem eandem, quae id. I, 82 narratur, et ἐδονεῖτο idem est, quod ibi dicitur ἁ δέ τυ κώρα πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται ζάτοισα. Unum in hac interpretatione scrupulum movet subiectorum et obiectorum (ἠράσσατο — ἐδονεῖτο — αὐτὸν ἐθρήνευν) repentina mutatio. Verum explicationes scholiorum περιήρχετο (schol. p. 262, 5) vel ἀνεστρέφετο (schol. cod. 6) ducunt nos ad verbum ἐδονεῖτο, quod alii grammatici interpretati sunt verbo ἀμφεπολεῖτο: eoque factum est, ut ἀμφεπολεῖτο lectio varia et in cod. 6 commemoraretur et veniret in cod. 9. *pr.* atque in edd. Med. Ald. Iunt. Call. Lov. Camer. Steph. Valck. I. II. Mein. I. II. Pal. al. Altera est lectio varia ἀμφεπονεῖτο in codd. k. p. 6. 9 *corr.*, unde ὄρος ἀμφ' ἐπονεῖτο dederunt Ahr. II. Hart. (,,montes circa dolebant" explicat Ahr. ed. min. 1856 p. IV). Est autem ἐδονεῖτο coniectura, quam receptam ab Ahr. I. provocavit Meinekius, qui quidem in ed. III. χὡς ὄρος ἀμφεδονεῖτο edidit, id quod iam in ed. II. p. 169 commendaverat. Zieglerus, quem Ameisius sequitur, e coni. scripsit χὡς ὄρος ἀμφεπόλει, χὡς —. Verbi ἀμφεπολεῖτο explicationem exhibitam in *ephem. schol.*

Ἱμέρα αἵτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο,
εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον

1842 p. 204 („quo pacto vagans circa montem se cruciaverit") Ameisius videtur reiecisse. Schneidewinus, *coni. critt.* p. 167, coniecit ἀμφεπόλει τε καὶ ὥς —. Rationes illae, quas in proecdosi protuli, sane commendationem habere videantur ab imitationibus Bionis I, 31 (τὰν Κύπριν αἰαῖ ὤρεα πάντα λέγοντι καὶ αἱ δρύες αἲ τὸν Ἄδωνιν) et Moschi III, 1—3 (αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι — νῦν φυτά μοι μύρεσθε καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε). Cf. et Stat. Achill. I, 238 — iam nubilus ingemit Othrys — et Achill. I, 452 — ter monte, ter undis intonuit —. Denique castiganda levitas lexici Papiani s. v. ἀμφιπολέω, ubi verba huius idyllii ὄρος ἀμφεπολεῖτο laudantur et „*mutabatur*" („wurde verwandelt") vertuntur. — δρύες — ἐθρήνευν] De imitatione Vergiliana vide adn. ad id. I, 71 p. 40. Nonn. Dion. XLVI, 266 δάκρυσι πηγαίοισι γέρων ἔκλαυσε Κιθαιρών, καὶ δρύες ὠδύραντο (id. I, 75). Ioa. Bapt. Amaltheus, *Sil.* p. 348 ed. Bergom. 1753, „fleverunt nemora et spoliati gramine colles."

75. Ἱμέρα] Stesichorus Himeraeus Daphnidis amores atque obitum carminibus celebraverat (cf. arg. id. I p. 12). Propter hunc, auctorem carminis priscum, Himerae mentio facta videtur. Cf. Heins., *lectt. Theocr.* p. 300. — φύοντι] Non satis officio religiosi interpretis functus Hartungius Ἱμέρα αἳ πεφύαντι — e coni. scripsit. At cf. adn. ad id. IV, 24 p. 146, et de relativo ὅστε (ita enim malo scribere quam ὅς τε) a Theocrito id. VII, 103. XXV, 122. V, 18. XXII, 49. II, 157 plane ut ab Homero et a poetis tragicis adhibito, Hermann. praef. ad Soph. Oed. R. p. VII sqq. ed. III. et ad Eur. Hec. 6. Hartung. *part. Gr.* I, 79. Baeumlein. part. Gr. p. 227. Wolff. ad Soph. El. 151, Νιόβα, ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ δακρύεις.

76. εὖτε] *quum ille contabescebat quemadmodum nix* contabescit (cf. id. XII, 9) in „*gelidis convallibus Haemi*" (Verg. Georg. II, 488). — ὥς τις] *when he wasted away as any snow.* Banks. De pronomine τις, quod moleste tulit Meinekius, cf. adn. ad v. 41, Apoll. Rhod. IV, 1682 et Hom. Iliad. XVII, 133 εἱστήκειν ὥς τίς τε λέων περὶ οἷς τεκέεσσιν. Nostri homines similiter: sie war weiss wie *ein* Schnee, vel es war grün wie *ein* Rasen. Nihil igitur mutandum. Meinekius quidem p. 255 coniecit χιὼν ὥς εἰ, Bergkius in litteris ad me datis εὖτε χιὼν θέρει ὥς κατετάκετο, id quod fortasse etiam Phileticus voluit („liquebatur enim, ut canis e montibus albae saepe nives, *rapido quum* dissolvuntur ab aestu"). Hartungius fide codicibus plane detracta haec intulit: ὡς δὲ χιὼν ὑπ' ἔρωτος ἐτάκετο. Ceterum comparare iuvat imaginem Odyss. XIX, 205 sqq. ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ' ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, ἥν τ' Εὖρος κατέτηξεν κτλ. Callimach. Cer. 92 ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγών, καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο. Ovid. Amor. I, 7, 58 lacrimae fluxere per ora qualiter humecta de nive manat aqua. — κατετάκετο] Cf. id. I, 66 et quae p. 38 adnotavimus. De tempore imperfecto cf. id. II, 83. — μακρὸν] Cf. id. VIII, 2. — ὑφ'] De casu accusativo huic praepositioni addito vide Xen. Anab. VII, 4, 5 ἐν ταῖς ὑπὸ τὸ ὄρος κώμαις ηὐλίζοντο. Iliad. XIX, 259 Ἐρινύες, αἵθ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται. Krueger. ad Xen. Anab. l. l. Theocr. XXII, 48. XVI, 5 (coll. Odyss. II, 181. XI, 619).

ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα.
ᾀσεῖ δ' ὥς ποκ' ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ

77. ἢ Ἄθω κτλ.] Latinum hemistichium fecit Vergilius, Georg. I, 332: *aut Athon aut Rhodopen aut* alta Ceraunia telo deiecit. Idem, Ecl. VIII, 44, iteratas hinc particulas *aut* petiit: „*aut* Tmaros *aut* Rhodope *aut* extremi Garamantes. Cf. adn. ad id. I, 115 p. 54. Ovid. Met. IV, 593 *et* color *et* facies *et* dum loquor —. I, 559 *te* coma, *te* citharae, *te* nostrae —. I, 574 *haec* domus, *haec* sedes, *haec* sunt —. I, 732. III, 449. Hor. Epist. II, 2, 173 *nunc* prece, *nunc* pretio, *nunc* vi, *nunc* morte suprema. Claudian. Pros. III, 416. Cic. Nat. D. II, 60, 150 *ut* tecti, *ut* vestiti, *ut* —. De re cf. Ovid. Heroid. II, 113: qua patet umbrosum *Rhodope* glacialis ad *Haemum* et sacer admissas exigit Hebrus (v. 112) aquas. Versum totum pro spurio Moerikius et Notterus p. 20 habuerunt. Non habuissent, si haec, quae Kiessl. p. 221 adscripsit, legissent: „Solent poetae in huiusmodi comparationibus plura nomina eiusdem generis cumulare, ut phantasia libere possit vagari: cuius consuetudinis immemor Dahlius [ad h. l. p. 109] hunc versum satis otiosum adeoque spurium esse censebat." Neque vero vitio aetatis Alexandrinae doctrinam inutilem ostentantis hoc loco Theocritum laborare Eberzio p. 239 dicere licuit. Vide etiam Gebauer., *adi.* p. 6 adn. — ἐσχατόωντα] Aristot. de Coel. II, 14 p. 298, a, 14 de columnis Herculis et de India: *περὶ ἀμφοτέρους τοὺς τόπους τοὺς ἐσχατεύοντας τὸ γένος αὐτῶν ἐστιν.* Aesch. Prom. 117 — *ἵκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον πόνων ἐμῶν θεωρός;* Ibid. 1 *χθονὸς μὲν ἐς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον, Σκύθην ἐς οἶμον.* Scriptorum Latinorum exempla similia (Hor. Od. III, 10, 1 extremum Tanain —, Ovid. Met. IV, 21 extremus Ganges —, Liv. V, 37 ab Oceano terrarumque ultimis oris al.) collegit Gebauer., *adi.* p. 6—7.

78. τὸν αἰπ.] Notus ille carminibusque celebratus caprarius, Comatas (v. 83), articulo indicatur. Cf. adn. ad id. VI, 1 et Mosch. III, 91 *τὸν ἀοιδόν,* ubi male Hermannus aliique *ὃν ἀοιδόν* edidere. Nam, ut bene scribit Wuestemannus, „historiam aliquam, inter pastores vulgatam, hic respexit poeta, quam quum aliunde non teneamus, scholiastae in ea narranda fidem sequemur. Hic quidem rem ita tradit: Comatas, caprarius Siculus, ex domini capris sacrificia interdum Musis parare solebat. Qui male illud ferens Comatam in cistam ligneam inclusit, ut videret, num deae re vera ipsi opem ferrent. Duobus mensibus interiectis cistam aperuit, caprarium invenit viventem et apum favis nutritum. Quae historia ficta videtur ad sacram istam legem testandam, qua, qui deorum religiones cum pietate colit, etiam ab ipsis servatur, ita quidem, ut in maximis angustiis numen divinum subito appareat ad hominem dilectum servandum et ad splendidum iustitiae divinae exemplum ceteris hominibus relinquendum. Istud vero factum ad antiquiora tempora referri ab ipso eo, qui id narrat, pastore, videtur mihi colligi posse ex voce *ἄνακτος* de hero vel domino posita: etiam Homericum istud *κακῇσιν ἀτασθαλίῃσι* antiquitatem redolet. Omnino in his versibus 78—85 epicum quendam colorem agnoscere mihi videor." Allegoriam his verbis inesse non credo, quia nihil est quod orationem ambiguam esse lectoribus indicet. Scilicet Hieronem significari nomine Comatae suspicatus est Haulerus,

ζωὸν ἐόντα κακαῖσιν ἀτασθαλίαισιν ἄνακτος,
ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι,
οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.

l. supra p. 4 laudati p. 61, coll. Iustin. XIII, 4, 7: Philoxenum esse personatum Comatam ego quondam (*de poet. buc.* p. 18) Palmerio (*exercitt.* p. 801) adstipulatus putabam. Quin etiam Sotadis poetae memoriam suscitare liceret comparantibus Athen. XIV p. 621, A, ubi hic Sotadem narravit *inclusum vasi plumbeo* in mare praecipitatum a Patroclo, Ptolemaei Philadelphi satellite, quod Sotades quum alia tum haec acerbe in Ptolemaei et Arsinoes matrimonium scripsisset: εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς. Comatam, et ipsum caprarium, habemus id. V, 1 sqq. Wartono, not. p. 89, Comatas idem esse videtur, qui ab auctore Syringis Κεράστας appellatur. Nimium sibi sumpsit Meinekius, qui p. 256: fortasse, inquit, Comatas ille non diversus fuit ab Cretensi illo vate nobilissimo, de quo cf. Clem. Strom. I p. 144 Sylb. Ille ibi Κομητᾶς audit.

79. ἀτασθ.] Theocrito est ἅπαξ εἰρημένον (ἀτάσθαλον habes id. XXII, 131). Eodem adiecto adiectivo Homerus, Odyss. XII, 300, μή πού τις ἀτασθαλίῃσι κάκῃσιν . . ἀποκτάνῃ et Odyss. XXIV, 457 οἳ μέγα ἔργον ἔρεξαν ἀτασθαλίῃσι κάκῃσιν. — ἄνακτος] Ita sane Ptolemaeus appellatur id. XVII, 135 (id quod dico ob adn. ad v. 78 extremam), sed ita appellatur etiam herus, Odyss. XVII, 296. 303 al., ne commemorem Theocr. XXV, 61. XXV, 150.

80. σιμαὶ] Servius ad Verg. Ecl. X, 7 *simae* Graecum est nomen, i. e. pressis naribus, quod epitheton Theocritus dat praecipue. Quod epitheton quam h. l. aptum sit adspectus docet apicularum. Alia habes adiectiva id. VII, 142. XXII, 42.

80—81. σιμαὶ — μέλισσαι] Prorsus eodem modo Vergilius, Ecl. II, 12—13, adiectivum posuit ante caesuram versus prioris coniungendum cum substantivo in extremo versu posteriori: at mecum *raucis*, tua dum vestigia lustro, sole sub ardenti resonant arbusta *cicadis*. Vide et adn. ad id. XXV, 277. XVI, 34—35.

81. κέδρον] ἤγουν τὴν λάρνακα τὴν ἀπὸ κέδρου κατεσκευασμένην, ἥτις εἶχεν ἐκεῖνον. Schol. cod. M. Vide proecdos. p. 110. — ἁδεῖαν] Male schol. p. 264, 22 διὰ τὴν ἐπισκοπὴν δηλονότι τῶν θεῶν. Est potius *suave olens*. Cf. Theocr. epigr. VII, 4. Odyss. IV, 446 ἀμβροσίην ἡδὺ μάλα πνείουσαν. Od. IX, 210 al. *Odoratam* cedrum dicit etiam Vergil. Georg. III, 414 et Aen. VII, 13, odoratas ceras Ovid. Met. VIII, 226. — μαλακοῖς] Ita *molles* coronas appellat Ovid. Met. III, 555. Cf. imprimis id. XV, 119. — ἄνθεσσι] Cf. adn. ad id. II, 59 p. 90, id. XV, 116. Ovid. Metam. XIII, 928. Tibull. II, 1, 49 flores apis ingerit alveo. Heckerus, *comm. de Anth.* I p. 191, levissime coniecit μαλακοῖς σχαδόνεσσι, id quod certe μαλακαῖς dicendum erat. — μέλισσαι] Plat. Ion. p. 534, A: λέγουσι γὰρ δήπουθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταί, ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιρρύτων ἐκ Μουσῶν κήπων καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν ὥσπερ αἱ μέλιτται.

82. γλυκὺ] Utitur hoc versu Alciphr. III, 65, 4: ἔστι λαλῆσαι στωμύλος, οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ. Pseudoplutarch.

ὦ μακαριστὲ Κομᾶτα, τύ θην τάδε τερπνὰ πεπόνθης,
καὶ τὺ κατεκλάσθης ἐς λάρνακα, καὶ τὺ μελισσᾶν
κηρία φερβόμενος ἔτος ὥριον ἐξεπόνασας.

Vit. Hom. 159 *παρ' ἐκείνου* (Iliad. I, 249) ,,*τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή*" *Θεόκριτος εἶπεν·* ,,*οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.* Theocritus vero spectasse ipse videtur ad Hesiod. theog. 81 sqq. *ὅντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο — τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἐέρσην, τοῦ δ' ἔπε' ἐκ γλώσσης ῥεῖ μείλιχα.* Cf. id. XVII, 75. — *νέκταρ*] Instillato nectare Comatas facultatem canendi divinitus acceperat. Pind. Ol. VI, 45 sqq. Stat. Silv. V, 3, 121 protinus exorto dextrum risere sorores Aonides, pueroque chelyn submisit et ora imbuit *amne sacro* iam tum tibi blandus Apollo. Cf. et Lobeck. *de metaph. et met.* p. 7.

83. *θην*] Vide adn. ad id. II, 114 p. 103. — *τερπνὰ πεπόνθης*] *τερπνά*, quia miraculo pernicies a te depulsa est, *πεπόνθης*, quia perniciem herus tibi molitus erat. Simile est oxymoron Apoll. Rhod. III, 290 *γλυκερὴ ἀνίη.* Eur. Bacch. 66 *πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον.* Pind. Ol. VI, 83 *ὑπ' ὠδῖνος ἐρατᾶς.* Catull. LXVIII, 18 — quae dulcem curis miscet amaritiem. Claudian. epigr. L, 1 dulce malum pelago Siren. Vide et adn. ad v. 96.

84. *κατεκλάσθης*] Ita post Reiskium scripserunt Ameis. Ahr. I. II. Mein. III. (cf. id. XV, 77) pro *κατεκλάσθης*, quod habent edd. prr. Mein. I. II. Ziegl. Pal. al. et codd. praeter codd. a. (*κατεκλάσθλης*) et p. (*κατεκλείσθης*). Falso Valck. I. coniecit *κατεκλάχθης*, probatum a Brunckio, *anal.* III, 2 p. 69.

85. *κηρία φερβ.*] Accusativum verbo *φέρβεσθαι* additum (cfr. id. IX, 25—26 et *La Roche stud. Hom.* p. 168) habemus etiam in imitatione Zon. Sard., Anthol. Pal. IX, 226 *αἱ δ' ἄγετε ξουθαὶ* (id. VII, 142) *σιμβληίδες ἄκρα μέλισσαι φέρβεσθ' ἢ θύμων ῥικνὰ περικνίδια ἢ πετάλας μήκωνας —.* Ultima syllaba voc. *φερβόμενος* ante caesuram *πενθημιμερῆ* producta defenditur locis Theocriteis id. XXV, 57. VIII, 74. X, 30. [VIII, 43] et Homericis, e. gr. Odyss. VII, 185 —. Quod Meinekius ed. II p. 171 coniici posse scribit *φερβόμενος θέρος ὥριον ἐξ.*, id ipse tanquam supervacaneum ed. III p. 256 reiicit. Vide et Gebauer. 1861 p. 139. — *ἔτος ὥριον*] Accusativus est temporis. Cf. id. X, 51. Odyss. II, 219 *τρυχόμενός περ ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν.* Odyss. XI, 190 *ἀλλ' ὅγε χεῖμα μὲν εὕδει.* Demosth. fals. leg. § 177 *οἵοις κακοῖς τὴν ἀποδημίαν πᾶσαν συνεσχόμην.* Significat *ἔτ. ὥρ.* tempus quo est ,, formosissimus annus" (Verg. Ecl. III, 57), sive solum ver sive ver et aestatem (Heins.) intelligere mavis. Vide et proecdos. p. 221 adn. ad id. XXV, 28. Gebauer. *adi.* p. 12, cuius exemplorum collectioni adde Calpurn. V, 21 ,,*viridisque* renascitur annus". Hor. Od. III, 23, 8 ,,pomifero grave tempus anno". Contrarium Theocriteo est „annus hibernus" (Hor. Epod. II, 29), ,,horrens annus" (Stat. Theb. IV, 1). Etiam Iliad. II, 468 et Odyss. IX, 51 (*ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ*) *ὥρῃ* Latine *vere* converto. Diversum est, quod dicit Tibullus, I, 1, 13: et quodcunque mihi pomum *novus* educat annus. Aliter de hoc loco statuit Ameisius, *adn.* p. 47, *annum integrum* interpretatus, *per quem* laborem Comatas pertulerit. — *ἐξεπόνασας*] laborem illum exantlavisti, sortem acerbam per-

αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες εἶμεν,
ὥς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας

pessus es. II. Cor. 11, 25. Aesch. Prom. 95 *τὸν μυριετῆ χρόνον ἀθλεύσω.* Non recte Fr. Iacobsius apud Wuestem. „transegisti aestatem". — Quod scripsi *ἐξεπόνασας* (codd. k. a. cet. Ahr. p. 58), inventum idem a schol. p. 266, 6, qui habet etiam lectionem var. *ἐξετέλεσσας* (cod. 9. edd. prr. Lov. cet. Steph. Heins. Wintert. Reisk.), munitum lectionibus codicis p. *ἐξεπόνασσας* et codicis s. *ἐξεπόνησας*, recte retinuerunt post Valck. I. II. Mein. I. II. III. Hick. Ahr. I. II. Hart. Pal. al. Prorsus confusa est disputatio Schwenkii l. supra p. 198 l. verbum *ἐξετέλεσσα* defendere cupientis.

86. *ἐπ' ἐμεῦ*] utinam *meo tempore* (cf. Arist. Ach. 211 *ἐπ' ἐμῆς νεότητος*) inter vivos fuisses numeratus. Vins. Legitur *ἐπ' ἐμεῦ* in cod. p. et edd. Lov. Camerar. Basil. I.: lectum est idem in fonte codicis 6, ubi nunc exstat *ἐπὶ ζωοῖς μοι* (credo, *ἐπὶ ζωῆς μοῦ* scriptum erat), et schol. cod. L. (*ἐν τῇ ζωῇ ἐμοῦ*), codd. E. N. (*ἐπὶ τῶν ἡμερῶν ἐμοῦ*), cod. M. (*νῦν ὅτε εἰμὶ ἐγώ*). In codd. k. a. cet. (Ahr. p. 58) est *ἐπ' ἐμοὶ* (*ἐπ' ἐμὶν* cod. s), id quod ex edd. Med. Ald. Iunt. Call. revocaverunt Reisk., Aug. Iacobs., Boiss. II., Ameis. Ameisius quidem dativum explicat „*in mea vicinia*" (cf. Ameis. *adn.* p. 48), cui tamen rationi obstant addita verba *ζωοῖς ἐναρίθμιος*. Lingua Graeca non patitur interpretationem Boiss. II. p. 218 *ἐπ' ἐμοί* „*penes me*" („utinam penes me sit ut nunc in vivorum numero habearis"). Genetivum *ἐμεῦ* retinuerunt etiam Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ziegl. Ahr. I. II. al. In imitatione Theocriti defixus fuit Vergilius, Ecl. X, 35, quem Ahrensius p. 58 et Ribbeckius, Verg. I p. 249, neglexerunt: atque utinam ex vobis unus vestrique fuissem aut custos gregis. — *ἐναρίθμιος*] Dativus huic vocabulo additus est perinde atque Apoll. Rhod. I, 647 *ὑποχθονίοις ἐναρίθμιος*. Absolute posuit Homerus, qui bis adhibuit, Odyss. XII, 65. Iliad. II, 202. Cf. et id. XIII, 72.

87. *ὥς τοι*] *ut* tibi pavissem. Falso Vins. al. „pavissem *enim*". Vide Matth. gr. Gr. § 519, 7. Theocr. XI, 55 (IV, 49. X, 32—33). Constructionem e Theocrito excepit Cyrus, Anthol. Pal. (cf. *de poet. buc.* p. 43) IX, 136 *αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε δασύτριχα μῆλα νομεύειν, ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος ἢ ὑπὸ πέτρῃς συρίσδων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας.* — *τοι*] *tibi*, dum tu caneres. Ahrensii coniecturam in adn. crit. p. 56 propositam *τευ* Hartungius recipere non debebat. Nam genetivus hunc funderet sensum perversum: „si tu vixisses mea aetate, tuas ego capellas tanquam mercenarias (cf. id. IV, 4) pavissem, quo tu suavius (v. 89 *κατεκέκλισο*) per otium Musae vacares." At hoc potius dicitur: „si tu vixisses, delectatus ego tuo carmine fuissem, ipse volens pavissem lubensque tibi capellas, quo tu securius nos carmine tuo delectares. Cf. id. I, 14 et Bion. II, 1 *λῇς νύ τί μοι Λυκίδα Σικελὸν μάλος ἁδὺ λιγαίνειν;* Scholiastam, ad quem Ahr. provocat, *τεῦ* legisse, non evincitur e verbis schol. p. 266, 17 *ἵνα ἐγὼ τὰς καλάς σου αἶγας ἔβοσκον.* — *καλάς*] Odyss. XII, 129 et XI, 402 *οἰῶν πώεα καλά.* „*Formosum* pecus" dicit Vergil., Ecl. V, 44. Sed alius sensus subest id. V, 82 verbis *καλὸν κριόν* et Theocr. epigr. IV, 15. Ibi enim ad commendandum victimae praestantiam epitheton *καλός* ponitur. Cf. Odyss. XII, 262 et XII, 355.

φωνᾶς εἰσαΐων, τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις
ἁδὺ μελισδόμενος κατεκέκλισο, θεῖε Κομᾶτα."
Χὼ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δὲ μετ' αὖτις
κἠγὼν τοῖ' ἐφάμαν· „Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα
Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βουκολέοντα,

88. φωνᾶς] τῆς σῆς φωνῆς ἀκούων. Schol. Reiskius, *animadv.* p. 191, coniecit φωνῆς σῆς (vel σᾶς) ἀΐων: Kiesslingius, si quid mutandum sit, quod tamen ipse negat, potius φωνᾶς τεῦς ἀΐων scribendum dicit. At vindicavit codicum lectionem Meinekius apte componens Theocr. II, 139 χειρὸς ἐφαψαμένα. — εἰσαΐων] Apoll. Rhod. I, 764 εἰσαΐων κριοῦ. Kiesslingius id. IV, 46 et id. V, 3 comparavit. — δρυσὶν] Cf. Mosch. III, 21 οὐκ ἔτ' ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν ἥμενος ᾄδει. — ὑπὸ] De repetita praepositione cf. id. IX, 18. — πεύκαις] Meinekius in ed. III. et sequax Hart. e coniectura πέτραις scripserunt. At nihil probat imitatio Cyri adn. ad v. 87 exscripta, nihil etiam Theocr. VIII, 55, ubi adeo demonstrativum pronomen (τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' —) additum res esse plane diversas ostendit. Tu cf. Hor. Od. II, 11, 13 cur non sub alta *vel* platano *vel* hac pinu iacentes sic temere — potamus?

89. κατεκέκλισο] Pendet hoc a superiore ὡς. Cf. e gr. Aesch. Prom. 156, ubi ex emendatione Cobetii εἰ γὰρ μ' ὑπὸ γῆν . . ἧκεν, ὡς μήτε θεὸς . . τοῖσδ' ἐγεγήθει legendum est. Falso Wuestemannus: ,,reclinatus eras'' allato loco plane alieno Soph. Phil. 30, ubi nunc Wunder. Schneidew. Dind. al. ὅρα καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ ediderunt. Hunc versum (non id. XII, 8, ut putat Ribbeckius, Verg. I p. 235) imitatus est — si ita dicere licet — Vergil., Ecl. I, 1: ,,patulae *recubans* sub tegmine fagi''. Ecl. X, 40 — ,,lenta sub vite *iaceret*''. Cf. Theocr. VII, 133. — θεῖε K.] Ita Vergil. Ecl. X, 17 et V, 45 ,,*divine* poeta''. Praeivit Hom. Odyss. IV, 17. VIII, 87. VIII, 539 — θεῖος ἀοιδός. Aristot. Eth. Eud. VI, 1 p. 151 ed. meae οἱ Λάκωνες, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, σεῖος ἀνήρ φασιν. Plat. Men. 99, D. Theocr. X, 41. XII, 12. — De symploce (Κομᾶτα, v. 83 — θ. Κομᾶτα, v. 89) cf. e. gr. Demosth. III. Olynth. p. 29, 6 § 3 edd. Saupp. et Bekker. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, . . βουλῆς δεῖται — ἀλλ' ἐκεῖν' ἀπορῶ, τίνα χρὴ τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ubi Westermannus aliique iusto citius priora ὦ ἄνδρ. Ἀθ. deleverunt. Cic. pro Mil. VIII, 23 quamobrem, *iudices* — reliquum est, *iudices*.

90. Χὼ μὲν] Simplicitati vere pastoritiae haec ratio, qua per voc. καὶ narratio continuatur, convenit. Cf. id. II, 70. II, 94. II, 112. De addito μὲν cf. id. I, 138. XXVI, 3. VII, 130. VI, 43. Bion I, 81. I, 83. I, 95. Hart. Mosch. III, 79. — ἀπεπαύσατο] Cf. quae diximus adn. ad id. I, 138 p. 64, unde simul intelligitur, non recte in cod. k. pro ἀπεπαύσατο scriptum esse ἀνεπαύσατο.

91. κἠγὼν] Vide adn. ad id. II, 118 p. 104. — τοῖ'] Cf. id. XXV, 77. — Λυκίδα φίλε] Eundem his verbis poeta locum atque supra v. 27 assignavit, et quemadmodum utrobique vocativum φίλε ante caesuram bucolicam esse voluit, ita idem v. 106 instituit.

92. Νύμφαι] Verg. Ecl. VII, 21 *Nymphae*, noster amor, Libethrides (cf. v. 148), aut mihi carmen quale meo

ἐσθλά, τά που καὶ Ζηνὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα·
ἀλλά τό γ᾽ ἐκ πάντων μέγ᾽ ὑπείροχον, ᾧ τυ γεραίρεν
ἀρξεῦμ᾽· ἀλλ᾽ ἐπάκουσον, ἐπεὶ φίλος ἔπλεο Μοίσαις."

Codro concedite cet. Ecl. X, 1 ibique *Voss.* extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem. Vide et proecdos. p. 33 ad id. I, 12 et Claudian. XLIX, 7: nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor? — ἀν᾽ ὤρεα] Humani aliquid Theocrito accidit, qui hoc loco personam pastoris induit et tamen v. 2 hominis urbani partes agit. Cf. et v. 39 sqq.

93. ἐσθλά] Casui tribuo, quod quinquies hoc voc. in hoc idyllio (v. 4. 12. 39. 93. 100), praeterea autem nusquam in carminibus bucolicis usurpatum est: at habetur in carminibus epicis, id. XVI, 14. XVI, 30. XVII, 117. XXII, 215. — Ζηνὸς] Ita Ahr. II. recte e cod. k. a. cet. scripsit pro *Ζανὸς*, quod est in edd. prr. Mein. I. II. III. Ahr. I. cet. Vide adn. ad. id. X, 33. Pind. Ol. VI, 96. Quod si *ad Iovis quoque solium carmina sua pervenisse* poeta dicit, Ulixem sequitur Homeri, qui Odyss. IX, 20 de se profitetur: καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει. Ingeniose, ut multa, Phileticus scripsit: „plura quidem, Lycida, me montibus altis errantem sanctae docuerunt carmina Nymphae egregiosque modos *hinc fama ad sidera notos.*" Vergilius, Ecl. IX, 29, Vare, tuum nomen — cantantes sublime ferent *ad sidera* cycni. Et eidem Vergilio Theocriti exemplum obversatum est, Ecl. V, 43, ubi Daphnis: „ego", inquit, „in silvis, *hinc usque ad sidera notus.*" Anth. Plan. I, 6, 6 ἁ δὲ Φιλίππου δόξα πάλαι (vel, ut Heckerus *de anth.*, 1852 p. 76, suadet, πάλιν) θείων ἄγχι βέβακε θρόνων. Neque multum distat Verg. Ecl. III, 73: partem aliquam, venti, divum referatis ad aures. Reiskius, *animadv.* p. 191, Ptolemaeum significari existimat: contra dixit Kiesslingius: ambigue loquuntur Mablinus ad h. l. et Meinekius p. 257. At nihil h. l. probat versus Horatii, Epist. I, 19, 43 (*Iovis* auribus ista servas), ubi sane Augustus significatur. De forma verbi ἄγαγε (Theocr. II, 65. 102. III, 47) vide Poehlmann. *de augm. temp. epic.* p. 17.

94. τό γ᾽] *hoc certe.* Scripsi τό γ᾽, id quod comparet in edd. Ald. Iunt. pro τόγ᾽ (Ahr. Mein. cet.) et pro quo Mein. p. 257 τόδ᾽ ex schedis Hermanni scribendum dicit. Eandem coniecturam dudum Ameisius, *adn.* p. 50, ceperat. Tu cf. e. gr. Pind. Ol. VI, 20 τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρήσω. Iliad. VII, 281. VIII, 7. — γεραίρεν] quod carmen, ut tibi gratificer utque te ita honorem, cantaturus sum. Od. XIV, 437 νώτοισιν δ᾽ Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν ἀργιόδοντος ὑός. Iliad. VII, 321. De lect. var. ὅττι γ᾽ ἀείδεν edd. Med. Ald. (γεραίρεν Iunt. Call. Mein. al.) vide Ahr. p. 59.

95. ἐπάκουσον] Cf. id. VIII, 25 et XI, 78. Scripsi ἐπάκουσον e coni. et a Pal. recepta et a Cobetio, *Mnem.* X, 1 p. 348, proposita pro ὑπάκουσον (Mein. II. III. Ahr. I. II. Am. Hart. codd. k. a. cet.) vel ὑπάκοισον (edd. prr. Mein. I. Wuestem. Boiss. I. II. Hick. al.). Nam homo, qui tantummodo *auscultat* loquentem, sive is vocatus iussusve est, sive non iussus vocatusve est, is quidem ὑπακούει (Theocr. III, 24. Iliad. VIII, 4. Odyss. XIV, 485 καὶ τότ᾽ ἐγὼν Ὀδυσῆα προσηύδων —, ὁ δ᾽ ἐμμαπέως ὑπάκουσεν): contra qui *attente praebet aurem dicenti et animum advertit,* is ἐπακούει. Cf. Herod. IV, 141. Plat. Soph. p. 227 C. Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 487 C, ubi Bekkerus quidem ἐπήκουσα, Stallbau-

„Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς
τόσσον ἐρᾷ Μυρτοῦς, ὅσον εἴαρος αἶγες ἐρᾶντι.
ὥρατος δ᾽ ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι τήνῳ

mius scripsit ὑπήκουσα. Theocr. XI, 78. Philcticus vertit: — ,,tu nunc *attende* parumper.'' — φίλος κτλ.] Cf. id. I, 141.

96. Σιμιχίδᾳ κτλ.] Quemadmodum Vergilius (vide arg. p. 198) ecloga decima Galli ,,sollicitos amores dicere'' (v. 7) studuit, ita hoc, quod iam recitat, carmine Simichidas amorem canit Arati, sed ita canit, ut *narret* res (alioquin non dixisset v. 99 οἶδεν Ἄριστις), non ut se fingat stare ad ianuam clausam pueri Arato amatori non morigeri, quae est opinio Ribbeckii, Mus. Rhen. XVII, 1862, p. 561, qui pulcritudinem versus 122 non perspexit. — Ἔρωτες ἐπέπτ.] *Dextram mihi* (v. 21) ,,approbationem Amores sternuerunt'' (Catull. XLV, 18), hoc est mihi Simichidae, Myrtonis amore capto, omnia ex voto cesserunt. Cf. id. XVIII, 16. Ceterum in edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Camer. est Σιμιχίδα. Σιμιχίδᾳ correxerunt Steph. Heins. cet. — δειλός] Δειλός *miserum* h. l. significat, ut id. XVI, 43. Iliad. XXII, 31. XXIII, 65. Vide Lehrs., *Arist. stud. Hom.* p. 117 (123). *Miseri* nomen displicet Stollio p. 166 et Grevero p. 64, locum totum spurium iudicanti. At recte Wuestemannus hoc tenendum dicit, *miseros* poetis esse amantes ,,ob ipsum amorem. Nemo enim tam in amore felix, quin multa mala gravesque cruciatus perferat. Iam hic locus ita accipiendus mihi videtur: felix ob amorem habendus Simichidas: nam dum ipse amat, amori eius puella respondet; sed infelix habendus est Aratus.'' Quae aptissime Ameisius, *adn.* p. 50, contulit Hor. Epod. XIV, 13 (ureris ipse miser), minus apte Theocr. XIII, 66. Vide et Hor. Od. I, 27, 11 (quo *beatus vulnere,* qua pereat sagitta). Ad eiusdem Ameisii adnotationem, qua particulae μὲν proximam δὲ (v. 98 ὥρατος δὲ) respondere declaravit, si attendisset Hartungius, non μέγ᾽ pro μὲν e coni. Meinekii p. 257 scripsisset.

97. ἐρᾷ] Ita codd. k. a. cet. (Ahr. p. 59) et ed. Iunt. Kiessl. Boiss. I. II. Mein. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. al. — ἐρᾶ ed. Med. — ἐρῆ Call. ἐρῇ Ald. Lov. Camer. Steph. Heins. Wintert. Valck. I. II. Mein. I. al. — Ahrensius in ed. II. ἐρῶ scripsit e codd. L. *sup.* P. *sup.* At huic adversatur proximum pronomen τήνῳ (v. 98). — Μυρτοῦς] Hoc nomen Nonn. D. XXIX, 270. Anth. P. XIV, 118. Athen. XIII p. 555, D) Theocritus fortasse elegit ad significandam puellam quandam ,,doctam'', Musarum et ipsam amicam, quia sono non multam abhorret a nomine *Myrtidis* poetriae, quae ,,mulier nata'' carmen cum Pindaro non detrectavit. Cf. Schneidew. prolegg. Pind. p. LXXXI. — De *Myrtale* Horatiana vide Bentl. ad Od. I, 33, 14. — ὅσον] Cf. versum simillimum id. XII, 3, ubi vocabulum pyrrhichii efficiens post caesuram positum respondet vocabulo trochaei efficienti in principio versus posito. Vide et id. XVII, 111. id. X, 28 et adn. ad id. I, 12 p. 17. — ἐρᾶντι] Formam ἐρᾶντι commendatam ab Ahrens. d. Dor. p. 197 restituerunt Ameis. Ahr. I. II. Hart. Nam in codd. k. p. Q. exstat ἔραντι, in reliquis autem ἔρανται, quod habent edd. prr. Lov. Mein. I. II. III. Ziegl. Pal. al. Unus cod. 17. habet ἐρῶντι, quod olim e coni. Brunckius scripserat et nuper Cobetius, *Mnem.* X, 1 p. 349 propter id. IX, 13 commendavit. Nihil autem post hunc versum excidit, quod quidem putat Grever. p. 64.

98. ὥρατος] Non est dubium quin

παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. οἶδεν Ἄριστις,
ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος, ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδεν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι,

significetur aequalis Theocriti *Aratus Solensis*, cui a Theocrito id. sextum dedicatum est (id. VI, 2), et de quo Ovidius, Amor. I, 15, 16: cum sole et luna semper Aratus erit. Vide arg. Gr. id. VI supra p. 183 exscriptum et prolegg. p. 4, 6. — *τὰ πάντα*] *omnibus ex partibus, plane* carissimus. Adiectivo accusativus *πάντα* additus est e. gr. Odyss. VIII, 214 (*πάντα γὰρ οὐ κακός εἰμι*) et Odyss. XIII, 209 (*οὐκ ἄρα πάντα νοήμονες οὐδὲ δίκαιοι*), hoc tamen discrimine quod ab articulo, quem posteriores scriptores adiiciunt (cf. Lobeck ad Soph. Ai. p. 482 ed. II.), Homerus in hac dicendi formula abstinuit. Vide quae disputavit *La Roche, stud. Hom.* p. 78—79.

99. *ὑπὸ σπλ.*] Wartonus, tom. II p. 89, comparat versum Meleagri (Anth. Ceph. I, 58) *κἠμοὶ τὸν καλὸν ἔστιν ὑπὸ σπλάγχνοισι Μυίσκον κρύπτειν*. Cf. et Eur. Alc. 1009 *μομφὰς οὐχ ὑπὸ σπλάγχνοις ἔχειν*. Ovid. Remed. 79 tangunt praecordia motus. Mosch. I, 17. — *οἶδεν*] Asyndeto graviter res confirmatur. Verg. Ecl. III, 8 *novimus* et et qui te —. Hor. Od. III, 4, 69 *testis* mearum centimanus Gyas sententiarum. Tibull. 1, 7, 10—11. Cic. Brut. VII, 26 *testis* est Graecia. Cic. pro Balbo XVII, 40 al. Itaque cave ne suspiceris scriptum fuisse *οἶδε δ'*. — *Ἄριστις*] Verum esse hoc nomen, aut certe non valde immutatum, maxime ex vocabuli *ἄριστος* (v. 100) ad litteram paene immutati similitudine, in ficto nomine hic prorsus inepta, intelligitur. Cf. adn. ad id. V, 128. Cic. de Or. II, 61 quid hoc *Naevio ignavius?* „Et fortasse nomine Aristis significatur *Aristarchus* Samius, astronomus nobilissimus, quem poesi operam dedisse sane ignoramus: verum ut Archimedis etiamnunc exstat carmen elegiacum, ita fortasse Aristarchus quoque a poesi non plane abhorruit.“ Ita Bergkius, libri supra p. 196 laudati p. V. Amores Arati hunc sive Aristin sive Aristarchum carmine aliquo celebrasse ex verbo *οἶδεν* Meinekius p. 257 conclusit. Quod si vere conclusum est, aemulus huius poetae Theocritus carmine suo Arati amici amores persequitur.

100. *μέγ' ἄριστος*] Vide adn. ad v. 28. Postulat autem et numerus huius versus et proximum vocabulum *αὐτός*, ut haec verba coniungantur cum superioribus, non cum sequentibus, id quod fecit Ahr. II. sic verba interpungendo: *οἶδεν Ἄριστις, ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδ. Φοῖβος — μεγαίροι.* Poterat autem ad voc. *ἐσθλός* eodem iure adiici *μέγ' ἄριστος*, quo scripsit e. gr. Arist. Acharn. 2 *ἥσθην δὲ βαιά, πάνυ δὲ βαιά* (Meinek. *vind.* Arist. p. 1) vel Aristoph. Ran. 758 *πρᾶγμα μέγα κέκινηται, μέγα*. Cf. Theocr. VIII, 73. Meinekius, qui p. 475 Ahrensii rationem et ipse reiicit, ad hoc quoque attendendum esse dicit, quod — quantum ipse quidem meminerit — nunquam de deo aliquo *μέγ' ἄριστος* sit dictum. Nihil autem tribuendum lectioni ed. Callierg. Camer. Steph. Heins. Wintert. al., ubi est *ἐσθλὸς ἀνὴρ μέγ' Ἄριστις* pro *ἐσθλ. ἀν. μέγ' ἄριστος* (Reisk. Valck. I. II. cet.), unde Briggs. *ἐσθλὸς ἀνὴρ μὲν Ἄριστις* coniecit. Hartungius p. 401 *μέγ' ἄριστον* scribere malit. In sedem suam *ἄριστος* (codd. et edd. Med. Ald. Iunt. Lov. cet.) revocandum esse vidit Pierson ad Moer. Att. p. 195.

101. *Φοῖβος*] Fortasse est imitatio

ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὄστιον αἴθετ' ἔρωτι.
τόν μοι Πάν, Μαλέας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας,
ἄκλητον κείνοιο φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις,

Verg. Ecl. VII, 22: proxima *Phoebi* versibus ille facit. — σὺν φόρμ.] Iliad. XXIV, 62 Iuno ad Apollinem conversa: *ἐν δὲ σὺ τοῖσιν δαίνυ' ἔχων φόρμιγγα.* Pind. Nem. V, 24 *φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον ἀγεῖτο παντοίων νόμων.* Arist. Ran. 231 *προσεπιτέρπεται δ' ὁ φορμικτὰς Ἀπόλλων.* — παρὰ τριπ.] ad tripoda Delphicum. Hom. hymn. in Apoll. 182 *εἶσι δὲ φορμίζων Λητοῦς ἐρικυδέος υἱὸς φόρμιγγι γλαφυρῇ πρὸς Πυθὼ πετρήεσσαν.* — μεγαίροι] Odyss. II, 235 *μνηστῆρας ἀγήνορας οὔ τι μεγαίρω ἔρδειν ἔργα βίαια.*

102. ὡς] scit *uri* Aratum. Cf. Iliad. XV, 204 *οἶσθ' ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐρινύες αἰὲν ἕπονται.* Theocr. II, 149 *εἶπε. . ὡς* —. Simplicior haec Kiesslingii interpretatio videtur quam Vins. al. (novit *quam graviter*) vel Ameis. (novit *quemadmodum* —), vel Cunich. (scit longe absentem miser *ut* suspiret amicum) vel Zamagn. (scit — *qualis amor,* quantus desederit ignis ad ossa). — ἐκ π.] Vide adn ad id. XXVI, 31. — ὑπ' ὄστ.] Cf. adn. ad id. III, 17 p. 125. id. XXX, 22. Wierdsma, *obss. in Mosch.* I (Groning. 1823, 8) p. 20 sqq.

103. Πάν] „Haud inscite hoc, ut Pana invocaret, poeta instituit: siquidem Aratus hymno in Pana composito vel maxime inclaruit et Antigoni Gonatae amicitiam sibi conciliavit.“ Bergk. l. l. p. V. — Μαλέας] In Malea, Peloponnesi promontorio, Panis erat cultus sanctissimus: vide Meinek. p. 258—259. Preller., *myth. Gr.* p. 584 ed. 1860. Itaque recepi coniecturam Mein. III. et Ahr. II. *Μαλέας* pro *Ὁμόλας* (codd. k. cet. apud Ahr. p. 59, edd. prr. Mein. I. II. Pal. al.) vel *Ὁμόλω* (cod. p. et Q. *v. l.* Brunck. Ziegl. Ahr. I.) vel *ὁμόλου* (codd. v. cet. apud Ahr. p. 59). Neque dubium est, quin interpres vetus apud Ahr. p. 269, 16 in suo libro voc. *Μαλέας* invenerit, quia hoc solum vocabulum eum, ut Callimachi versum *Πὰν ὁ Μαλειήτης τρύπανον αἰπολικόν* assimilaret, movere poterat. Frustra Eberz. p. 240 in defendenda lectione vulg. laborat. — πέδον] Hoc vocabulo *solum* significatur, non *arva.* Falso Eberz. et Notter.: du Besitzer von Homole's lieblichen Auen. Cf. Pind. Pyth. I, 28 *Αἴτνας ἐν πέδῳ.* Dion. Per. 522 *ἔνθεν καὶ Λῆμνος κραναὸν πέδον Ἡφαίστοιο πέπταται.* — λέλογχας] Cf. id. XVI, 84. Herodot. VII, 53 *ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, οἳ Περσίδα γῆν λελόγχασι.* Theocr. IV, 40. Memorabile est quod in *Niciae* epigrammate, Anth. Plan. IV, 188, *ὄρος Κυλλήνιον αἰπὺ λέλογχας,* et in eiusdem Niciae epigrammate, Anth. Pal. IX, 564, legitur *μέλισσα ξουθά* ad similitudinem Theocr. VII, 142. Neque tamen Niciam, Theocriti amicum (cf. id. XI, 2), ad haec Theocritea verba spectasse contendo.

104. κείνοιο] Ita etiamnunc scribo cum Ahr. II. propter auctoritatem codd. (Ahr. p. 60) et edd. prr. Lov. Steph. pro *τήνοιο,* quod habent edd. Comm. Heins. Brunck. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ahr. I. al. — φίλας] Terminatio accusativi plur. primae declinationis, quae aliis locis carminum bucolicorum brevis habetur (e. gr. id. IV, 3. I, 83 coll. Hesiod. *ἔργ.* 564. 663. 675), hoc loco, itidem ut id. V, 89. II, 6, eo facilius producitur, quod φίλος vocabulum post caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον* collocatum more Homerico adiuvat hanc productionem: cf. Odyss. XI, 211 (φίλας

εἴτ' ἔστ' ἄρα Φιλῖνος ὁ μαλθακὸς εἴτε τις ἄλλος.
κἢν μὲν ταῦτ' ἔρδῃς, ὦ Πὰν φίλε, μή τί τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμους

περὶ χεῖρε βαλόντε), XIII, 331 (φίλας ὅτι χεῖρας ἵκοιτο), Iliad. VII, 130 φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι), Iliad. IV, 238. Iliad. XIV, 296 (φίλους λήθοντε τοκῆας), Odyss. IX, 63. IX, 566. X, 134 (φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους). XII, 309 (φίλους ἔκλαιον ἑταίρους). Theocr. XVII, 29 (φίλας ἐς δῶμ' ἀλόχοιο). Theocr. XXII, 215. — ἐρείσαις] *acclinare, applicare* se facias. Ita explicatum vocabulum proxime abest ab usu Odyss. VII, 95 (Ameis.) et Eur. Herc. fur. 1362 πρὸς στέρν' ἐρείσας μητρὶ δούς τ' ἐς ἀγκάλας.

105. ἔστ'] Et hic et id. XI, 46 elisa est huius vocabuli littera ultima, aeque ut Odyss. I, 359. XI, 353. VIII, 552 locisque reliquis, quos collegit *La Roche, ephem. Austr.* XI, 11 p. 834. Cf. Theocr. I, 35 (νεικείουσ') et id. VIII, 51 (ἴθ'). Vide et id. XI, 54 (ὅτ'). — ἄρα] sive ille *igitur revera* Philinus est (ut equidem suspicor), sive alius. De particula ἄρα optimis testata codicibus et edd. Med. (?) Ald. Iunt. (ἆρα Lov. Call. Camer.) vide proecdosin p. 112 et Mommsen *adn. crit. suppl.* ad Pind. Ol. VIII, 46 ὡς ἄρα θεὸς σάφα εἴπαις — ἤπειγεν. Ameisius et Ahr. II. Hart. e cod. s. [at tantum a *manu secunda*] scripserunt εἴτε Φ. ἄρ' ἐστιν, id quod probat Mein. p. 476. Contra Ahr. in ed. I. et Mein. in ed. III. εἴτ' ἔστ' ἄρ' ὁ Φιλῖνος e *marg.* cod. 20. et edd. Steph. Heins. Wintert. repetiverunt. Quod ego praetuli, id revocavit Reiskius, quem sequuntur Valck. I. II. Boiss. I. II. Mein. I. II. Duc. al. — Brunckius αἴτ' ἔντ' ἄρα Φιλῖνος, Zieglerus vero edidit εἴτ' ὢν ἐστὶ Φιλῖνος. Ameisius εἴτ' ἄρ' ὅγ' ἐστὶ Φιλῖνος quondam proposuerat: idem de hoc versu in *ephem. antiq.* 1846 p. 723 et ed. Paris. p. XI, comparato versu Bion. VII, 14 (λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες), disseruit. Grevero, p. 65, versum spurium esse iudicanti, nemo calculum adiiciet. — Φιλῖνος] Philinus erat Cous, medicus, auctor scholae empiricae, discipulus Herophili, aetate — ut videtur — Theocrito paullo minor. Hunc Philinum a Theocrito significari olim, *de poet. buc.* p. 5, conieci: idem nunc suspicatur Bergkius l. l. p. 5. Sed puero delicato ab amandi verbo φιλέω nomen dari potuisse ficticium probabile est propter nomina similia, e. gr. meretricis, quae Φίλα audit apud Demosth. Neaer. p. 1351, 16 § 19, vel eius, quae Φιλαινίς apud Lucian. dial. mer. 6 appellatur, vel scurrae qui Φιλιάδης vocatur apud Lucian. Tim. 18. Servo *Philino* nomen est apud Cic. pr. Tull. § 22. — μαλθακὸς] Hor. Epod. XI, 4 amore, qui me praeter omnes expetit *mollibus* in pueris aut in puellis urere.

106—108. κἢν κτλ.] ac si haec feceris, *opto* ne tibi pueri Arcadici latera et humeros tum flagellent scillis, quum carnes nimis parce ipsis distributae fuerint. *Μούνατός φησιν ἑορτὴν Ἀρκαδικὴν εἶναι, ἐν ᾗ οἱ παῖδες τὸν Πᾶνα σκίλλαις βάλλουσι· γίγνεται δὲ τοῦτο, ὅταν οἱ χορηγοὶ λεπτὸν ἱερεῖον θύσωσι καὶ μὴ ἱκανὸν ᾖ τοῖς ἐσθίουσι. διό φησι· „κρέα τυτθὰ παρείη.“* Schol. Negat Fr. Iacobsius apud Wuestem. aliud succurrere exemplum statuae dei alicuius verberatae: at apte Nonn. Dion. XLVIII, 692 Meinekius p. 259 contulit.

107. ὤμους] Ahr. I. II. e coni. a Valck. in ed. I. capta, sed nec in ed. I. nec in ed. II. recepta, et ab ipso Brunckio repudiata, at a Dahlio et Kiesslingio pro-

τανίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη·
εἰ δ' ἄλλως νευσεῖς, κατὰ μὲν χρόα πάντ' ὀνύχεσσι
δακνόμενος κνάσαιο καὶ ἐν κνίδαισι καθεύδοις,
εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ

bata, scripsit *ὤμως*. Verumtamen cum Mein. I. II. III. Ameis. al. *ὤμους* servavi. Nam in hemistichio Homerico (Iliad. XXIII, 716 — non XXIII, 7 —) formas Homericas non videri a Theocrito mutatas vere scripsit Mein. p. 259. Cf. v. 111 *μέσσῳ* et Iliad. VI, 224 *Ἄργει μέσσῳ* (*μέσος* id. II, 76. X, 5. VI, 4).

108. *ὅτε — παρείη*] De optativo vide id. XVII, 28. — *κρέα*] Cf. id. XXIV, 135. c.f. Plat: gorg: 482.C

109. *ἄλλως ν.*] *εἰ δ' ἄλλως ὦ Πὰν τὰ κατὰ Φιλῖνον τελέσειας καὶ μὴ βούλει συνελθεῖν αὐτὸν τῷ Ἀράτῳ, κνήσαιο.* Schol. Cf. Theocr. epigr. IV, 15. — Etiamnunc teneo cum Ahr. I. Mein. III. Hart. futurum *νευσεῖς* propter cod. k., in quo est *νεύσεις* (id quod scripserunt Mein. II. Ameis.), et quo ducit recepta a Brunckio scriptura *νεύσοις* (codd. p. s.). Ex reliquis codd. et edd. prr. Lov. cet. *νεύσαις* Boiss. I. II. Mein. I. Pal. Ahr. II. al. dederunt, Zieglerus e coni. scripsit *νεύσῃς*, provocans ille ad Hermann. opusc. IV p. 95 sqq. et ita coniunctivum explicans: „si abnueris: at non spero te hoc facturum esse''. Ceterum cfr. Bergk., Mus. Rhen. 1838, VI, 1 p. 33, qui *ἄλλως* non esse sollicitandum (cf. II, 6 *ἄλλᾳ*) vere iudicat. Neque enim *ἄλλως νευσεῖς* *si alio te verteris* explicandum est cum Hemsterhusio (*Gaisf.* p. 298) et viris doctis ab hoc nominatis.

109—110. *ὀνύχεσσι κτλ.*] toto corpore morsus (scil. scillis) scabas te ac frices. Ita verba Greverus p. 65 aptius construxit quam e. gr. Kiesslingius („toto corpore unguibus laceratus pungaris'').

111—112. *Ἠδωνῶν — Ἕβρον*] „Quum deformis hiems rapidis Aquilonibus horret, montibus Edonum teneat tunc frigida celsis te regio gelidas Hebri prope fluminis undas.'' Philet. Mirati sunt Berkelius (ad Steph. Byz. v. *Ζώνη*) et Hemsterhusius Theocritum *Edonos*, Thraciae meridionalis incolas, vicinos fecisse *Hebro* flumini, qui satis remotus ab Edonis illis propior Aquiloni fluit et soli orienti. Hemsterhusius igitur *Ζωναίων* vel *Ζωναίοις μὲν ἐν ὤρεσι* corrigendum putavit. Sed rem expedivit Graefius, *ep. cr.* p. 28, Edonorum nomine hoc loco Thraciae incolas in universum significari ostendens. Cf. e. gr. Hor. Od. II, 7, 27 (Edoni), Prop. I, 3, 5 (Edonis), Ovid. Trist. IV, 1, 42 (Edonis iugis). Thracum autem terra quasi sedes frigoris fingebatur: vide e. gr. auctores laudatos ab Harlesio, Callim. Dian. 114 et Valer. Flacc. Arg. I, 610 sqq. Sed pro nihilo puto illud, quod Wordsworthius adscribit, hoc Theocriti versu probari coniecturam Bentleii, Hor. Od. III, 25, 9, *Edonis stupet euhias, Hebrum prospiciens* pro *exsomnis stupet* — corrigentis, quandoquidem verba proxima (*et nive candidam Thracen*) huic mutationi refragrantur. Nec maioris sunt momenti, quae idem Wordsworthius addidit. „Omnino Macedoniae et Thraciae et totius Graeciae septentrionalis tanquam barbarae regionis geographiam quasi dedita opera ignorasse et despectui habuisse videntur poetae Graeci et Latini, quorum instar omnium Lucanus est. — *χείματι μέσσῳ*] Gebauerus, *adi.* p. 7, quum alia tum Anth. Pal. VI, 345, 1 (*ἐνὶ μέσσῳ χείματι*), Luc. Nigr 31 (*μέσου χειμῶνος*), Hor. Epist. I, 15, 5 (per medium frigus) contulit.

Ἕβρον πὰρ ποταμόν, τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω,
ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις

112. Ἕβρον] Vertisse hunc locum paucis mutatis Vergilium, Ecl. X, 65, Servius ad Ecl. l. l. p. 167 ed. Lion, Vinsemius p. 72, Steph., *imitatt.* p. 123 al. observaverunt. Vergilii hi sunt versus: nec si *frigoribus mediis* (χείματι μέσσῳ v. 111) *Hebrum*que bibamus Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae, nec si, quum moriens alta liber aret in ulmo, *Aethiopum versemus oves* (παρ' Αἰθ. νομ. v. 113) sub sidere Cancri. Horatii versum, Od. I, 25, 20 (aridas frondes hiemi sodali dedicat Hebro) Orellius aliique comparaverunt. — πὰρ ποτ.] De accusativo cum praepositione παρὰ coniuncto conferre iuvat Iliad. IV, 487 (κεῖται ποταμοῖο παρ' ὄχθας) vel Iliad. XI, 499. Haec dico propter Wuestemannum, qui πὰρ ποταμῷ scribendum fuisse contendit, si haec cum versu superiore coniungerentur: ipse enim omissa virgula verba Ἕβρον πὰρ ποτ. cum participio τετραμμένος copulat, id quod factum est etiam in edd. Ald. Lov. Steph. Briggs. al.: quamquam iam Toupius, *add.* p. 394, hemistichium τετρ. ἐγγ. ἄρκτω per se accipiendum esse docuit. Vide adn. ad id. XI, 16. — τετραμμένος] *versus ad Hebrum*, videlicet quia aestate Pan iubetur esse in regione discreta, ut hieme ab Aethiopibus sit ipsi ad septentrionem abeundum. Scripsi ego τετραμμένος satis credens codicibus k. *pr.* cet. (Ahr. p. 60) et edd. prr. Lov. Steph. Valck. I. II. al. Comparare licet Apoll. Rhod. II, 363. Odyss. XV, 80. Pind. Ol. IV, 16. Quid quod *Lowinski*, Mus. Rhen. XI, p. 157, apud Aesch. Sept. 792 μητέρων τετραμμέναι coniecit? Certe Aesch. Agam. 801 ἀπὸ Μουσῶν ἦσθα τετραμμένος certa videtur emendatio. Quod habent codd. p. 6. cet. dederatque Brunckius κεκλιμένος, id non e τεθλιμμένος corruptum (Mein. p. 259), sed glossae instar esse iudico. Cf. schol. Ahr. p. 273, 5 τετραμμένος, ἤγουν νενευκώς. Denique in codd. E. cet. legitur τετραμμένον, quocum conferre possis Odyss. XII, 81 et quod recepit Ahr. II. (Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένον ἐγγ. ἄρκτω). E coni. τετρυμένος Mein. III. Hart. scripserunt. Scripserunt τετραμμένος Ahr. I. Pal. Mein. I. II. Ameis. al., omissa tamen interpunctione: interpunctionem nostram, servato etiam τετραμμένος, Valck. I. II. Schaefer. al. tutantur.

113. πυμ. παρ' Αἰθ.] Odyss. I, 23 Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν. — νομεύοις] Non temere, sed tentans omnia et circumspiciens, nunc redeo ad lectionem librorum plurimorum νομεύοις, pro qua in codd. L. M. est νομεύεις et in cod. k. Αἰθιόπεσσιν ὁμεύοις, unde Mein. III. Αἰθιόπεσσι νόμεύοις, id quod et ab Hart. et a me in proecdosi receptum est, coniecit. Negat enim Meinekius Pana unquam pastoris manus obeuntem commemorari. At cf. Preller, myth. Gr. I p. 581, qui nomen ipsum Panis „custodem ovium" (Hor. Od. 4, 12, 9. Verg. Georg. 1, 17) et curatorem significare docet. Vergilium certe (vide adn. ad v. 112) hoc loco νομεύοις legisse, plus est quam vero simile. Vide etiam Buechelerum, *Iahn. annal.* 1860 p. 347. De verbo νομεύω h. l. absolute posito (Meinekius enim νομεύειν non poni a Theocrito nisi cum accusativo obiecti contendit) cf. adn. ad id. VIII, 66 et XI, 65. Quare hoc quoque, quod mihi quondam Odyss. XXII, 223 (κατὰ ἄστυ πολεύειν) legenti in mentem venit, πολεύοις, reiicio.

πέτρᾳ ὕπο Βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός.
ὕμμες δ' Ὑετίδος καὶ Βυβλίδος ἀδὺ λιπόντες
νᾶμα καὶ Οἰκεῦντα, ξανθᾶς ἕδος αἰπὺ Διώνας,

114. *Βλεμύων*] ἔθνος Αἰθιοπικὸν οἱ Βλέμυες, ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Αἰθιοπίας ᾠκισμένοι. Schol. Ad extremum meridiem Ptolem. IV, 7, 31 relegat *Blemyas* Afros, de quorum rege fabuloso narrat Nonn. Dion. XVII, 385—397 (*καὶ Βλέμυς οὐλοκάρηνος κτλ.*). Plura vide apud Forbigerum, *geogr.* II p. 813. — *οὐκέτι Νεῖλος ὁρ.*] Vide auctores laudatos a Gesnero ad Claudian. XLVII, 8: Nilus, qui rapido tractu mediis elatus ab antris flammigerae patiens zonae Cancrique calentis fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem. Hor. Od. IV, 14, 45. Ovid. Met. II, 254 Nilus . . occuluitque caput. Similiter apud Pindarum, Isthm. V, 23, contraria ponuntur *καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν καὶ δι' Ὑπερβορέους.*

115. *Ὑετ. κ. Βυβλ.*] Ὑετὶς καὶ Βυβλὶς ὄρη Μιλήτου καὶ κρῆναι, ἔνθα καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης (cf. Theocr. XXVIII, 4). Μιλήτου γὰρ καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Καῦνος καὶ Βυβλίς, ἧς ἐρασθεὶς ὁ Καῦνος ἀπέλιπε Μίλητον. ἐκείνη δὲ μὴ φέρουσα ἀπήγξατο. ταύτης ἡ κρήνη ὁμώνυμος. Schol. Cf. Nonn. Dion. XIII, 560 *δάκρυσιν ὀμβρηθεῖσα δέμας μορφώσατο κούρη* (Byblis) *καὶ ῥόον ὑδατόεντα γοήμονος ἔβλυε πηγῆς.* Parthen. 11 p. 15. Herch. Ovid. Met. IX, 663 sic lacrimis consumpta suis Phoebeia Byblis vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis nomen habet dominae nigraque sub ilice manat. — *λιπόντες*] non ob infandum et infelicem Byblidis amorem (Harl.), sed propter opem nunc Arato ferendam. Harlesii interpretationi voc. *ἀδὺ* repugnat. Ceterum hunc versum et proximos usque ad 122 nescio qua de causa eiecit Hick.

116. *Οἰκεῦντα*] Oecus urbs Lydiae (*Οἰκούσιον ἄστυ*, Parthen. 11 p. 15, 20) condita dicitur a Cauno, Byblidis fratre: cf. Parthen. l. l. et Meinek. p. 260. Optimum factum videtur scribere cum Ahr. I. II. Mein. III. Pal. Hart. *Οἰκεῦντα,* quod teste Duebnero legitur in textu codicis E. pro *οἰκεῦντες* (codd. rell. et edd. prr. Call. Lov. cett. usque ad Mein. I. Duc. Wuestem. Boiss. I. II.). Hermannus, opusc. V p. 81, coniecerat *νᾶμα, κατοικοῦντες,* id quod Mein. II. Ameis. Ziegler. receperunt. — *ξανθᾶς*] flavis comis esse dicitur Venus, sicuti Minerva (Pind. Nem. X, 7), Diana (Stat. Theb. II, 238), Apollo (Ovid. Med. XI, 165), Mercurius (Aen. IV, 559), Bacchus (Anth. Pal. IX, 524, 15). Cfr. et Schuster., annal. gymn. Berol. 1861 p. 718. *Διώνας*] Venerem h. l. dici existimo, non matrem Veneris (schol. p. 275, 1 coll. Theocr. XV, 106), nedum Iunonem (schol. p. 275, 2). Cf. Bion. I, 93. Ovid. Fast. II, 461. Verg. Ecl. IX, 47 ibique Serv. Nullius momenti est l. v. codicis s. *ξανθάν.* Verba *ἕδος αἰπὺ* genetivis *ξανθᾶς — Διώνας* itidem interiecta sunt ut id. XXII, 28 verba *ἀταρτηρὸν στόμα* genetivis *νιφόεντος Πόντου.* Cf. XXII, 42 *λασίαις — μελίσσαις,* VII, 132 — 133 *βαθείαις — χαμευνίσιν.* Aesch. Ag. 117 *λαγίνας ἐρικύμονα φέρματα γέννας.* Soph. Oed. R. 961 *σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.* Hor. Od. II, 1, 6 *periculosae* plenum opus *aleae.* Od. I, 1, 15. 28. I, 33, 5. Prop. II, 1, 30. I, 2, 2. I, 3, 4 al. Tibull. I, 2, 2 *culti* iugera multa *soli.* I, 2, 62. I, 2, 68. I, 3, 6. I, 3, 28. I, 3, 66. I, 4, 20 al. Ovid. Her. I, 26. Med. f. 94 al. Cic. Off. II, 7, 23 *reliquorum* similes

ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι,
βάλλετέ μοι τόξοισι τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον,
βάλλετ᾽, ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ.
καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος, αἱ δὲ γυναῖκες

exitus *tyrannorum*. Cf. et adn. ad id. XXIV, 14. XXV, 277. VII, 147.

117. *μάλοισιν*] Comparat Piln. epigramma, Anth. Pal. IV, 210, quod Platonis esse dicitur, rectius huius versus et aliorum Theocriteorum (cf. id. VII, 142 *ξουθαὶ — μέλισσαι*) imitatio habetur: *ἄλσος δ᾽ ὡς ἱκόμεσθα βαθύσκιον, εὕρομεν ἔνδον πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα παῖδα Κυθήρης*. Long. I, 24 p. 22 Schaef. *Δάφνις εἴκασε μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς* (*τῆς Χλόης*) *ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν*. Tibull. III, 4, 34 — ut autumno candida mala rubent (candor erat). Ovid. Met. III, 483. IV, 331. Hor. Od. IV, 10, 5. — *Ἔρωτες*] Cf. Theocr. XV, 120. De collocatione verborum cf. id. XXV, 156.

118. *τόξοισι*] Cf. Preller. myth. Gr. I p. 394. Theocr. XXIII, 4. Bion. I, 82. Mosch. VIII, 1. Mosch. I, 18. Hor. Od. III, 27, 68. II, 8, 15, ibique interpp. Prop. I, 7, 15. I, 9, 21 al. — *ἱμερόεντα*] puerum desiderium sui et amorem cientem. Theocrito est *ἅπαξ εἰρημένον* vocabulum, positum de *homine* aeque ut Apoll. Rhod. IV, 40 (*ἱμερόεσσα κούρη*) coll. Anth. Pal. V, 278, 1. Mosch. III, 1 — *τὸν ἱμερόεντα Βίωνα*. Homerus ubique *rebus* desiderabilibus hoc epitheton tribuit. Proxime a Theocrito absunt illa, Iliad. XIV, 170 (*ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος*), Iliad. III, 397 (*στήθεα ἱμερόεντα*) coll. Mosch. IV, 57 (*κόλπον ἐς ἱμερόεντα*), Iliad. V, 429 (*ἱμερόεντα ἔργα γάμοιο*).

119. *βάλλετ᾽*] Imperativus in proximi versus initio positus apte iteratur ad eius, qui petit ac rogat, impensissimas preces ac studium exprimendum summum. Vide Theocr. VIII, 69. XXIV, 7—8 (*εὕδετ᾽ — εὕδετ᾽*) et quae proecdos. p. 210 adnotavi, a Gebauero 1861 p. 49 ad verbum, sed non eleganter, in Latinum conversa, addito tamen exemplo Vergiliano, Ecl. IV, 60—62 (*incipe — incipe*). Vide et Ecl. VI, 55—56. Quemadmodum autem XXIV, 7 sq. *εὕδετ᾽* et hic *βάλλετ᾽* elisas imperativi formas habemus, ita *in principio versus* Vergilius in *Eclogis* elisas formas posuit imperativorum, sed praeter has formas imperativorum tantum elisum nomen *Pollio* (Ecl. IV, 12 *Pollio, et* incipient — coll. III, 84. 86). Ecl. VIII, 109 (parcite, ab —), II, 66 (adspice, aratra —), I, 45 (pascite, ut —). Cfr. Schaperus *de tertio Lat. hexam. ord.* (Insterb. 1862) p. 15.

120. *καὶ δὴ μὰν*] *ac iam profecto —*. Legimus *καὶ δὴ* coniuncta vocabula apud Theocr. V, 83 (cf. Klotz. ad Devar. II p. 646): legimus etiam Iliad. XVII, 538 *ἦ δὴ μὰν —*. Quidni igitur dicatur *καὶ δὴ μὰν —?* Itaque nunc redii ad lectionem codd. plurimorum et edd. prr. Lov. cet., *καὶ δὴ μὰν —*, reiecta coniectura *καὶ δὴ μᾶλ᾽ —*, quam Mein. III., quem Hart. sequitur, fecit et ego in proecdosin propter codd. k. p. 9. Q., ubi *καὶ δὴ μαλ᾽* legitur, receperam. Vide adn. ad id. XIV, 38. Ceterum verba sic esse vertenda „ac profecto *ille* (Philinus) iam *est* piro flaccidior" — non „*tu*, Philine, mollior *es* piro", uti voluit Wuestemannus —, ostendit Ameis., *adn.* p. 52. Mire Ducas interpretatur „*ἀλλ᾽ εἴθε καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀπίου ἀσθενέστερος γένοιτο.*" — *πεπαίτερος*] Fr. Iacobsius assimilavit versum Aesch. apud Athen. II p. 51, C: *ἀνὴρ δ᾽ ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.* Cf. et Theopomp. apud Athen. II p. 68, D

„αἰαῖ“ φαντὶ „Φιλῖνε, τό τοι καλὸν ἄνθος ἀπορρεῖ.“
μηκέτι τοι φρουρέωμες ἐπὶ προθύροισιν Ἄρατε,

μαλθακωτέρα πέπονος σικνοῦ μοι γέγονε. — Hart. locum coniectura — μᾶλ' ἀπίοιο πεπαίτερα, ταὶ δὲ γυναῖκες — sane inutili auxit.

121. ἄνθος] εὐάνθεμος φυά dicitur Pind., Ol. I, 67, ἄνθεα ἥβης Mimn. fragm. II, 3. — Anth. Pal. XII, 39 ἐσβέσθη Νίκανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροιῆς ἄνθος, καὶ Χαρίτων λοιπὸν ἔτ' οὐδὲν ἔχει. Pseudotheocr. XX, 21. Wernick. ad Tryph. p. 307. Boiss. ad Phil. Her. p. 382. Verg. Ecl. II, 17: o formose puer, nimium ne crede colori. — In promptu, sed reiicienda est coniectura τό τευ καλὸν ἄνθ. — ἀπορρεῖ] ἀποθνήσκει ἡ ὥρα, ut ait Lucian. Alex. 6. Offertur ἀπορρεῖ a codd. L. cet. (Ahr. p. 61) et edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Camer. Bas. I. Steph. Heins. al. Quod Valck. I. II., quem Mein. I. II. III. Ameis. Pal. al. sequuntur, ex ed. Med., adspirantibus quidem codd. D. cet. (Ahr. p. 61), scripsit ὑπορρεῖ (*sensim defluit*), huic repugnat superius καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος, v. 120.

122. μηκέτι κτλ.] *ne amplius excubemus ad fores* pueri lenti ac duri. Felicissime Theocritus h. l. utitur apostrophe. Hactenus narravit res: iam ad amatorem, Aratum, convertit orationem, neque vero tamquam *nunc* stent ambo revera fores pueri servantes (Ovid. Amor. I, 9, 8), sed tamquam antea socium excubiarum sese poeta Arato praebuerit: *ne amplius frigora noctis pueri causa feramus*: valere iubeamus clausam pueri ianuam. Ita acrior fit atque vehementior ea admonitio, cuius languesceret vis omnis, si tamquam pedestris orationis scriptor sic nude dixisset: „at si puer te non exaudit, noli diutius desipere.“ Nihil igitur neque post versum 121 excidit neque post versum 119. Posterior est opinio Meinekii, p. 261, prior Doederlini, *Reden u. Aufs.* p. 168, qui „lusu ingenii, non divinatione, talem versum comminiscitur“: εἰ δὲ σιδάρειον τῷ παιδὶ μετὰ φρεσὶν ἦτορ, μηκέτι κτλ. Refutavit hanc opinionem Ameisius in Iahnii *ann.* XLV, 1845, p. 113 atque idem homo doctus, *adn.* p. 52, exposuit minime necessariam esse coniecturam Boissonadii (ad Psell. de op. daem. p. 273 n. 9) μηκέτι τὸν φρουρέωμες: ne amplius *hunc* custodiamus. Peior est etiam coniectura Fr. Iacobsii μηκέτι οἱ — . Particula τοι, in uno cod. M. omissa, bene convenit ei, qui graviter alterum obtestatur et commonet, quasi dicat: *profecto hercle* (Plaut. Cas. V, 2, 33) non est nobis diutius hic standum: *ne, ita me di ament*, hic diutius vigilemus et excubemus. Similiter loquitur Soph. Ant. 544: μή τοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσῃς. Aesch. Prom. 625 μή τοί με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν. Prom. 436. Cf. etiam usum verborum ἀλλά τοι, Klotz. ad Devar. II p. 71. Baeumlein, *part. Gr.* p. 241 sqq. — ἐπὶ προθύροισιν] ad fores clausas pueri amati. Then, dear Aratus, let us watch no more, nor wear with nightly toil the bolted door. Polwh.

122—123. φρουρέωμες — τριβ.] Quicunque aures suas interrogat, haec verba ante caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον utriusque versus posita efficere ὁμοιοτέλευτον sentiat necesse est. Eadem audimus apud Homerum: Odyss. IV, 339—340 ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ἀεικέα πότμον ἐφῆκεν· ὣς Ὀδυσεὺς κείνοισιν ἀεικέα πότμον ἐφήσει. Odyss. X, 74—75 ἄνδρα τὸν ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν. ἔρρ', ἐπεὶ ἀθανάτοισιν

μηδὲ πόδας τρίβωμες· ὁ δ' ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ
κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιαραῖσι διδοίη,
εἷς δ' ἀπὸ τᾶσδε φέριστε Μόλων ἄγχοιτο παλαίστρας.

ἀπεχθόμενος τόδ' ἱκάνεις. Odyss. XIII, 8—9. Theocr. XXIV, 7—8. VIII, 4 ibique adn.

123. ὁ δ' ὀρθρ.] Cf. Theocr. XXIV, 63. Arist. Lys. 60 ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι. Pherecr. apud Athen. VI p. 263, B ἦλουν ὄρθριαι τὰ σιτία. Animali autem id tribuitur, quod natura fert, fere ut apud nos gallus, quia interdiu canens pluvias futuras ostendere putatur, tacere iubetur ab hominibus imbres imminentes metuentibus, quasi sit ipse cantu suo causa tempestatum futurarum.

124. νάρκαισιν] νάρκαι ἀνιαραί sunt frigora matutina, quae sub galli cantum graviora esse solent. Horatius [Sat. II, 6, 45]: *matutina* parum cautos iam *frigora* mordent. Quare dicit Theocritus: ad amati fores alius per totam noctem excubet et frigora matutina patiatur. Toup. Theocritum imitari videtur Propertius, I, 16, 23: me mediae noctes, me sidera prona iacentem frigidaque Eoo me dolet aura gelu. Ibid. v. 46 haec..et *matutinis* obstrepit *alitibus* (sicut v. 123 ὄρθριος ἀλέκτωρ). — διδοίη] Odyss. XIX, 167 ἦ μέν μ' ἀχέεσσί γε δώσεις. Odyss. XVII, 567 ὅτε μ' οὗτος ἀνὴρ . . ὀδύνῃσιν ἔδωκεν. Cic. Tusc. IV, 38, 82 *dare se aegritudini.* Pind. Nem. I, 66 δώσειν μόρῳ. Pind. Ol. II, 82 Κύκνον θανάτῳ πόρεν. Hor. Sat. II, 3, 197 ibique Heindf. *morti dedit.* Theocr. XXIX, 9.

125. εἷς κτλ.] *soli Moloni,* non item nobis, *ab hac palaestra, ab hoc loco, qui nobis miseriae est, fauces elidantur,* h. e. solus Milo exclusus a puero lento et crudeli ,,male habeatur" (Tibull. I, 4, 76): nos ,,obduremus" (Catull. VIII, 11), valere iubeamus illum, qui nos ludibrio habet. — De voc. εἷς, *unus,* nec plures, cf. Iliad. II, 204 εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Plat. Tim. p. 92, B. Theocr. VI, 22. XI, 32. Nihil mutandum. Quamquam Graefius quondam, *epist. crit.* p. 29, τίς δ' — παλαίστρας; nuper Ribbeckius (Mus. Rhen. XVII, 1862 p. 561) ὅς δ' ἐπὶ —, Hartungius ὅς κ' ἐπὶ — coniecerunt. At nusquam in bucolicis carminibus demonstrativam vim Theocritus pronomini ὅς subiecit. Nam id. XXVII est spurium, ubi id exstat v. 69. — ἀπὸ] Haec est lectio codd. k. 9. ab Ameisio primo, tum ab Ahr. II. recepta pro ἐπὶ, quod habent codd. p. s. 6. Q. Mein. I. II. III. Pal. al., quodque Valck. I. II. substituerat antiquarum (Med. Ald. Iunt. Call. Lov. Camer. al.) editionum et codd. D. cet. (Ahr. p. 61) lectioni ὑπό. — De usu praepositionis ἀπὸ vide Ameisium in *ephem. gymnas.* 1842 p. 204 Hermann. ad Soph. El. 65. Popp. et Classen. ad Thuc. I, 17 et quos praeterea laudat Ameisius praef. p. XI. — Μόλων] rivalis Arati a schol. p. 276 dicitur. Veteres iam interpretes dubitabant, utrum Μόλων scriberent an μολών (schol. p. 276, 14). Aptissimum autem est nomen proprium Μόλων, quod agnovit Phileticus (saevo marcescat in ore ille Molon, pereat solus pallente palaestra) et quod est scriptum in edd. Camerar. (ubi ad marg. μολὼν adnotatur), Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ziegl. Ameis. Pal. Ahr. I. al. Fortasse enim hoc nomine — si quidem fictum est — Theocritus hominem pinguem, rusticum, inficetum, immani magnitudine, describere voluit, memor Arist. Ran. 55 ἡλίκος Μόλων. Neque tamen quaesita huic vocabulo inest amphibolia (μολών — Μόλων), id quod

ἄμμιν δ' ἁσυχία τε μέλοι γραία τε παρείη,
ἅτις ἐπιφθύζοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι."

Gebauer. 1856 p. 18 et 1861 p. 22 existimat. Participium *μολὼν* Graefii l. l. suasu Ahr. II. Hart. receperunt. Nihil huc pertinet Molon rhetor, Cic. Brut. LXX, 245. — ἄγχοιτο] proprie *offocetur,* compressis iaceat praestrictisve faucibus, quasi in lucta inferior: *κακοπαθείτω* explicat schol. Nam dicitur *ἄγχειν* saepissime de hominibus luctantibus, quorum alter alterius collum gulamque constringit eoque eum modo suffocare studet. Vide Lucian. Anach. 1. 24. al. Pausan. VIII, 40, 2 coll. Koechl. ad Quint. Smyrn. IV, 226. De metaphoris a palaestra sumptis vide Rehdantz. ad Demosth. Halon. § 31. Etiam apud Demosth. de fals. leg. p. 406, 5 verbo *ἄγχει* haec inest significatio, ubi non satis dilucide „*angit*" Voemelius interpretatur, neque conscientia male factorum animum exagitans significatur, id quod scribitur in lex. Pap. s. v. *ἄγχω:* nam coniuncta ibi sunt verba *ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ.* Nostra quidem interpretatio propior simplicitati Theocriteae orationis esse videbitur quam illa Ribbeckii, qui l. l. *ἐπὶ — μολὼν* scribens sic vertit vernacule: „der möge kommen und auf der harten Palästra, *der Schwelle,* sich würgen lassen *von dem grimmigen Ringer Eros.*" At Amoris quidem nec vola nec vestigium apparet. Nisi optimorum auctoritas codicum muniret praepositionem *ἀπὸ*, recepta praepositione *ἐπὶ*, non inepta esset explicatio Pilneii: *solus Molon ad haec limina se suspendat.* Cf. id. XXIII, 52. id. III, 9. Nihil denique tribuo lectioni var. cod. Q. *ἄρχοιτο.* — παλαίστρας] Palaestram dicit locum, ubi Simichidas et Aratus stetisse finguntur, limina pueri amatores excludentis: qui locus quum sit tormentorum plenus ac dolorum, quos amatores spreti tolerant, supplices illi frustra occentantes *misere, tamquam in palaestra, exerceri* (Cic. ad Fam. XII, 4, 1. Ovid. Met. VIII, 826) dicuntur. — Plaut. Bacch. I, 1, 33 (66): palaestra, ubi damnis desudascitur. Sensit vim verborum, sed non expressit verbis claris Reisk., *animadv.* p. 194. Nihil huc pertinet Ter. Phorm. III, 1, 20. (484) eccum ab sua palaestra exit foras, neque in verbo *παλαίστρας* „nequitia" inest, ut statuit Graefius, *epist. cr.* p. 29. Animi causa commemorare placet coniecturam Greveri, p. 65: *εἷς δ' ἐπὶ τ. φ. μολὼν ἄγχοιο, tu, Arate, te torqueas".*

126. ἁσυχία] *animi tranquillitas.* Cf. Plat. Rep. IX p. 583 C. Axioch. p. 370, D *γαληνός τις καὶ κακῶν ἄγονος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος.* Non potest comparari Odyss. XVIII, 22, ubi vide Ameis. Ceterum cum versu toto cf. Apoll. Rhod. III, 640 *ἄμμι δὲ παρθενίη τε μέλοι καὶ δῶμα τοκήων.* Nullius autem momenti est l. v. cod. L. *μέλει.* — γραία] *anus.* Cf. id. VI, 40. Substantivum haberi h. l., non adiectivum, dicendum est propter Wuestemannum p. 128 et p. 420 (*γραία*), cuius falsam esse explicationem declaravit Ameisius, *adn.* p. 52.

127. ἐπιφθύζ.] *despuens,* quum verbis magicis praecinit et, ne possit nos mala lingua fascinare, sputando efficit: *πτύουσα ἐν τῷ γοητεύειν* (schol. cod. M.). Cf. id. II, 62. Lectioni *ἐπιφθύζοισα* (Ahr. I. II. e coni. coll. II, 62 *ἐπιφθύζοισα*) auxilium portant codd. optimi k. p. cet. apud Ahr. p. 61. — τὰ μὴ καλὰ] *Omne triste malum* his verbis significatur, *τὰ μὴ δεξιῶς ἡμῖν προχωροῦντα* (schol. cod. P.). Wuestemannus sensu proprio accipere voluit, quia „deformium amor veneficio tribua-

Τόσσ' ἔφαμαν· ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον, ἁδὺ γελάσσας,
ὥς πάρος ἐκ Μοισᾶν ξεινήιον ὤπασεν εἶμεν.
χὠ μὲν ἀποκλίνας ἐπ' ἀριστερὰ τὰν ἐπὶ Πύξας

tur'', tali autem malo artes magicae ac formulae medeantur. At hoc neque elici e verbis Graecis potest (nam *inhonesta* potius significarentur), neque consentit cum addito voc. *νόσφιν*. Nihil probatur id. VI, 19, ubi *deformia τὰ μὴ καλά* appellantur. Vim veram verborum et Phileticus perspexit (,,et nobis sit parta quies ambobus, et adsit Graeca ministerium magico cum murmure docta, quae spuat a nobis penitus *mala cuncta* repellens'') et poeta Christianus, Anth. Pal. I, 30, cuius verba Ahrensius p. 61 in numerum imitationum Theocritearum referre poterat: *ἐσθλὰ δίδου χατέουσι, τὰ δ' οὐ καλὰ νόσφιν ἐρύκοις.* Didot. p. 450 Polyphemi (id. VI, 39) exemplo commemorato haec addit. ,,Les Turcs ont probablement pris des Grecs la même superstition. Lorsqu' ils entendent louer la beauté de leurs enfants, ou celle de leur maison etc., ils prononcent de paroles sacramentelles pour détourner des malheurs qui tomberaient sur eux, à cause de ces éloges, qu'ils croyent souvent donnés par l'envie, par une mauvaise intention.''

128. *λαγωβόλον*] pedum, quod supra, v. 43, *κορύνα* vocatum est. — *ἁδὺ γελάσσας*] Haec verba Brigss. Mein. II. Boiss. II. Ameis. Ahr. I. II. al. coniungunt cum proximis v. 129 *ὥς πάρος* (*τὸ λαγωβόλον, ἁδὺ γελ. ὥς πάρος, ἐκ Μοισᾶν ξεινήιον ὤπασεν εἶμεν*), credo propter superiora, v. 42. Ego sic verto: *ille vero dulce ridens dedit mihi pedum* (antea promissum). Boiss. I. et Mein. III. al. sic distinxerunt: *τὸ λαγωβόλον ἁδὺ γελάσσας, ὥς πάρος, ἐκ κτλ.*, id quod Meinekius antea quoque in ed. I. fecerat. Theocritum fortasse secutus est Gregor. Naz. tom. II p. 540 ed. Caill. *καὶ ὃς μάλα ἡδὺ γελάσας εἶπε λόγον μνήμης ἄξιον.* Cf. adn. ad id. VII, 139. Scripsi autem *γελάσσας* cum Max. Plan. et ex codd. 8. cet. Ahr. (p. 61) et Ahr. I. II. Mein. III. pro *γελάξας* (Mein. I. II. al.). Cf. vss. 42. 156 et ADD. Max. Plan. *de synt.* in Bachmanni anecd. II, 107 haec habet: *Θεόκριτος ἐν Θαλυσίοις· τόσσ' ἔφάμην, ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον ἡδὺ γελάσσας, ὥς πάρος ἐκ Μοισᾶν ξεινήιον ὤπασεν ἧμεν· ἐνδεῖ τὸ ὑπέσχετο, ἵν' ᾖ ὥς πάρος ὑπέσχετο.*

129. *ὥς πάρος*] *ut antea* instituerat; nam v. 43 *donare* se Lycidas pedum dixerat, nunc autem gestatum hactenus suis manibus pedum in manus tradit Simichidae, videlicet quia huic iam vale dicit et ab hoc discedit (v. 130). Non inepte igitur Planudes l. l. *ὥς πάρος* enarrat *ὥς πάρος ὑπέσχετο*, vel Gaz. in ed. Camer. *ὡς ὑπέστη*, vel schol. p. 277, 23 *ὡς πρότερον ἐπηγγείλατο.* — *ἐκ Μοισᾶν*] Cf. v. 12 et 148. Odyss. XIX, 86 *Ἀπόλλωνός γε ἕκητι.* — *ξεινήιον κτλ.*] Iliad. XI, 20 *τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήιον εἶναι.* — *ὤπασεν εἶμεν*] Idem est versus exitus Bion. X, 6.

130. *ἀποκλίνας κτλ.*] *deflectens* (Plin. Ep. IV, 1, 3) *ad sinistram, qua itur ad Pyxam via, pergebat.* Heins. — *Πύξας*] oppidulum vel regio quaedam Coi insulae hoc nomine fuit, testibus schol. p. 278, 5 sqq. Hermannus l. l. Buxentum, Italiae urbem, significari censet, eumque Pal. aliique sequuntur. Quam sententiam abunde refutaverunt Wordsworthius (vide *arg.* 197), Meinekius p. 246, Ahrensius tom. II, 525, non recte de fide scholiastarum detrahi osten-

εἶρφ' ὁδόν, αὐτὰρ ἐγώ τε καὶ Εὔκριτος ἐς Φρασιδάμω
στραφθέντες χὡ καλὸς Ἀμύντιχος ἔν τε βαθείαις
ἁδείας σχοίνοιο χαμευνίσιν ἐκλίνθημες

dentes. Neque ferendum quod Hartungius e coni. edidit *Φύξας*. Cum genetivo praepositioni *ἐπὶ* addito cf. e. gr. Xen. Anab. VI, 1, 24 *κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν*. Odyss. III, 171 *νειοίμεθα νήσου ἔπι Ψυρίης*. Herod. VII, 31 *σχιζομένης τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς μὲν ἐς ἀριστερὴν ἐπὶ Καρίης φερούσης, τῆς δὲ ἐς δεξιὴν ἐς Σάρδις*. Blomfieldius ad Aesch. Prom. 679 (658) — *ἐπὶ Δωδώνης πυκνοὺς θεοπρόπους ἴαλλεν* — hunc Theocriti locum commemorans comparat Herod. IV, 14: *ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου*.

131. *Εὔκρ. ἐς Φρ.*] Cf. v. 1—3.

132. *χὡ καλὸς Ἀμ.*] Adduntur haec superioribus *ἐγώ τε καὶ Εὔκριτος* quemadmodum e. gr. apud Ciceronem, Brut. LXIII, 227 verba *et Curio* clausulam faciunt sententiae: ,,Sulpicius occiderat, Cotta aberat *et Curio*''. Hor. Od. I, 12, 41: hunc et incomptis Curium capillis utilem bello tulit *et Camillum* saeva paupertas. — *Ἀμύντ.*] Blando vocabulo Theocritus ,,dulcem amiculum'' (Catull. XXX, 2) appellat eundem hominem, cuius v. 2 *Ἀμύντας* nomen erat. *Amyntulum* Heinsius Latine dicit. Nomen est idem, diversi quidem hominis, Anth. Pal. VI, 30. VII, 38. ,,De deminutivis in —*ιχος* vide Koen. ad Gregor. Cor. p. 291 ed. Lips. et Blomf. gloss. Aesch. Agam. v. 51. — *Βοσπόριχος* est apud Demosth. p. 255, 20, *Ἰσμήνιχος* apud Arist. Ach. 954, *Ἰσμηνίας* ibid. 861.'' Wordsw. Cf. et Schwab. libri adn. ad id. III, 1 l. p. 9. Ahrens. dial. Aeol. p. 216. Keil. inscrr. Boeot. p. 88. Nicarch. in Anth. Pal. XI, 331 *Σωτήριχος*, Demosth. Eubul. p. 1310 § 38 *Ὀλύμπιχος*. Phil. in Anth. Pal. VI, 103, 7 *Λεόντιχος*. Catull. XII extr. Veranniolus.

133. *ἁδείας*] Voc. *ἁδύς* h. l. *rem gratam* (quia molle erat stratum) significat, non eam, quae *odorem suavem exhalat* (Wuestem. ad id. I, 27). Cf. id. II, 98. XI, 62. XII, 4. III, 27. VII, 115. ,,*Mollem*'' iuncum appellat Verg. Ecl. II, 72. Lucr. II, 29 prostrati in gramine *molli*. — *σχοίνοιο*] Hoc legit Phileticus, cuius hic versus est: ,,lectus erat levibus *iuncis* et frondibus illic pampineis positus.'' Idem habent codd. k. p. s. 9. schol. Call. (Vins.), unde id restituendum vidit Ameis., *adn.* p. 52, qui idem in ed. suam recepit: adstipulantur Ahr. I. II. Hart. — Zamagna quoque et Cunichius quasi *σχοίνοιο* legerent verba Latina fecerunt. Contra *σχίνοιο*, quod est in reliquis codd. et in edd. prr. Call. Lov. Camer. al., retinuerunt Mein. I. II. III. Ziegl. Pal. At nihil probat, quo lectores Zieglerus ablegat, id. V, 129. Nam pistacia lentiscus, *σχῖνος*, folia habet capellis quidem ob amarum saporem grata, sed hominum cubilibus minime apta, falsusque est Wuestemannus p. 129 testem citans Nicaenetum in Iacobsii delect. epigr. VII, 14 p. 299, ubi *χαμεύνα* simpliciter commemoratur nosterque hic locus a Iacobsio laudatur. *Iunci* vero toros non esse ab antiquis spretos intelligitur ex Arist. Plut. 541 (*στιβάδα σχοίνων*). Usurpatur autem *σχοῖνος* genere fem. sicuti a Callimacho apud Plutarch. de exil. 10: *μὴ μετρεῖν σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην*. — *χαμευνίσιν*] *in molliculis torulis*, ubi ,,molliter recubabamus'' (Cic. de Or. III, 17, 63). Quam suaviter convivis fuerit, deminutivo (cf. adn. ad id. I, 9 p. 16) vocabulo exprimitur. Eadem dulcedo notatur v. 138 deminutivo *ὀροδαμνίσιν*. — *ἐκλίνθημες*] Cum hoc verbo ac proximis cf. Hor. Epod. II, 23 sqq.: libet

ἔν τε νεοτμάτοισι γεγαθότες οἰναρέαισιν.
πολλαὶ δ' ἄμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
αἴγειροι πτελέαι τε· τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ

iacere modo sub antiqua ilice, modo in tenaci gramine: labuntur altis interim ripis aquae, *queruntur* in silvis aves (v. 141 ἔστενε), fontesque lymphis *obstrepunt* manantibus (v. 136—137 ὕδωρ — κελάρυζεν).

134. γεγαθότες] de collocatione participii cf. e. gr. Odyss. XIX, 461 χαίροντες ἔπεμπον. Theocr. VIII, 40 χαίρων. Hor. Od. III, 7, 8 (insomnis). Ibid. 12 (vafer). Hor. Od. III, 29, 22 (fessus). — οἰναρέαισιν] scil. χαμεύναις (id. XIII, 33) vel στιβάσι, *in toris pampineis recens abscissis*. De ellipsi cf. id. XIV, 35. I, 49 (τὰν τρώξιμον). V, 61. Ibyc. frg. 1 Schn. ὑφ' ἕρνεσιν οἰναρέοις. Scripsi nunc οἰναρέαισιν, quod est in codd. v. L. Y. (οἰναρέαισι codd. D. cet. Ahr. p. 61) pro οἰναρέῃσι, quod ex cod. s. Ahr. II. adscivit, vel pro vulgato (codd. k. cet. edd. antt. Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal. al.) οἰναρέοισι, quod Lobeckius, *pathol.* 1843 p. 280, a neutro adiectivi οἰνάρεος, significatione substantivi induto, non a substantivo οἰνάρεον derivatum voluit. Lectionem a nobis receptam tuentur schol. apud Ahr. p. 279, 21 (ἔν τε νεοτμήτοις οἰναρέαις) et schol. cod. E. (ταῖς ἀπὸ τῶν ἀμπελοφύλλων). Forma οἰναρέοισι originem ab homoeoteleuto ducit adiectivi νεοτμάτοισι.

135. ἄμιν] Hanc formam Mein. II. III. Ameis. Ahr. I. II. pro ἄμμιν (codd. edd. prr. Mein. I. Ziegl. vulg.) receperunt ex Eustathio ad Iliad. XVII, 415 p. 1112, 35: Δωριεῖς δὲ ἄμιν συστέλλοντες τὸ ι καὶ ὀξύνοντες. Θεόκριτος· „πολλαὶ δ' ἄμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο.“ Idem haud dubie dicere voluit Favorin. *ecl.*, Dindorf. gr. Gr. I p. 106, 12, ubi corrupta leguntur verba illa: Θεόκριτος „πολλαὶ δ' ἀμὶ κατὰ κρατὸς δονέοντο.“ Vide et ADD. ad v. 2. — ὕπερθε κατὰ κ.] *desuper in caput agitabantur* (Kiessl.), h. e. in tantum demissis ramis, ut capitibus nostris immiuerent frondes lenique aura motatae nostra tempora tangerent. De praepositione κατὰ cum genetivo iuncta cf. id. III, 54. VII, 82. I, 118. Haec dicenda propter Pal., cuius haec mira adnotatio est: „ὕπερθε κρατὸς necessario construenda. Nam κατὰ κρατὸς est *de capite*. An κρᾶτας δονέοντο, *movebantur capita?*“ — Falso Zimmerm.: *über dem Haupt hoch oben* umweheten uns mit Gesäusel Pappeln und Ulmen in Meng'. — δονέοντο] De tempore imperfecto cf. adn. ad id. VI, 44 p. 193.

136. ἱερὸν ὕδωρ] Hoc epice dictum existimo haud secus atque id. I, 69 coll. Odyss. X, 351 ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, vel Od. III, 153 coll. Iliad. I, 141 al. εἰς ἅλα δῖαν, vel illud Horatii, Od. I, 1, 22, aquae lene caput sacrae, ac similia. Cf. Dillenburger ad Hor. l. l. Epice, inquam, dictum est, quamquam proprie subest quaedam numinis aquas incolentis religio: et erunt fortasse homines alieno loco religiosi, qui maxime propter proxima Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο hic de industria sacrum esse dictum fontem defendant. — Vocabulum ὕδωρ apud Theocritum eandem, quam apud Homerum, prosodiam habet primamque syllabam tantummodo in arsi versus heroici producit: id. I, 8. 69. 118. XIII, 43. 49. XXIV, 96. XVI, 84 (Mosch. III, 14). XXII, 38. In thesi brevis est syllaba prima id. V, 33. 47. 124. 127. VIII, 50. VIII, 78. IX, 9. XI, 47. XVI, 62. XIII, 60. 36. XV, 29. 31. XXII, 62. At e. gr. Maneth.

Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυζεν.
τοὶ δὲ ποτὶ σκιαραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἁ δ' ὀλολυγών

VI, 424 (III, 424) Koechl. quoque *κοσμῆται κήπων ἄντλοις ὕδωρ φορέοντες* edidit: nisi ibi *ἄντλοισιν* legendum. Cf. et Spitzner. *de versu Gr. her.* p. 23. —

137. *Νυμφᾶν*] Fanum fuisse vel statuas Nympharum in his qui describuntur hortis non est incredibile. Cf. Theocr. I, 22 adn. Io. Wordsw. laudat Heyn. ad Verg. Aen. I, 168. Aesch. Eum. 22 *σέβω δὲ Νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα κοίλη*. Chandler. *trav.* II. cap. 32. — *κατειβ. κελάρυζεν*] Iliad. XXI, 261 *τὸ δὲ* (*ὕδωρ*) *ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει*. Conferri cum hoc loco toto potest Orph. Lith. 157: — *γλυκερὴ δὲ πέλει περὶ βωμὸν ἄνακτος τερπωλή, χλοερόν τε πέδον, μαλακαί τ' ἔπι ποῖαι, καὶ λασίης πτελέῃσιν ὕπο σκιή. ἄγχι δ' ἄρ' αὐτῶν ὕδωρ ἀέναον λισσῆς ὑπὸ πυθμένα πέτρης λευκὸν ἀναβλύζον κελαρύζεται εἴκελον ᾠδῇ.*

138. *ποτὶ*] Cf. adn. ad id. I, 18. Mosch. III, 9 *ποτὶ φύλλοις*. — *ὀροδαμνίσιν*] *in ramulis*. Cf. v. 133 et de Latino vocabulo deminutivo Cic. de Div. I, 54, 123. Catull. LXI, 21 floridis velut enitens myrtus Asia *ramulis*. — *αἰθαλίωνες*] *fuscae* vel *perustae solibus*, ut loquar cum Horatio, Epod. II, 41, quamquam hic potius id. X, 27 spectavisse — si quidem spectavit — videtur. Cf. Lennis. *hist. nat.* I p. 236. Totum hunc locum adumbravit auctor Culicis v. 144—151: his suberat gelidis manans e fontibus unda, quae levibus placidum rivis sonat acta liquorem. Hinc illi geminas avium vox obstrepit aures, hinc querulas referunt voces, quis nantia limo corpora lympha (cf. v. 139 *ὀλολυγών*) fovet: sonitus alit aëris Echo, argutis et cuncta fremunt ardore cicadis. De imitatione Gregorii Naz. vide adn. ad v. 139.

139. *τέττιγες*] *Cicadae* propter stridorem suum cum tractu editum (Plin. H. N. XI, 12) suavissimae ruri habentur cantatrices. Cf. id. I, 148. Aristot. Hist. An. IV, 9 p. 535, b, 6 *ᾄδειν λέγονται οἱ τέττιγες* (*ἄλλα δὲ θηρία βομβεῖ, οἷον μέλιττα*). Plat. Phaedr. p. 230, C, cuius oratio coll. Cic. de Or. I, 7, 28 cum Theocriteis comparari potest: *τὸ εὔπνουν* (v. 143) *τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα ἡδύ· θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ κτλ.* Iliad. III, 151 *ἀγορηταὶ ἐσθλοί, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν*. Arist. Hist. An. V, 30 p. 556, a, 20 *καλοῦσι δὲ τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ᾄδοντας ἀχέτας, τοὺς δὲ μικροὺς τεττιγόνια*. Quamquam ne *locustarum* quidem (cf. Plin. H. N. XI, 35) stridor ingratus habebatur, ut intelligitur ex huius idyllii v. 41 coll. Meleagr. Anth. Pal. VII, 175 *ἀκρίς, ἐμῶν ἀπάτημα πόθων, παραμύθιον ὕπνου, ἀκρίς, ἀρουραίη Μοῦσα, λιγυπτέρυγε, αὐτοφυὲς μίμημα λύρας*. Theocritea, assumpto versu 138, sic in suum usum convertit Greg. Naz. tom. II. p. 468 ed. Caill. 1840 (XIV, 7): *οἱ δ' ἀπὸ δένδρων* (cf. v. 138 *τοὶ δὲ ποτὶ* — et id. V, 47 *ταὶ δ' ἐπὶ δένδρ. ὄρν.*) *στηθομελεῖς, λιγυροί, ἠελίοιο φίλοι τέττιγες λαλαγεῦντες ὅλον κατεφώνεον ἄλσος*. — *ἔχον πόνον*] „continuo et studioso cantu inter se disceptabant". Apte Valck. I. contulit id. XXII, 187. Fortasse hinc et e versu 142 traducta verba Vergilii, Aen. I, 430: qualis apes aestate nova per florea rura *exercet* sub sole labor. *Dauphin.* libri supra p. 4 indicati p. 13: „*les*

τηλόθεν ἐν πυκιναῖσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.
ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών,
πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.

cigales cachées dans de jeunes pousses s'égosillaient à chanter." — ὀλολυγών] *calamites, hyla arborea* Linn. Hoc animal significari docet verbum τρύζει (vide v. 140). Scholiastae quidem (p. 280, 13 sqq.) *lusciniam* interpretantur. Sed *calamiten* significari maxime ex Ahrensii disputatione, tom. II p. 525—526, intelligitur. Cf. Arist. Hist. An. IV, 9 p. 536, a, 11. Cicero, de Div. I, 8, 14, Aratei versus, Dios. 216 (τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών), interpres scripsit: et matutinis *acredula* vocibus instat. Isid. orig. XII, 6, 59: *agredulae* [sic] ranae parvulae in sicco vel agro morantes, unde et nuncupatae. Modum superat argumentatio Doederlini, *Reden u. Aufs.* I p. 370 sqq., vocabulo ὀλολυγών *gryllum* a Theocrito significari contendentis. Warton. tom. II p. 92 contulit imitationem Agathiae, Anth. Pal. V, 292 ἐνθάδε δὲ κλάζουσιν ὑπὸ σκιεραῖς (v. 138) κυπαρίσσοις ὄρνιθες δροσερῶν μητέρες ὀρταλίχων· καὶ λιγυρὸν βομβεῦσιν ἀκανθίδες (v. 141)· ἡ δ' ὀλολυγὼν τρύζει (v. 140) τρηχαλέαις ἐνδιάουσα βάτοις (v. 140). Eleganter Chapmanus: *afar the tree-frog in the thorn-bush cried: nor larks nor goldfinches their song denied.*

140. βάτων] Vide adn. ad id. I, 132. — τρύζεσκεν] Aratus quoque l. ad v. 139 indicato hoc verbo, quo ranunculorum illorum voces egregie significantur, utitur.

141. ἄειδον] De asyndeto cf. praecd. p. 115, Iliad. V, 417 (ἄλθετο χείρ) et versum Vergilii adn. ad v. 71 exscriptum: de tempore imperfecto Iliad. I, 604. — ἀκανθίδες] *carduelis. Acalanthida* hanc avem vocat Verg. Georg. III, 338, ubi vide Serv. — ἔστενε] Vergilius, Ecl. I, 58, „nec *gemere* aëria cessabit *turtur* ab ulmo", expressit illud Theocriti ἔστενε τρυγών. Ursin. p. 12. Hor. Epod. II, 26 *queruntur* in silvis aves. Ioh. Bapt. Amaltheus (*quinque poett. illustr.* Bergom. 1753 p. 345) in ecloga, cui *Sarnus* nomen est: et volucres vario geminarunt *gutture questus.* Fawkesius sic vertit versum: *the lark, the goldfinch warbled lays of love, and sweetly pensive coo'd the turtle dove.*

142. ξουθαὶ] Vide Nic. in adn. ad v. 103 extr. p. 236 et Zon. Sard. in adn. ad v. 85. — Epigr. Anth. Plan. IV, 210, quod Platoni non recte tribuitur, v. 6: ξουθαὶ δ' ἐφύπερθε μέλισσαι κηροχυτοῦσ' ἐντός. — Eur. Iph. Taur. 165 ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν. Ἀηδών quoque (scilicet *sylvia Philomela,* non *sylvia luscinia*) in Theocr. epigr. IV, 11 atque Arist. Av. 676 ξουθή vocatur, neque dubium est quin voc. ξουθός, quod a voc. ξανθός ita ut Latinum voc. *fulvus* a voc. *flavus* differt (cfr. Marg. *de usu et signif. epithet. colores indicantium,* Bromberg. 1857 p. 8), eum colorem, quem et apes et fere pectora philomelarum habent, significet. Meinekius quidem in fragmento Empedoclis, Athen. XII p. 510 D, pro ξουθῶν τε σπονδὰς μελιτῶν edidit ξανθῶν μελίτων. Pariter explicandum voc. in Arist. Av. 214 et Eurip. Hel. 1111 Nauck., id quod dico propter Meinekium, *vind. Arist.* p. 87, *mobilitatis* vim huic vocabulo l. l. subiicientem. — περὶ — ἀμφὶ] Ne quis haereret in coniunctis his voculis Banksius p. 44 comparavit Iliad. II, 305 et Odyss. XI, 609. Vide et Odyss. VIII, 175. Arat. Phaen. 46 περί τ' ἀμφί τ'

πάντ' ὦσδεν θέρεος μάλα πίονος, ὦσδε δ' ὀπώρας.
ὄχναι μὲν πὰρ ποσσί, παρὰ πλευραῖσι δὲ μᾶλα
δαψιλέως ἁμῖν ἐκυλίνδετο· τοὶ δ' ἐκέχυντο
ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε·

ἐαγώς —: Lehrs. in *Iahnii annal.* 1860 p. 513: nam Bekkerus quidem Od. et Il. l. l. ἀμφιπερὶ et Odyss. VIII, 175 adeo ἀμφιπεριστέφεται coniunctis in unum vocabulis temere edidit. — πίδακας] Cf. Verg. Georg. IV, 18 at liquidi fontes et stagna virentia musco adsint (*apibus*) et tenuis fugiens per gramina rivus. Ibid. v. 54 purpureosque metunt flores (*apes*) et flumina libant summa leves.

143. πάντ'] Calp. X, 35 *omnia* ludus habet cantusque chorique licentes. Cf. id. VIII, 40. — ὦσδεν] Long. Past. p. 21 S. γλυκεῖα ἡ τῆς ὀπώρας ὀδμή. Eupolis apud Athen. XIV, p. 646 F (Toeppel., *Eupol. adul.* p. 25) ὅς χαρίτων μὲν ὄζει —. Cic. Brut. LXXXII, 285 mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur.

144. ὄχναι κτλ.] Verba hexametri extrema ὄχναι — μᾶλα et media ποσσί — πλευραῖσι ita sibi respondent ut e. gr. Iliad. II, 479 Ἄρει — Ποσειδάωνι atque ζώνην — στέρνον (Ἄρει δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι) vel Odyss. X, 83 ἠπύει — ὑπακούει — atque εἰσελάων — — ἐξελάων (ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει). Eadem est figura Theocr. II, 28—29. VIII, 1—2, ubi verba Δάφνιδι — Μενάλκας extrema, βουκολέοντι — μᾶλα νέμων media habes. VIII, 14 (μόσχον — ἀμνόν, ἐγὼ — τύ). VI, 17. Vergilius similiter dixit Ecl. V, 70 ante *focum*, si frigus erit, si messis, in *umbra*. Sall. Cat. 5 *satis* loquentiae, sapientiae *parum*. Cic. Cat. mai. II, 4 (senectutem) ut *adipiscantur* omnes optant, eandem accusant *adepti*. Tibull. IV, 173 et *ferro* tellus, pontus confinditur *aere*. Ovid. Met. VII, 19—20. Exempla Homerica collegit F. Schnorr de Carolsfeld, libri adn. ad id. III, 38 p. 131 indicati p. 77. Cogit autem hic chiasmus vel invitos, ut παρὰ bis ponamus cum codd. k. cet. et edd. prr. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ameis. Hartung. Pal. Ahr. I. al., utque Ahrensii ed. II. damnemus lectionem περὶ πλευρ. e codd. p. s. 6 receptam. Cf. id. I, 74 πὰρ ποσσὶ et adn. ad id. IX, 18. Idem Ahr. II. scripsit e codicibus deterioribus πλευρῇσι cum edd. prr. Valck I. II. Mein. I. II. al., sed πλευραῖσι exstat in codd. k. p. 6. 9., unde hoc, Wintertoni exemplum secuti, Ziegl. Ameis. Mein. III. Hartung. Pal. receperunt.

145. δαψιλέως] *largiter*, vel, ut Vergilius liberius vertit, *passim*. Illum enim, Ecl. VII, 54 („strata iacent passim sua quaque sub arbore poma") Theocritum imitatum esse, Gebauer. 1861 p. 246 sq. docuit. — ἐκέχυντο]. Bekkerus quidem Odyss. XIX, 539 — οἱ δὲ κέχυντο pro οἱ δ' ἐκέχυντο (Faes. al.) edidit, sed hic scribere ne velis τοὶ δὲ κέχυντο, quod est in codd. v. 8. Y., cf. id. XXVI, 16, ubi cod. D. et edd. Iunt. Call. Camer. Bas. I. al. habent αἱ δ' ἐδίωκον solusque cod. c. αἱ δὲ δίωκον, vel Theocr. VI, 46 ἐγένοντο. XVII, 5. XIV, 20. XXIV, 119. XI, 59. Iliad. XXIII, 424 παρακλίνας ἐδίωκεν. Theocr. XVII, 110. XI, 2. XI, 52. XI, 55 coll. adn. ad id. II, 46. Quint. Smyrn. V, 270 οἱ δ' ἐκέχυντο; ibid. III, 165 τοὶ δ' ἐφέβοντο: ibid. III, 589 καὶ δ' ἐφέροντο: Koechl. proll. ad Quint. Smyrn. p. XLV.

146. βραβύλοισι] Vide id. XII, 3. In cod. Butl. hoc voc. explicatur προυνις (h. e. *prunis*). Athen. II p. 49, F

ἑπτάενες δὲ πίθων ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφαρ.
Νύμφαι Κασταλίδες Παρνάσιον αἶπος ἔχοισαι,
ἆρά γέ πᾳ τοιόνδε Φόλῳ κατὰ λάινον ἄντρον

Κλέαρχος δ' ὁ περιπατητικός φησι Ῥοδίους καὶ Σικελιώτας βράβυλα καλεῖν τὰ κοκκύμηλα, ὡς καὶ Θεόκριτος ὁ Συρακόσιος· ὄρπηκες [sic] βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε. Etym. M. p. 211, 4 Θεόκριτος· ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε. Unde cum Ahr. II. ἔραζε (Theocr. XXV, 265) scripsi pro ἔρασδε (codd. Theocr. et edd. prr. Mein. Hart. Pal. al.). — καταβρ.] „*graves fructu*“ (Quintil. VIII, 3, 8). Verg. Georg. II, 429 nec minus interea fetu nemus omne *gravescit*. Ovid. Met. XIII, 812 sunt poma *gravantia* ramos.

147. ἑπτάενες κτλ.] *septuennis litura orificii doliorum „dimovebatur“*, hoc est vino nos invitavimus praestantissimo. Scripsi ἑπτάενες, quae lectio antiqua servata est in lemmate scholii codicis k, teste Zieglero, Iahn. *annal.* 1866 p. 101 (ἑπτάενες. Ἀττικὸν τὸ ἔτος ἕνος λέγουσιν). In codd. quidem et in editionibus habetur τετράενες, illatum illud, ut videtur, ex id. XIV, 16. Magna huic lectioni auctoritas paratur ab Hesychio, apud quem ἑπτάενον, ἑπταετῆ scriptum est. Erit igitur vocabulum ἑπτάενες lexicis nostris inserendum. — Horatius quidem, Od. I, 9, 7 dicit: deprome *quadrimum* Sabina, o Thaliarche, merum diota. — ἀπελύετο] ut vinum diu servatum biberetur. Theocr. XIV, 15 ἀνῷξα. Tibull. II, 1, 27 nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos consulis et Chio *solvite* vincla cado. Hor. Od. III, 8, 9 hic dies anno redeunte festus corticem adstrictum pice *dimovebit* amphorae — . Archil. apud Athen. XI p. 483, D ἀλλ' ἄγε, σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς φοίτα καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων. — κρατὸς] Arist. Plut. 545 στάμνου κεφαλὴ κατεαγότος. Eubul. apud Athen. XI p. 471, D κύλιξ κισσῷ κάρα βρύουσα. Soph. Oed. Col. 472 κρατῆρές εἰσιν — ὧν κρᾶτ' ἔρεψον. Theocr. VIII, 87. Propter collocationem verborum, qua magnum ornamentum adiunxit poeta huic versui, praeter versus Vergilii *adn.* ad id. XXV, 277 commemorandos cf. e. gr. Met. I, 265: *terribilem* picea tectus caligine *vultum*, ubi pariter primum et ultimum vocabulum, item secundum et penultimum sibi respondent, verbum autem (*tectus*, ut hic ἀπελύετο) medium locum tenet. Sil. Ital. XVII, 51 *iactaque* caeruleis innabant fluctibus *exta*. Claud. Rapt. II, 40 *collectae* tereti nodantur iaspide *vestes*. Claud. Epith. Pall. 27 et *reliquum* nitido detersit pollice *somnum*.

148. Νύμφαι Καστ.] *Musas* poeta, celebraturus vini praestantiam (θαυμάσας τὴν πόσιν τοῦ οἴνου ἔστρεψε τὸν λόγον πρὸς τὰς Νύμφας), alloquitur, harum quia beneficio illius candidi diei gaudia sodalibus obtigere. Phrasidamum et Antigenem, qui hospitio Theocritum excipiebant, et ipsos studiorum elegantiorum amantes fuisse, non temere colligas. Cf. v. 12 et 129. *Castalides* appellantur Musae Martial. VII, 12, 10, *Castaliae sorores* ibid. IV, 14, 1. De fonte *Castalio* (Pind. Pyth. I, 39), Musarum sede saepissime a poetis Graecis Romanisque celebrata, cf. Paus. X, 8, 9. Strab. IX, 3, 4 p. 418. Unger., Theb. parad. p. 115. De voc. Νύμφαι cf. Soph. Oed. R. 1106 (Νυμφᾶν Ἑλικωνίδων), Verg. Ecl. VII, 21, Preller. myth. Gr. I p. 381.

149. Φόλῳ] Pholus, unus ex Centauris, Herculem, qui expeditionem ad-

κρατῆρ' Ἡρακλῆι γέρων ἐστήσατο Χείρων;
ἆρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα τόν ποτ' Ἀνάπῳ,
τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι νᾶας ἔβαλλε,

versus aprum Erymanthium susceperat, admodum hospitaliter apud se exceperat et vino largiter invitaverat. Chiron vero, quum illis epulis interfuisset, dicitur ipse Herculi vina apposuisse. Res vario modo narratur. Wuestem. Apollod. II, 5, 4 Ἡρακλῆς ἐπιξενοῦται Κενταύρῳ Φόλῳ. οὗτος Ἡρακλεῖ μὲν ὀπτὰ παρεῖχε τὰ κρέα, αὐτὸς δὲ ὠμοῖς ἐχρῆτο. αἰτοῦντος δὲ οἶνον Ἡρακλέους ἔφη δεδοικέναι τὸν κοινὸν τῶν Κενταύρων ἀνοῖξαι πίθον. θαρρεῖν δὲ παρακελευσάμενος Ἡρακλῆς αὐτὸν ἤνοιξε, καὶ μετ' οὐ πολὺ διὰ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενοι παρῆσαν οἱ Κένταυροι πέτραις ὡπλισμένοι καὶ ἐλάταις ἐπὶ τὸ τοῦ Φόλου σπήλαιον κτλ. Diod. Sic. IV, 12 Φόλος ξενίοις δεχόμενος Ἡρακλέα τὸν κατακεχωσμένον οἶνον πίθον ἀνέῳξε. τοῦτον γὰρ μυθολογοῦσι τὸ παλαιὸν Διόνυσον παρατεθεῖσθαί τινι Κενταύρῳ καὶ προστάξαι τότε ἀνοῖξαι ὅταν Ἡρακλῆς παραγένηται κτλ. Meurs. spicil. p. 49 contulit versum Stesichori apud Athen. XI p. 499, A: σκύπφειον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον πῖεν ἐπισχόμενος, τό ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος κεράσας. Vide et Ed. Gerhardi ephem. *Denkm. u. Forsch.* 1865, XXIII nr. 201 p. 81 et tabulam *CCI.* — κατὰ] Cf. adn. ad id. III, 6 p. 122.

151. τὸν ποιμένα κτλ.] Quemadmodum a Vergilio, Georg. III, 2, Apollo vocatur *pastor ab Amphryso*, ita hic a Theocrito Polyphemus *pastor ad Anapum* dicitur. Quod cur poeta fecerit, variae (cf. e. gr. Claudian. L, 41) cogitari possunt causae, quarum simplicissima haec est. Sciebat Theocritus, qui scribens hanc eclogam fortasse Siciliam nondum pede attigerat, sciebantque lectores eclogae aetate cum Theocrito coniuncti, Siciliae esse fluvium Anapum, satis notum ex historiis: cf. Thuc. VI, 96. VII, 78 al. Hunc igitur fluvium nominabat, ut Cyclopis sedem Siciliam in universum significaret, non divinans se post duo milia annorum propterea a Meinekio vituperatum iri. „Cyclopem", inquit Mein., „constans totius antiquitatis opinio ad Aetnam ponebat: quo magis mirum est a Theocrito eum ad Anapum longo intervallo ab Aetna dissitum transferri, quod neque alius poeta neque in reliquis carminibus fecit Theocritus [cf. id. XI, 47], quem scripsisse suspicor τὸν ποιμένα τόν ποτ' ἀν' Αἴτνᾳ vel ἐν Αἴτνᾳ". Posteriorem coniecturam amplexus est Hartungius, Meinekius ipse ed. III. ἀν' Αἴτνᾳ edidit. Sed nihil mutandum esse quum alii viderunt, tum Eberz. p. 243. Recte Mein. I. II. Ahr. I. II. Pal. al., secuti Comm. Heins. Valck., ediderunt Ἀνάπῳ pro Ἀνάπω (edd. prr. Call. Lov. Cam. Bas. I. Steph. Brub. I. Wintert. Inn, codd. k. v. 6. 8.), quod Heins. *lectt. Theocr.* p. 346 defendere studuit. Nihil tribuendum lemmati schol. Call., ubi pro ποτ', scriptum est ποκ', id quod irrepsit in ed. Steph. min.

152. ὤρεσι νᾶας] *montibus* — revulsis — *naves petebat, montes in naves coniiciebat* [non *in montibus* saxa iaculabatur, Harl. Grever. p. 65 al.]. Pluralis νᾶας ad exaggerandam orationem et amplificandam ponitur, quum una Ulixis navis significetur: cf. e. gr. Cic. pr. Sest. XLI, 89 *nova edicta* et Halm. ad Cic. pr. Sest. XV, 35. Dicit autem Theocritus ὤρεσι pro eo, quod dixit Homerus, Od. IX, 481, κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο (ἧκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο,

τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὐλία ποσσὶ χορεῦσαι,

κὰδ' δ' ἔβαλε προπάροιθε νεὸς κυανοπρῴροιο), quem locum dudum Heinsius *lectt. Theocr.* p. 346 contulit. Interpres est Ovid. Met. XIV, 181: vidi, quum *monte* revulso *immanem scopulum* medias permisit in undas: vidi iterum veluti tormenti viribus acta vasta giganteo iaculantem saxa lacerto. Cfr. etiam schol. p. 284, 7 sqq. p. 284, 25. Immanitas Polyphemi vix potuit aptius designari, quam hac *montium* commemoratione. Plus quam inutilis coniectura Fr. Iacobsii est ὤρει. Voc. νᾶας vero pro λᾶας (codd. et edd. prr. Call. Lov. Heins. al.). Valck. I. II. Brunck. Wordsw. et reliqui recentiores editores recte receperunt e coniecturis Heinsii, Musgravii apud Warton. tom. II p. 410, Thom. Stanleii, cuius notae mss. in bibliotheca academ. Cantabr. asservantur. Nihil moramur in lectione var. cod. k. ἔμβαλε et codd. v. 8. M. Y. ἔβαλλεν. Expungendum versum totum censuit Meinekius tum propter voc. ὤρεσι, quod ipse male vertit ,,der mit Bergen *in* Schiffe warf'', oblitus id. VI, 6 (βάλλει μάλοισι τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια), tum propter commenticiam legem parilitatis, quam nulla re cogente ipse finxit et qua ficta postulari dicit ut laudes vini a Chirone Herculi dati, et laudes vini ab Ulixe Cyclopi dati, pari versuum numero absolvantur. Quae quam inania sint, Eberzius p. 243 declaravit: cuius verba si legisset Ribbeckius et si idem mea verba, proecdos. p. V scripta, attendisset, haec, quae in Mus. Rhen. XVII p. 562 tanquam praeco Meinekii vulgavit, aut non scripsisset aut modestioribus verbis expressisset.

153. νέκταρ] Polyphemus Od. IX, 359: ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ. Erat enim vinum Maroneum, de quo ibid. v. 205, ἡδύ, ἀκηράσιον, θεῖος ποτός — ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει θεσπεσίη. Multa de hoc vino scripsit Athen. I p. 26, A sq. — Hactenus Wuestemannus. Potuit autem vinum nobilissimum et suavissimum, cuius sapor et odor omnibus praestabat, eo facilius νέκταρ appellari, quia Homerus deorum potum illum peculiarem Odyss. V, 93 et Iliad. XIX, 38 appellavit νέκταρ ἐρυθρόν eumque vino ei, quo mortales utuntur, maxime assimilavit. Mel ab Euripide, Bacch. 142, μελισσᾶν νέκταρ vocatur. — Vergilium, Ecl. V, 71, quum scriberet: ,,vina novum fundam calathis Ariusia nectar'', huius versus memorem fuisse ex hac re apparet, quod *saltationis* continuo mentionem subiicit, — v. 73: ,,*saltantes* Satyros imitabitur Alphesiboeus'' —, credo propter proxima verba Theocriti, ποσσὶ χορεῦσαι. Cf. adn. ad v. 71. — ἔπεισε] Silenus apud Eur. Cycl. 156: βαβαί· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. Vergilii imitationem (Ecl. I, 55 saepes — saepe levi somnum *suadebit* inire susurro) a me in proecdosi indicatam Ribbeckius quoque, Verg. tom. III p. 422, agnovit. Calpurn. IX, 89 frigidus e silvis donec discedere *suasit* Hesperus. Eodem modo verbo πείθειν utitur Ioh. Chrysost. de sacerd. p. 381 (tom. II Montf.). Lectio vitiosa ἔσπεισε et in edd. Med. Ald. Call. et in cod. Butler. apud Wordsworthium est. — ποσσί] Cf. id. VIII, 47. Eur. Ion. 1187 χεροῖν ἐκχέων σπονδάς. Actor. XV, 23 al. De forma ποσσί cf. id. I, 74. 83. VII, 144, quibus locis omnibus colorem esse quendam epicum, apparet: ποσί vero id. VII, 25. IX, 18 legitur. Haec quum scribo, non ignoro ne Euripidem quidem abstinuisse simili forma et Alc. 756 in versu trochaico legi ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβών. — χορεῦσαι] Cyclopem Euripideum verba

οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανάσατε Νύμφαι,
βωμῷ πὰρ Δάματρος Ἀλῳάδος; ἇς ἐπὶ σωρῷ

sua, v. 576 sqq., cum saltatione coniunxisse satis credibile est. Scholiastes p. 284, 4 (τὸ χορεῦσαι τὸν Κύκλωπα ἐξ Εὐριπίδυ μετήνεγκε) Silenum cum Polyphemo confudit. At Hor. Sat. I, 5, 63: *pastorem* (v. 151 τὸν ποιμένα) *saltaret* uti *Cyclopa* rogabat. Hor. Epist. II, 2, 125: nunc Satyrum, nunc agrestem *Cyclopa movetur*. Schol. ad Arist. Plut. 290: καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι θρετταναλὸ τὸν Κύκλωπα μιμούμενος καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων ὑμᾶς ἄγειν.

154. διερκ. Ν.] qualem tunc nobis potum vos, *Nymphae Fontinales, lympha vestra aquatum* (Augustin. conf. VI, 2), *liquatum* (Cic. Tusc. II, 10, 25), *temperatum*, reddidistis. Glossa codd. E. M. N. bene explicat ἐπηγάσατε, glossa cod. P. ἐβλύσατε, alia glossa codd. E. M. N. et cod. p. διεκεράσατε, glossa cod. C. συνεκεράσατε. Nymphas hic non Musas (v. 148) poeta dicit, sed fontis illius, prope quem in convivio sedere, incolas easdem, de quibus v. 137 dictum est. Rana in Epigr. Antigoni Car., Anth. Pal. IX, 406, 3: κεῖμαι δ' ἐν Νύμφαις, κείναις φίλος, οὐδὲ Λυαίῳ ἐχθρός, ὑπ' ἀμφοτέρων λουόμενος σταγόνων. Pro firmato stat mihi voc. διεκρανάσατε, praebitum a codd. k. p. 6. Q. et ab Ahr. I. II. (quem vide in ed. min. 1856 p. IV) Hartung. Pal. scriptum loco voc. διεκρανώσατε, quod quidem est in reliquis codd. et edd. prr. Call. (Camer. Bas. I. διεκρανῶσατε) Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Ziegl. al. Hoc sane legerat etiam Amarantus, ut intelligitur ex Etym. M. p. 273, 38: διεκρανώσατε σημαίνει τὸ ἀνεῴξατε. παρὰ τὸ κάρα, διεκαρανώσατε, καρανῶ δὲ διακαρανῶ. δοκεῖ γὰρ τῶν πίθων ἡ ἀλοιφὴ κάρα εἶναι. οὕτως Ἀμάραντος ὑπομνηματίζων τὸ ἡδύλιον Θεοκρίτου, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Λυκίδας ἢ Θαλύσια. Grammaticus ille, perinde atque auctor scholii p. 284, 14, vocabulo πῶμα vim *operculi* subiecisse videtur, quum habeat hic potius vim *potus*, qua vi πόμα a Pindaro Nem. III, 79. Mosch. III, 78 al. dicitur. Cf. Lobeck. parall. p. 425 coll. Porson. ad Eur. Hec. 392. Hermannus, *opusc.* V, 82, διεκρανώσατε tenuit, Amaranti originationem quidem probavit, sed verbum διακρανοῦν *perficere* potius significare putavit. Meinekius p. 263 διεκρουνώσατε coniecit. Nobiscum ex parte facit Lobeckius, *pathol.* 1853 p. 263, a voc. κράνα verbum (ille quidem κρανόω) derivans et *effundere*, διακρουνίζειν et ἐκκρουνίζειν, explicans. Scite Pal. contulit Hesiod. ἔργ. 595 ἀντίον — κρήνης ἀενάου καὶ ἀποῤῥύτου, ἥτ' ἀθόλωτος. Quaedam similitudo est versus Quint. Smyrn. IV, 137 (πῦρ δ' Ἥφαιστος ἔκαιεν ἀκήρατον, ἀμφὶ δὲ Νύμφαι ἀμβροσίην ἐκέραιρον ἐνὶ χρυσέοισι κυπέλλοις), maior etiam Tibull. III, 6, 57 (*Naïda* Bacchus amat—: *temperet* annosum Marcia lympha merum). Alia vero ratio est Hor. Od. III, 13, 1 (o *fons* Bandusiae — dulci digne mero), ubi vide Orell.

155. Ἀλῳάδος] *cuius in tutela est area*, et cuius in honorem τὰ Ἀλῷα (Demosth. Neaer. p. 1385, 2, *Schoemann. antt.* I p. 515) celebrantur. Nonnus Dion. XXX, 68 Σικελίην τρικάρηνον Ἀλωιὰς ἥρπασε Δηώ, ex quo versu etiam intelligitur recte Ahr. II. et Hartung. scripsisse ἀλωάδος (vel, ut ego malo, Ἀλῳάδος), id quod adscripta vocali in cod. 9. et in ed. Iunt. est ἀλωϊάδος (ἀλωάδος edd. Med. Ald. Call. Bas. I. Camer. ἀλωΐδος codd. k. p. s. Q. Boiss. II. Ziegl. Mein. III. ἁλωάδος lemma schol. Call. Steph. Heins. Wintert. Valck. I. II.

αὖτις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον, ἁ δὲ γελάσσαι
δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέραισιν ἔχοισα.

Boiss. I. Duc. Mein. I. II. Pal. al.). Cf. Mein. p. 263 et p. 476, Preller. *myth.* I p. 601. — σωρῷ] „frugum acervum" (Tibull. I, 1, 9) dicit sicuti Hesiodus, *ἔργ.* 776 (778) — Homerus enim hoc voc. non est usus —: Herodotus I, 22 dixit *σίτου σωρόν.* Cf. et Orph. XL, 5 atque Anth. Pal. VI, 258, 5 (Mein. II p. 170). Retinui dativum *σωρῷ* propter simillima exempla, Odyss. XI, 77 *πῆξαί τ᾿ ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμόν*, coll. Odyss. XI, 129 *γαίῃ πήξας ἐρετμόν*, et idyll. VII, 54, ubi Ahrensius quoque scripsit *ἐπ᾿ ὠκεανῷ* pro *ἐπ᾿ ὠκεανῶ*, dato et a codd., quod sciam, omnibus et ab edd. Med. Call., quas sequuntur Heins. Wintert. Reisk. Valck. I. II. Gaisf. Mein. I. II. III. Boiss. I. II. Ziegl. al., at *ἐπ᾿ ὠκεανῷ* non solum comparet in edd. Ald. et Iunt., sed etiam in edd. Camer. Bas. I. Steph. Ameis. (non accurate igitur Ahr. p. 56 scripsit „*ὠκεανῶ vulg.*") atque in scholiis codicis Rom. 2. et Paris. P. Dativus praepositioni *ἐπὶ* additur etiam id. V, 47, Aesch. Ag. 36 al., quamquam non celo genetivum haberi id. IX, 30. Fortasse propter l. v. codicis M. *σωρῶον* in nostro versu (nam ceteri nihil variant codices) Ahr. II. ex ed. Call. *σωρῶ* exhibuit. Nobiscum Ahr. I. Mein. I. II. III. Hart. Pal. cet. nec non edd. prr. Lov. faciunt.

156. *πάξαιμι μ. πτ.*] *rursus figam magnum ventilabrum* (margo cod. Butler. *ἀδ κουμουλουμ φιγαν βεντιλαβρον*). Non temere scripsit *πάξαιμι*, quia optat revera (cf. id. XV, 143) ut anno redeunte pari hilaritate celebret diem festum, quo peractae messis signum ventilabrum videtur frugum acervo esse infixum. Ceterum cf. arg. p. 197. — *γελάσσαι*] „*vultu dea sereno rideat*" (Ovid. Trist. I, 5, 27), bonam se felicemque suis significans.

157. *δράγματα κτλ.*] *ambabus spicas et summa papavera gestans.* De his Cereris insignibus vide interpp. ad Callim. in Cer. 45, librum, cui inscriptum est: „papaver ex omni antiquitate erutum. Norimb. 1713." (Harl.), Preller. myth. Gr. I p. 600, Lud. Stephani *compte-rendu de la comm. imp. arch.* 1859 p. 36 sqq. *Cereale papaver* Verg. Georg. I, 212 dicitur. Cum exitu huius idyllii Heynius apte Tibulli contulit elegiam libri primi decimam, cuius hi versus extremi sunt: at nobis, Pax alma, veni *spicamque teneto* perfluat et pomis candidus ante sinus. Habet etiam comparationem exitus carminis I. Gayii, *rural sports* II p. 16 ed. Lond. 1779.

VIII.

ARGUMENTUM.

Octavo Theocriti idyllio ducimur ad pascua tranquilla altorum montium ibique videmus *Daphnidem*, cuius celeberrimum apud Siculos nomen (v. 92), armenta pascentem et cum *Menalca*, ovium magistro (v. 2), congredientem. Ambo sunt ἔνηβοι, primum pubescentes, medii inter pueros atque adolescentes (v. 3), ambo docti „calamos inflare leves'', ambo docti „dicere versus''. Hi simul ac se conspexere, freti artis suae praestantia ad cantus certamen sese provocant (v. 6 sqq.), praemia, quibus decernatur, fistulas haud sane contemnendas, constituunt (v. 13—24), caprarium quendam in vicinia conspectum, qui arbitri partes suscipiat, advocant (v. 26 sqq.), denique certant duobus cantibus alternis (v. 33 sqq.), quorum prior (v. 33 — 60) metrum habet elegiacum, posterior meros hexametros (v. 63 — 80). Finito certamine caprarius victoriam Daphnidis renunciat (v. 82 sqq.). Hanc vero ita describit poeta victoriam, ea ipsa ut Daphnis futurae apud posteros gloriae prima fundamenta (v. 92) iecisse Nymphaeque (v. 93) amorem conciliasse sibi censeatur.

Ut pulcritudinem huius idyllii, iuxta id. I et VII et naturali simplicitate et affectuum mollitie et orationis luminibus praestantissimi, prorsus perspiciamus recteque examinemus, missis praeiudiciis ante omnia hoc attendendum est, quod Daphnis et Menalcas, qui hic introducuntur, ambo vocantur ἔνηβοι (v. 3, ubi vide adn.), hoc est pubescentes, ferme quindecim annos nati, qui non iam pueri, neque vero plane adolescentes nominari possint, sed simul et pueritiae quasdam et adolescentiae habeant notas. Comparare possumus descriptionem *Violae* in Shakspearii fabula, *What you will* (I, 5), sexum mentitae et pro virgine iuvenem simulantis: *not yet old enough for a man, nor young enough for a boy*: as a squash is before 'tis a peascod, or a codling when 'tis almost an apple: 'tis with him e'en standing water, *between boy and man.* Hinc illi alacres fiduciaeque pleni ubi vix bene congressi sunt, non per ambages ac longa exorsa [contra fit id. V, 1 — 21] sese tenent, sed statim ob laudis cupiditatem provocant (v. 6 sqq.), finito autem certamine, alter eorum, qui vicit, ingenti laetitia affectus (v. 88), victus vero dolore gravissimo ac pudore plane afflictus (v. 90) describitur. Hinc iidem posteriore cantu (v. 63 sqq.) plane *pueri* (v. 64) ac veri pastores, iidem priore cantu plane *viri* (v. 59) ac veri amatores vel videntur vel volunt videri: posteriore cantu suos greges (v. 76), priore puerum amatum (v. 47. 51) vel amatam Naïada (v. 43) pari facundia eademque mente laudantes efferunt. Hinc

eosdem, pruriente iam corpore gestientes. in priore carmine Venus luxuriantius trahit, in posteriore mitior voluptas ducit ex officio pastorali subeundo percepta: hinc in priore cantu (v. 33 sqq.) spirat amor nec Anacreontis nec Sapphonis fidibus indignus, in posteriore sensus lenis ac placidus, quem comparare licet vel cum sensu Tibulli, ruris pacem (I, 5, 21 sqq. II, 1, 59 sqq.) describentis vel cum poeta nostro Hoelty, cuius est carmen *das Feuer im Walde*. Hinc posteriore cantu (v. 63 sqq.) ab his deliciis, quas absentes ante concupiscebant, cursu naturali ad ea gaudia, quae patent praesentia (cf. adn. ad v. 67), celeriter deflectunt, a speratis ad haec, in quorum possessione sunt, imprudentes ac sponte relabuntur, ut paene pares hilaritates, et quum ipsi amatores cum voluptate perfusoria cecinere, et quum veri pastores cum gaudio stabili ad gregem rediere, pectora amborum impleant. Denique contumacia illa, quae e v. 7 sqq. elucet, mores huius, qua esse dicuntur, aetatis tam proprie designat, ut Theocritum, naturae humanae contemplatorem attentissimum eiusdemque pictorem dexterrimum, ab his quoque adumbrationibus agnoscas, atque Flodero (vide adn. ad id. VII, 37) assentiaris, qui p. 360 silvestrem Musam a Theocrito eo perfectionis perductam scribit, ut nemo postea fuerit inventus, qui nativa simplicitate et elegantia eum potuerit aequiparare.

Haec pluribus dicenda fuerunt, quia God. Hermanno in *scholis Theocr.* (*diurn. schol.* 1832 p. 1062 seu *opusc. tom.* V p. 87) tanta differentia duorum carminum (v. 33 sqq. et v. 63 sqq.) esse visa est, ut res diversas ab aliena manu in hoc idyllio coniunctas censuerit atque ita statuerit: Theocritum primo fecisse idyllium, cuius fuerint tantum versus 1—30 versusque 63—93. Id idyllium alium poetam sic interpolavisse, ut, quum Daphnidem et Menalcam, qui in illo primo carmine plane pueri introducerentur, iam paullo provectiores aetate (et amori Venereo iam deditos) faceret, pro versibus 63—79 poneret versus 31—60, vel potius versus 31—57, servatis versibus 80—93. Postremo grammaticum aliquem, quum illa duo carmina cantione puerorum inter se differentia, sed idem exordium finemque eundem habentia invenisset, coniunxisse ea in unum, insertis de suo versibus 61—62. At, ne plura dicam, non intelligitur, *cur* poeta alter provectiores aetate pueros fecerit. Praeterea cf. adn. ad v. 75. Erravit autem Hermannus in hoc carmine aestimando, quia sensus ac mores (quales certe nos poscimus) aetatis nostrae hominumque nostrorum, glacialis orae filiorum, miscuit cum sensibus ac moribus aetatis veteris hominumque plagae meridianae accolarum, iam inde a teneris unguiculis amoribus tepentium atque in luxuriem effusorum. Meminerint modo homines boni, quibus imposuit Hermanni auctoritas, Calpurn. IX, 1, ubi formosam Donacen Idas *puer* et *puer* Alcon ardent *rudibusque* annis incensus uterque in Donaces Venerem furiosa mente ruunt — ut taceam de ceteris. Meminerint Verg. Ecl. VIII, 39—41. Meminerint, ne diu morer in re lubrica, quae I. I. Rousseau, *conf. livr. I* (*oeuvr. Basil.* 1794. XIX p. 19 sqq.) de amoribus suis plus quam puerilibus confitetur. Verumtamen Hermanni iudicium Meinekius p. 263, Zieglerus p. 54, Moerikius et Notterus p. 215, alii comprobaverunt.

Scilicet habet hoc idyllium haud pauca, quibus non mirum est offensos esse homines doctos. Nam non solum versus quosdam et partes quasdam longiores poematis elegantissimi annorum series et fuga temporum depravavit, sed etiam prior cantilena (v. 33 sqq.) vehementer turbata est, partim confusis personis cantorum, partim versibus commixtis, partim strophis totis — ut mihi quidem videtur — oblitteratis. Quum enim quattuor primae strophae cantus elegiaci (v. 33 sqq.) tam accurate elaboratae

sint, ut his nihil sit formosius nec dispositius, ratio ac lex carminis amoebaei, de qua supra p. 155 dictum est, postulat ut certus sententiarum ordo ducatur etiam in proximis (v. 49—60) utque sententiae ac verba utriusque cantoris ad exemplum priorum stropharum ita complexa sint ut, quae in Menalcae strophis antecedunt, causa sint aut signa sequentium a Daphnide cantandorum, quae autem sequuntur, praegressa aut aequent tanquam tesserulae emblematis vermiculati aut etiam pulcritudine superent, omnia denique in orbem unum coeant. Cf. etiam Hor. Od. III, 9. Utique quas partes uterque cantor, maxime ubi de amore agitur, semel suscepit, easdem ad finem debuit peragere. Qua de causa versibus 48 et 44 sedes, quam habent in codicibus, mutanda est. Facile autem intelligitur post v. 52 potuisse strophas quasdam excidere, quia similitudo verborum ab utroque cantore positorum effecit, ut oculi scribarum, neglectis prioribus, ad inferiora deflecterentur. Ita interiere tres strophae, quas inde a versu 52 supplevimus, ut certe legi possit idyllium venustissimum. Similia ante me senserunt Chr. Fr. Graefius, *epist. crit.* 34 sqq., et Arm. Koechly, *de carm. Theocr. in stroph. rest.* p. 18 sqq., qui tamen, ingressi viam rectam, consequentium metuentes, in media via substitere. Haec est mea sententia de hoc idyllio, quod Vavassor., *ludicr. doct.* p. 114, rusticae simplicitatis exemplum suavissimum appellavit. Quamquam longe aliter alii senserunt. Valckenarius, teste Hermanno, *opuscc.* V p. 85, exemplo suo Theocriti haec adscripsit: ,,non videtur mihi ecloga Theocritea''. Eandem eclogam Theocrito eripere totam, ut spuriam, voluerunt Chr. Dan. Beckius, *observatt. crit. exeg.* part. V (Lips. 1802) p. VIII, nuper etiam Meinekius p. 476, aliter iudicans atque eiusdem libri, quod mirere, p. 263.

Sed quam infirmae sint causae istarum opinionum, maxime ex inconstantia Valckenarii elucet. Hic enim, ut supra vidimus, alio tempore carmen totum damnavit: alio tempore (in *epist. ad Roever.* p. XIV sq.) non totum idyllium, sed multos eius versus a Theocrito abiudicavit, quod quam parum accurate fecerit, ab Hermanno l. l. p. 85 ostensum est: idem denique Valckenarius in editione Theocriti II. ad v. 82 sic iudicavit: ,,qui sequuntur versus XII et primi in hoc carmine XXVII mihi videntur Theocritei''. At ne haec quidem ab eo recte dicta esse Hermannus l. l. p. 86 declaravit.

Ahrensius in ed. II p. 63 ,,huius carminis'', inquit, ,,pars maior (v. 1—63) genuina haberi nequit, sed a recentiore quodam, frustulis quibusdam Theocriteis uso, addita esse *videtur*''. At cur videatur, ne verbo quidem Ahrensius significavit. Quamdiu igitur vir ille doctus non attulerit causas sui iudicii manifestas et claras, non magis eius ratio habenda, quam Hartungii, qui p. 407 versus elegiacos (v. 33 sqq.) ab alio potius poeta scriptos esse ,,*credibile*'' dicit, versus 76—80 ,,*fortasse*'' genuinos, sed strophas vs. 63 — 79 non integras esse p. 412 existimat. Verum ne hic quidem plus quam *placita* sua attulit. Equidem ego, ut paucis complectar, carmen non integrum ad nos pervenisse, sed tamen a Theocrito, non ab alio, conditum esse mihi persuasi. Callimacho certe notos fuisse versus 57 — 60 ex his, quae adn. ad v. 56 h dicenda sunt, apparet. Cfr. et Wissowa, *Theocr. Theocr.* p. 42 atque Buecheler. in Iahn. ann. LXXXI (1860) p. 349: ,,die Meinung, dass das ganze Gedicht unächt sei, entbehrt sicherer und triftiger Beweise, noch weniger aber befriedigen die seit Valck. mehrfach wiederholten Versuche, einzelne Theile als eingeschoben und später zugesetzt abzutrennen.'' Idem vir doctus minimum vel nullum pon-

dus habere scrupulos de verbis singulis Zieglero adn. ad. v. 31 p. 55 iniectos (cf. et Mein. p. 478 adn. ad v. 68) vere scripsit.

De versibus elegiacis (vs. 33 sqq.) haec addere visum est. Bindemannus p. 103 versus 44 et 48 transposuit (id quod nos quoque fecimus) et versus 41. 42. 43. 48 Daphnidi ita tribuit, ut hi tanquam series una continuo versus 37—40 sequantur, tum versus 45. 46. 47. 44 atque continuo versus 49 — 52 Menalcae, postremo versus 53 — 60 soli Daphnidi assignavit. Brunckius versus 33 — 36 Menalcae, versus 37—40 Daphnidi, versus 41—44 Menalcae, tum vero versus 45—52 tanquam unam seriem Daphnidi, versus 53—60 tanquam unam seriem Menalcae dedit. Postea homo doctus in *ephem. Goth.* 1803 nr. 22 quattuor versuum lacunam post v. 52 esse statuit versusque in hunc ordinem redigere voluit: 33 — 36 (Men.), 37—40 (Daphn.), 45. 46. 47. 44 (Men.), 41. 42. 43. 48 (Daphn.), 49. 50. 51. 52 (Men.), tum quattuor versus Daphnidis excidisse putat, tum secutos esse 53. 54. 55. 56 (Men.), 57. 58. 59. 60 (Daphn.). Hunc Weisius et Ahrensius in ed. II. secuti sunt. Similiter Wuestemannus p. 134 post versum 52 [ipse quidem scripsit 53] quattuor ad minimum versus alterius cantus excidisse atque versus 53—56 Menalcae, versus 57 — 60 Daphnidi adscribendos esse suspicatur, sed non mutat vs. 44 et 48.

Restat ut breviter indicentur iudicia quaedam hominum doctorum in diversa, quae singillatim enarrare vel refutare longum est, abeuntium: Thom. Edwardsii, p. 287, Nic. Bachii, *quaestt. eleg. spec.* (Fuld. 1839, 4) p. 14 sqq., Io. Aenoth. Zetzschii, de cuius libro vide arg. id. V p. 155, I. P. E. Greveri, *kl. Beitr. zur Erkl. u. Krit. der Idyllen Theokrits, vierte Fortsetz., Bem. zu Id.* 8. 9. 10 p. 3 coll. ed. Oldenb. 1850 (1845) p. 66 sqq., C. Fr. Ameisii, *adn.* p. 57 et edit. p. XII., Fr. Zimmermanni p. 140, Gust. Gebaueri ed. 1856 p. 41, ed. 1861 p. 100 et p. 183, C. F. Hermanni, *de Daphn.* (vide arg. id. I p. 12) p. 10 sqq., Io. Henr. Vossii, *Randgl.* p. 186, qui quidem versus 49—52 exterminare voluit, Ph. Buttmanni in Seebodii et Friedemanni *misc. crit.* vol. II p. 711 sqq. De Sueverno vide adn. ad v. 10.

Imitatores huius idyllii multi exstiterunt. De Bione vide adn. ad v. 6. 73: de Vergilio v. 3. 4. 11. 15. 16. 18. 21. 25. 44. 49. 52[e]. 56[f]. 57. 65. 78. 79. 84. 92: de Horatio v. 6. 49. 56. 59. 41. 78: de Tibullo v. 16. 52[e]. 63. 64: de Propertio v. 53: de Calpurnio v. 3. 16. 41. 82: de Claudiano v. 45: de Eratosthene scholastico v. 60: de Leonida Tar. v. 49: de auctore epigr. incerto v. 79: de Niceta Eug. v. 57. 83. His adde Sannazarium v. 33. 44. 52, Gayium v. 83, Popium v. 41, Miltonum v. 76, Wernikium v. 68, Platenium v. 33, Gesnerum, proecd. v. 41. Versibus Gallicis liberius imitatus est carmen Chabanon. ed. Paris. 1777 p. 106.

Graeca Koechl. l. l. p. 16, Bach. *anthol.* p. 155, Burchard. *anthol.* p. 205 ediderunt.

Latinis versibus hoc idyllium expressit Chr. Gottl. Wernsdorfius in hoc libello: *Cantores. Theocriti id. VIII. Auctore Chr. Gottl. Wernsdorfio*, Helmst. 1802, 8. Teutonicae translationes habentur Ramleri in l. *Einl. in d. schönen Wissensch.* ed. V, 1802 vol. I p. 391 et in l. *griech. Blumenlese von* Brieger 1778. p. 11, et Stolbergii (vide arg. id. II p. 73) p. 156. Vossii translatio primum prodiit in huius l. *Musenalmanach*, Hamb. 1797. De Antonii translatione vide arg. id. III p. 119. De Wernsdorfio, qui p. 28 sqq. etiam vernacule reddidit

carmen, vide superiora. Denique hic commemoretur hic liber: *Idyllen aus d. Griech. von* I. G. Sam. Schwabe, Jen. 1769, 8, ubi praeter hoc idyllium idyllia Theocriti I. III. IV. VI. XVIII. XXVII translata sunt.

Versuum 41 sqq. comparandorum causa carmen Pilneius p. 46 adnotationum in medium protulit, cuius exemplum infra scriptum.

O di facili colli ombrosa chiostra,
Che d'ambo i lati all' indomabil onda
Del fiume, che co i campi ardito giostra,
Il corso affreni, e fai riparo, e sponda:
E voi, che appena in ciel di se fa mostra
Il novo Sol, con armonia gioconda,
Pinti augelletti, la letizia vostra
Volate a rimembrar di fronda in fronda:
Erbose valli, e limpidi ruscei,
Fresc' aure, elette piante, io foschi, ed egri
Pur sempre con voi traggo i giorni miei.
Perchè Amarilli, il mio bel sol, che integri
I piacer vostri, manca, ah senza lei
Nulla qui v'ha, che mi conforti, e allegri.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐπὶ Σικελίας, ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. εἰσὶ δὲ ἐρίζοντες ἀλλήλοις Δάφνις βουκόλος καὶ Μενάλκας ποιμὴν εἰληφότες κριτὴν αἰπόλον· ἔπαθλον δὲ τεθείκασι τὰς σύριγγας.

ΑΛΛΩΣ.

*Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ, ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. Μενάλκας καὶ Δάφνις εἰς ἔριν βουκολικῶν ᾀσμάτων καταστάντες εἵλοντο κριτήν τινα, οὗ τὸ ὄνομα σεσιώπηται· ἔπαθλον δὲ ἐτίθεσαν τὰς ἰδίας σύριγγας. προσέιι δὲ ὁ κριτὴς Δάφνιν εὖ μάλα ᾄσαντα προσηγάγετο μαθητεῦσαι ἑαυτόν. Σωσίθεος δὲ λέγει Δάφνιν . . . γενόμενον, ὑφ᾽ οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν κρινάντων, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν αὐλητικήν**). *Δάφνις βουκόλος, Μενάλκας ποιμήν. μικτὸν διηγηματικόν.*

---

*) Quod Meinekius, *anal. Alex.* p. 250 scripsit αὐλητικήν, id quodammodo probatur lectione varia codicis k., in quo est ἁλιευτικήν (cf. Ziegler. Iahn. *annal.* 1866 p. 102). In cod. Q est λυϊκὴν, in reliquis λυρικὴν. Duebnerus, Ahrensius, Mein. III. μουσικήν praetulerunt.

H.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΔΑΦΝΙΣ ΚΑΙ ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βουκολέοντι
μᾶλα νέμων, ὥς φαντί, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.

1—2. *Δάφνιδι — Μενάλκας*] De chiasmo vide adn. ad id. VII, 144 p. 250. Attende ad versum primum et dactylis volubilem et caesura duplici insignem (*Δάφνιδι τῷ χαρίεντι — συνήντετο — βουκολέοντι* coll. id. I, 1) et clausulis utriusque hemistichii inter se consonantibus memorabilem (*χαρίεντι — βουκολέοντι*, v. 2. *φαντί*). Cf. id. XVIII, 30, adn. ad id. XXVI, 30 et e. gr. Odyss. IX, 199 *οὕνεκά μιν σὺν παιδὶ — περισχόμεθ' — ἠδὲ γυναικί.* Quamquam haec non quaesita esse, sed secuta, probe scio. Dactylici autem versus huius idyllii hi habentur: 15. 25. 27. 59. 69. 70. 73. 78. 82. 85. 88. Cf. id. XII, 4.

2. *μᾶλα*] *pecus* h. l. vertamus, quia hoc vocabulum oves simul capellasque complectitur, cui *veterina* (Plin. H. N. X, 93) vel *armentum* (Plin. XI, 110) opponitur. Cf. Odyss. IX, 184 *ἔνθα δὲ πολλὰ μῆλ', ὄιές τε καὶ αἶγες, ἰαύεσκον.* Theocr. XXV, 86. Callim. Cer. 13. Ita bene conciliantur vss. 9 (*ὀίων*), 49—50 (*τράγε — ἔριφοι*) atque 63 (*ἐρίφων*). — *ὥς φαντί*] Cf. v. 92 *παρὰ ποιμέσι.* Mirifice probabilitas rei his additis verbis augetur et hic et id. XV, 137. Poeta nostras: „auf einer alten Burg, *wie noch die Sage geht*, lebt' einst cet. — Pierson., *verisim.* p. 46, coniecit *Διόφαντε* (cf. id. XXI, 1), id quod Fawk. p. 80 amplexus est. Librorum scripturam Koechl. p. 14, Reiskius *animadv.* p. 195 defenderunt. — *ὤρεα μακρὰ*] Haec verba, et hic et id. I, 123 et Mosch. III, 39 in quarto quintoque pede versus posita, Ameisius *montes late patentes* haud aliter interpretatur atque id. VII, 76 *μακρὸν ὑφ' Αἷμον valles Haemi late patentes.* Dicamus potius cum Harl. Kiessl. al. *montes altos.* Nam ut sit id. XI, 32 supercilium in Polyphemi fronte *extensum atque late patens*, ut sit *κέρκος μακρή*, *longa*, id. XXV, 242, ut sint *longa* saecula *μακροὶ αἰῶνες* id. XVI, 43 (coll. Odyss. X, 470. XXIII, 54), vel *μακροὶ κελέοντες* id. XVIII, 34, tamen ipsa nativa illa simplicitas orationis Homericae — hanc autem, id quod saepe dico, hic noster poeta

ἄμφω τώγ' ἥστην πυρροτρίχω, ἄμφω ἐνάβω,

libenter sequitur — vim *altitudinis* nos vocabulo h. l. cogit subiicere. Cf. Iliad. I, 402. II, 48. V, 398, ubi μακρὸς Ὄλυμπος dicitur, Odyss. I, 127, ubi κίονα μακρήν, vel Iliad. IX, 541. XI, 88, ubi δένδρεα μακρά legimus. Nec aliter Iliad. XIII, 18 οὔρεα μακρά accipi posse tenor docet verborum. Apud Verg., Aen. XI, 544, legitur ,,iuga *longa* solorum nemorum'', Georg. III, 223 ,,*longus* Olympus''. De praepositione κατὰ vide adn. ad id. I, 67 p. 39. — Μενάλκας] quemadmodum Daphnis idem, cuius id. I, 64 sqq. VII, 73. V, 20. VI, 1 memoria recolitur, heros pastoricius hoc loco intelligitur, ita Menalcae nomen ad certum quendam, de quo multa apud Siculos fama erat, pastorem referendum esse, significavi proecd. p. 117. Cf. N. Bach. Hermesian. frg. p. 112. Koester. *de cantil. vett. Gr.* (Berol. 1831) p. 51. Welcker. *opusc.* I p. 409. Hinc nomen ficticium Pseudotheocr. XXVII, 43. Verg. Ecl. V, 4 sqq. X, 20. — Eleum quendam, nomine Μενάλκης, Pausan. VI, 16, 5 commemorat.

3. ἄμφω] Et hic et versu proximo Theocritus quidem anaphorae usitatissimae (vide adn. ad id. I, 15 p. 18) locum esse voluit, sed aemulus eius, Vergilius, Ecl. VII, 4, impeditus Latini vocabuli *ambo* spondeo (nam spondeus est Vergilio *ambo*), qui nisi elisione dura (Hor. Sat. II, 3, 120) aut hiatu audaciore cum correptione coniuncto (Aen. III, 211 insulae Ionio —) removeri non poterat, sic formavit versum suum (,,*ambo* florentes aetatibus, Arcades *ambo*), ut vocabulum esset idem in versus exitu atque principio. Mansit haec forma Georg. IV, 342 (,,*ambae* auro, pictis incinctae pellibus *ambo*'') et Ovid. Met. VIII, 373 (,,*ambo* conspicui, nive candidioribus *ambo* —''). Mutata vocabuli *ambo* quantitate et admissa elisione Calpurn. IX, 16: ,,*ambo* aevo cantuque pares, nec dispare forma, *ambo* genas laeves, intonsi crinibus *ambo*''. Cf. Bockemueller. *de elis.* hex. Rom. p. 4 et adn. ad Theocr. XV, 1. Similitudo quaedam est Iliad. VII, 280 —281 (ἀμφοτέρω — ἄμφω) coll. Theocr. XVII, 26—27. — τώγ'] Cf. adn. ad id. I, 52 p. 31. — ἥστην] Hanc formam pro ἤτην (cod. p. al. — τωτήτην cod. Burn. — edd. Ald. Iunt. Call. Mein. I. Boiss. I. al.) post edd. Med. Boiss. II. Mein. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. II. Hart. Pal. e codd. k. cet. (Ahr. p. 63 — ἥσθην codd. a. 9. Q. γρ. —) reposui. Cf. Ahrens. dial. Dor. p. 326. — πυρροτρίχω] *flaventes* ,,*prima lanugine malas*'' (Verg. Aen. X, 324. Stat. Achill. I, 163). Ita nunc hoc adiectivum coll. id. VI, 3 (πυρρός) et id. XV, 130 cum Graef., Kiessl. Ameis. (*adn.* p. 53) Koechl. (p. 19) explico. *Flava coma insignes* interpretati sunt Wuestemannus, cuius ego in proecdosi p. 117 sententiam defendere studui, Vinsemius, Gailius, Chapmanus, alii. At vero *aetatis* eius, in qua cantores conconstituti fuerint, non pulcritudinis in universum nota hoc loco desideratur. Ne haereas in τριχός vocabulo, cf. Aesch. Pers. 1056 Dind. et Mein. ad id. XV, 130 p. 309. — ἐνάβω] *primum pubescentes* (Cic. Off. I, 32, 118). Ἔνηβοι μὲν οἱ πεντεκαιδεκαετεῖς καὶ πορρωτέρω, ἄνηβοι δὲ οἱ δωδεκαετεῖς καὶ κατωτέρω. Ex his schol. verbis fuisse intelligitur ἐνάβω lectionem priscam, quam pro ἀνάβω (codd. edd. prr. Ahr. I. II. Mein. I. II. III. Hart. Pal. cet.) cum Koechl. p. 16 recepi. ,,Adscribitur enim a poeta subtilissimo pueris haec incipientis pubertatis aetatula, qua primi cupidinis Venereae sensus atque stimuli in corpore excitantur.'' Cf. arg. p. 256 et v. 93 (ἄκραβος). Lectio ἀνάβω ex id. V, 87 (ἄνα-

ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.
πρᾶτος δ' ὦν ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας·

βον) videtur illata. Vergilium quoque, qui *florentes aetatibus* (Ecl. VII, 4) vertit, ἐνάβω legisse credibile est.

4. συρίσδεν] Quod Theocritus effecit quum *verba* similiter etiam cadentia (συρίσδεν — ἀείδεν) in clausula utriusque hemistichii poneret (cf. id. XXVI, 30), id Vergilius assequi studuit (Ecl. VII, 5), quum *verba* (*et cantare — et respondere*) in principio utriusque hemistichii, in clausula autem *praedicata*, allitteratione etiam sibi resonantia (*pares — parati*), collocaret. Nam scripsit ita: ,,et cantare pares et respondere parati.'' — δεδαημένω] Hoc quoque vocabulum, compar superioris (v. 3) πυρροτρίχω, mirifice auget suavitatem horum versuum: utrumque enim voc. explet spatium inter prius hemistichium (ἄμφω τώγ' ἤστην — ἄμφω συρίσδεν) atque inter versum Adonium (ἄμφω ἐνάβω — ἄμφω ἀείδεν) interiectum, habetque terminationem eandem pariter sonantem. Cf. e. gr. Odyss. XIX, 111—112 (φέρῃσι δὲ — βρίθῃσι δὲ) vel Odyss. III, 124—125). Ex his, quantum et studia poetarum veterum et praecepta rhetorum valuerint in poeta Alexandrino, facile intelligitur. Vide e. gr. Gorg. apud Diod. S. XII, 53 vel verborum architectum, Lysiam Platonicum, Phaedr. p. 233, E. Aristot. Rhet. III, 9 p. 1410, a, 30. Cic. Or. XLIX, 165 al.

5. ὦν — ἰδών] Hunc versum versusque 30 et 61 Gebauerus 1861 p. 67 indignos Theocrito iudicat ac spurios propter ὁμοιοτέλευτον (ὦν — ἰδὼν et v. 30 ὦν — λαχὼν et v. 61 ὦν — ἀμοιβαίων), quod a simplicitate sententiarum abhorreat et ,,strepitum'' — inanem credo — efficiat. Neglexit vir doctus hoc, quod Meinekius ad Mosch. II, 79 p. 431 sqq. declaravit, talem versus structuram tria cola cum soni similitudine complectentis *adamasse* omnino poetas posteriores *consulto*que eam quaesivisse. Ac non solum auctor idyllii XX, 6 vel Nonnus, Dion. XXIX, 290 (λίγξε βιός — βόμβησε λίθος), huiusmodi versus excuderunt, sed praeter auctorem epigrammatis apud Athen. X, p. 415, F (πολλὰ πιὼν — καὶ πολλὰ φαγὼν — καὶ πολλὰ κάκ' εἰπών), praeivit Homerus, Od. IV, 263 (παῖδα τ' ἐμὴν — νοσφισσαμένην), X, 145 al. Neque vero intelligo cur ,,aptissimum ad sensum'' sit illud ὁμοιοτέλευτον id. XXII, 72, id quod Gebauerus contendit, quasi ibi nescio quae dignitas sit in crista surgente galli gallinacei, ineptum putetur ὁμοιοτέλευτον his, de quibus agitur, locis. Quid enim talibus versibus faciamus, qualis est id. V, 39 (ἐγὼν — μαθών)? Quamquam huic quidem nec caesura legitima deest nec caesura bucolica. Disputari quidem potest de recitandis his versibus: id. II, 91. XXIV, 85. XVII, 24—25. II, 160. XVIII, 28. XVIII, 31. XXV, 268. Consulto omitto id. V, 4. XXV, 1. XXI, 1. VI, 26. Epigr. VIII, 3. At multos Theocritus fecit versus eiusmodi, in quibus sine illa sonorum similitudine inciditur in arsi pedis secundi et quarti, licet simul, ut v. 5 et 30, locum habeat caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον, velut id. I, 118. I, 18. I, 39. III, 22. XI, 7. XI, 18. XI, 30. XI, 34. XXV, 206. Carminis octavi autem sunt versus huiusmodi: v. 6 μυκητᾶν — ἐπίουρε βοῶν, qui ita numeros versus quinti excipit, ut saepe numeri similes semel inchoati aliquoties repetuntur, et v. 41. 64. 67. Quum vero absit etiam trochaeus ille a pede tertio, e. gr. Theocr. XXII, 72. VIII, 61. Odyss. IX, 19 (εἴμ' Ὀδυσεὺς — Λαερτιάδης). Iliad. XIX, 52, ex talibus maxime intelligitur, non recte agere Lehrsium, *stud. Arist.*

„μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν, Δάφνι, λῇς μοι ἀεῖσαι;
φαμί τυ νικασεῖν, ὅσσον θέλω αὐτὸς ἀείδων.“

ed. 1865 p. 394 sqq. caesuram ἑφθημιμερῆ nullam omnino esse contendentem. Cf. et adn. ad Id. XI, 34. Romanorum vero poetarum aures quam vehementer haec sonorum similitudo mulserit, hi versus declarant. Tib. I, 1, 47 aut gelidas — hibernus aquas — quum fuderit Auster. Tib. I, 2, 75 quid Tyrio — recubare toro —. I, 5, 33. Tib. I, 4, 39. Ovid. Met. VII, 605 morte fugant — ultroque vocant — venientia fata. Ovid. Met. II, 493. VIII, 333. VIII, 346. XIII, 596. Fast. II, 105. II, 403. Stat. Achill. I, 133. 176. 193. 210. De Vergilio vide Aen. XII, 34: bis magna — victi pugna —. XII, 49. XII, 56. XII, 77—78 al. Ecl. VIII, 32. VII, 29. X, 27. VI, 22 (nam memorare nolo Ecl. I, 19. II, 7. II, 40. IV, 49. VI, 69, versus aliter comparatos). Non admissa similitudine sonorum bina tamen vel — si placet — terna incisa hi habent versus Eclogarum Vergilii: I, 9 *ille meas — errare boves* — vel, si mavis *ille meas — errare — boves*. Ecl. II, 29. I, 73. I, 76. II, 33. V, 2. V, 23. V, 28. V, 70. V, 77—78. VI, 76. VI, 70. VIII, 27. 29. VIII, 101. 103. IX, 11. X, 29—30. 47. X, 56. X, 68. X, 75. Praeterea vide Ecl. I, 22. II, 1. II, 62. III, 83. V, 90. VI, 37. 41. VII, 62. VIII, 65. X, 54.

6. μυκητᾶν] Hor. Epod. II, 11 *mugientium* greges. Verg. Georg. I, 272 *balantum* grex. Voc. μυκητής non invenitur apud Homerum, apud quem legimus βοῦς ἐριμύκους, Odyss. XV, 235. Iliad. XXIII, 775. — ἐπίουρε] ἀντὶ τοῦ ἐπίσκοπε, φύλαξ. καὶ Ὅμηρος (Odyss. XIII, 405) ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος καὶ (Iliad. XIII, 450) ὃς πρῶτον Μίνωα τέκεν Κρήτῃ ἐπίουρον. — Δάφνι] De quantitate vocalium cf. adn. id. I, 113 p. 53. — λῇς] Vide adn. ad. id. I, 12 p. 17. — μοι] Non recte Gail. *veux-tu chanter avec moi?*“ Banks. „*wilt thou sing with me?*“ Nec melius Lec. „*veux-tu chanter contre moi?*“, Polwh. „*come, herdsman, keeper of the bellowing kine, say, will thy rustic reed contend with mine?*“, Fawk. „*Daphnis, thou keeper of the bellowing kine, wilt thou to me the palm of song resign?*“ Habent illi quidem auctorem scholiastam (θέλεις ἐρίσαι πρὸς ἐμὲ ᾄδων;). Sed vertendum potius cum Kreusslero, *obss.* p. 17 „*willst du mir eins singen*“? Cf. id. I, 61. IX, 14. Mosch. III, 125. Namque huic interpretationi favet imitatio Epigramm. V, 1—2 et Bion. II, 1: λῇς νύ τί μοι Λυκίδα Σικελὸν μέλος ἁδὺ λιγαίνειν; cui adde Eurip. Alc. 576 βοσκήμασι σοῖσι συρίζων ποιμνίτας ὑμεναίους. Cic. Brut. L, 187 „*mihi cane* et *Musis — mihi cane* et *populo*“. Vide et id. VII, 71 αὐλησεῦντι δέ μοι. De nihilo Mein. p. 264 ἐρεῖσαι pro ἀεῖσαι coniectavit. — Ceterum prima statim allocutio aetatem eorum egregie prodit, qui hic describuntur, semiadolescentium. Nam φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι (Arist. Rhet. II, 12), *sublimes cupidique* (Hor. Art. poet. 165).

7. φαμὶ κτλ.] *aio me te* cantando (cf. v. 6) *victurum esse, ipsum* invicem *cantantem*, meo cantu cantui tuo *quantum quidem volo* respondentem. Sustuli nunc cum Boiss. II. Duc. virgulam positam in proecdosi post θέλω (φαμί τυ νικασεῖν, ὅσσον θέλω, αὐτὸς ἀείδων) cum Ahr. II. Boiss. I. Cf. v. 10 et adn. ad v. 12 p. 266. Signa omnia interpunctionis omissa sunt in edd. prr. Call. Steph. Valck. — scil. ed. II.: nam in ed. I. non est receptum hoc idyllium — Kiessl. Briggs. Ahr. I. Hart. Pal. Mein. I. II. III. — Boiss. II. quidem ita interpunxit: φαμί

τον δ' ἄρα χὡ Δάφνις τοιῷδ' ἀμείβετο μύθῳ·
„ποιμὴν εἰροπόκων ὀίων, συριγκτὰ Μενάλκα,
οὔποτε νικασεῖς μ', οὐδ' εἴ τι πάθοις τύγ' ἀείδων.“

τυ νικασεῖν ὅσσον θέλω, αὐτὸς ἀείδων. Verbis *ὅσσον θέλω* duplex quidem cantus (v. 33 sqq. et v. 63 sqq.) quodammodo praeparatur. Bene vertit Wernsd. — „*quoties volo, vincam.*" Verbum *θέλω* non habet Homerus, habent Attici scriptores, maxime tragici propter iambum trimetro acceptum (Soph. Trach. 443. Ai. 719. 1378 al.), habet Theocritus aliquoties (id. XI, 26. XXV, 53. XXIX, 7. — XX, 1. epigr. XXI, 4 —), sed nulla differentia verbi *ἐθέλω* observata, id quod apparet ex id. XXIX, 7—8 coll. Odyss. III, 92. De verbo *ἐθέλω* cf. id. XII, 23.

8. *τὸν δ' ἄρα χὡ Δ.*] Idem vidimus versus initium id. I, 100. — *ἀμείβετο*] Ita cum Ahr. II. Hart. e cod. a (*εἰμείβετο* cod. 9) scripsi pro *ἀπαμείβετο* (codd. k. cet. edd. prr. Call. Ahr. I. Mein. I. II. III. Ziegl. Pal. Koechl. cet.) vel *ἀπεμείβετο* (codd. L. Q.) vel *επαβείβετο* (cod. 6). Quamquam enim lectori primum versum adspicienti vulg. lectio (cf. id. XXV, 42) numerorum volubilitate sese commendat, tamen haec, quam nos sequimur, lectio magnam ab Homero, apud quem saepe est idem versus exitus (— *ἠμείβετο μύθῳ* Odyss. IX, 506. XI, 59. X, 71. XII, 278. XV, 485), habet commendationem. Cf. etiam id. VII, 27.

9. *εἰροπόκων*] Plat. Rep. II p. 363 B ὁ *γενναῖος Ἡσίοδος* (*ἔργ.* 234=232) *εἰροπόκοι τ' ὄιες, φησί, μαλλοῖς καταβεβρίθασι.* Homerus, Iliad. V, 137, *ἐπ' εἰροπόκοις ὀίεσσι* coll. Odyss. IX, 443. Respondet autem hoc epitheton epitheto supra (v. 6) a Menalca posito, *μυκητᾶν.* Gregem *lanigerum* dicit Calpurn. II, 2 perinde atque Verg. Georg. III, 287. Ovid. Met. III, 585 coll. Aen. VII, 93. Met. XIII, 781. Lucr. VI, 1241. — Recte Ahr. II. *συριγκτὰ* e codd. k. K. scripsit pro *συρικτά*. Idem id. VIII, 34 e codd. k. w. L. K. *συριγκτὰς* edidit. Quorum auctoritas codicum fecit ut etiam id. VII, 28 *συριγκτάν* correxerim.

10. *οὐδ' εἴ τι κτλ.*] nunquam (cantando) me vinces, *ne si rumpare quidem* (Hor. Sat. I, 3, 136) *canendo, οὐδ' εἰ διαρραγείης ᾄδων* (Schol.). Callin. frgm. I, 17 *τὸν δ' ὀλίγος στενάχει καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ,* si quid ei *acciderit* vel *obtigerit,* h. e. si moriatur. Cf. similia apud Cic. Tusc. I, 43, 104. Caes. B. G. I, 18. Xen. Cyrop. II, 1, 8. II, 1, 11. IV, 5, 48. Io. Chrysost. I p. 367. Montf. Benek. ad Cic. IV. Cat. 2, 3. Minus accurate Hick. explicat: *no, whatever you may do,* i. e. however earnestly you may strive to sing well. Interpunxi autem verba *οὐδ' εἴ τι κτλ.* cum Ald. Iunt. Call. Steph. Valck. Briggs. Boiss. I. Duc. Ahr. I. II. Koechl. Hart. Pal. al. Nullum omnino in hoc versu esse interpunctionis signum voluit Mein. II. III. Contra Kiessl. Ameis. Ziegl. duplici virgula posita *οὔποτε νικασεῖς μ', οὐδ' εἴ τι πάθοις, τύγ' ἀείδων* ediderunt, quibus praeivit Suevernus, *obss. cr. in vett. auct.* (Elbing. 1806), cuius haec interpretatio est: „nunquam tu quidem, nec ullo modo, cantando me vinces". Mein. I. et Hick. sic interpungunt: *οὔπ. ν. μ', οὐδ' εἴ τι πάθοις τύ γ', ἀείδων.* Ahrensius p. 64 cur versum „vix incorruptum" dicat, non intelligo. Lectiones variae (Ahr. p. 64) nullius sunt momenti, trochaeum (*εἴ τι*) non offendere in pede quarto, ostendit Mein. p. 264 coll. XXIV, 100 (*βαρύς περ*), verba *εἴ τι πάθοις* unius vocabuli instar esse recte indicans. Cf. id. X, 27 et id. XXIV, 1. — De pro-

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

χρῄσδεις ὦν ἐσιδεῖν; χρῄσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;

ΔΑΦΝΙΣ.

χρῄσδω τοῦτ' ἐσιδεῖν, χρῄσδω καταθεῖναι ἄεθλον.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

καὶ τίνα θησεύμεσθ', ὅτις ἁμῖν ἄρκιος εἴη;

nomine *τύγα* h. l. sic posito ut contemptum quendam habere videatur cf. adn. ad id. V, 35 p. 164. Neque enim assentior Ameisio *adn.* p. 54 hoc pronomen sic explicanti: „fortasse alius peritior, quam tu es, me vincet: tu quidem canendo me nunquam vinces." Vide etiam id. I, 148, ubi admirationis plenus caprarius Thyrsidem alloquitur verbis *τέττιγος τύγα φέρτερον ᾄδεις.*

11. *χρῄσδεις κτλ.*] Poeta non iam more Homerico (e. gr. Odyss. I, 314) *τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα* — vel (Iliad. I, 84. Theocr. XXV, 42) *τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη* — similiave exordia versuum continuandi sermonis causa adhibuit, sed tanquam in scaena loquentes continuo produxit personas: nam Homerum si hic ubique secutus esset, diverbium proximum nec nervos habuisset nec aculeos. Eadem causa id. XXII, 55 sqq. esse videtur. Verumtamen negari non potest talibus rebus prodi poetam Alexandrinum, qui scripserit lectoribus, non cecinerit auditoribus carmina. Initium versus ad verbum vertit Vergilius, Ecl. III, 28: *vis ergo* inter nos quid possit uterque canendo experiamur? — *καταθεῖναι*] *deponere* vertit Verg. Ecl. III, 31. — *ἄεθλον*] Vide adn. ad v. 13. Laudavit hunc versum totum Gregor. Cor. d. Dor. 91, initium versus (*χρῄσδεις ὦν ἐσιδεῖν*) Favorin., ecl. in Dind. gr. Gr. I p. 240, 13.

12. *χρῄσδω κτλ.*] Quum multis orationis ornamentis hoc carmen distinctum sit, tum aequabilitate excellit non solum verborum, sed etiam versuum ita sibi respondentium, ut nativae simplicitatis speciem non quaesitam referant vitaeque ac scaenae usum repraesentent. Cf. vss. 6—7 et 8—9, vs. 14 et 15, vss. 18—19 et 21—22, vss. 33—36 et 37—40 sqq. Omissis aliis, h. l. assimulamus Arist. Ach. 1134—1135. 1111 sqq. 1126 sqq. Soph. Oed. R. 547—548. 549—551. Aesch. Prom. 69—70 *ὁρᾷς — ὁρῶ.* Od. X, 340 et 342. IX, 406 et 408. Iliad. VII, 428 et 431. XVIII, 219 et 221. Contendatur etiam aequabilitas versuum Theocr. XI, 22—23. XXVI, 18—19. I, 87—91. II, 28—32. V, 14 et 17. V, 116 et 118. Verg. Ecl. III, 43 et 47. VII, 62 et 64. VII, 65 et 68. Hor. Od. III, 9, 4 sqq. Sat. I, 6, 6 et 45—46. Ovid. Met. I, 325—326. XII, 148—149. XII, 162—163. I, 361—362. I, 481—482. IV, 306—309. IV, 324 et 326. Plaut. Stich. IV, 1, 49 sqq. (v. 555 sqq.) Vide quae scripsi *de poet. buc.* p. 23.

13. *καὶ τίνα κτλ.*] Pignora quae nostra ponentur digna Camena? Wernsd. Recte Ahr. I. II. Mein. II. III. al. ediderunt *καὶ τίνα θησεύμεσθ'*, ut est in codd. k. p. cet. (Ahr. p. 64), pro *ἀλλὰ τί θησεύμεσθ'* (cod. 6 *man. sec.* Canon. Butl. Cant. edd. prr. Mein. I. Wuestem. Boiss. I. II. al.). Nam *τίνα* referendum est ad *μισθόν* (vide proxima) nec habendum pro neutro genere. — *θησεύμ.*] Vide adn. ad. id. V, 21 p. 160. Vitiose in cod. Canon. est *θησεύμεθ'.* — *ὅτις*] Recte hoc dicitur, quia voc. *ἄεθλον* v. 11 et 12 non est accusativus nominis *τὸ ἄεθλον*, sed nominis *ὁ ἄεθλος*: id autem h. l. significat praemium, proprie *rem de qua certamen suscipitur:* cf. adn. ad id.

ΔΑΦΝΙΣ.

μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.

I, 103 p. 50. Claudian. Rapt. Pros. II, 36—37 gloria matris — nunc dolor. Verg. Georg. II, 530. Hinc grammaticus in Bekkeri anecdotis p. 210, 14 *ἆθλος, ἀρσενικῶς τὸ ἔργον καὶ τὰ ἔπαθλα.* Quod cum Ahr. I. II. Mein. II. III. al. edidi *ὅτις*, id. nititur codd. s. 9. (codd. k. cet. apud Ahr. p. 64 *ὅστις* tanquam in subsidiis ostendunt.) Deteriorum librorum est *ὅ κεν* (codd. v. 6. *sec.* Butl. Phill. Cant. Canon.), quod mendose editum est *ὅ μεν* in edd. Med. Ald. Illud *ὅ κεν* obsidet edd. Iunt. Call. Mein. I. Wuestem. Boiss. I. II. al. De forma *ὅτις* cf. id. XXII, 54. — *ἁμῖν*] Vide adn. ad id. I, 130 p. 61. Correctori debetur l. v. *χἀμῖν* (codd. k. 9.) vel *χἄμμιν* (cod. a. L.). Ahr. quidem ed. II. scripsit *ἁμὶν* (*ἅμιν* cod. p., *ἄμμιν* cod. Y). Vide ADD. — *ἄρκιος*] praemium quod *par* sit nobis et *aequum*. Vide Lehrs. *quaestt. ep.* 249. Formam masc. *ἄρκιος* porrigunt codd. k. p. s. a. 9. L. Contra codd. Phill. Butl. Cant. Canon. v. 6. (ubi littera *ν* a manu secunda addita est) *ἄρκιον* ut edd. prr. Mein. I. Wuestem. Boiss. I. II. al.: *ἄρκιος* Mein. II. III. Ahr. al. — *εἴη*] De optativo sine particula *κα* vel *ἄν* relativo pronomini addito cf. Iliad. XXIII, 494 *καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.* Odyss. I, 47. VI, 286. Iliad. V, 303 *χερμάδιον — ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν.* Vide etiam adn. ad id. VIII, 89. Disputaverunt de hoc versu Hermannus, *opusc.* V p. 82 et *annal. Vind.* 1848 p. 214, Ameisius, *adn.* p. 54. Ahrensio in adn. p. 64 sic scribendum visum: *καὶ τίνα θησεῖς μισθόν, ἐμὶν ὅτις ἄρκιος εἴη*; id quod Hartungius edidit. Koechl. edidit *καὶ τί τὺ θησεῖς, ὠγάθ', ἐμὶν ὅ κεν ἄρκιον εἴη*; Meinekius p. 476 coniecit *καὶ τίνα θησεῖς μισθόν, ὅτις κέ μοι ἄρκιος εἴη*; Valckenarius, *καὶ τί γα θησεύμεσθ', ὅ κεν ἁμῖν ἄρκιον εἴη*; Wordsworthius *καὶ τίνα θησεύμεσθα; τίς ἄμμι κεν* (vel *ἄμιν ἄν*) *ἄρτιος εἴη*; Cobetius (Mnemos. X, 1 p. 349) *καὶ τίνα δὴ θησεῦμες —;*

14. *μόσχον κτλ.*] *Deponam vitulam: tute agnam ponito adultam.* Wernsd. — *θές γ'*] Hoc ex edd. Call. cum Meinekio I. II. III. Aug. Iacobsio, Paleyo, aliis reposui, testatum codd. v. 6. (8.) M. Y. et fultum lectione var. *θές τ'* quae est in codd. p. D. Q. Omissa vocula *γ'* ab edd. Med. Ald. Iunt. codd. k. a. s. 9. L. *θὲς* offertur, id quod Reisk. Ahr. I. II. ediderunt, consentiente scholio Vergil. Veron. ad Ecl. III, 30 p. 31 Keil. Ameisius, *adn.* p. 54, malit *τὺ δὲ θέσ', depone ex rebus tuis.* Ahrensius, *adn.* p. 64. coniicit *τὺ δὲ τὰν ἰσομάτορα θείης*, Briggsius p. 72 *τὺ δὲ θεὶς ἰσομάτορ' ἄγ' ἀμνόν.* Hart. e coni. Piersoni edidit *τὺ δὲ θὲς λιπομάτερον ἀμνόν*, Koechl. — *λιπομάτορα ἀμνόν.* Sed vide proxima. — *ἰσομάτορα*] *agnum paene anniculum* (*ἐνιαύσιον*, Schol. p. 288, 26), *foetam magnitudine fere aequantem.* Hoc Daphnis pignus postulat, non contentus agno lactente, ut paria fere sint ambo pignora. Cf. proecdosin et Stat. Ach. I, 173 (— iamque aequus vertice matri). — *ἀμνόν*] Intolerabilis est hiatus *ἰσομάτορα ἀμνόν* et v. 15 *πόκα ἀμνόν.* Frustra eum Pal. et Fr. Iacobs. apud Wuestem. p. 136 eo defendere studuerunt, quod voc. *ἀμνός* digammatum fuisse sumpserunt (vide adn. ad id. V, 144 p. 180). At hoc vocabulum omnino non exstat in Homericis, ex quibus digamma possit probari, et plane diversum est *patellam* significans vocabulum *ἀμνίον* (Odyss. III, 444), quod Iacobs. comparavit, sed non habuisse litteram Aeolicam ipse intellexit.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

οὐ θησῶ ποκα ἀμνόν, ἐπεὶ χαλεπὸς ὁ πατήρ μευ
χἀ μάτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἀλλὰ τί μὰν θησεῖς; τί δὲ τὸ πλέον ἑξεῖ ὁ νικῶν;

Equidem non dubito quin utroque in versu voc. *ἀμνόν* venerit ex glossa olim superscripta vocabulo rariori, quod proprium *agno anniculo*, matri iam paene magnitudine pari, fuerit. Fortasse poeta scripserat *τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορ' ἔπισσαν* et versu proximo *οὐ θησῶ ποκ' ἔπισσαν*. Apud Homerum, Odyss. IX, 221, in grege Polyphemi discernuntur *χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι, χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι*. Hesychius autem explicat *ἔπισσα, ὕστερον γενομένη, νεωτέρα*, Etym. M. vero p. 596, 35 *ἔπισσαι, αἱ ἐπιγινόμεναι τοῖς προγόνοις* (cf. Odyss. l. l.). Vide et Cramer. *anecd.* I p. 280: *ὡς παρὰ τὴν ἐπὶ γίνεται ἔπισσα οὕτω μετὰ μέτασσα*. Lobeck. *path.* 1843 p. 143. Ita annominatio fuit non ingrata *ἰσομάτορ' ἔπισσαν*.

15. *ἀμνόν*] ,,Quia hoc pecus paternum est, non meum.'' Longius haec circumducens Vergilius (cf. Vins. p. 78 et Ursin. p. 29) Ecl. III, 32 : ,,*de grege*'', inquit, ,,non ausim quidquam deponere tecum''. Neque enim hoc versu confirmatur coniectura Ahrensiii *οὐ θησῶ ποίμναθεν*. Ad hiatum (vide adn. v. 14) evitandum Hart. scripsit, quod est in ed. Comm. et cod. 6. *ποκά γ' ἀμνόν:* sed abest haec particula a codd. optimis et edd. prr., omissa eadem ab Ahr. Mein. al. — *χαλεπὸς*] Cum syllaba brevi vi arseos quintae producta confer Odyss. VIII, 475. XI, 571 (*κατ' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ*). Il. XVIII, 288. Arat. Phaen. 76. Theocr. XV, 100. Verg. Ecl. VI, 53 — fultus hyacintho. Georg. II, 5. IV, 137. Nihil igitur opus est additamento *θ'* (*χαλεπός θ' ὁ πατήρ μευ*), quod ignorant codd. k. a. p. cet. (Ahr. p. 65) et edd. Ahr. I. II., sed servaverunt edd. prr. Lov. Mein. I. II. III. Pal. Hartung. al. Damnavit idem Ameisius in *eph. gymn.* 1842 p. 199 coll. id. X, 28. Significatur autem vocabulo *χαλεπὸς* h. l. homo *severus*, sträflich, streng, schellig (Musaeus, *Volksm.* I p. 99 ed. 1826 —), *cross-grained* (Chapm.). Plat. Min. p. 318, D *τὸν Μίνω φασὶν ἄγριόν τινα καὶ χαλεπὸν —*. Plat. Tim. p. 18, A. Rep. II p. 375, E. Liberius quidem, sed non ineleganter, Polwh. ,,the strictest watch my *peevish* parents keep, and count, with jealous eye, my flocks of sheep.

16. *χἀ μάτηρ*] E *matre* et e patre *severo* Vergilius fecit *novercam iniustam* (l. l. v. 33: est mihi namque domi pater, est iniusta noverca). — *ποθέσπ.*] Ad huius versus simulacrum Calpurnius III, 64 scripsisse videtur: certaverit ille tot haedos pascere, quot nostri *numerantur vespere* tauri. Dahl. et Ahr. II. e coni. Steph. *ποθ' ἕσπερα* edidere. Sane Divus, cuius in hac re exigua auctoritas vertit *ad vespera*, sed cf. id. V, 113. — *ἀριθμεῦντι*] Lectitasse haec studiose Tibullum, ex huius versu, I, 5, 25, coniicias, ubi ille de Delia canit: consuescet numerare pecus. Cyclops quidem Ovidii, Met. XIII, 824: pauperis est numerare pecus. Cf. etiam Verg. Ecl. VI, 85.

17. *ἀλλὰ τί*] Cf. id. VIII, 25. V, 61—62. — *μὰν*] ,,at quid *tandem* —?'' ,,at quid *profecto* —?'' *But what will you really stake?* i. e. what else then, if not that? (Hick.). Zeunius ad Viger. p. 149 hunc versum contulit cum Xen. Cyrop. III, 2, 41 (23) *ἀλλὰ τίνα μήν;*

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

σύριγγ' ἂν ἐποίησα καλὰν ἔχω ἐννεάφωνον,
λευκὸν κηρὸν ἔχοισαν, ἶσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν·

Plat. Symp. 202, D ἀλλὰ τί μήν; — τὸ πλέον] praemium iustum. Vide adn. ad id. I, 20 p. 19 et de vi articuli adn. ad id. V, 37 p. 164. Nihil mutandum. Ahr. II e coni. edidit τί δέ τυ πλέον ἑξεῖ ὁ νικῶν; Koechl. τί δέ τοι πλέον, id quod impugnavit Buecheler. l. l. p. 354. Nulla est auctoritas variae lectionis cod. v[1], ubi τί δὲ ,,et postea τὲ δὲ reformatum in τὸ δὲ το", nec melioris frugi l. v. in cod. Q. adscripta ἔξω νικῶν.

18. σύριγγ'] De fistula pastoritia, quae etiamnunc pastoribus Graeciae in deliciis est, vide, laudatum illum a Wordsworthio, *Leakium*, Graec. septentr. I p. 290, Volkmannum ad Plut. librum de mus. (Lips. 1856) p. 141, Vossium ad Verg. Ecl. II, 35—39 p. 56 ed. II. Fuit ea plerumque e septem calamis compacta: cf. Ovid. Met. II, 682. Verg. Ecl. II, 36. Kaempfer. *amoen.* IV, 740. Pierr. grav. du Duc Marlborough I f. 44. Sed novem etiam calamos interdum ei fuisse intelligitur e nummo Syracusano, de quo agit Vossius l. l. p. 57. Nisi forte tot ei hoc loco poeta calamos tribuit, quia pangens carmen in hunc versus exitum maxime naturalem (— ἐννεάφωνον) ita incidit, ut e gr. Horatius scribens Sat. I, 3 versum 16 incidit in verba *quinque diebus* (,,decies centena dedisses huic parco ac paucis contento, *quinque diebus* nil erat in loculis"), vel ut Ulixes dicit, Od. IX, 241: οὐκ ἂν τόν γε (lapidem) δύω καὶ εἴκοσ' ἅμαξαι ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν. — ἐποίησα] Ahr. II. ἐπόησα: sed vide adn. ad id. X, 25. — ἔχω] *meam vere dicere et ideo alienare possum.* ,,Quod Wartonus coniecit ἔχω, quum libri mss. habeant ἐγώ, id non solum simplicitate dictionis, sed etiam comparatione eorum, quae Daphnis [v. 21] respondet, commendatur, ut non dubitandum sit quin ea vera sit scriptura. Aequalitatem illam utriusque pueri dictorum ut legem primariam in hoc carmine custodivit poeta." Hermann. *opusc.* V p. 82. Wartonum secuti sunt Brunck. Burch. Mein. II. III. Ahr. I. Hart. Lectionem codd. et edd. prr. cet. (ἐγώ) servaverunt Valck. Kiessl. Mein. I. Ahr. II. Koechl. Pal. al., eamque, frustra a Piccol. *de anth.* p. 299 defensam, Pal. sic explicavit: ἐγὼ μὲν καταθησῶ σύριγγα —. Vergilium quoque in suo exemplo ἔχω legisse propter Ecl. II, 36 (est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula —: Steph. *obss. Virg.* p. 41—42) contendere nolo. — Quod Graef. coniecit ἐπόνασα, id vix memoratu dignum.

19. κηρὸν] Cf. adn. ad id. I, 129 p. 59. Calpurn. III, 26 calamos intexere *cera* incipit. Ibid. VIII, 68 calamos iungere cera. Recte Ahr. I. II. Hart. e codd. p. 6. ediderunt κηρὸν pro καρὸν (Mein. Koechl. Pal. al.), quam formam id. I, 27 cod. 5., id. I, 129 codd. k. a. p. s. 16. D. cet. (Ahr. p. 13) et edd. prr. Call., id. II, 28 codd. k. a. 6. 9., id. XX, 27 codices ,,quidam" (teste Stephano) servaverunt. Cf. voc. Lat. *cera*, Ahr. dial. Dor. p. 145 sqq. Nihil probat Isaacus Mon. de metr. (Bachm. anecd. II, 180, 22), ubi καρὸν ἔχοισιν ἶσον ex hoc versu affertur. — ἶσον] ceram *aequabiliter distributam et applicatam:* in qua re praecipua dexteritas artificis huius rusticani cernitur. Aliter explicat Greverus (ed. Old. 1850) p. 69, aliter Ameisius, *adn.* p. 55. Homerus quidem syllabam primam voc. ἴσος semper usurpat longam, brevem Pindarus itemque poetae tragici. Theocritus vero hanc certam sequitur regulam, quam et Callimachum et Nican-

ταύταν κατθείην, τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἦ μάν τοι κἠγὼ σύριγγ' ἔχω ἐννεάφωνον,

drum (nam Ther. vss. 646 et 678 corrigendi sunt) constanter secutos esse Meinekius ad Callim. p. 151 docuit, ut huius vocabuli primam syllabam in arsi versus hexametri positam producat, in thesi ubique corripiat. Vide id. II, 110. VII, 46. XII, 36. XVII, 135. XVIII, 51 (Epigr. XIV, 2), ubi longa est prima syllaba perinde atque in versu Aeolico (id. XXX, 19) et in vocabulis compositis, id. V, 30. VII, 30. Brevem vides syllabam id. II, 107. V, 25. XVI, 80 (XIX, 7. XXI, 64. Epigr. XXIII, 1), in thesi hexametri, item in versu Aeolico id. XXIX, 7 et in voc. compositis id. VIII, 14. XII, 15. Ex his apparet id. XVI, 60 esse corrigendum. Vide etiam quae de Nonno Lehrsius *quaestt. ep.* p. 272 observavit, cuius in paraphrasi evang. quater post caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον*, bis in arsi secunda voc. ἶσος iambum facit (XIII, 139. X, 51. VII, 176. IV, 413. — VI, 19. XI, 129), ter in versu Adonio ἴσος invenitur (X, 125. XII, 9. XV, 23). De duplicato in eodem versu diversae quantitatis vocabulo vide adn. ad id. VI, 19 p. 188.

20. κατθείην] *hanc velim, hanc „ausim"* (Vergl. Ecl. III, 32) *ponere, ich hätte wohl Lust*, this *I would* stake, but fathers property *I will not* stake. Legitur κατθείην in cod. M. et edd. prr. Formam vocabuli rectam esse, adn. ad id. II, 24 p. 82 docet: compositum verbum (κατθείην) necessarium est propter concinnitatem versus extremi (καταθησῶ) — vide adn. ad id. I, 144 p. 66 et id. XV, 90 —: optativus quam bene se habeat ostendunt e. gr. id. XXIX, 36 (βαίην), id. V, 20 (ἀροίμαν), XXII, 74 (μαχεσσ.), Iliad. XXIII, 151 (Πατρόκλῳ ἥρωι κόμην ὀπάσαιμι φέρεσθαι), Iliad. XV, 45 (αὐτάρ τοι καὶ κείνῳ ἐγὼ παραμυθησαίμην). Mosch. III, 109 Mein. Mosch. V, 12 Mein.). Cf. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 54, 3, 9. Hermann. *de part. ἄν*, opusc. IV p. 162 Hor. Od. III, 22, 8 *donem*. Ahrensius ed. II. e coni. (Philol. VII, p. 426) κα θείην edidit, cuius coniecturae infirma sunt praesidia in lectt. varr. codd. B. D.: κταθείην, praesertim quum in cod. D. litterae τα erasae sint, manifesto in errore typothetae ed. Mor. (καθείην) atque in l. v. cod. L. Q. cet. (Ahr. p. 65) καταθείην. Ahrensium sequuntur Mein. III. Hart. et Koechl. Poterant illi speciose, sed non apte ad persuadendum, provocare ad Ovid. Met. VI, 202 ite — laurumque capillis *ponite. Deponunt* infectaque sacra relinquunt. Quod articulus τῶ in cod. p. omittitur, in codd. a. 6. 9. τοῦ scribitur, id nihil ad rem facit. In extremo versu ed. Ald. mendose dat οὐ κατατισῶ. Ahr. p. 65 coniicit οὐκ ἄρα θησῶ. At hoc quoque arbitrarium est.

21. ἦ μάν τοι] *at hercule* — (Hand. Turs. I p. 437. III, p. 58), *at pol profecto* — (Plaut. Amph. I, 1, 215 = 371), ja wahrhaftig —, *vraiment, moi j'ai aussi une syrinx.* Audita Menalcae de fistula ponenda conditione Daphnis in has voces erumpit affirmantes (cf. adn. ad id. III, 34 p. 130), quemadmodum id faciunt homines, qui animo aliquamdiu per dubitationes et quaestiones in diversas partes distracto repente per animadversionem alterius in aliquid, quo optime ea de qua ambigitur res expediatur, incidunt gaudiumque suum ob hoc novum animo oblatum ita significant, ut statim esse hoc prorsus ac vere et e re esse testentur. Shakspearius dixisset: *what a plague, zounds, Od'sbody, 'Sblood.* — Formam responsionis accurate ad supe-

λευκὸν κηρὸν ἔχοισαν, ἴσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν.
πρώαν νιν συνέπαξ᾽· ἔτι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγέω
τοῦτον, ἐπεὶ κάλαμός με διασχισθεὶς διέτμαξεν.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

ἀλλὰ τίς ἄμμε κρινεῖ; τίς ἐπάκοος ἔσσεται ἁμέων;

ΔΑΦΝΙΣ.

τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες,

riora (v. 18) accommodatae imitatur Verg. Ecl. III, 44 coll. III, 35—36.

23. **συνέπαξ᾽**] Cf. adn. ad id. IV, 28 p. 147. — **ἔτι καὶ**] Cf. adn. ad id. II, 137 p. 108.

24. **τοῦτον**] Plat. Rep. V p. 462 D ὁ ἄνθρωπος τὸν δάκτυλον ἀλγεῖ. Cf. Theocr. XXIV, 32. Ennius Ann. IX, 7 perculsi *pectora* Poeni. Cf. Holtz. synt. pr. serm. Lat. I p. 220. — **κάλαμος**] Achill. Tat. VIII, 6 ἡ σῦριγξ αὐλοὶ μὲν πολλοί, **κάλαμος** δὲ τῶν αὐλῶν ἕκαστος. Verg. Ecl. V, 2 al. — **με**] *calamus scissus penitus me vulneravit*, h. e. *digitum meum paene medium divisit* (Hor. Sat. I, 1, 100). Verbi **διέτμαξεν** vel eadem superlatio qua non nemo nostratium utitur, dicens: ich habe mich durch und durch geschnitten: vel obliterata est propria vis praepositionis διὰ —, quemadmodum Odyss. V, 409. VII, 276 al. Etiamnunc teneo με, quod est in ed. Iunt. et codd. optimis k. p. s. cet. (Ahr. p. 65), pro γε (codd. a. v. cet. ed. Med. Ald.) vel τε (cod. 10.) vel δὲ (cod. 12.), non perterritus gravissimis verbis, quibus Koechl. p. 25 in me invehitur. Quae verba non me laedunt, sed Godofr. Hermannum, qui et ipse *opusc.* V p. 83: ,,recte'', inquit, ,,hic vulgata με, quod offensioni fuit librariis non cogitantibus puerum dicere διέτμαξέ με τὸν δάκτυλον.'' Meinekium quoque non servati κάλὰμός με *suppl.* p. 477 poenituit. Hic enim quum in ed. I. γε διασχ. cum editoribus superioribus, in ed. II. με διασχ., probatum etiam Wordsworthio, scripsisset, in ed. III. γε διασχ. νιν ἔτμαξεν edidit. Idem iure reiecit coniecturam Graefii, *epist. cr.* p. 30, et Ahrensii Philol. VII p. 436 propositam et in edd. I. II. ab hoc et a Koechl. receptam κάλαμός ἑ διασχ. διέτμαξεν, quia hac pronominis forma (Iliad. XX, 42 coll. XXIV, 134. XX, 171. Leskin. *de digamm. Bekk.* p. 39) Theocritum usum esse demonstrari nequeat. Legisse ἑ auctores glossae codd. E. M. N. Lips. (ἔτεμεν αὐτόν) vel glossae codicis P. (ἔκοψεν αὐτόν) non est credibile. Haec enim verba appinxit aliquis, quasi rem memorabilem significaret: ,,calamus eum secuit''. Similia adscripsit manus ,,docta'' exemplo ed. Call., quod ipse possideo. Hartungio sic edere libuit: — ἐπεὶ κάλαμος **διά νιν** σχισθεὶς **ἐπέτμηξεν**.

25. ἀλλὰ κτλ.] Hunc versum codd. v. D. Ahr. II. et Koechl. recte Menalcae, versus 26—27 Daphnidi assignaverunt. Nam voc. ἀλλὰ, quo nova sententia introducitur, alteri personae quam illi, a qua vss. 21—24 prolati sunt, aptior est. In edd. prr. Ahr. I. Hart. Pal. Mein. I. II. III. al. versus 25 Daphnidi adscriptus est, vss. 26—27 Menalcae. — Reiicienda coniectura Ahrensii, in ed. II. ἁμὲ pro ἄμμε scribentis. — **ἐπάκοος**] Liberius usus est hac sententia Vergilius, Ecl. III, 50: ,,*audiat* haec tantum — vel qui venit ecce Palaemon.''

26. **τῆνόν πως κτλ.**] Menalcas interrogaverat: ,,*quis erit auditor?*'' Huic

ᾧ ποτὶ ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων ὁ φαλαρὸς ὑλακτεῖ.

Daphnis respondet: „*ille caprarius, si eum huc advocaverimus*". Hoc proprie sic efferre debebat: *τῆνος ὁ αἰπόλος, ἤν πως αὐτὸν ἐνταῦθα καλέσωμες.* Sed usus attractione (cf. adn. ad id. XII, 14) dicit, quod hic legimus, *τῆνόν πως κτλ.* De particula *πως* cf. e. gr. Arist. Vesp. 399 *ἤν πως πρύμνην ἀνακρούσηται,* de voc. *ἐνταῦθα* Iliad. IX, 601. Eurip. Iph. T. 1322. In conformando hoc versu nunc secutus sum edd. Ald. Call. Crat. Camer. Ahr. II. Mein. I. II. Duc. Ameis. Ziegl. Pal. (apud quem errore operarum *τῆνον πως* exaratum est) al. et schol. Call. lin. 22 paginae secundae scholiorum ad hoc carmen pertinentium. Nam ibidem lin. 18 scriptum est *τῆνον πῶς,* perinde atque Mein. III. edidit signo interrogandi posito: *τῆνον πῶς — ἦν καλέσωμες;* Praeivit Reiskius fretus ed. Iunt. et Mor. (ubi *τῆνον πῶς*, sed sine signo interrogandi), verbaque sic explicavit: *quid si vocemus —?* h. e. ipse tecum statue quale sit, si vocemus, rectene et sapienter factum necne. Eundem in sensum Polwh., auctor Arethusae, Gail. Lec. al. verterunt. Ita comparari certe debuit usus loquendi similis, qualis est e. gr. Odyss. XVIII, 223 *πῶς νῦν, εἴ τι ξεῖνος — πάθοι;* Hartungius suo quidem Marte, sed invita Minerva, hoc scripsit: *τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον εἰ καλέσαιμες, ᾧ — ὑλακτεῖ.* Boiss. I. II. interrogandi signo posito *τῆνόν πως — ὑλακτεῖ;* Graefius l. l. p. 30 in hoc incidit: *τῆνον, πῶς; ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες!* Lectionem *τῆνόν πως — ὑλακτεῖ* Ducas sic explicat: *ἐκεινοσί (ὁρᾷς γὰρ τὸν αἰπόλον, ὃν ὁ λευκὸς κύων ὑλακτεῖ παρὰ τοῖς ἐρίφοις) ἐκεῖνος, ἦν καλῶμεν, ἡμῖν ὁ δικάσων ἔσται.*

27. *ᾧ κτλ.*] *cui apud haedos istos* (*de articulo* cf. adn. ad id. I, 1) *latrat canis iste.* Ita Latine quoque dicendum, non *cuius apud haedos latrat canis*, quia posteriore ratione oppositum nescio quod induceretur ab re alienum: „*apud haedos latrat, non apud boves*" vel simile. Itaque scribendum *ᾧ*, quod est in edd. Comm. Valck. Kiessl. Ameis. Mein. I. II. III. Ahr. I. Hart. Pal. videturque esse in codd. k. al. Contra in codd. p. v. edd. prr. Call. Steph. Heins. Brunck. Wart. Ahr. II. Ziegl. al. est genetivus *ὧ*, qui quam parum aptus sit, sentis etiam legens Gailii interpretationem: si nous appelions ce chévrier, *dont* le chien làbas aboie après ses chèvreaux? — *φαλαρὸς*] non *albus* (Vins. Duc. al.), sed *nota alba in fronte insignis,* der Hund mit der *Blässe* (Grimm. deutsch. Wörterb. II p. 71) — *pelote, étoile* —. Ovid. Met. III, 221 eiusmodi canis dicitur *nigram medio frontem distinctus ab albo.* Cf. Hor. Od. IV, 2, 57 de vitulo: *fronte* curvatos imitatus ignes tertium lunae referentis ortum, *qua notam duxit, niveus videri*, cetera fulvus. Lobeck. *pathol.* 1843 p. 265. Buttmann. *lexic.* II p. 248. Schol. p. 290, 3. Mutato accentu (nam *φαλαρὸς* hoc loco optimi codices pro *φάλαρος* — edd. prr. al. — offerunt editoresque recentiores restituerunt: cf. Lobeck. l. l.) ob similem notam albam aries proprio nomine *Φάλαρος* dicitur id. V, 103, et Aeginae amicus meus Stauridès mulierem audivit agnum tali alba nota in fronte praeditum *Φαλάρο* vocitantem. Quaedam est similitudo vocabuli, quo rustici Megalopolitani caput album equi cetera nigri appellant *die Leuchte.* Paene incredibilis est ratio Valckenarii, qui in epist. ad Roev. p. XVII h. l. proprium nomen fecit *Φάλαρος*, eoque sumpto — id quod in editione non fecit — hac fallacia utitur ut hunc versum spurium esse demonstret, dicens *arietem* esse *Φάλαρον* Theocriteum:

Χοὶ μὲν παῖδες ἄυσαν, ὁ δ' αἰπόλος ἦνθ' ὑπακούσας·
χοὶ μὲν παῖδες ἄειδον, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρίνειν.
πρᾶτος δ' ὦν τάδ' ἄειδε λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας.

scilicet ut id. V, 103: non ita vocari canem, et poetam, si vel aptum esset cani nomen, *canis* omissa mentione scripturum fuisse ὁ *Φάλαρος ὑλακτεῖ*, ut Verg. Ecl. VIII, 107 revera scripsit „*Hylax in limine latrat*". Verum enimvero valet de hoc vocabulo (*φαλαρός*) idem, quod id. IV, 45 de voc. *λέπαργος* proecd. p. 80 diximus. Scilicet a colore tantum canem caprarii puer significat, quia canis ignoti hominis quod nomen proprium habeat ignorat. Pro *φαλαρός* Piersono placebat *φίλαρνος*, Toupio vero et Valckenario magis numerose poeta scripturus fuisse videbatur *ᾇ ποτὶ ταῖς ἐρίφοισι κύων ὁ φ. ὑλ.* „Qui si de causis huius iudicii interrogati fuissent, sat scio aut nihil aut falsa respondissent" (Mein.).

28. *ὑπακούσας*] *Quum audivisset vocantes.* Cf. id. III, 24 et adn. ad id. VII, 95 p. 233. Scripsi *ὑπακούσας* e coniectura etiam a Cobetio, *Mnem.* X, 1, p. 348, et a Paleyo capta. Ahr. II. *ἐπακοῦσαι* edidit e codd. k. a. L. Q. *pr.* edd. Ald. Iunt. Lov. Steph. Heins., eumque Koechl. sequitur. Mutata littera ultima codd. p. cet. (Ahr. p. 66) habent *ἐπακούσας*, quod transiit in edd. Call. Bas. I. Brub. I. Winterton. Valck. Mein. I. II. III. al. In ed. Med. et in cod. Burn. errore aperto e versu proximo huc irrepsit *ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρῖναι*, sed in cod. Burn. lectio varia adscripta est *ἦνθ' ἐπακοῦσαι*. Quae causa videtur fuisse Hartungio conflatis in unum versibus 28 et 29 ita scribendi: *χοὶ μὲν παῖδες ἄυσαν, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελ' ἀκοῦσαι.*

29. *ἄειδον*] Imperfectum tempus est poetae cantum puerorum referentis, sicuti id. VI, 4. VI, 20. VIII, 30. XI, 18. Odyss. X, 254. XVII, 358. Apoll. Rhod. I, 496 coll. Verg. Ecl. VI, 31 (namque *canebat*, uti —). In proximis germana est lectio *κρίνειν* (codd. k. p. cet. Ahr. p. 66), falsa *κρῖναι* (edd. Med. Ald. Iunt. Lov. Valck. Mein. I. al.). Restituerunt *κρίνειν* Mein. II. III. al., Ahrensius eiecit hunc versum, omissum sane in cod. Vat. 8. Briggsius coniecit *χοὶ μὲν παῖδες ἄρ' εἶπον*, Gebauerus 1856 p. 38 *χοὶ μὲν παῖδες ἀείδεν, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρίνειν*, i. e. „et pueri quidem ad canendum, caprarius vero ad iudicandum paratus erat." At nihil mutandum: ponitur enim *ἤθελε κρίνειν*, non ut significetur finitis cantionibus iudicare voluisse caprarium, sed ut declaretur intento cantantibus studio (Koechl. p. 26) libenterque caprarium vacivas aures praebuisse, quippe qui praeclara se carmina auditurum intellexisset. „Nam certamen erat pastor cum Daphnide magnum", ut loquar cum Verg., Ecl. VII, 16.

30. *τάδ' ἄειδε*] Ita scripsi e coniectura pro *πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε*: cf. id. VI, 20. Producta vocalis prima verbi *ἄειδε* ferri h. l. nequit propter aequabilitatem versus proximi (v. 29 *ἄειδον*). Vide et adn. ad id. VII, 41 pag. 215. — *λαχὼν*] Cf. e. gr. Iliad. VII, 171. — *ἰυκτὰ*] Tum prior *arguta* sic coepit *voce* Menalcas (Eob. Hess.). Non offendet hominem sobrium voc. *ἅπαξ εἰρημένον* huiusque forma Aeolica, cuius similes (*ἱππότα, ἱππηλάτα, αἰχμητά* al.) Homerus quoque habet, et quam consulto poeta ad colorem epicum propius h. l. accedens videtur posuisse. Egit nuper de his formis Theod. Ameis. *de Aeolismo Hom.* (Hal. 1865) p. 39 sqq. Cf. et id. XI, 16 (*Κύπριος*).

εἶτα δ' ἀμοιβαίαν ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδάν
βουκολικάν· οὕτω δὲ Μενάλκας ἄρξατο πρᾶτος.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ἄγκεα καὶ ποταμοί, θεῖον γένος, αἴ τι Μενάλκας

31—32. *ἀμοιβαίαν*] carmen ,,*amoebaeum*'' appellat Serv. ad Verg. Ecl. III, 28 (,,amoebaeum est, quoties, qui canunt, et aequali numero versuum utuntur, et ita se habet responsio, ut aut maius aut contrarium aliquid dicant''), *versus alternos* dicit Vergilius, Ecl. VII, 18. Vide arg. id. V p. 154. Verg. Ecl. III, 59 (alternis dicetis: amant alterna Camenae), Calpurn. II, 25 (et nunc alternos magis ut distinguere cantus possitis), Calpurn. IV, 79 (cantibus iste tuis alterno succinet ore), Calpurn. VI, 2 (certavere sub his alterno carmine ramis). Vocabulum *ἀμοιβαῖος* quia non sit adhibitum in Theocriteis, nisi hic et v. 61, hos versus pro spuriis habet Wordsworthius. Aliter sentit Hermannus, *annal. Vindob.* 1848, 124 p. 214. Plus tamen idem Hermannus ei rationi Wordsworthii tribuit, qua ille motus haec scripsit: ,,versus 31—32 sunt inutiles et supervacanei: post *λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας* sequi debet continuo v. 33 *ἄγκεα καὶ ποταμοί*''. Huic quidem sententiae calculum adiicit l. l. Hermannus, v. *βουκολικάν* versu 32 sine nervis esse contendens et ieiunum (,,es ist *matt* hinzugesetzt''). Idem vero nihili facit scrupulum Wordsworthii, verba *Μενάλκας ἄρξ. πρ.* ,,in metrum bucolicum peccare'' iudicantis (nempe ob spondeum ante caesuram bucolicam positum, quod quam falsum sit ex adn. ad id. I, 130 coll. I, 6 apparet). Sed ne Hermanni quidem verba (,,*Μενάλκας* hat das Vorrecht des Eigennamens'') rem absolvunt. Cf. adn. ad id. XI, 1. Koechl. p. 17 ut spurium omisit v. 32, Mein. III. Wordsworthium secutus versus 31—32 eiecit, Pal. adeo versus 30—32 cancellis inclusit, Hart. non solum versus 31—32, sed etiam proximos (vss. 33—62), secutus Ahr. I., ut spurios notavit. Mutata sententia Ahr. II. servavit hos versus omnes. Recte quidem. Nam quod Hermannus, cuius auctoritate inductus ego quoque v. 32 antea insititium vocabam, dixit, v. 32 voc. *βουκολικάν languere*, id non satis est causae, cur Theocrito versus abiudicetur. Neque enim tam bene de Theocrito existimare nobis licitum est, ut nihil nisi plane perfectum et absolutum — vel potius, quod nobis tale videtur — ab eo esse scriptum arbitremur, et si quid minus nobis placeat, id hoc poeta indignum eique extorquendum iudicemus. Et potest versui sententia non plane inepta subiici, si eum sic interpretamur: — ,,excepit Menalcas cantilenam *bucolicam*, h. e. carmen dignum revera bucoliasta tali, qualis Daphnis fuisse existimatur.'' Quod si Theocritus reprehenditur, in eodem loquacitatis crimine versatur Pindarus, qui non solum Ol. III, 5 dixerit: *Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ ἀγλαόκωμον*, et Ol. I, 17: *ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου λάμβανε*, verum etiam Ol. I, 100: *ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι κεῖνον ἱππείῳ νόμῳ Αἰοληίδι μολπᾷ χρή*: nec ferendus — qui sane quibusdam intolerabilis visus est — Flaccus propter odae primae exitum: ,,quod si me *lyricis* vatibus inseres, sublimi feriam sidera vertice.'' Denique si non scripsisset Theocritus ipse hunc versum, inutile, quod illis videtur, additamentum ne grammaticus quidem huic loco assuisset.

33. *Ἄγκεα κτλ.*] Quemadmodum Euripides, Andr. 103 sqq., tragoediae

πήποχ' ὁ συριγκτὰς προσφιλὲς ᾆσε μέλος,

versus elegiacos, quibus Andromacha interitum Troiae deplorat, inseruit: ita Theocritus versibus heroicis cantum elegiacum intexuit, discedens sane ab lege poesi epicae antiquitus scripta ac perpetuo servata, ex qua alius generis versus cum hexametro nunquam sunt mixti. Fecit hoc fortasse eo consilio, ut novo invento auribus subtilibus Alexandrinorum blandiretur, fecit fortasse etiam impulsus auctoritae Philetae praeceptoris, quem versibus elegiacis argumenta bucolica persecutum esse constat. Vide e. gr. Athen. II p. 71, A: *γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα ὀξείης κάκτου* (cf. Theocr, X, 4) *τύμμα φυλαξαμένη*. Theocritum nostra memoria imitatus est versibus elegiacis similibus Platenius idyllio ,,Hirte und Winzerin" (ed. 1839 p. 122). Lyricis metris carmen epicum Klopstockius Messiae cantu XX contaminavit. Valckenarius quidem, *epist. ad Roev.* p. XV, huiusmodi versus elegiacos cum versibus hexametris eodem in carmine coniunctos veteribus grammaticis ignotos fuisse contendit. At cfr. Isaacus Mon. *de metr.* in Bachm. anecd. II p. 187, 1: *τὸ δὲ ἡρωελεγεῖον ἴδιον μὲν οὐκ ἔστι μέτρον, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν στίχων κατὰ συζυγίαν ἐκθέσεως, ἑνὸς μὲν ἡρωικοῦ ἔχοντος μέτρον, ἑτέρου δὲ ἐλεγεῖον, ὡς τὰ ἐπιγράμματα ἔχουσιν. ἐποίησε δὲ καὶ Θεόκριτος ἐν εἰδυλλίῳ τινὶ τοιαύτην ᾠδὴν οὕτως ἐπονομαζομένην.* — *θεῖον γένος*] In eadem versus sede haec verba Iliad. VI, 180 leguntur. Divinum autem genus fluviis tribuitur propter Oceanum, qui apud Homerum, Iliad. XIV, 302, *θεῶν γένεσις* vocatur, et a quo fontes fluviique ducunt originem: cf. e. gr. Soph. frgm. Inach. 256. Dind. *Ἴναχε, παῖ τοῦ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ* (Schulz. *de deorum apud Soph. epith.* p. 8). Callim. Del. 109 *Νύμφαι, ποταμοῦ γένος*. Esse autem verba *θεῖον γένος* ad proximum *ποταμοί* ita referenda, ut v. 37 verba *γλυκερὸν φυτόν* ad proximum *βοτάναι*, Graefius Kiesslingiusque perspexerunt: ac sententia et collocatione vocabulum *γένος* cum voc. *φυτόν* tam manifesto congruit, ut a mutatione abstinendum sit. Nihilo minus Mein. p. 477 male collato id. XI, 48 (*ποτὸν ἀμβρόσιον*) coniecit *γάνος*, id quod Koechl. recepit. Memorabilis est imitatio Sannazarii, Ecl. III, 46 (*Mops.*): ,,*Nereides, pelagi sacrum genus*, aut mihi vestris munera ferte vadis, aut —". — *αἴ τι*] Libenter versum Adonium Theocritus a particula *αἰ* vel *εἰ* incipit. Vide id. V, 35. V, 147. VII, 4. VII, 50. I, 10. I, 23. II, 159. VIII, 37. VIII, 43. VIII, 47. XV, 70. XV, 89. XII, 17. Epigr. VI, 1. Similiter *ἦν* locatum id. VIII, 26. 35. 39. XXVII, 32. Epigr. IV, 15. De particula *εἰ* hoc commemorare satis habeo, in id. XXV non alibi eam nisi in ipso initio (v. 6. 45. 80. 173. 179. 215) inveniri. — *Μενάλκας*] Cf. adn. ad id. I, 65 p. 37.

34. *πήποχ'*] h. e. *πώποτε*. Cf. id. XI, 68 et Ahr. ed. minor. 1856 p. V. Haec lectio ab Ahrensio II. recepta nititur codicibus, ubi *πῆ ποχ'* (codd. k. cet. apud Ahr. p. 66) vel *πή ποχ'* (cod. D.) vel *πῆ ποχ'* (codd. L. cet.) legitur. Mein. p. 266 malit *πείποχ'*, id quod Ahr. I. e. coni. scripserat, postea vero ipse reiecit. Wartonus *πᾷ ποχ'* e coni. edidit. — *ᾆσε*] Ahr. II. et Koechl. *ᾆσα* scripserunt, cui parum in codd. c. w. *sup.* auctoritatis est, Ahr. I. Mein. al. *ᾆσε* recte servaverunt. Cf. adn. ad id. I, 103 p. 49 et ad id. V, 9 p. 157. Similiter Ahr. II. v. 38 *μουσίζω* e coniectura edidit (Koechl. *μουσίσδω*), ubi ipsae lectt. varr. *μουσίζοι* (cod. p.) *μουσίσδοι* (codd. k. cet. Ald. Iunt. Lov. Med. cet.) *μω-*

βόσκοιτ᾽ ἐκ ψυχᾶς τάσδ᾽ ἀμνάδας· ἢν δέ ποκ᾽ ἔνθῃ
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

ΔΑΦΝΙΣ.

κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτόν, αἴπερ ὁμοῖον
μουσίσδει Δάφνις ταῖσιν ἀηδονίσιν,
τοῦτο τὸ βουκόλιον πιαίνετε· κἤν τι Μενάλκας

σίσδοι supra scripto *ου* (cod. 6.) id, quod nos e cod. a. edidimus, *μουσίσδει*, comprobant.

35. *βόσκοιτ᾽*] *pascatis* (non *pascat*): cf. v. 39 *πιαίνετε*. Verg. Aen. VII, 684 quos dives Anagnia *pascit*, quos, Amasene pater. — *ἐκ ψυχᾶς*] *ex animi vestri voluntate* vel *ex prompta animi voluntate* (Ameis.), *ζέοντι πόθῳ καὶ μετὰ ἐπιθυμίας καὶ μὴ ἀνειμένως* (schol. p. 291, 15). Kiesslingius verterat: ,,ex animi *mei* sententia, prout ipse ego volo et cupio'', deceptus fortasse id. XIV, 57. — Tu cf. Ephes. VI, 6—7 *ἐκ ψυχῆς, μετ᾽ εὐνοίας*, Theocr. XVII, 130 et Gallorum illud *de grand coeur*. — *τάσδ᾽*] Ita correxi quod est in codd. et edd. prr. cet. *τὰς* —. Cf. v. 39 *τοῦτο τὸ βουκ.* et quae dixi in proecdosi adn. ad id. I, 83 p. 42. Forma *ἀμνάδας* (Ahr. II. Mein. II. III. Med. Ald. Call. cet.) alteri *ἀμνίδας* (Ahr. I. Bach. Koechl. Mein. I. cod. 9. ed. Iunt.) praeferenda propter codd. optimos k. p. cet. Cf. Ahrens. Philol. VII p. 441.

36. *ἔχων*] *habens secum*. Cf. id. IV, 10. Repudianda coniectura Ahlwardtii et Meinekii *ἄγων*, quam Hart. et Koechl. receperunt. Iacobsius adeo, *spec. emendatt.* p. 44, *ἑλὼν* coniecerat. — *ἔλασσον*] *non minus habeat pabuli*. Cf. v. 40 *ἄφθονα*. Doctior quam verior est interpretatio Ameisii, *adn.* p. 56, qui adoptavit sententiam Dissenii, expl. Demosth. de cor. § 124 p. 295. Sed nihil probat Theocr. XI, 42, locorum vero a Dissenio allatorum alia est ratio. Chapmanus sic vertit: ,,Ye mountain-vales and rivers, race divine! If aught Menalcas ever sung was sweet, Feed ye *these* (*τάσδ᾽ ἀμν.*) lambs; and feed *no less* his kine, When Daphnis drives them to this dear retreat.''

37. *κρᾶναι κτλ.*] Quam accurate verba ac numeri huius tetrastichii (37—40) superiori (33—36) respondeant, in proecdosi p. 120 indicavimus. — *αἴπερ*] *si quidem* —, *si revera* —, id quod extra dubitationem positum videtur. Similia sunt huius particulae compositae exempla Odyss. VIII, 408 (Ameis. app. p. 22 ed. III.), Soph. Oed. R. 369. Plat. Tim. p. 31, A.

38. *μουσίσδει*] Hoc verbum, quo etiam id. XI, 81 Theocritus utitur, non est poeseos epicae priscae: medio utitur Eurip. Cycl. 489. Ceterum vide adn. ad v. 34 extr.

39. *βουκόλιον*] Cf. id. XXV, 13. — *πιαίνετε*] Hoc, quod respondet superiori (v. 35) *ἐκ ψυχᾶς βόσκοιτε*, nunc cum codd. plerisque, edd. prr. Briggs. Mein. Ahr. Koechl. Hart. Pal. al. scripsi pro *ποιμαίνετε* (codd. a. s. et 6. — ubi tamen l. var. *πιαίνετε* adscripta —). Polwh. sic interpretatus est: ,,Ye herbs, ye fountains, that enrich the dale, If Daphnis ever match'd the nightingale, *Fatten these* herds! If ought Menalcas lead To pasturage, his be every fruitful mead.''

39—40. *κἤν τι — ἀγάγῃ*] Aut hoc dicit: ,,*et si forte Menalcas gregem huc depulerit* (wenn etwa Menalkas hieher *treibt*)'' aut: ,,*et si quid pecoris Menalcas huc depulerit*''. Praestat prior

τεῖδ' ἀγάγῃ, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

ἔνθ' ὄις, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι

explicatio, quia ita vocabulo *ποκ'* (v. 35) respondet hoc loco *τι*. De voculis *ἦν τι* cf. e. gr. Aesch. Prom. 196, Soph. Oed. R. 124. Plat. Crit. p. 46, D. De verbo *ἄγειν* absolute posito Xen. Anab. VI, 1, 18. Posterior ratio sane placuit veteribus: cf. schol. 292, 15 *τι ἑνικῶς εἰπὼν εἰς αὐτὸ πληθυντικὸν ἀποδίδωσι* (*τὸ πάντα*), *ἐπεὶ τὸ τι ἀορίστως λεγόμενον πληθυντικοῦ δύναμιν ἔχει*. At proximum *πάντα* non de gregibus, sed *de pastu ac pratis* accipiendum esse exposuit Ameis., *adn.* p. 56.

40. *ἀφθ. πάντα ν.*] *loca omnia uberrima depascat.* Minus apte Wuestem. Pal. et alii explicant *pecora omnia pascat.* De voc. *πάντα* cf. id. VII, 143, de voc. *ἄφθονα* Plat. Soph. p. 222, A — *οἷον λειμῶνας ἀφθόνους*, Hom. hymn. in Apoll. 536 et id. X, 53: de verbo *νέμω* Xen. Anab. III, 2, 20 vel Herod. I, 110 (*ἠπίστατο νομὰς ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα*) coll. Plat. Rep. II p. 359, D. Nihili est, quod Reisk. *animadv.* p. 197 pro *χαίρων* maluit, *χιμάρων*. De exitu versus (*νέμοι*) qui respondet superiori (v. 36 *ἔχοι*) cf. adn. ad v. 44 p. 278.

45—47.] Significata versibus 33—40 summa concordia, qua par cantorum copulatur (quod contra fit id. V, 120 sqq. V, 137, ubi infestus cantorum animus nos male habet: cf. *arg.* p. 154), ad celebrandos amores suos Menalcas Daphnisque transeunt. Versus 45. 46. 47 [48] in edd. Ald. cet. non Menalcae, sed Daphnidis nomen praefixum habent: at a Menalca esse eos, ovium pastore, non a bubulco Daphnide recitandos, res est evidens. Transposui igitur versus hoc pacto, quo id faciendum esse Bindemannus aliusque vir doctus (vide adn. ad v. 44 p. 278) intellexerunt, quos Ahr. II. aliique, hortante etiam Meinekio p. 477, secuti sunt.

45. *ἔνθ' ὄις*] *ibi ovis* (omnis) *gemellipara est*, *ibi capellae sunt gemelliparae.* Cf. Theocr. X, 35 et Plat. Tim. p. 38, C *ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης*. Ovid. Art. am. I, 740: nomen amicitia est, nomen inane fides. Cic. II. leg. agr. 30: ager . . neque erit (*vester*), neque vester esse dicetur. Theocr. XV, 144. Aliquantulum differt Theocr. XXII, 68. Mira est similitudo huius versus et Ovid. Met. VIII, 674 (*hic nux*, *hic* mixta est rugosis carica palmis *prunaque*), ubi pariter numerus singularis (*nux*) comitem habet numerum pluralem (*prunaque*) atque hic singularis *ὄις* pluralem *αἶγες*: qua de re cf. id. XI, 10. Itaque non opus est Ahr. II. et Hart. mutatione, qui cum Wintertono *οἶς* („*oves*" Wintert.) ediderunt. Mendosa est lectio codd. 21. et Bar. 109. *οἶες*. Equidem vel ob numerorum volubilitatem *ὄις*, voc. bisyllabum, nunc praeferendum duxi cum edd. prr. Call. Lov. Ahr. I. Mein. III. Koechl. Pal. al. Cf. id. I, 11. X, 4. XII, 4. De contaminato versu Vergilii, Ecl. VII, 49 (*hic* focus — *hic* plurimus ignis) cf. id. IX, 19. Notabilis est similitudo descriptionis Callim. in Apoll. 50 sqq. *ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες δεύοιντο βρεφέων ἐριμηκάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν· οὐδ' ἀγάλακτες* (cf. Theocr. VIII, 42) *ὄιες οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι, ἡ δέ κε μουνοτόκος διδυματόκος αἶψα γένοιτο.* Vide adn. ad v. 56[b]. Theocritumne an Callimachum an Vergilium (Ecl. VII, 55) an hos omnes imitatus sit Claudian. cons. VI

σμάνεα πληροῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι, 46
ἔνθα καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν, αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ, 47
χὠ ποιμὴν ξηρὸς τηνόθι χαὶ βοτάναι. 44

ΔΑΦΝΙΣ.

παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομαί, παντᾷ δὲ γάλακτος 41

Honor. 25 sqq., difficile diiudicatu est. Anaphora quidem certe mire cum versu Theocriteo conspirat, quae est ibi v. 32, *tunc* silvae, *tunc* antra loqui, *tunc* vivere —.

46. καὶ] Mein. II. III. e coni. χαί edidit, quem Ziegl. Am. Ahr. I. Hart. Pal. sequuntur. Recte Ahr. II. ad librorum et edd. prr. lectionem καὶ rediit.

47. ἔνθα καλὸς] Ita e coni. scripsi pro ἔνθ' ὁ καλὸς M. Necessaria est haec emendatio propter v. 43 ἔνθα καλὰ N., ubi vide adn. — Μίλων] Puerum quendam delicatum significat. Ceterum vide adn. ad id. X, 7. — Gebauer. 1861 p. 182 coniecit ὁ καλὸς παίδων, docte ille, sed sine causa. — βαίνει ποσὶν] Vide id. VII, 153. I, 83. Plaut. Trin. II, 6, 46 pedibus ambulare nequeo. Sall. Cat. 50 pedibus in sententiam Neronis iturum se dixerat. Mnasalc. in Anth. Pal. VI, 268, 3 εἴτε καὶ εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνεις. Iliad. VII, 212—213. VIII, 389. Secutus Meinekium Hart. ἐπινίσσεται hic edidit, ac vicissim βαίνει ποσσίν v. 43: vide p. 280. — αἰ δ' ἂν ἀφ.] Vergilium, Ecl. VII, 55 (omnia nunc rident, at si formosus Alexis montibus his abeat, videas et flumina sicca), Vins. p. 80, Ursinus 68, Floderus *obss.* p. 383 al. Theocritea adumbrasse ostenderunt.

44. ποιμὴν] Hoc de Menalca, non de Daphnide, praedicari potest: cf. v. 9. Itaque necessario versus 44 et 48 transponendi fuerunt, id quod etiam Bindem. p. 104, vir doctus eph. Goth. 1803 nr. 22. Weis. Ahr. II. Koechl. Pal. fecerunt. — ξηρὸς] Vergilius, Ecl. VII, 57, his utitur verbis: *aret* ager, vitio moriens sitit aëris *herba*. Ex quibus Vergilium non solum ξηρὸς h. l., sed etiam βοτάναι legisse concluditur. Similiter Hor. Epod. XVI, 53: nullius astri gregem aestuosa *torret* impotentia. Improbanda igitur coniectura Meinekii, a Koechl. etiam recepta, καὶ τὰ βοτά pro χαὶ βοτάναι, idque eo magis, quod hac mutatione sonorum similitudo quattuor sibi respondentium pentametrorum versuum (46. 44. 42. 48 — ὑψίτεραι — βοτάναι cet.) turbatur, quam non esse fortuitam audis ex fine pentametri v. 36 (ἔχοι), cuius imago est v. 40 νέμοι. Sannazar., Ecl. III: „nulla mihi sine te *virent* loca, displicet aequor, sordet terra, leves odi cum retibus hamos. At si aderis tu visa, placebunt omnia, laetus tunc ego vel Libycis degam piscator arenis.“ Vida, Ecl. I: „formosi hic tecum montes formosaque *prata*, te sine deformes montes, deformia *prata*.“

41—43 [48]. Versus 41. 42. 43. [44] a me transpositi in edd. Ald. Iunt. cet. Menalcae assignantur. At maxime v. 43 proditur haec potius Daphnidi Naïdos (seu puellae, vulg.) amatori convenire.

41. παντᾷ ἔαρ] Ter repetitum voc. παντᾷ respondet ter posito vocabulo ἔνθα v. 45. Quam formam dicendi non esse indignam Theocrito (Meinekius scilicet p. 432 hos versus negat a Theocrito scriptos) luculenter a Buechelero expositum est l. l. p. 348. Cf. adn. ad v. 5 et ad id. I, 74 p. 41. Praeterea exempla sunt similia apud Mein. l. l. Ita spernenda coniectura Meinekii, p. 266 in hoc versu ποῖμναι δὲ γάλακτος coniicientis. — ἔαρ] Vide Hor. Od. IV, 5, 6 in

οὔθατα πλήθουσιν, καὶ τὰ νέα τρέφεται, 42
ἔνθα καλὰ Ναὶς ἐπινίσσεται, αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ, 43

adn. ad id. III, 18 p. 125. — *νομαί*] *pascua pastusque*, in quibus nihil alimenti pastor desiderat. Herod. I, 78 *οἱ ἵπποι μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι.* Plat. Critiae p. 114, E *νομὴ γὰρ τοῖς ἄλλοις ζῴοις — ὅσα ἐν τοῖς πεδίοις νέμεται.* Legg. III, p. 679, A *νομῆς οὐκ ἦν σπάνις.* Scripsi *νομαί* pro *νομοί* (cf. id. XXV, 14) cum Brunck. Boiss. I. II. Hart. Ahr. I. Ameis. e codd. p. 9. D. Q. (*νομὴ* habet cod. 6.). Cf. *ephem. antiq. stud.* 1848 nr. 94 p. 749. Lectionem reliquorum codd. et edd. prr. *νομοὶ* Mein. I. II. III. Ahr. II. Ziegl. Pal. al. servaverunt. Popius quantum Theocrito tribuerit, hi versus declarant, *past.* I p. 28 ed. Lond. 1779. *Strephon*: All nature mourns, the skies relent in showers, Hush'd are the birds, and clos'd the drooping flowers: If Delia smiles, the flowers begin to spring, The skies to brighten and the birds to sing. *Daphnis*: All nature laughs, the groves are fresh and fair, The sun's mild lustre warms the vital air: If Sylvia smiles, new glories gild the shore, And vanquish'd nature seems to charm no more. — *γάλακτος*] de manifesta imitatione Calpurnii, IV, 101 sqq. Buechelerus l. l. p. 349 disputavit.

42. *οὔθατα*] Verg. Georg. III, 317 — et gravido superant vix ubere limen. Hor. Epod. XVI, 50 refertque tenta grex amicus ubera. — *πλήθουσιν*] ,,ubera lacte gravantur'', ut loquar cum Calpurn. IV, 103. *Partout se gonfle la mamelle* (Did.). Eleganter vertit etiam Cunichius: vernat ager, campique virent atque *ubera lacte plena tument*, saturae luxuriant pecudes. Formae *πλήθουσιν*, molossum h. l. efficienti, sono suo respondet v. 46 *πληροῦσιν*. Cf. e. gr. Odyss. IX, 219—220. Theogn. 180—182. Bergk. Callim. frg. I, 19—21 et adn. ad id. VII, 122—123. Quin etiam v. 46 neutrum *σμάνεα* primum pedem versus prorsus ita atque hic neutrum *οὔθατα* dactylo suo explet. Superat autem Daphnis verbo *πλήθουσιν* (*sunt* plena) dictum Menalcae *πληροῦσιν* (implent — adhuc). Numerus pluralis *πλήθουσιν* cum voc. neutrius generis *οὔθατα* coniunctus, qui propter proximum *νέα τρέφεται* Meinekio p. 266 offensioni fuit, satis habet patrocinii ex adn. ad id. IX, 17. Scripsi igitur *πλήθουσιν*, quod est in Ald. Call. Lov. al. cod. 8. et schol. p. 293, 12 (*ἢ πλήθουσιν*) et, omissa littera *ν*, in cod. p. atque instar var. lect. in codd. p. 6. Q. Idem fecerunt Mein. I. II. III. Ziegl. Pal. In proecdosi exhibueram *πηδῶσιν*, defensum ab Ameisio *ephem. gymn.* 1842 p. 199, et maxime propter hanc lectionem var., quae in codd. s. cet. (Ahr. p. 67) ed. Iunt. (Med.?) exstat (*πλήσουσι* habet cod. v.[1]), Ahr. I. II. Hart. Koechl. e coni. *πιδῶσιν* ediderunt. Mein. p. 266 coniecit *πληθύνει*, servato videlicet v. 41 voc. *παντᾷ*. — *τὰ νέα*] *agnae capellaeque novellae* (Ovid. Art. am. I, 118), *τὰ ἀρτιγενῆ* (Duc.). Cf. Eur. Cycl. 28 *μῆλα νέα.* Odyss. XIII, 222. Soph. Oed. Col. 475, ubi *οἰὸς νεαλοῦς νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών* nunc a Dindorfio editum Ritschelius quoque, *de Soph. cant. Oed. Col.* p. VIII, probavit.

43. *ἔνθα κ. Ν.*] Ita e coniectura a Meinekio quoque capta Boiss. II. edidit, quem Ahr. II. nunc secutus est. Codicum quidem et edd. prr. Call. Lov. Bas. I. al. lectio est *ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς*, quam Steph. Heins. Valck. Boiss. I. Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal. al. exhibuerunt. Nullius momenti est l. v. *ἐπινείσσεται* (codd. 6.

χὠ τὰς βῶς βόσκων χαἰ βόες αὐότεραι. 48

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας 49

sec. v. Y. Burn. Cant.) vel *ἐπινείσεται* (cod. 6 *pr.*). In cod. Butl. adscriptum vocabulo *ἐπινίσσεται* est *φρεκουενταт* [sic] h. e. *frequentat.* Egemus autem hoc loco nomine, quod alterius cantoris versui 47 (*Μίλων*) ita respondeat, ut maior etiam cantoris gloria eo paretur. Similia sensit Cunichius, qui versui ,,vernat ager'' addidit ,,qua se cunque tulit Phyllis.'' At Naïdos facta mentio est v. 93. Vide, sed coll. adn. ad id. I, 64 p. 37, Ovid. Art. am. I, 732: ,,pallidus in lenta *Naïde* Daphnis erat''. Iam dicitur, non addito articulo, *καλὰ Ν.* perinde atque Mosch. III, 7 scripsit *καλὸς μελικτάς*, Bion. I, 1—2 atque I, 7 *καλὸς Ἄδωνις*, poetae nostri *schön Röschen, jung Roland* similia dixerunt. Postremo de producta syllaba ultima vocabuli satis est contendere Odyss. IX, 253, adn. ad id. VII, 85 p. 230 et id. I, 115. Callim. Apoll. 20 *οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται.* Lectionem vulg. Wordsw. post Hermannum (opusc. V p. 83) defendere studuit. Koechl. e coni. mutavit *ἔνθ' ἁ καλὰ Ναὶς ἐπέρχεται.* Contra Piersoni *ἔνθ' ἁ καλὰ ποσσὶ 'πινίσσεται* Gaisfordius disputavit. Meinekius p. 478 verba versus 47 *βαίνει ποσίν* et *ἐπινίσσεται* v. 43 transponere et *Ναὶς* scribere voluit. Hac, opinor, sententia motus maximae levitatis exemplum Hartungius his verbis edidit: *ἔνθ' ἁ καλὰ Μαλὶς βαίνει ποσίν· αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ.* Quem versum qui scanderit, rex esto. Paene praeterii opinionem Graefii, p. 38 haec suspicantis: *ἁ παῖς ἁ καλὰ ἔνθ' ἐπινίσσεται.*

48. *χὠ τὰς β.*] De transposito versu vide superiora, v. 44 p. 278.

49—51. *ὦ τράγε κτλ.*] Fingitur Milon, puer ille, quem a se amari Menalcas profitetur, versari in antris, ad quae hic ablegat gregis ducem, ut ad se Milonem invitet. Cf. adn. ad v. 50.

49. *λευκᾶν*] Hoc vocabulo capellas, haud secus atque id. III, 34, laudare pastor cupit: cf. adn. ad id. IX, 10. Tibull. II, 5, 38. — *ἄνερ*] Servius ad Verg. Ecl. VII, 7 (,,*vir gregis* ipse caper") haec scripsit: „*vir gregis,* abusive. Sic alibi [Georg. III, 125] *quem legere virum.* Item Horatius [cf. adn. ad id. IX, 4] *olentis uxores mariti.* Acyrologia est. Quod tamen ad Theocriti imitationem dictum est, qui ait: *ὦ τράγε κτλ.*" De Horatio dixit Arnoldius, *stud. gr. Hor.* p. 20. Cf. et Leonid. Tar. in Anth. Pal. IX, 99: *ἔξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις —. ὦ βάθος ὕλας*] *ἐκεῖθεν, οὗ βάθος ὕλας ἐστί, δεῦτε.* Ita praeeunte Casaubono p. 262 (p. 99 Reisk.) attractionem voc. *ὦ*, Dorice pro *ὅθεν* dicti, recte Ahrens. praef. ed. minor. 1856 p. V explicavit. Dicitur autem *βάθος ὕλας*, *silvae profunditas,* ad modum Homerici *βαθείη ὕλη*, Iliad. V, 555. Cf. Ael. H. an. VII, 2 *ὕλη βαθυτάτη.* Ovid. Art. am. III, 689 et Theocr. VIII, 66. — Voc. *ὦ*, quod Latino voc. *ubi* Divus convertit, in codd. Q. M. Lips. et v. *corr.*, idemque apud scholiastas p. 294, 12 p. 295, 6 est. Hoc commendatum a Casaubono l. l. recepere Heins. Reisk. Valck. Boiss. II. Mein. I. II. III. Ziegl. Ameis. Hart. Pal. al. Nullius frugi est lectio edd. prr. *ὦ βάθος,* quam suggerunt etiam codd. D. L. Q. Y. et v. *pr.* et Steph. Wintert. Inn. Boiss. I. al. retinuerunt, Boiss. I. *oves lanigeras* (*ὦ βάθος ὕλας*) explicavit. Palmerius, *exercitt.* p. 802 coniecit *ᾦ*, *barbam* explicans *βάθος ὕλας*: nec aliter

μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτε ποτ᾽ ἄντρ᾽ ἔριφοι.
ἐν τήνοις τῆνος· τὺ δ᾽ ἴθ᾽ ὦ κόλε καὶ λέγε· „Μίλων,

Wernsdorfius p. 11—12, qui laudato Iuvenal. IX, 13 („est horrida siccae silva comae") sic vertit: „o hirce, qui immensam densi capillitii silvam corpore sustines, cui silva immensa dorsum inumbrat." Reiskius, *animadv.* p. 197, ὧς scribi maluit: „huc ades ad profunditatem silvae immensam."

50. *μυρίον*] Cf. Theocr. epigr. XIX, 2. — *σιμαὶ*] Hinc Verg., Ecl. X, 7: dum tenera attondent *simae* virgulta capellae. Cfr. Gebauer. 1856 p. 58. — *δεῦτε ποτ᾽ ἄντρ᾽*] Haec verba e coni. scripsi pro verbis plerorumque codicum *δεῦτ᾽ ἐφ᾽ ὕδωρ*, quae codicum verba in Daphnidis responso iniuria temporum nobis erepto (vide v. 52^c) fuisse existimo. Pro *δεῦτ᾽* in cod. 6. legitur *γατ᾽*, nescio an non relictum priscarum h. l. turbarum vestigium. In *antris* versatur Milo perinde atque Amaryllis id. III, 6 coll. id. IX, 15.

51. *ἐν τήνοις*] Ita e coni. scripsi pro *ἐν τήνῳ γὰρ* —. Cf. suppl. v. 52^d. Nam simillimum fuisse initium versus a Daphnide huic versui oppositi aequabilitas versuum superiorum (vss. 33—48) declarat. — *τὺ δ᾽*] Haec e coni. addidi. — *ἴθ᾽*] Elisa est huius voc. vocalis ultima perinde atque Iliad. VI, 341 (*ἢ ἴθ᾽, ἐγὼ δὲ μέτειμι*), XIV, 267 (*ἀλλ᾽ ἴθ᾽, ἐγὼ δέ* —), XX, 429 (*ἆσσον ἴθ᾽, ὥς κεν θᾶσσον* —), Odyss. XVII, 478 (*ἢ ἄπιθ᾽ ἄλλῃ*), Iliad. III, 390 *δεῦρ᾽ ἴθ᾽, Ἀλέξανδρος* —). Cfr. *La Roche, annal. gymn. Austr.* 1861, XII p. 835. Vide etiam adn. ad id. VII, 105. — *ὦ κόλε*] Caprum appellat, qui est „*mutilus cornibus*" (Caes. B. G. VI, 27): cf. adn. ad v. 86 et schol. ad h. l. Herod. IV, 29 *δοκέει δέ μοι καὶ τὸ γένος τῶν βοῶν τὸ κόλον διὰ ταῦτα οὐ φύειν κέρεα αὐτόθι.* „Quod hirco mandata perferenda dantur, id certe bucolico carmini consentaneum, nec sine exemplis dictum est. Ita aliae bestiolae, ut columba, culex adeo atque apis, et haec quidem in re amatoria apud Charon. Lampsacenum in Etymol. Magn. p. 75, 40, nuntiorum ministeriis funguntur. Vide Graef. *epist. crit.* p. 32. Quod vero hircum alloquitur, id facit ad exemplum Polyphemi apud Hom. Od. IX, 447, qui arietem ex antro exeuntem *κριὲ πέπον* alloquitur." Wuestem. Removenda est coniectura Sam. Petiti et Briggsii (cur. sec. p. 287 Gaisf.), recepta illa ab Ahr. II. *ἴθ᾽ „ὦ καλέ" καὶ λέγε „Μίλων* —. Mire hanc suam coniecturam Briggs. explicat: „abi, o formose Milon, et eos numera, anglice *tell them*": cf. Odyss. IV, 412. In edd. Ald. Iunt. Lov. *κόλε* scriptum esse, meis oculis vidi. — *Μίλων*] Vocativi instar est: cf. id. X, 7. Ponitur autem novam sententiam inchoans nomen eius, quem ille alloquitur, in pede sexto versus, iuxta atque id. I, 77 — *Δάφνι, τίς τυ κατατρύχει*; *Μίλων* scriptum est in codd. k. p. s. cet. (Ahr. p. 67), idque Ahr. I. II. Mein. II. III. Am. Hart. Pal. Koechl. al. ediderunt: *μίλων* est in ed. Call.: *Μίλωνι* exstat in cod. L.: *Μίλῳ* in codd. v. *sec.* et 8. atque in ed. Iunt., unde transiit in edd. Steph. mai. Heins. Wintert. Brunck.: *Μίλω* habent codd. a. D. Cantabr. Emman. nec non Cant. ac Butler. (*Μιλῶ* cod. Burn.) et legerunt schol. p. 294, 25. 294, 22. 295, 1: idem repetunt edd. Med. Ald. Camer. Steph. ed. min. Boiss. II. (*Μίλω* apocope Dorica dativi *Μίλωνι* vocatur in gloss. cod. Vim. coll. schol. cod. E. M. p. 294, 25): *Μίλων᾽* ediderunt Brunck. Reisk. Valck. Boiss. I. Aug. Iacobs. Mein. I. al. Sed elisio vocalis, praesertim in exitu hexametri, ferri nequit ac male

ὧς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμεν." 52ᵃ

ΔΑΦΝΙΣ.

* ταῦρε, βοῶν ἁμᾶν κρατερὸς πόσις, ὧδε ποτ' ἄντρα 52ᵇ

Homerico (Iliad. XIV, 265), ubi nunc εὐρύοπα Ζῆν cum Bekkero legimus, a Wuestemanno defensum est. Graef. p. 34 coniecit τήνῳ pro *Μίλων*. Herm. opusc. V p. 84 sic censet ,,scribere poetam oportuisse", verbis tamen contra syntaxeos regulas transpositis: ἴθ' ὦ κόλε καὶ λέγε, φώκας, Μίλωνι, Πρωτεὺς καὶ θεὸς ὢν ἔνεμεν. Ferri non potest haec interpretatio: *Μίλων, ὧς Πρωτεὺς* — hoc sensu: ,,Milon *pavit capellas*, ut Proteus pavit quondam phocas".

52ᵃ. ὧς Πρ.] *sic Proteus, tametsi deus erat, pascere phocas* (quae sunt capellis multo olentiores: cf. Odyss. IV, 441) *non est dedignatus, ut scil. te non pudeat cum pastore meo pascere capellas.*" Hanc loci multum tentati simplicissimam explicationem (scripto videlicet ὧς pro ὡς, quod vulgo legitur) ante viginti duos annos a me in diss. *de poet. buc.* p. 64 propositam nunc quoque unice veram esse statuo. Firmat eam praeter Theocr. III, 46 maxime Vergilius, Ecl. X, 17—18, versibus ad hunc locum adumbratis (vide adn. ad v. 52ᵉ), e quorum numero Ribbeckius versum 17 quam temere eiecerit noster hic locus argumento est. Cf. et Verg. Georg. IV, 394 de Proteo: ,,immania — armenta et turpes pascit sub gurgite phocas". Cum brevitate comparationis cf. e. gr. Tibull. I, 5, 45: ,,talis ad Haemonium Nereïs Pelea quondam vecta est frenato caerula pisce Thetis". Mecum facit Ameis. praef. p. XII. Mihi oblocutus est, sed rationes nullas attulit Hermann. *annal. Vind.* 1848 p. 214. De voc. ὧς cf. id. II, 29. II, 31. II, 50. *Vulgo* ὡς quum dicebam legi, edd. prr. Call. Lov. Camer. Crat. Steph. Heins. Valck. Gaisf. Mein. I. II. Boiss. I. II. al. significabam. Mein. ed. II p. 172 et Wordsworthius coniecerunt ὁ Πρωτεὺς —, id quod Mein. III. Ziegl. Ahr. II. Hart. ediderunt, neque tamen firmat lectio codicis Cantabr. Emmanuel. a Wordsworthio publici iuris facta ὡς ὁ Πρωτεὺς —. Zieglerus p. 56 coniecit χὠ Πρωτεὺς, id quod Weis. Ameis. Ahr. I. Pal. ediderunt. Theocritus haec scribens memor fuisse videtur Hom. hym. in Pana, v. 32: ἔνθ' ὅγε, καὶ θεὸς ὤν, ψαφαρότριχα μῆλ' ἐνόμευεν. Theocritei vero versus fundamento et exemplo fuerunt versibus Sannazarii, *Ecl.* III (*Mops.*), 62: ,,o *Proteu*, pastor liquidi maris, *o pater o rex* — quandoquidem insanos odistis, numina, fastus — quaere Pithecusas, tu cui licet, atqué superbae dic Hyalae salsum te pascere monstra per aequor." Quorum versuum primus exitu suo (*o pater o rex*) exitum imitatur versus huius idyllii 59: ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ. Vide quae dixi in *symb. ad Theocr. et Verg.* p. 30 sqq.

52ᵇ. ταῦρε β.] Alterni versus Menalcae Daphnidisque superiores (33—48) tanta sunt arte elimati, ut reliquas quoque strophas non minus diligenter elaboratas et tanquam elucubratas servatamque a poeta esse eandem, quam inchoaverat, ornatam sententiarum concinnitatem res ipsa declaret. Vide arg. p. 258. Itaque huic tetrasticho (49—52), quo suas delicias Menalcas ad sese invitat, respondere debuit tetrastichon Daphnidis, quo hic quoque ignes suos ad sese invitaret, pariter accurata et polita sententiarum ac verborum adstrictum comprehensione. Idem de versibus 53—56 et 57—60

* τᾶς Νύμφας, ξυναὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ δαμάλαι. 52c
* ἐν τήνοις γὰρ τήνα· ἴϑ' ὦ φίλε καὶ λέγε· „Ναΐς 52d
* Ἀδμήτω ταύρως Φοῖβος ἔβοσκε ϑεός.“ 52e

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα
εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσϑε ϑέειν ἀνέμων·
ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι, ἀγκὰς ἔχων τυ,

necessario statuendum. Itaque quemadmodum caprum ad Milonem suum Menalcas, ita taurum ad Naïda suam Daphnis ablegat *in aqua* (v. 52 c — 52 d) versantem. Supplevi versus insistens vestigiis Graef. p. 34 et Koechl. p. 18.

52 c. δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ] Haec verba ex v. 50 huc transtuli. Quid enim in aquis — nisi forte lavans sese — Milon faceret? Naïs vero in aquis habitat. Potuerant autem in versibus describendis oculi librarii facile aberrare, si fuit omissorum versuum maxima cum superioribus (v. 50 cet.) similitudo. Quare haec, quae vides, exempli gratia addidi.

52 e. Ἀδμήτω ταύρως κτλ.] „*Pavit et Admeti tauros formosus Apollo.*“ Ob haec verba Tibulli, II, 3, 11, qui haud pauca Theocrito debet, simul ob versum Vergilii versui Ecl. X, 17 („nec te poeniteat pecoris, divine poeta“) subiectum („et formosus oves *ad flumina* pavit Adonis“) hoc supplementum finxi. Vide et Callim. Apoll. 47 sqq., atque Ovidium, Art. am. II, 239 („Cynthius Admeti vaccas pavisse Pheraei fertur —“). Nam vere quid Theocritus scripserit divinare mihi magnus non donat Apollo.

53—56. Hoc tetrastichon in edd. Ald. Iunt. cet. Daphnidis nomen praefixum habet, proximum (v. 57—60) nomen Menalcae. Sed versus 56 vocabulo μᾶλα, Menalcae haec verba esse (cf. v. 2) arguit.

53. γᾶν Πέλοπος] Vide praecd. p. 122 coll. Prop. I, 8, 36: et quas Elis opes ante paravit equis. Similis est sententia Hor. Od. II, 12, 21—28. — χρύσεια τάλαντα] Aliud sane haec verba Iliad. VIII, 69 significant, hoc vero loco id exprimunt, quod Verg. dicit, Aen. IX, 265, „*auri talenta*“. Cf. Odyss. IV, 129 — δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα. Retinendum cum Pal. Ameis. Ziegl. Mein. I. II. al., quod habent edd. prr. Call. Lov. cet., χρύσεια, nec novandum *Κροίσοιο*, *Κροίσεια*, *χρυσοῖο*. *Κροίσοιο* scribere placuit Piersono (scriptumque est a Brunck. Mein. III. Hart.), *Κροίσεια* Iortino (unde Ahr. I. II.), *χρυσοῖο* Wartono, quod tamen non adoptandum propter Odyss. l. l. De Croeso, alia est ratio id. X, 32. Nam Croesi memoria ab hac aetate mythica, ut ita dicam, qua Daphnis heros viguisse fingitur, abhorret prosamque orationem nimiumque redolet, quam ne Catullus quidem epigramma 115 pangens exuit, ubi v. 3 scripsit: „cur non divitiis Croesum superare potis sis.“ Plane futilia sunt commenta Reiskii, *animadv.* 198 (*μή μοι τὰν Πέλοπος, μή μοι χρύσει' Ἀταλάντας* scil. *μᾶλα*), Lenzii et Koebleri, not. p. 35 (*τὰν Πέλοπος* scil. *γᾶν*, coll id. V, 61).

55. τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσ.] Vis quae sit vocalis eiusdem, hic repetiti, Zimmermannus sensit p. 30. Cf. adn. ad id. II, 38 p. 86. — ἀγκὰς ἔχων τυ] *te complexu tenens.* Iliad. XIV, 346 ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παρά-

σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν, τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα. 56a

ΔΑΦΝΙΣ.

* μηδέ μοι ἀμβροσίαν, μή μοι πόμα νέκταρος ἁγνόν 56b
* εἴη ἔχειν, μή μοι μακρὸν ἕδος μακάρων· 56c
* ἀλλ' ἐνὶ τοῖς ἄντροις ναίων σὺν Ναίδι καλᾷ 56d
* οὐκ ἀλέγω θνατῶν, οὐκ ἀλέγω μακάρων. 56e

κοιτιν. Meleagr. epigr. VI, 3 *ἀγκὰς ἔχοις Διόδωρον.* Apoll. Rhod. I, 276 *ἐὸν παῖδ' ἀγκὰς ἔχουσα.* Vide Iacobs. *anim. in Anthol.* tom. III p. 146. 1802. Wuestem.

56a. *σύννομα κτλ.*] Hoc dicit: *sed hac sub rupe, te complexu tenens prospectansque pascentia amice pecora cantus meos longe Siculum in mare emittam.* Verba *τὰν Σ. ἐς ἅλα* suspensa sunt a verbo *ᾄσομαι.* Exemplis proecdos. p. 122 adde Plat. Tim. p. 28, C *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* Ibid. p. 37, B *ὅταν .. εἰς πᾶσαν τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ.* Ibid. p. 39, B *ἵνα ἥλιος φαίνοι εἰς ἅπαντα τὸν οὐρανόν.* Theocr. XII, 19. Ne vero vituperes coniuncta participia *ἔχων* (v. 55) et *ἐσορῶν*, vide adn. ad id. XI, 18 et Iliad. VIII, 51 *αὐτὸς δ' ἐν κορυφῇσι καθέζετο κύδει γαίων, εἰσορόων Τρώων τε πόλιν καὶ νῆας Ἀχαιῶν.* — *σύννομα*] Cf. Plat. Critiae p. 110, C *ὅσσα ξύννομα ζῷα θήλεα καὶ ὅσα ἄρρενα.* Apoll. Rhod. IV, 1339 *σύννομον ἦν μεθέπων —.* Soph. Phil. 1436 *ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον.* — *ἐσορῶν*] Hor. Epod. II, 11: aut in reducta valle . . *prospectat* errantes greges. Edidi versum ut fecere Wordsworth. Ahr. I. Ameis. Ziegl. Wuestem. Mein. I. II. III. al. Mein. I p. 146 haec sic explicaverat: ,,cantabo in Siculum mare scil. prospiciens.'' Wuestemannus: ,,cantabo sub hac rupe, prospiciens oves accedentes (*μᾶλα σύννομα εἰς τὰν Σικ. ἅλα*) ad Siculum mare''. At nihil probat, ad quem Wuestemannus provocat, versus Odyss. III, 174 (*ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν τάμνειν*), ubi voc. *εἰς* Latinum *versus* significare male statuit. Wuestemannum tamen secutus Mablinus est. Ameisius, *adn.* p. 58, vertit: ,,Siculum mare versus prospiciens *et videns ita* oves una pascentes''. Codices nihil variant nisi quod codd. k. Q. dant *σικελικὰν.* Nihilominus locum venustissimum quidam coniecturis temere turpavere. Lenzius l. arg. ad id. VII p. 198 l. coniecit *σύννομε Ναίς, ὁρῶν —*, Heinsius *σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελάν τ' ἐς ἅλα,* id quod molestum est propter verbi *ἐσορᾶν* structuram duplicem (Mein. p. 268), nec melius procedat, si cum Meinekio ita verba construas: *εἰς μᾶλα καὶ Σικελὰν ἅλα εἰσορῶν.* Idem Meinekius et *σύννομε κάλ', ἐσορῶν κτλ.* et *σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν Σικελικάν τ' ἐς ἅλα* coniectavit, quorum posterius Valck. quoque proposuerat. Heinsii coniecturam Brunckius et Ahr. II. recepere, sed Ahr. p. 68 malle se *καὶ ἅλα* adscripsit. Koechl. *σύννομε Μῖλον, ὁρῶν τὰν Σ. ἐς ἅλα* edidit, id quod Graefius p. 37 legendum putarat, de suo Hartung. *σύννομε Μαλίς, ὁρῶν τὰν Σ. ἐς ἅλα.*

56b. *μηδέ μοι κτλ.*] Haec, quae Menalcae tetrasticho responderent, exempli gratia addidi, ut intelligeretur qualis pristina versus ratio fuisset. Eodem ductus consilio addidi versus 56f — 56i, ut expleretur lacuna quattuor versuum ante vss. 57—60 a Menalca recitatorum.

56e. *οὐκ ἀλέγω*] Haec lusi propter exitum primae elegiae Tibullianae: —

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

* *ἔχθιστον ποίμναισι λύκος, λιμὸς δὲ λύκοισιν,* 56 f
* *ὠδῖνες γαμεταῖς, παρθενικαῖσι γάμος,* 56 g
* *ἀνδρὶ δὲ παιδὸς ἔρως· Γανυμήδεος εὐχαίταο* 56 h
* *Ζεῦ πάτερ ἠράσθης! καὶ τύγα παιδοφίλας.* 56 i

ΔΑΦΝΙΣ.

δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός, 57

,,despiciam dites despiciamque famem'' coll. Tib. I, 4, 82. I, 7, 64. Prop. II, 5, 28. I, 12, 20. I, 10, 22. Callim. Lav. Pall. 4. Theogn. 490 al.

56 f. *ἔχθιστον*] Vergilii hi versus habentur, Ecl. III, 80—81: ,,*triste lupus stabulis,* maturis frugibus imbres, *arboribus venti* (Theocr. VIII, 57), nobis Amaryllidis irae.'' Quos ego versus imitatus haec Theocrito si minus redonavi, at certe accommodavi. Sed improbanda coniectura Heinsii, qui *lectt. Theocr.* p. 348 propter eosdem versus Vergilii versu huius idyllii 59 pro *πόθος* legendum putavit *κότος*.

56 h. *Γανυμ. κτλ.*] Exstant versus Callimachi, epigr. LII, 3 Mein., quibus hoc idyllium, sive versus, qui ex hoc loco exciderunt, sive versus servatos (v. 59—60) nutu, vel potius digito, Callimachus significavit. Sunt autem hi versus: *ναίχι πρὸς εὐχαίτεω Γανυμήδεος, οὐράνιε Ζεῦ* (cf. id. VIII, 59) *καὶ σύ ποτ' ἠράσθης* (cf. id. VIII, 60)· *οὐκ ἔτι μακρὰ λέγω.* Theocritum notari apparet etiam ex initio huius epigrammatis supra adn. ad id. I, 41 p. 27 exscripto.

56 i. *παιδοφίλας*] Cf. Pseudotheocr. XX, 41.

57. *δένδρεσι μ. χ.*] Vertit haec Vergilius, Ecl. III, 81. Vide adn. ad v. 56 f. — *χειμὼν*] ,,*horrida tempestas*'' (Hor. Epod. XIII, 1) cum procellis praecipitibus coniuncta. Imitator huius sententiae, Nic. Eug. V, 212 Herch., pro *tempestate nives* posuit, sive in suo exemplo voc. *χιών* pro *χειμών* invenit, sive sciens Theocritea mutavit. Dicit autem haec: *αὐχμὸς ποταμῷ καὶ χιὼν* [an *χειμών*?] *δένδρῳ βλάβη, στρουθοῖς δὲ λίνον* (v. 58), *ἡ νόσος τῷ σαρκίῳ, νεανιῶν δὲ ταῖς γυναιξὶν ἀγάπη.* — *ὕδασι δ' αὐχμ.*] aquis, fontibus, rivis perniciosa siccitas *aestiva,* vel, ut loquar cum Horatio, Od. III, 1, 31, *torrentia* agros *sidera.* Mutata sententia Verg. Ecl. III, 82: ,,dulce satis *humor.*'' Neque vero est probabile Vergilium legisse *οὔδασι* pro *ὕδασι*, ut scribere voluit Valck. *ep. ad Roev.* p. X. (cf. Kiessl. p. 256) atque nullius momenti lectio var. codd. a.² v. *οὔδασι,* quae illata etiam est in edd. Med. Ald. (in ed. Lov. Camer. Bas. I. *ὅνδασι*) pro *ὕδασι* (Call. Steph. cet.). De voc. *ὕδασι* cf. id. XVI, 84. Mosch. III, 14. VII, 5. Propter Valckenarium comparare iuvat Ovid. Met. II, 237: tum (quum Phaethon arbitrio volucrum equorum raptabatur) facta est Libye *raptis humoribus aestu* arida: tum *Nymphae* passis *fontesque lacusque* deflevere comis: quaerit Boeotia *Dircen,* Argos *Amymonen,* Ephyre *Pirenidas undas.* — *αὐχμός*] Contrarium est *ἐπομβρία.* Ar. Nub. 1120 *τὸν καρπὸν φυλάξομεν ὥστε μήτ' αὐχμὸν πιέζειν μήτ' ἄγαν ἐπομβρίαν.* Vocabulum non est Homericum (quamquam verbum *αὐχμέω* Od. XXIV, 250 legitur): usurpatur ab Herodoto IV, 198 al.: *αὐχμήν* translate dicit Quint. Smyrn. IX, 372. Singularis *αὐχμός* vel propter oppositum *χειμών* praeferendus plurali *αὐχμοί,* quem codd. s. 6. offerunt. Ceterum retracto nunc sententiam, proecd.

ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα,
ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος. ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας!

p. 122 latam, qua, secutus Hermannum, *opusc.* V p. 84, versus 57—60 epigramma temere in hoc idyllium illatum statuebam. Mein. III. hos versus ut spurios exterminavit, Notter. et Pal. in cancellorum carcerem coniecerunt.

58. *ὕσπλ.*] „tendicula" (Cic. pr. Caec. XXIII, 65), qua quo pacto aves capiantur, ex Oppiano, Ixeut. III, 18, discimus: *ῥάβδον ἐπὶ τῇ γῇ δεῖ πῆξαι μακράν, ἐκ μηρίνθου δὲ αὐτῇ προσάψαι βρόχον, μέσῳ τε ὕσπληγγα, τοὺς ἑκατέρωθεν λύγους τῇ περιστροφῇ καλύπτοντα· ἐπ' ἄκρου δὲ αὐτῆς κείσεται καρπὸς* (*ἐλαίας*), *κατευθὺ τεταγμένου τοῦ βρόχου, οὗ εἰ ἐπιψαύσουσιν* (*οἱ κολοιοί*), *ἡ μὲν ὕσπληγξ κατολισθαίνει, ἐνειλιχθεῖσα δὲ ἡ ῥάβδος ὀρθοῦται καὶ τὸν βρόχον οὕτως ἐφέλκεται, ὥστε* (*τῶν κολοιῶν*) *τοὺς τραχήλους ληφθῆναι.* Ne hoc quidem voc. epicorum veterum est. Schol. p. 296, 14 haec habent: — *παγίδων γένος. κυρίως δὲ ὕσπληξ* [sic: cf. Plat. Phaedr. p. 254, E] *ἡ τῶν δρομέων ἀφετηρία, ὃ κάγκελλον ἡμεῖς φαμεν.* Edididi *ὕσπλαγξ* ex edd. prr. cum Ahr. Mein. al., quamquam in cod. k. est *ὕσπληγξ*, in cod. p. *ὕσπληξ*. — *ἀγροτέροις*] *feris.* Substantivum poeta fecit, quod adiectivum est Iliad. XI, 293 (*σεύῃ ἐπ' ἀγροτέρῳ συΐ*) vel Odyss. VI, 133 (*μετ' ἀγροτέρας ἐλάφους*). Quod cod. L. habet *ἀγρομένοις*, videtur manasse e tali glossa, qualis est adhuc cod. p. *τοῖς ἀγριμίοις τὰ δίκτυα.* Cf. voc. Graecorum nostratium *ἀγρύμι* vel *ἀγρίμι* (*le gibier*).

59. *ἀνδρὶ*] Virum iam se fingit Daphnis. Vide arg. p. 256. — *παρθενικᾶς*] Virginem Homerus quoque *παρθενικήν* appellat, Iliad. XVIII, 567 et Odyss. XI, 39, cuius versus obscura recordatio (*παρθενικαί τ' ἀταλαί*) fortasse proximi vocabuli (*ἁπαλᾶς*) causa fuit. Cf. et Eur. El. 174. — *ἁπαλᾶς*] mollis, tenerae, delicatae. Iliad. XIII, 48 *φρένες* vocantur *ἁπαλαί*, puella *ἁπαλά* appellatur etiam Sapph. frg. 76 (42) *εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἁπαλᾶς Γυρίννως.* De iuvene hoc voc. id. XIV, 25 magna cum acerbitate dicitur, quocum cf. Xen. Anab. V, 4, 32: *παῖδες ἁπαλοὶ καὶ λευκοί.* Arist. Thesm. 191—192 *εὐπρόσωπος, λευκός, ἐξυρημένος, γυναικόφωνος, ἁπαλός, εὐπρεπὴς ἰδεῖν.* Vehementer igitur Cyclops id. IX, 20 Galateae blandiri se putat, quum hanc *ἁπαλωτέραν ἀρνός* appellat. Cf. Catull. XXV, 1: Thalle, *mollior* cuniculi capillo. Apud Soph., Trach. 523, hoc legimus: *ἁ δ' εὐῶπις ἁβρὰ παρ' ὄχθῳ ἧστο.* — *πόθος*] Cf. id. VII, 99. II, 143. XVIII, 55. Wartonus, *not.* p. 99, *ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς πόθος αἰπόλῳ* scribendum putavit. De coniectura Heinsii vide adn. 56 f. — *ὦ π. ὦ Ζεῦ*] Cf. e. gr. Odyss. I, 45. Theocr. XII, 17. Soph. Oed. R. 202. *ὦ Ζεῦ πάτερ.* Scholz. *de deor. apud Soph. epith.* p. 4. Exitus fere idem versus est Hor. Sat. II, 1, 42 — o pater et rex. Ovid. Trist. II, 574 o pater, o patriae cura salusque tuae. Odyss. VIII, 408 *χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε.*

60. *οὐ μ. ἠράσθην*] Vide adn. ad v. 56 h. — *γυναικοφ.*] Hoc voc. ex hoc loco, sententia quoque hinc petita, traxit Eratosthenes scholasticus, Anth. Pal. VI, 78: *τὼς τρητὼς δόνακας* (cf. Theocr. epigr. II, 3), *τὸ νάκος τόδε* (Theocr. V, 2. V, 9), *τάν τε κορύναν* (Theocr. VII, 43. IX, 23), *ἄνθες Πανὶ* (Theocr. epigr. II, 2) *φίλῳ, Δάφνι*

Ταῦτα μὲν ὦν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄειδον·
τὰν πυμάταν δ' ᾠδὰν οὕτως ἐξᾶρχε Μενάλκας.
„Φείδευ τῶν ἀρνῶν, φείδευ λύκε τῶν ἐρίφων μευ,

γυναικοφίλα. ὦ Πάν, δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἶσα γὰρ αὐτῷ καὶ μολπὰν φιλέεις καὶ δύσερως (Theocr. I, 85) τελέθεις. Cf. quae dixi de *poet. buc.* p. 35.

61. μὲν ὦν] Recte ita dici e disputatione Th. Fritzschii *de Mosch. epitaph. Bion.* p. XXI intelligitur. — ἄειδον] Et hic et v. 81 ut ἄειδον pro eo scribatur, quod ante me editum est, ἄεισαν, quum vss. 29. 30 (ἄειδον — ἄειδε) postulent, tum cod. L., in quo ἄειδαν legitur, suadet. Ceteri codd. nihil variant. Versu 81 alterum verbum ἀγόρευεν (cf. v. 5) nostrae emendationi firmamento est. Vide et id. VII, 141.

62. τὰν π. κτλ.] Cf. adn. ad. v. 7 (ὅσσον θέλω). Nondum potui adduci ut cum Ahr. II. Hart. Koechl. τᾶν πυματᾶν δ' ᾠδᾶν e cod. L. scriberem. Etiam Mein. atque Pal. lectionem reliquorum codd. et edd. prr. cet., quam ego servavi, tenuerunt. Homerus quidem dixit, Odyss. IV, 19, μολπῆς ἐξάρχειν, sed e. gr. hym. in Dian. 18 legitur ἐξάρχουσα χορούς. Fortasse propter hunc versum eclogam decimam sic exorsum esse Vergilium: „*extremum* hunc, Arethusa, mihi concede laborem", significavi in oratione de Theocrito in conventu philol. Heidelb. 1865 habita p. 2.

63. sqq. φείδευ κτλ.] Versibus elegiacis cantilenam breviorem, cuius sunt quattuor strophae binos hexametros comprehendentes, Menalcas subiicit, quibus non iam spectans amorem et nomen (v. 51), quod antea cantaverat, ad haec, quae sub oculis posita sunt conversus „amores alios" (Plin. Ep. II, 17, 20) persequitur et caritatem, qua gregem suum complectitur, prae se fert totusque in huius cura defixus est. Quod ne mirere vide arg. p. 256. Vinculum quoddam sententiarum superiorum versu 56 (cf. id. V, 100—104) textum est. A nobis in universum est Koechl. p. 23, nimium subtiliter tamen de cohaerentia sententiarum disserens. De Hermanni iudicio vide arg. p. 257.

63. φείδευ τῶν ἀρν.] Agnis (v. 9. 45) et haedis (v. 45. 50) teneris (Hor. Od. III, 18, 5) facilius quam foetis vel arietibus hircisve nocere lupus potest. His igitur ut parcat, hostem nominatim orat. Conspirat versus cum Odyss. IX, 220 (ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων), quem quidem talem nunc edidi (τῶν ἀρνῶν — τῶν ἐρίφων), qualem eum servavit Stob. Flor. LXXVIII, 2. Nam in codd. D. L. Y. et edd. Med. Ald. Call. Lov. Camer. Bas. I. Steph. Valck. ille hoc pacto scriptus est: φείδευ τῶν ἐρίφων, φείδευ λύκε τῶν τοκάδων μευ: in ed. Iunt. vero et in codd. k. p. N. hoc pacto: φείδευ τᾶν ἐρίφων, φείδευ λύκε τᾶν τοκάδων μευ. Posterius ediderunt Heins. Reisk. Kiessl. Gail. Ziegl. Mein. III. Koechl. al. Denique φείδευ τᾶν ἐρίφων, φ. λ. τῶν τοκ. μ. a Geel. Gaisf. Mein. I. II. Boiss. I. II. Didot. Pal. al. praelatum est. Hart. edidit φείδευ τᾶν ἀρνῶν, φ. λ. τᾶν τοκάδων μευ, id quod ego olim *de poet. buc.* p. 60 commendaveram. Ahr. II. e coni. scripsit φείδευ τᾶν στερίφων, φ. λ. τ. τοκάδων μευ. At steriles oves vel capellae non aluntur gregatim, sed mactantur potius, si forte habentur, singillatim: cf. Varr. R. R. II, 3. Colum. VII, 2. Ceterum quoties hunc versum vel relego vel reputo, toties subit animum Tibull. I, 1, 33: at vos exiguo pecori, furesque *lupique, parcite:* de magno est praeda

μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλοῖσιν ὁμαρτέω.
ὦ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τυ;
οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

petenda grege. Cf. et Tibull. II, 5, 88: — a stabulis tum procul este, lupi. Repetiti voc. *φείδευ* vis est paene eadem atque Horatiani, Od. IV, 1, 2, *parce, precor precor* (cf. adn. ad id. VII, 119). Ovid. Met. II, 361—362 *parce, precor,* mater! quaecunque est saucia, clamat: *parce, precor* —. Eustath. Macr. III, 1 p. 179, 16 Herch. *φεῖσαι Ὑσμινίου, φεῖσαι.* — Polwh. sic reddidit Anglice: *spare,* wolf! o *spare* me — nor my kidlings eat — Because I'm little, and my flocks are great.

64. *μηδ' ἀδίκει*] *noli esse adversus me iniuriosus,* rapiens scil. agnos vel haedos. Falso Wernsd.: „nec, parvus quia multa tuor, lupe, *vescere parvo.*" — *μικκὸς*] Cf. id. XV, 12. — *πολλοῖσιν*] *pecoribus* multis. Cf. id. XI, 34 *βοτὰ χίλια βόσκω.* — *ὁμαρτέω*] Conspirat hoc voc. cum Tibulliano, I, 10, 41: ipse suas *sectatur* oves, at filius agnos. Aesch. Prom. 677 *βουκόλος δὲ γηγενὴς ἄκρατος ὀργὴν Ἄργος ὡμάρτει.* Versum totum sic scriptum servavit Stob. l. l.: *μηδ'* (*μὴδ'* edd. Theocr. Ald. Iunt.) *ἀδικῇς μ' ὅτι μικρὸς ἐὼν πολλοῖσιν ὁμαρτέω* (ut codd. k. 9. M. Q. — at *ὁμαρτῶ* codd. D. L. Y. edd. prr. Call. Lov. Camer. Bas. I. Steph. Heins. al.). Hinc nunc cum Mein. III. recepi *πολλοῖσιν* pro *πολλαῖσιν* (edd. prr. Call. Lov. Bas. I. Steph. Heins. Valck. Mein. I. II. Ahr. I. II. Hart. Pal. al.) et *ὁμαρτέω: ὁμαρτέω* etiam Valck. Gaisf. Mein. I. II. III. Boiss. I. II. Ahr. I. II. Hart. Pal. al. ediderunt.

65. *κύων*] Commemorato lupo, pecoris praedone, naturalis transitus est ad mentionem canis, qui custodit gregem. Varr. R. R. II, 9 oves et capras lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. Vocativum *Λάμπουρε* sequitur nominativus quemadmodum vocativus nominativum e. gr. Eur. Andr. 348. Ahr. II. e codd. c. T. (nam in cod. k. *κύων* potius legi videtur) edidit *κύον.* Briggsius coniecit inutiliter *οὕτως, ὦ Λάμπουρε κύον, βαθὺς ὕπνος ἔχει τυ;* — *ἔχει τυ*] Cf. adn. ad id. II, 45 p. 88 et id. XXIV, 10. Verg. Aen. VIII, 27 alituum pecudumque genus *sopor altus habebat.* Hor. Sat. II, 1, 8 *somnus altus.* Nihil est, quod cod. Butl. offert *οὗτο* pro *οὕτω.*

66. *οὐ χρὴ κ.*] Τοῦτο ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου ὁ Θεόκριτος ἔσχε· φησὶ γὰρ ἐν τῷ β τῆς Ἰλιάδος [v. 24] *οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.* Schol. — *βαθέως*] *in profunda silva.* Cf. v. 49. Eodem pertinet id. XXII, 32, ubi *littus profundum* poeta *θῖνα βαθύν* dixit iuxta atque Homerus, Iliad. II, 92, *ἠιόνα βαθεῖαν.* Lepide hoc significat: „an tu putas, quia profunda in silva versamur, posse te etiam frui somno profundo? Minime vero licitum est, praesertim quum ego sim aetate tenera egeamque adiutore forti atque vigili." Vinsem. quidem, Ameis., Duc. (qui virgulam post *βαθέως* locavit) al. itemque lex. Passow. ac Pap. *βαθέως* ad verbum *κοιμᾶσθαι* referunt (*profunde* vel *alte dormire non licet*). Sed quin coniungas *κοιμᾶσθαι βαθέως* et res ipsa (nam omnino non dormiendum erat cani) et lex versus ac modulatio, ob quam caesura *πενθημιμερής* servanda est, impedit. Haec vero quum scribo, haud quaquam pugno cum iis, quae adn. ad id. VIII, 5 disputata sunt. — *νέμοντα*] absolute dictum, perinde atque Long. I, 10 p. 11 Sch. et *νομεύειν* id. VII,

ταὶ δ' ὄιες, μηδ' ὔμμες ὀκνεῖθ' ἁπαλᾶς κορέσασθαι
ποίας· οὔτι καμεῖσθ', ὅκκ' αὖ πάλιν ἅδε φύηται.
σίττα νέμεσθε νέμεσθε, τὰ δ' οὔθατα πλήθετε πᾶσαι,
ὡς τὸ μὲν ὥρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀποθῶμαι."
Δεύτερος αὖ Δάφνις λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδεν.
„Κἠμὲ γὰρ ἐκ τὤντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα

113 *ποιμαίνειν* id. XI, 65. Nihil igitur probat Mein. 478 abiudicans Theocrito hoc idyllium, quod nusquam Theocritus in genuinis carminibus *νέμειν* pascendi sensu sine accusativo obiecti dixerit. Cf. Buecheler. l. l. p. 347 et verbum *ἐλαύνω* apud Soph. Oed. R. 1139.

67. *ταὶ δ' ὄιες κτλ.*] Cf. adn. ad id. I, 151 p. 68. Ad gregem ipsum a custode gregis orationem pastor convertit, ut antea (v. 65) ab inimico ad gregis amicum. „Magnam hi versus suavitatem habent ex sensu gaudii, quo puer afficitur, bene adumbrato, greges avide pascentes videns. Gaudet grege bene valente et nutrito, non tam sui commodi causa, quam ob amorem pecoris." Fr. Iacobs. ap. Wuestem. p. 142. — *ἁπαλᾶς*] Cf. adn. ad id. V, 55 p. 167. Ovid. Met. II, 851 in *teneris* . . obambulat *herbis*. Met. III, 23 *tenera* corpus submisit in *herba*.

68. *ὅκκ' αὖ*] Ita scripsi e coni., ad quam ducit l. var. codicis s. *ὅκκαν πάλιν*. In cod. p. est *ὄκα πάλιν*, in reliquis codd. et edd. prr. cet. *ὅκκα πάλιν*. Vide adn. ad id. V, 21 p. 160, et de coniunctis vocabulis *αὖ πάλιν* adn. ad id. V, 149 p. 181, de coniunctivo (*φύηται*) id. IV, 21. — *ἅδε*] hic locorum. Cf. id. V, 34. Ante hos centum annos Wernikius poeta, *Daphn.* p. 266 ed. 1763, sive ad Theocritum spectans sive ad Vergilium (Georg. II, 201 „et quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet") haec scripsit: „und grünt wohl fetter Gras auf deines Nachbarn Weide? *Wächst* nicht des Morgens *zu*, was die (die Lämmer) zur Abendzeit abgemeyht." Vergilium imitatur Ioh. Bapt. Amalthaeus, *Lycid.* p. 339 (edd. quinque poett. Bergom. 1753): „pabulaque ut longo tondent sub sole iuvenci, exigua sic nocte novis ros vestiat herbis."

69. *νέμεσθε νέμεσθε*] *pascete, sì pascete* — Piln. — Pascite, pascite, oves atque ubera tendite cunctae. Heins. Cf. adn. ad id. VII, 119. — *πλήθετε*] Hoc, quod praegressi imperativi temporis praesentis *νέμεσθε νέμεσθε* postulant, ex ed. Med., cui favet lect. var. codd. a. L. *πλήσετε*, adscivi pro *πλήσατε*, codd. reliqui quod habent — excepto cod. D., ubi est *οὔθατ' ὀπλήσατε* — et edd. Ald. Iunt. Mein. Ahr. cet.

71. *αὖ*] Vide adn. ad id. II, 145 p. 110.

72. *Κἠμὲ γὰρ*] Totidem versibus, quot Menalcas cecinerat, Daphnis respondet et ipse missis iam amoribus (vide arg. p. 257) versans iam in argumento ex vita sua pastoritia petito nihilque sibi antiquius esse declarans grege, deliciis suis suoque decore (v. 80). — Edidi nunc *κἠμὲ γὰρ*, *ego quoque habeo quod dicam*, vel *quod cantem: nam* —. cf. id. V, 90, adn. ad id. V, 82 p. 170, adn. ad id. II, 118 p. 104. Est autem *κἠμὲ γὰρ* coniectura ab Hermanno, *opusc.* V, 84, probata, eadem a Valckenario exemplo suo Theocr. adscripta (vide Herm. l. l.), non multum abhorrens a Briggsii suspicione (p. 77) *κἆμε γὰρ* —, quam Weis. adoptavit. Nam in edd. Ald. Iunt. Lov. Camer-Bas. I. versus initium sic scriptum est: *Κἄμ' ἐκ τῷ ἄντρῳ*, in edd. Call. Steph. Gaisf. Boiss. I. II. Mein. I. Fr. Iacobs.

τὰς δαμάλας παρελᾶντα καλὸν καλὸν ἦμεν ἔφασκεν.

al. κἄμ' ἐκ τῶ ἄντρω, in ed. Heins. Inn. Reisk. Valck. Wart. Geel. al. κᾆμ' ἐκ τῶ ἄντρω, in edd. Wintert. Piln. Ahr. I. II. κῆμ' ἐκ τῶ ἄντρω. Ad codices quod attinet, in plerisque κἄμ', sed in codd. 6. 11. G. K. κῆμ' legitur: tum τὤντρω in codd. p. w., τὤντρου in cod. 17., τοῦ ἄντρου in cod. a., τὤντρων in codd. Δ Φ. B. atque, ut videtur, in cod. D., τῶ ἄντρω in reliquis. Alii alia tentarunt: Hart. et Koechl. κῆμέ τις ἐκ τὤντρω, Buecheler. l. l. p. 353 χαλὰ μ' ἐκ τὤντρω, Ahr. p. 69 πράν ποκά μ' ἐκ τὤντρω Ναὶς κυάνοφρυς ἰδοῖσα. Hermanni iudicium, ut nos, Mein. II. III. Ziegl. secuti sunt. Cf. etiam Latinum voc. *nam*, Cic. II. Verr. I, 51, 133. II, 29, 72. III, 85, 196. — σύνοφρ.] „Ὀφρῦς συνάγειν, supercilia contrahere, superbiae et iracundiae indicium. Cf. Arist. Nub. 582 τὰς ὀφρῦς συνήγομεν. Ita Reisk. *animadv.* p. 20 puellam „*tristem et superbam* interpretatur". [Koechl. quoque p. 24 „*fastus* plenam, quo nobilior semideae natura disertius indicetur": at nos Naïda significari negamus.] „Sed vide ne hoc loco σύνοφρυς sit *iunctis superciliis pulcra* [quae habet sicuti Circe apud Petron. 126 supercilia usque ad malarum scripturam currentia et rursus confinio luminum paene permixta]. Cf. Burmann. ad Ovid. Art. am. III, 201 *arte supercilii confinia nuda repletis.* Iuvenal. II, 93 *ille supercilium madida fuligine tactum obliqua producit acu*". I. Wordsw. Huic explicationi cum schol. consentienti favet etiam Buecheler. l. l. p. 353. Schol. p. 298, 19 interpretatur δασείας ἔχουσα τὰς ὀφρῦς καὶ συγκεκολλημένας, τουτέστιν εὐόμματος. — κόρα] puellam significat a Naïde (v. 43. 93) plane diversam.

73. τὰς δ' παρ.] Vides idem paene hemistichium in re simillima id. V, 89, ubi idem est fere lenocinium (ἁδύ τι ποππυλιάσδει) atque hoc, quod exprimitur verbis proximis, καλὸν καλόν. — καλὸν καλὸν] Animum pueri in se convertere puella eiusque cupiditates studet inflammare susurrans leniter „*quam ille formosus, quam formosus!*" Imitatur hanc *laudandi* formam Bion. id. I, 71: καὶ νέκυς ὢν καλός ἐστι, καλὸς νέκυς. Anadiplosis est paene eadem ante caesuram bucolicam in epigr. Simonid. 158 (214): Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλόν, ὃς ποτὶ Πίσῃ —, plane eadem in epigr. Callim. XXVIII, 5 Mein.: Λυσανίη, σὺ δὲ ναίχι καλὸς καλός· ἀλλὰ —. Praeivit Homerus, Odyss. XVII, 217 νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει. Imitatur hanc figuram, simul memor fortasse Eur. Rhes. 386, Vergil. Ecl. V, 64 — *deus deus* ille, Menalca, coll. Stat. Achill. I, 528. Ecl. III, 79 *vale vale*, inquit, Iolla, coll. Ovid. Met. III, 501 *vale vale*, inquit et Echo [ubi quidam verba *vale inquit* coalescere et primam syllabam voc. *vale* longam esse non recte putavit: corripitur enim ultima: vide Gebauer. 1861 p. 45]. Ecl. VI, 44. — Georg. IV, 311 coll. Catull. LXIV, 274 — *magis magis* increbrescunt. Aen. VI, 258 — procul, o procul este profani, coll. Callim. Apoll. 2 — ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. Hor. Epist. II, 2, 199 (Bentl. Haupt.). Ovid. Amor. II, 1, 3. — Met. I, 121. III, 306. XI, 141. Trist. I, 3, 81 al. Scilicet amant poetae, ut ait Servius ad Aen. IV, 138, iterare voces pretiosas (ut Aen. VII, 278 *aurea* coll. Theocr. XXI, 52—53) vel necessarias (ut Aen. VII, 219 coll. Theocr. XVII, 1) vel optabiles (ut Aen. III, 523). Cf. et Kock. ad Arist. Ran. 1353 sqq. Alia est ratio *Dant.* Infern. XVII, 115 de monstro: ella sen va notando *lenta lenta*.

οὐ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκρίθην ἄπο, τὤμπικρον αὐτᾷ,

74. *οὐδὲ λόγον κτλ.*] *ne verbum* [*λόγον*, Herod. II, 53] *quidem respondi, „quod eam morderet“*, h. e. ne verbum quidem respondi puellae, atque hoc silentium meum vehementissime eam pupugit. (Vide quae infra dicemus.) In edd. prr. versus sic scriptus est: *οὐ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ*, et sic scriptum repetunt edd. Lov. Camer. Bas. Steph. Heins. Valck. Edw. Boiss. I. Ahr. II. al. Addita virgula Call. edidit *οὐ μὰν οὐδὲ λ. ἐκρ. ἄπο, τὸν π. αὐτᾷ*. Pro *λόγον* (codd. L. D. Q.) est *λόγων* in codd. k. p. cet. Ahr. p. 70 et schol. p. 299, 5. Hinc *οὐ μὰν οὐδὲ λόγων ἐκρ. ἄπο τ. π. αὐτᾷ* Mor. Mein. I. II. III. Boiss. II. Ziegl. Ameis. Ahr. I. Pal. receperunt. Praeterea pro *τὸν πικρὸν*, quod in antigraphis quibusdam exstitisse schol. p. 299, 12 diserte dicit, *τὸ πικρὸν* est in codd. s. Q. et in scholio codd. p. 3. apud Ahr. tom. II p. 299, 10. Ego posita cum Call. virgula post *ἄπο* adscivi coniecturam Meinekii *τὤμπικρον*, verbaque hoc pacto explico. Laudatio illa puellae *„quam venustus iste!“* (v. 73) male habebat Daphnidem, quod puellam non lenocinari sibi, sed potius cavillari seque tamquam impuberem, pusionem [ita Briggs. p. 77], Veneri nondum tempestivum, ab ea derideri putabat: est enim Daphnis *ἔναβος*, v. 3, iuvencus huius aetatis, quae libenter ambitiosae affectationi nervorum virilium indulget (cf. v. 3): atque ipse vim amoris quantopere iam sentiret carmine suo (v. 41 sqq.) nobis auditoribus declaravit. Itaque molliculo puero verba puellae *amara* sunt. Ut autem sese ulciscatur, tanquam negligens, incuriosus ac plenus fastus, puellae nihil omnino respondet, hac sua se despicientia maxime puellae aegre facturum existimans. Id significatur additis verbis *τὤμπικρον αὐτᾷ*, quorum prius accusativum dico tali modo subiectum, quali Eur. dicit, Or. 1105: *Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν*. Cf. Bion. in adn. ad id. I, 103 p. 50. Latine autem verto *„quod eam morderet“* propter Ter. Eur. III, 1, 53 sqq. coll. Cic. ad Fam. I, 9, 19: si laudabit haec illius formam, tu huius contra: denique par pro pari referto, *quod eam mordeat*. Cf. adn. ad id. XII, 25. Articulus autem ponitur, *τὸ ἔμπικρον*, quo notetur debita puellae *„amaritudo“* (Quintil. XI, 3, 169): cf. adn. ad v. 86. A nobis est auctor scholii codd. p. 3. *τὸ πικρὸν* [sic ille] *ὅπερ, τὸ μὴ ἀποκριθῆναί με, πικρὸν ἦν αὐτῇ*. Ad reliqua quod attinet, forma *ἀπεκρίθην* satis munitur exemplis a Lobeckio ad Phryn. p. 108 et a Meinekio p. 479 indicatis: vituperatur ea a Buechelero l. l. p. 348, sed ferenda est in versu poetae Alexandrini, praesertim Dorica dialecto utentis. Cf. et Gebauer. 1861 p. 184. Productio syllabae ultimae voc. *λόγον* praesidia habet in exemplis ad id. VII, 85 allatis, quibus adde pyrrhichios Iliad. II, 634—635 *οἱ δὲ Ζάκυνθον ἔχον ἠδ᾽* —, atque *οἵ τ᾽ ἤπειρον ἔχον ἠδ᾽* —. Meinekius p. 479 versum totum e coniectura sic scribi voluit: *οὐ μὰν οὐδ᾽ ἀλέγων ἐκρίθην ἄπο τὤμπικρον αὐτᾷ*. Graefius p. 40 coniecit *οὐ μὰν οὐδὲ λόγως ἐκρίθην ἄπο τὸς πικρὸς αὐτᾷ*, Koechl. e coni. scripsit *οὐ μὰν οὐδὲν ἐγὼν ἐκρίθην ἄπο, τὤμπικρον αὐτᾷ*, Hart. adeo *οὐ μὰν οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο μικκύλον αὐτᾷ* edidit, obsecutus quodammodo Heinsio, qui *lectt. Th.* p. 349 *μικρὸν* coniecit, id quod olim Brunck. recepit. *ἄτοπον*, quam Ahr. p. 70 lectionem var. scholiorum esse dicit, nihil est nisi interpretatio verborum Theocriteorum. Ita enim se habent verba p. 299, 8 ab Ahr.

ἀλλὰ κάτω βλέψας τὰν ἁμετέραν ὁδὸν εἷρπον.
ἁδεῖ᾽ ἁ φωνὰ τᾶς πόρτιος, ἁδὺ τὸ πνεῦμα·
[ἁδὺ δὲ χὠ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χἀ βῶς.]

edita: *οὐδὲ λόγον αὐτῇ ἀπεκρίθην, οἷον οὐδὲ τὸ τυχὸν ἢ οὐδὲ λόγον ἀπεκρίθην ἄτοπον, πικρὸν αὐτῇ, τουτέστιν οὐδὲ σκαιὸν λόγον ἀπεκρινάμην αὐτῇ.*

75. *κάτω βλέψας*] silens ego ,,*torvus humi vultus ponebam*" (Hor. Od. III, 5, 44), ut me inficeta verba puellae despicere significarem essetque existimatio quaedam tacita de me iustae contumaciae. Similiter silens Ulixes (Odyss. XXIII, 91) *ἧστο κάτω ὁρόων*. — Aelianus, Hist. an. VII, 5, narrat de animali quodam Libyco, quod tauro sit simile (*κατωβλέπα* appellat Athen. V p. 221, B), *τὴν δὲ ὄψιν βλοσυρώτερον*, idque appellari *τὸ κάτω βλέπον*. Cum hoc comparare licet Plat. Phaed. p. 117, E (*ταυρηδὸν ὑποβλέπων*). Alia ratio est Plat. Rep. VI p. 500 C (*κάτω βλέπειν εἰς ἀνθρώπων πραγματείας*). Hermannus p. 87 humi deiectis oculis *pudibundum* Daphnidem praeterisse statuit. At vide arg. p. 256—257.

76. *ἁδεῖ᾽ ἁ φ.*] Commissurae sententiarum, quas hiare Edwards. p. 287 et Hart. p. 412—413 putant, hae sunt: ,,pro deridiculo me bubulcum (v. 80 coll. id. I, 86. XX, 3) illa puella (v. 73) habebat: at est, ob quod magnos geram spiritus: decori mihi armenta mea (v. 80): oblectationi mihi nitor gregis, oblectationi mihi vita rustica (v. 78)". Quare hoc ponit: *dulcis mihi mugitus vitulae*, mugitum *vocem*, quasi ab animali caro magister gregis desideretur, requiratur, *vocetur*, appellans. Theocr. I, 75 *πόρτιες ὠδύραντο*. Odyss. XII, 396 *βοῶν δ᾽ ὣς γίγνετο φωνή*. Arist. Hist. an. IV, 9 p. 536, b, 1 *τὰ τετράποδα ζῷα ἄλλο ἄλλην ἀφίησι φωνήν, διάλεκτον δ᾽ οὐκ ἔχει, ἀλλ᾽ ἴδιον ἀνθρώπου ἐστίν*. — *ἁδὺ τὸ πνεῦμα*] ,,*aër* spiritu motus" (Plin. Ep. V, 6, 5), spiritus (Cic. Arat. 184), flatus mitis ventorum nimios calores temperantium: cf. proxima, v. 78. Bindemannus, Naumannus, alii sic fere vertunt: lieblich fürwahr ist der Färse Geblök und lieblich *ihr Odem:* Hickius: sweet is *the breath of heifers*, coll. Polwh. p. 74 ed. 1811. Cui explicationi favet Horat. Od. II, 8, 24 coll. Verg. Georg. III, 251 (si tantum notas odor attulit *auras*). Sed obstat connexus versus sequentis (v. 78) *ἁδὺ — αἰθριοκοιτεῖν*. Tu compara Plat. Phaedr. p. 229, B *ὁρᾷς ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; ἐκεῖ σκιά τ᾽ ἐστὶ καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθίζεσθαι, ἤ, ἐὰν βουλώμεθα, κατακλιθῆναι*. Ameis. *adn.* p. 58 *πνεῦμα*, inquit, accipio de vitulis, quum spirant laetitia ac ferocia. Haec ego non prorsus perspicio, quamquam novi Aesch. Sept. 464 *φιμοὶ μυκτηροκόμποις πνεύμασιν πληρούμενοι*, et Verg. Georg. III, 111. Kiessl. *πνεῦμα cantum fistulae* interpretatur. At Theocr. Epigr. V, 4 nihil probat. ,,Versum [formam certe orationis] imitatus est Miltonus nostras in loco decantatissimo, sed cuius originem sedemque nemo criticorum hactenus investigavit et perspexit. *Paradis. amiss.* IV v. 641: *Sweet is the breath* of morn, her rising *sweet*, With charm of earliest birds: pleasant the sun, When first on this delightful land he spreads His orient beams, on herb, tree, fruit and flower Glist'ring with dew — cet." Wart.

77. *ἁδὺ δὲ κτλ.*] Removendum esse hunc versum, qui ex id. IX, 7 intrusus est, dudum intellexerunt viri docti [Valck. *ep. ad Roev.* p. XXVII. Bindem. p. 107. Koehler. Dahl. Voss. *Randgl.* p. 136.

ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν.
τᾷ δρυὶ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα,

Boiss. II.] Hermann. *de arte poes. buc.* p. 7 coll. *annal. Vind.* 1848 p. 214. Recentiores etiam editores versum spurium indicavere. Sed cur Ahrensius id, quod ed. II p. 70 χὡ μόσχος edidit, praef. p. LXXXI χἁ μόσχος corrigere lectorem iubeat, causam non video, quum neque ab ipso neque ab Zieglero neque ab Aug. Iacobsio neque a Gaisfordio ulla varietas lectionis commemorata sit. Etiam in edd. Ald. Iunt. Call. cet. χὡ μόσχος scriptum invenio. Si χἁ pro χὡ voluit vir ille doctus propter id. IX, 7, ubi ipse ex ed. Iunt. cum Steph. Heins. Valck. Mein. I. II. III. al. ἁ μόσχος edidit, oblitus est etiam in illo versu (IX, 7) masculinum, cui sane metrum repugnat, ὁ μόσχος legi in codd. k. a. p. cet. (Ahr. p. 73) et in edd. Med. Ald. Call., item in edd. Lov. Camer. Bas. Sal. Farr. Brub. Reisk. Brunck. Boiss. I. II., pro quo est χἀ in cod. Γ., χ' ὡ in codd. 10. H. et in lemm. Call. fol. Φ., b lin. 1. Non aliter in versu huius idyllii 80 pro ἁ μόσχος, quod cum edd. Med. (?) Iunt. Call. Camer. Bas. al. necessario scribendum, ὁ μόσχος habent codd. a. L. et Ald., unde Reisk. Brunck. Boiss. I. II. male receperunt. Hinc illud χὡ μόσχος residuum in hoc nostro — vel potius non nostro — versu explicatur. Genus masculinum vocabuli id. XVI, 36 habetur, id. XII, 6 genus femininum optimae notae subsidia commendant. Cf. adn. ad id. V, 144 p. 180 et id. X, 31.

78. θέρεος] Vide adn. ad id. VI, 4 p. 185. — παρ' ὑδ. ῥέον] „*propter aquae rivum*" dicit Verg. Ecl. VIII, 87. At non credo poetam Romanum ita dixisse propter Theocritum: potius secutum eum esse existimo Lucretium, V, 1392 et II, 30 „*propter aquae rivum* sub ramis arboris altae", scribentem. — Hickius p. 81 comparat Verg. Ecl. I, 52: hic inter flumina nota et *fontes sacros frigus captabis opacum.* Maior mihi, verbum αἰθριοκοιτεῖν comparanti, intercedere videtur hunc inter locum necessitudo et inter Georg. II, 469: frigida tempe mugitusque boum *mollesque sub arbore somni.* Huic cognatum illud Horatii, Epod. II, 27: fontesque lymphis obstrepunt manantibus, *somnos quod invitet leves.*

79. τᾷ δρυὶ] Verg. Ecl. V, 32 vitis ut arboribus *decori* est, ut vitibus uvae, *ut gregibus tauri* (cf. v. 80), segetes ut pinguibus arvis, tu *decus* (κόσμος) omne tuis. Ad quae verba Servius haec adscripsit: „locus Theocriti est". Atque Servii editor Lion p. 127, Vinsem. Theocr. p. 82, Floderus *obss.* p. 283, Ahr. p. 70 in his versibus Theocriteis agnoscunt ἀρχέτυπον versuum Vergilianorum. Mihi vero et propter comparationem eorum, quae e terra generantur (*vitis* — coll. id. XVIII, 29—30) et propter verba *tu decus omne tuis* (id. XVIII, 31 Λακεδαίμονι κόσμος) Vergilius hos versus et idyllii XVIII, 29—31 videtur contaminasse. Ceterum comparetur auctor epigr. Anth. Pal. IX, 65 γῇ μὲν ἔαρ κόσμος πολυδένδρεον, αἰθέρι δ' ἄστρα, Ἑλλάδι δ' ἥδε χθών, οἵδε δὲ τῇδε πόλει. Soph. Acris. frgm. 61 Dind. ῥῆσις βραχεῖα . . πρέπει, ἄλλως τε καὶ κόρῃ τε κἀργείᾳ γένος, αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη. Callistr. in schol. Soph. Ai. 293 (γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει): ὥσπερ γὰρ τὰ φύλλα κόσμον τοῖς δένδρεσι φέρει, τὰ δὲ ἔρια τοῖς προβάτοις, ἡ δὲ χαίτη τοῖς ἵπποις, ἡ δὲ γενειὰς τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ἡ σιωπὴ κόσμον ταῖς γυναιξὶ φέρει. — τᾷ] De re metrica vide adn. ad id. II, 108 p. 102.

τᾷ βοὶ δ' ἁ μόσχος, τῷ βουκόλῳ αἱ βόες αὐταί."
Ὣς οἱ παῖδες ἄειδον, ὁ δ' αἰπόλος ὧδ' ἀγόρευεν·
„ἁδύ τι τὸ στόμα τευ καὶ ἐφίμερος ὦ Δάφνι φωνά.
κρέσσον μελπομένω τευ ἀκουέμεν ἢ μέλι λείχειν.
λάζεο τὰς σύριγγας· ἐνίκασας γὰρ ἀείδων.

80. *τῷ βουκόλῳ*] Hoc Daphnis bubulcus (v. 1. 6. cet.) vocabulum haud vana de se persuasione impletus posuit: cf. id. I, 86. — Quod Ahr. p. 70 pro *αὐταί* coniicit *αὐτῷ*, a me ut probetur non prius impetrabit, quam, quid in hoc, quod una omnium codicum et edd. vett. voce commendatur, perversum sit, didicero.

81. *Ὣς οἱ παῖδες κτλ.*] Hic versus superiori, v. 29, quam accurate respondeat Notterus et Moerikius p. 5 exposuerunt. De re critica vide adn. ad v. 61.

82. *ἁδύ τι*] Cf. id. I, 1. V, 89. Aesch. Prom. 536 *ἡδύ τι θαρσαλέαις τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι*. Ovid. Met. XII, 577 haec postquam *dulci* Neleïus edidit *ore*. Ennius apud Cic. Brut. XV, 18 additur orator Corneliu' *suaviloquenti ore* Cethegus. Calpurn. IV, 9 dulce quidem resonas. Calpurn. IV, 149 verum quae imparibus modo concinuistis avenis, tam liquidum, tam *dulce* sonant, ut non ego malim, quae Peligna solent *examina, lambere* (v. 83 *μέλι λείχειν*) *nectar*. Theocritea Briggsius p. 78, Gebauerus 1856 p. 93, Buechelerus l. l. p. 349 agnoscunt in his verbis Calpurnii. — *στόμα*] Cf. id. VII, 37. — *τευ*] Hoc pro *τοι* (Ahr. al.) recepi ex Hermanni, *opusc.* V p. 85, emendatione, probata etiam Mein. II. III. Am. Ziegl. Pal. Pseudotheocr. XXVII, 5 *τὸ στόμα μευ πλύνω*. Zieglerus p. 58 haec adnotavit: ,,iam veteres glossatores genetivum desiderasse, apparet ex eo, quod in Vatt. B. D. et Mediol. 2. super *τοι* [h. e. in codd. 6. 8. a. sigl. Ahrens.] a secunda manu scriptum est *σου*: cf. id. VII, 25.'' Nihil hac de re Ahrensius in *adn. critica* p. 70 memoriae prodidit, quamquam schol. p. 300, 20 *σου* tanquam glossam vocis *τοι* ex illis tribus codicibus commemorat. Legisse illos grammaticos *τευ* ex scholio quoque intelligitur codd. E. M. P. Lips. *ἐπιθυμητή, ἐπέραστος ἡ φωνή σου*. Atque in cod. Lips. glossa illa supra memorata sic scripta est $\overset{\text{ου}}{\text{σοι}}$. — *ἐφίμερος*] Cf. id. I, 61 et quae ibi adnotavimus. Saepius non legitur in Theocriteis hoc vocabulum, pro quo Homerus dixit *ἱμερόεις*. Vide et hymn. in Merc. 502 *ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἱμερόεν κονάβησε*. Hymn. in Apoll. 184 *τοῖο δὲ φόρμιγξ χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου καναχὴν ἔχεν ἱμερόεσσαν*. Ahrensius p. 70 haec scripsit: ,,rectius, ni fallor, scripseris *καὶ ἐφίμερον — φωνεῖ*.'' At fallitur vir doctissimus. Apte Chapmanus haec scripsit: Th'admiring goatherd then his judgment spake: *Sweet is thy mouth, and sweetest tones awake From thy lips*, Daphnis. I would rather hear Thee sing, than suck the honeycomb, I swear.

83. *μ. λείχειν*] Repetivit haec Nic. Eug. II, 106: *χείλη φιλεῖν σου μεῖζον ἢ λείχειν μέλι*. Pro suo tempore eadem imitatur I. Gay, *pastor*. V. p. 83 ed. Lond. 1779: Thy songs are sweeter to mine ear, Than to the thirsty cattle rivers clear, Or winter porridge to the labouring youth, Or bunns and sugar to the damsel's tooth.

84. *λάζεο τὰς σ.*] *sume* (Verg. Ecl. V, 88) *et habe tibi*, quas ,,carminibus meruisti'' (Verg. Ecl. III, 22) *fistulas ambas*, et hanc, quam tu posuisti, et hanc quam Menalcas posuit. Ita etiam nunc

αἰ δέ τι λῇς με καὶ αὐτὸν ἅμ' αἰπολέοντα διδάξαι,
τήναν τὰν μιτύλαν δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα,

cum Pal. Mabl. Reisk. *animadv.* p. 201 interpretor numerum pluralem, *τὰς σύριγγας*, e codicibus tantum non omnibus et edd. prr. Call. Lov. al. ab Harlesio, Augusto Iacobsio, Boiss. II. Mein. II. III. Wuest. Ziegl. revocatum, posteaquam Brunck. Valck. al. (etiam Dahl. Mein. I. Boiss. I. Ahr. I. II. Hart. Koechl. addicentibus) *τᾶς σύριγγος* scripserunt singularem numerum a Scaligero, *emend. ad Theocr.* p. 42 R. desideratum, dubia fide codicum v.[a] w.[a] testatum ac ne scholiis quidem, ad quae Ahrensius p. 70 his siglis „*cf. schol.*" provocat, ullo modo firmatum. Nam ubi evolveris Ahrensii tomum II., nihil p. 300 nisi haec verba invenies: *λ. τὰς σύριγγας· ἆθλον δὲ αὐτοῖς ἡ σῦριγξ ἔκειτο, ἣν ἐπιδίδωσιν ὁ κριτὴς τῷ Δάφνιδι ὡς νικήσαντι.* Ibi lemma pluralem *τὰς σύριγγας*, ut nos, habere vides, auctorem autem scholii propter v. 11—12 (*ἄεθλον*) et v. 18 et 21 (*σύριγγ', ἂν*—) *ἡ σῦριγξ ἆθλον ἔκειτο*, verbis non aurificis statera, sed quadam populari trutina, examinandis dicere manifestum est. Qui autem istum genetivum *τᾶς σύριγγος* sine tessera hospitaliter exceperunt, ab his ante omnia demonstrandum erat, verbum *λάζεσθαι* coniungi omnino cum casu genetivo. Homerus quidem certe ubique accusativum cum hoc verbo copulavit (Iliad. VIII, 389 *λάζετο δ' ἔγχος*), cuius exemplum et Theocritus, id. XV, 21 coll. XVIII, 46, et Apollonius Rhod. I, 911. III, 1393—1394 et reliqui, quantum scio, scriptores omnes secuti sunt, velut Gaetul. in Anth. Pal. VI, 190, 1 *λάζετο.. λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.* Genetivus autem non tam sumendi quam comprehendendi haberet significationem ad analogiam verborum Arist. Lys. 209: *λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος,* quae Droysenius sic vernacule reddidit: ihr alle *fasset* mit den Kelch *an.* — Pluralem *τὰς σύριγγας* noli Hickium secutus defendere versu Vergilii, Ecl. VI, 69: *hos* tibi dant *calamos,* en accipe, Musae. Nam ibi syringa unam Vergilius significat: cf. Ecl. V, 2. — *ἐνίκ. ἀείδων*] Passive cantor alter a Vergilio, Ecl. III, 21, *cantando victus* dicitur.

86. *μιτύλαν*] *αἰγά φησι τὴν ἄκερων.* Schol. O, if thou wilt but teach me such a lay, While merrily my kidlings round me play, That *goat be thine with mutilated horn:* She fills a brimming bucket every morn. Polwh. *Mutilam* capellam vocabulo eodem appellat Colum. VII, 6, nostri homines *der Mutz,* id quod dico propter Curtium, *Etym.* II p. 290. Propter Hermannum autem, *opusc.* V p. 86 contra Valckenarium disputantem, haec dicenda sunt. Hermannus Valckenarium scribit, *ut reprehendere poetam posset, τὰν Μιτύλαν αἶγα „exaravisse".* Id non accurate Hermannus retulit. Namque *edidit* Valckenarius *τὰν μιτύλαν*, ne verbo quidem de lectionis varietate in adnotationibus addito. At *antea* in epistola ad Roeverum p. VIII agens de huius idyllii versu 65 his Valckenarius usus erat verbis: „*posuit Theocritus ὦ Λάμπουρε κύων, et tum mirifice sperabat se esse locutum: similiter in versu* 86 *dixit τὰν Μιτύλαν αἶγα.*" Quae scribens erravit Valckenarius, eumque postea poenituisse huius erroris ex silentio, quod agit in editione, intelligitur. Sed, ut aliquid detur Manibus viri sagacissimi, sciant lectores in codice M. vocabuli *μιτύλαν* hanc exstare *glossam: τὴν ἐκ Μιτυλήνης.* — *δωσῶ*] *propriam* tibi dabo. Diversa est ratio id. I, 25. — *τὰ δίδακτρα*] *Minerval* (Varr. R. R. III, 2 extr.), *honorarium* (Plin.

ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ.“
Ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη καὶ ἀνάλατο καὶ πλατάγησε
νικάσας, οὕτως ἐπὶ ματέρι νεβρὸς ἅλοιτο.

Ep. X, 114), *praemium* (Suet. Gramm. 3), *tibi debitum*. De vi articuli cf. adn. ad id. V, 37 p. 164 vel epist. ad Diogn. 4 *τὴν παρατήρησιν τῶν μηνῶν*: de vocabulo *δίδακτρον*, pro quo item ut hic pluraliter *τὰ διδασκάλια* Plut. Alex. 7 de mercede Aristoteli data posuit, Poll. VI, 186: de plurali numero Latina vocabula *praemia* apud Ovid. Met. IV, 757. IX, 257. VIII, 503, *munera*, Ovid. Met. XI, 104 (nocituraque *munera* solvit). VI, 351, *dona* Ovid. Met. XI, 102. X, 52, nec non Homericum illud, Iliad. XXIII, 296, *τὴν Ἀγαμέμνονι δῶκ᾽ Ἀγχισιάδης Ἐχέπωλος δῶρ᾽, ἵνα μή οἱ ἕποιθ᾽ ὑπὸ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν*. Erunt fortasse, quorum intersit legere glossam in cod. Butler. voc. *δίδακτρα* adscriptam: *μερζες προ λαβορε μαγιστρι*.

87. *ὑπὲρ κεφ.*] *ultra mulctri labrum* (Cat. R. R. 107 coll. Th. I, 29) ut superfluat mulctrum atque redundet. De voc. *κεφαλά* cf. adn. ad id. VII, 147. Xen. Cyrop. III, 3, 66. — *ἀμολγέα*] *mulctrum* dicit Hor. Epod. XVI, 46, *mulctram* Verg. Ecl. III, 30, *mulctrarium* Georg. III, 177 (*implebunt mulctraria* vaccae). Cf. et id. XXV, 106. Eustath. ad Odyss. IX, 223 p. 1625, 4 *δῆλον δὲ ὅτι σκάφης εἶδος καὶ ὁ ποιμενικὸς γαῦλος ἢ κρατῆρος ἢ κάδδου, ὁποῖος ἴσως καὶ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμολγεύς, ὡς τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς* [sic] *τὸν ἀμολγέα πληροῖ, ἤγουν ἐπιστέφει*. Idem Eust. ad Iliad. XV, 324 p. 1018, 22 (p. 1022, 11) *ὁ μὲν παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμολγεὺς ποιμενικὸν ἀγγεῖόν ἐστιν*.

88. *Ὡς μὲν*] *iam vero quemadmodum* —. Cf. adn. ad id. IX, 22. ,,Fingit pueros simplices, atque vere pueros, quales adumbrantur pastores. Vide Lucian. Dial. d. IV, qui Ganymedem eadem indole praeditum exhibet. — *πλατάγησε*] *manus complosit*: hoc loco in sensu bono de re laeta“. Wuestem. Cf. id. XXIV, 55, ubi conspectis in Herculis manu serpentibus *συμπλήγδην ἰάχησαν*, h. e. *complosis stupore et admiratione manibus* exclamaverunt. Bion. I, 4.

89. *ἐπὶ ματέρι*] *ita apud matrem suam hinnuleus* luxurians ac gestiens modo huc, modo illuc *circumsiliat*. Nusquam enim libentius pullus quam apud matrem versatur, id quod vel e contrario intelligitur: Anacr. frg. 49 *ἅτε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν, ὅτ᾽ ἐν ὕλης κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη*. Nolim arctius coniungere verba *ἐπὶ ματέρι νεβρός* (matris comes pullus) collatis verbis id. I, 136, *ἐξ ὀρέων τοὶ σκῶπες*, vel Odyss. IX, 285 (ubi vide Ameis.) *ἄνεμος ἐκ πόντου*. — Utique tenendum *ἐπὶ ματέρι*, id quod Ahr. I. II. Hart. Koechl. a codice optimo k. adoptaverunt. Nam in reliquis codicibus (excepto cod. v., ubi *μρα* legitur) et in edd. prr. al. (excepta ed. Comm. *ματέρα*) *ἐπὶ μητέρα* traditur, unde Brunck. Valck. Hart. Mein. I. II. III. Pal. al. *ἐπὶ ματέρα* ediderunt. — *ἅλοιτο*] De optativo cf. v. 91. 13. 20. XXII, 74. XXVII, 60. XXVIII, 13, quibus locis recte dici optativum Akenus, *de temp.* cet. § 57, et Kruegerus, gr. Gr. II, 2 § 54, 3, 9 intellexerunt. Vide etiam Ortmannum in l. *zur Kritik des Aesch.* (Magdeb. 1862) p. 11 et Th. Fritzschium *Mosch. epitaph. Bion.* p. XXI. Libri neque hic neque versu 91 quidquam, quo nostra verborum scribendorum ratio infringatur, afferunt: in cod. Phill. *νευβρὸς ἅλατο*, versu 91 pro

ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ
ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.
Κὴκ τούτω πρᾶτος παρὰ ποιμέσι Δάφνις ἔγεντο,

οὕτω καὶ in ed. Iunt. οὕτω δὲ, in edd. Med. Ald. Lov. Bas. I. ὥς καὶ scriptum est. At profecto si foret in terris, rideret Theocritus studia et contentiones hominum doctorum monumenta ingenii particulis ἄν vel κα vel κε certatim quasi laureis hederisve exornantium. Nam v. 89 οὕτω κ' — ἄλοιτο suasu Hermanni, *adn. ad Mosch.* p. 64, ab Ahr. I. II. Mein. III. Hart. Koechl. editum est. Hermannus autem quam sibi inconstans fuerit ex eius censura editionis Wordsworth. in *annal. Vindob.* 1848 p. 215 et ex eius dissertatione *de part. ἄν*, *opusc.* IV p. 162, ubi optativum et v. 89 et 91 a particulae ἄν vel κε comitatu liberat, elucet. Versu 91 Mein. III. οὕτω κα — ἀκάχοιτο ex eiusdem Hermanni schedis edidit, idemque Ahr. I. II. Koechl. Pal. fecerunt. Versu 91 Reisigius *de part. ἄν* p. 127 — ὡς νύμφα ἀγάμητος ἂν εὖσ' ἀκάχοιτο, Briggsius vero legi voluit ὡς κ' αἴ τις νύμφα σμυχθεῖσ' ἀκάχοιτο. Cautiores servanda lectione librorum fuerunt Mein. I. II. Pal. (v. 89). Ziegl. Am. al.

90. κατεσμύχθη] *maceratus dolore et absumptus est.* Cf. adn. ad id. III, 17 p. 125. — ἀνετράπετο] *eversus erat* (Iuven. X, 108), *fractus animo* (Cic. ad Att. XI, 12, 4), *demissus afflictusque* (Cic. pr. Sull. XXVI, 74). Cf. Herod. II, 32 extr. Polyb. XXII, 8, 8 αὖθις ἀνετράπησαν ταῖς ψυχαῖς. Causa doloris autem ex illa fiducia, qua v. 7 Menalcas magnifice de se locutus erat, repetenda.

91. οὕτω καὶ] Cf. id. V, 111. — γαμεθ.] *puella* recens *nupta* (non *nuptum expetita*, ut Ameisius explicat secutus Hermannum, *opusc.* IV p. 162 et III p. 183). *Moesta* haec est et pudibunda propter amissam virginitatem: cf. id. XXVII, 69. De forma participii γαμεθεῖσα vide Buttmannum l. supra arg. p. 259 l. et *gr. Gr.* II p. 134 ed. 1839, Kruegerum *gr. Gr.* II, 1 § 39 s. v. γαμέω. Quod ego cum Boiss. I. II. Mein. I. II. Ziegl. Am. Pal. al. edidi γαμεθεῖσ', id manifesto legitur in cod. 6 et in edd. Iunt. Call. Camer. Steph. Heins. Brunck. Warton. Reperit idem in suo libro Gregorius Cor. de dial. Dor. § 92. In cod. M. habetur γαμεθεῖσα, γαμηθεῖσ' in codd. k. a. D. cet. (Ahr. p. 71) et in codd. Butler. Cant. Canon. Laud. Phillips. apud Wordsw. γαμητεῖσ in cod. Burn. Idem γαμηθεῖσ' exaratum est in edd. Med Ald. Lov. Bas. I. Salam Farr. Brub., unde male merentes Reisk. Valck. Harl. Gaisf. al. revocaverunt. Ahr. I. et Hart. δμηθεῖσ', Ahr. II. δμαθεῖσ', Mein. III. μνασθεῖσ' e coni. ediderunt. De optativo ἀκάχοιτο ad v. 89 diximus. Coniecturarum inutilium florilegium habes in adn. ad v. 89: plura qui cupit, adeat Kiesslingium p. 262 et Aug. Iacobsium p. 64, quibus adde commentum Wordsworthii οὐχ οὕτω νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο. Quia liber perrarus est, addere iuvat verba Wordsworthii. „In hac“, inquit, „locutione inest quiddam bucolici leporis: *non sic* (h. e. *non tantum*) *sponsa, nuptum iam promissa, utcunque maerorem prae se ferens, ob matris et sororum consortium iam abrumpendum doleret, quantum repulsa accepta* doluit puer alter“.

92. Κὴκ τούτω] *ex illo tempore.* Latine dixit Vergil., Ecl. VII, 92, *ex illo* Corydon Corydon est *tempore* nobis. De voc. καὶ cf. id. VII, 90. Mosch. III,

καὶ Νύμφαν ἄκραβος ἐὼν ἔτι Ναΐδα γᾶμεν.

107. — *πρᾶτος*] scil. honore, qui ei habebatur. Cf. id. X, 29. XIV, 56. Odyss. VI, 60. Ev. Matth. XX, 16. Cic. pro Rosc. Am. VI, 15. Praedicatum (*πρᾶτος*) nomini suo praemissum maius etiam propter pausam caesura, ante quam locatur, effectam pondus accipit: cf. adn. ad id. XI, 35 et id. III, 31 p. 130. Quare praeferenda lectio codd. k. p. Q. *πρᾶτος π. π. Δάφνις ἔγ.* alteri *Δάφνις π. π. πρᾶτος ἔγ.*, quae est in codicibus reliquis (*πρῶτος* quidem in codd. a. 8. L. Y.) et in edd. prr. Boiss. I. II. Mein. I. II. III. Pal. al. Quod dant codd. k. p. Q., id Brunck. Ziegl. Am. Ahr. I. II. Hart. Koechl. receperunt. — *ποιμέσι*] Hinc fama mansit ad nostra tempora: cf. v. 2. Ceterum vide Buechelerum l. supra p. 12 laudati p. 351. Versum tanquam proverbium, non nominato auctore, Synesius Ep. 127 usurpavit, ita quidem scriptum: *κἀκ τούτου* (ut codd. k. cet. Ahr. p. 71 — *τούτῳ* Ald. Iunt. — *τούτῶ* cod. v.[1] — *τούτω* codd. D. L. Y. edd. Med. Call. Lov. Cam. Bas. I. al. —) *Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος* (ut codices supra nominati) *ἔγεντο*.

93. *ἄκραβος*] *in summa adolescentia constitutus*. Scripsi *ἄκραβος* e coni. Brunckii pro *ἄκρηβος* (Ahr. I. II. Mein. I. II. III. cet.). Cf. id. I, 44, ubi excepto cod. 5. — nam in cod. 16. *α* adscriptum vocabulo *ἥβας* — omnes codices *ἅβας* exhibent pro *ἥβας*, et adn. ad id. VIII, 3. Nulla vulgatae scripturae auctoritas paratur ab Eustathio, qui ad Odyss. I, 431 (*πρωθήβην ἔτ᾽ ἐοῦσαν*) pag. 1428, 21 ita scribit: *τὸ πρώθηβος ὅμοιον τῷ ἔφηβος, ἄνηβος, ἄκρηβος παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ*, hunc spectans haud dubie versum, quia alibi voc. non invenitur in carminibus bucolicis. Sed ille *ἄνηβος* quoque scripsit, quum *ἄναβος* testatum sit id. V, 87 consensu codicum et edd. priscarum omnium. Sane auctor epigr. Anth. Pal. XII, 124, 2 *ἀκρήβην τὸν χαρίεντα* (id. VIII, 1) *κύσα*. Cf. Anth. Pal. VI, 71, 6. — *Ναΐδα*] Cf. adn. ad v. 43. Quasi fabula Milesia nuptiis clauditur carmen. Hac ipsa, quae describitur victoria, hoc ipso, quod v. 41 sqq. cognovimus, carmine fundamenta iacta videntur amoris et coniugii non ita multo post ab adolescente Daphnide cum Naïde initi (cf. etiam arg. Gr. p. 260). Hanc autem poeta *Νύμφαν Ναΐδα* appellat, sicut etiam Homerus dixit, Odyss. XIII, 356: *Νύμφαι Νηιάδες, κοῦραι Διός*. Cf. Iliad. XX, 384 et Odyss. XIII, 104 *ἄντρον, ἱρὸν Νυμφάων, αἳ Νηιάδες καλέονται*. Wordsw. comparat Apollod. III, 14, 6 *Ἐριχθόνιος Πραξιθέαν Ναΐδα Νύμφαν ἔγημεν*. Stat igitur suo iure vocabulum *Ναΐδα*, pro quo, omisso vocabulo *ἔτι*, Adertus, *Théocr.* p. 18, *Ἐχεναΐδα* (— *ἄκρ. ἐὼν Ἐχεναΐδα γᾶμεν*) scribere voluit. Sed nimium ille tribuit Parthenio, Erot. 29, cuius haec verba sunt: *τούτου* (*Δάφνιδος*) *λέγουσιν Ἐχεναΐδα Νύμφην ἐρασθεῖσαν παρακελεύσασθαι αὐτῷ γυναικὶ μὴ πλησιάζειν κτλ.* Vide adn. ad id. I, 64 p. 37.

IX.

ARGUMENTUM.

Huius idyllii versibus 7—13 bubulcus quidam (*Daphnis* vs. 1. 14. 23. appellatur) tranquillitatem et felicitatem vitae pastoralis celebrat, cui versibus 15—21 opilio quidam (*Menalcae* v. 2. 6. 14 nomen habet) respondet et suae quoque conditionis quanta sit commoditas et prosperitas declarat. Hos ego versus Theocriti esse censeo, aut partes idyllii inchoati neque tamen absoluti, aut — quod veri similius — fragmenta idyllii absoluti quidem a poeta, sed maximam partem perditi.

Hos, quos dixi, versus quum invenisset is, qui primus bucolica carmina Theocriti collegit et in unum quasi corpus redegit — Artemidorum fuisse existimo — praefixit his fragmentis prooemium, vs. 1—6, et addidit centones Theocriteos vs. 22—27, vel certe vs. 22—26 — nam v. 27 secundae vel tertiae manui videtur deberi —, denique praemissis carmini hoc pacto constituto (cf. arg. id. II p. 70) idylliis iis, quae nunc X et XI numerantur, dedit ei locum in corpore bucolicorum extremum atque absolutae ita collectioni adscripsit versus 28—36, quibus finem adesse operis (Ovid. Art. am. II, 733) significaret Musisque bucolicis vale diceret (v. 28).

Ita his de causis existimo. Prooemii (vs. 1—6) *versus primus* numero paene inaudito (*βουκολιάζεο Δ.*) prodit versificatorem artis ignarum: *versus secundi* et epanaphora inanis et forma verbi (*ἐφεψάσθω*) suspiciosae sunt: *versus tertii* et sententia et dictione scrupuli moventur: *versus quintus* priore hemistichio imitationem Theocriteam prodere videtur, in altero hemistichio orationis vanitatem (*βουκολιάζεο* coll. v. 1 *βουκολιάζεο*) habere intelligitur: postremo *versum sextum* vocabula *ἔκποθεν, ἀλλῶθεν, ποτικρίνοιτο* subditicium arguunt.

De *versu* 22 et proximis vide quae dicentur in adnotationibus: *αὐτίκα*, v. 22: *κορύναν*, v. 23: *οὐ κρέας αὐτὸς σιτήθην κτλ.*, v. 25—26: *δοκεύσας*, v. 26: *ἐγκαναχήσατο*, v. 27.

Versus 28—36 Artemidoro adiudicandos esse et dudum mihi probabile visum et Ahrensio p. 74: de quo grammatico quum plura suo loco dicenda sint, interim vide quae scripsi *de poet. buc.* p. 30. Epigramma est Artemidori, Anth. Pal. IX, 205: *Βουκολικαὶ Μοῦσαι σποράδες ποκά· νῦν δ᾽ ἅμα πᾶσαι ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.* Huius epigrammatis initium congruit cum initio versus huius idyllii 28: *Βουκολικαὶ Μοῖσαι κτλ.* Ita autem Theocritum locutum

nego propterea, quod hic id. I, 64 (ubi vide adn.) 70. 76 cet. scripsit potius *ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς*, et v. 127 *λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς*, fere ut id. VII, 49 *βουκολικᾶς ἀρχώμεθ' ἀοιδᾶς, dari a Musis carmen bucolicum* more poetarum existimans (cf. id. VIII, 32. Mosch. III, 97 et metonymiam versus spurii, id. I, 20, adhibitis etiam id. X, 24. VII, 92. XXII, 116), neque vero *praedicatum βουκολικός ad Musas ipsas referens* eoque tanquam *novum quoddam genus* dearum inveniens, id quod et Artemidorus fecit, *bucolicas* illas *Musas εἰς μίαν μάνδραν, εἰς μίαν ἀγέλαν* compellens, fecitque versus 28 auctor. Praeterea compara id. I, 144, ubi finito cantu suo Thyrsis dicit: *ὦ χαίρετε πολλάκι Μοῖσαι*, et intelliges verba versus 28 *Βουκολικαὶ Μοῖσαι μάλα χαίρετε* imaginem essse verborum Theocriti, id. I, 64 cet. atque id. I, 144, neque esse eis necessitudinem cum hymn. Hom. XXIV, 6. XII, 3 vel X, 5, id quod statuit Armin. Koechly p. 10 programmatis a nobis arg. id. I p. 12 commemorati.

Ad haec accedunt verba v. 28—29 *φαίνετε δ' ᾠδάς, τάς ποκ' ἐγὼ δεινοῖσι* [ita emendandum] *παρὼν ἄεισα νομεῦσι*: quae profecto verba intelligi nequeunt, nisi ab ipso collectore et *editore* carmina bucolica *in lucem emittente* dicta esse putantur. Maximum autem argumentum positum est in plurali numero *ᾠδάς, τὰς* —, quem Ahrensius in ed. II. restituit e codd. p. [1. 2.] et e lectione var. codicis I. et codicis Q., ubi hoc margini adscriptum est: *γράφεται καὶ οὕτως· φαίνετε δ' ᾠδὰς τάς ποκ' ἐγὼ τήνοισι.* Nam ante Ahrensium scribebatur numerus singularis *ᾠδάν, τάν* — et in edd. prr. cet. et nostro tempore a Mein. I. II. Ahr. I. Hart. Pal., quem numerum singularem offerunt codices reliqui, excepto cod. v. (*ᾠδάν, τὴν*) et cod. Q., ubi textus quidem habet *αὐδὰν*, sed lectio var. *ᾠδὰν* appicta est. Quum vero singularis numerus *ᾠδάν* ne ita quidem, si ad versus 31 sqq. tanquam odam novam a pastore recitandam referatur (vide adn. ad v. 31) expediat interpretes, sed eos pluribus etiam laqueis irretiat, cogimur ut pluralem scribamus numerum *ᾠδάς, τάς* — intelligamusque significari *multitudinem* quandam carminum a grammatico diligenter conquisitorum et editorum: eademque de causa lectio v. 29 *κείνοισι* ferri nequit.

Rem absolvit versus 30, quo fidem suam, qua in colligendis et diiudicandis carminibus Theocriti versatus sit, collector bucolicorum indicat. Vide adn. ad v. 30. Artemidorum auctorem epilogi iudicat etiam Fr. Iacobs. apud Wuestemannum p. 146: vide eundem ed. 1821 p. 101 et 114.

De integritate carminis multi saepe dubitaverunt. Cfr. Valckenarius, *ep. ad Roever.* p. XIV („eidyllium nonum apparebit paullo consideratius attendenti non una sui parte deficiens ad scaenam exornandam necessaria"), Koehler. *not.* p. 38. Dahl. p. 134. Reinhold. *de genuin. Theocr. carminibus* p. 23. Wuestem. p. 147. Proxime a nostra sententia abest Eberz. p. 252. Quae in proecdosi p. 124 dixi, ea ex parte probavi Gebauero 1861 p. 98. Gravissimus adversarius idyllii est Weisius ed. 1866 p. 178.

Maxima fuit de initio carminis dubitatio. Boissonad. ed. I p. 248: „initio eclogae suspicor excidisse versus aliquot, quibus pastor rem omnem alicui exponebat. Etenim versibus 14. 22 sqq. pastor narrat." Eadem fere in sententia fuit auctor Arethusae 1806 p. 79, et Pal. p. 54 („initium vero saltem ab alio profectum"). Cfr. etiam Kayser. *ephem. doct. Monac.* 1850 nr. 56 p. 450. Wordsworth. p. 79. — Hartungius p. 82—83 dubitavit de carminis initio, duobus primis damnatis versibus et vernacule his horridis numeris substitutis:

Auf der Sicilischen Flur einst traf ich mit Daphnis, dem Küher,
Und mit dem Schäfer zusammen, Menalkas, höchlich erfreuet,
Beiden des Hirtengesangs wohl kundigen, beiden der Schalmei.
Seid mir, Daphnis, gegrüsst, und Menalkas, sprach ich: und lasst uns
Nun zu den Kühen die Kälber, die ledigen Küh' zu den Stieren
Thun: so mögen sie weiden —.

Didotius p. 450 haec scripsit: cette idylle, d'une extrême simplicité, et qui me semble, ainsi que la VI^e, composée de *fragments* d'un poëme que Théocrite avait composé sur le cyclope Polyphême, tire sa valeur principale des vers que notre poëte, qui se met en scène, chante en l'honneur des Muses: on y trouve quelque chose de cette noble inspiration que Virgile a si bien sentie et exprimée. Cf. adnotationes nostras ad v. 15 et 16.

Patronus carminis exstitit Armin. Koechly. l. l. p. 8 sqq., initium carminis et versum post v. 8 atque post 33 excidisse existimans: feliciter contra hunc disputavit Francisc. Buechelerus in Iahnii annal. 1860, LXXXI p. 336 sqq., qui suam de hoc idyllio sententiam p. 342 pronunciavit. Vide etiam Gebauerum 1861 p. 98 sq. — Bindemannus p. 109, Notterus p. 216, Kiesslingius p. 265, Wissowa p. 43 frustra defenderunt carminis integritatem. Greverus, cuius libros arg. id. VIII p. 259 nominavimus, ed. Oldenb. 1850 p. 77, grammatici ne vestigium quidem se in hoc carmine deprehendere ait, immo multa singularia planeque digna Theocrito, excepto initio fortasse mutilo. Ante hos ipsos centum annos Reiskius, *animadvv.* p. 204, haec scripsit: „non caret carmen locis Theocrito dignis. Tamen insunt ei *haud pauca, quae videantur a grammatico quodam ex aliis locis Theocriteis repetita,* alia adumbrata imitatione et assimilata aliis, *et sic in hunc centonem consarcinata.* Verum tamen rursus extra dubium est poetas haud raro delectari quibusdam caris, quas veluti in oculis et in sinu gerant, sententiis, easque iterum atque iterum retractare, neque id pari semper felicitate, neque eodem aetatis et ingenii vigore. Aliter ipsorum iuvenilis levitas cecinit, aliter senilis infirmitas.“

Vergilio notam fuisse huius idyllii eam, quae est servata in codicibus, formam patet ex adn. ad v. 2. 4. 6. 19. 24. 28. 33. 36. De Horatio vide adn. ad v. 4. 8. 35: de Gregorio Naz. adn. ad v. 31: de Calpurnio v. 11: de Claudiano v. 15: de Nic. Eugeniano v. 31.

Variis modis carmen inscribitur, quorum aptissimus videtur ille, quem nos e codd. 5. 6. et scholiis p. 302, 14 sqq. recepimus. In codd. D. M. Y. coll. Max. Planud., quem adn. ad v. 2 laudavimus, simpliciter scriptum est *Βουκολιασταί*, in codice p. et edd. Med. Ald. Call. *Νομεὺς ἢ Βουκόλοι* [Med. cet. *Βωκόλοι*] *Δάφνις καὶ Μενάλκας*, in ed. Iunt. *Βουκολισταὶ Δάφνις καὶ Μενάλκας. Δωρίδι*, in cod. M. *Νομεὺς Θεοκρίτου.* A codd. a. 9. abest inscriptio.

Transtulit in linguam Teutonicam hoc idyllium Ch. Stolbergius l. *Ged. a. d. Gr.* Hamb. 1782 p. 162. Vossiana interpretatio primum edita est in l. *Erholungen v. Becker*, vol. IV. (1797, 8.) Alia est translatio huius idyllii Teutonica a C. Gotthardo Elverfeldo in ephem. *neue wöchentl. Mitausche Unterhalt.*, vol. II p. 443 ann. 1808.

De Schaefero vide adn. ad v. 13: de C. Fr. Hermanno arg. id. I p. 12 coll. Buecheler. l. l. p. 345. G. Hermanni libellus de *arte poes. buc.* propter vs. 30. 33. nominandus est.

Carmen in anthologiam suam recepit Burchardus p. 211.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐπὶ Σικελίας ὑφίστανται. παρακαλοῦνται δὲ ὑπὸ συννομέως Δάφνις καὶ Μενάλκας ὅπως ἀλλήλοις ἀντᾴσωσιν. οὐδὲν δὲ ἔχει πρὸς τὸν Μενάλκαν τοῦτον [τὰ] ὑπὲρ Μενάλκου Χαλκιδέως, ὅν φησιν Ἑρμησιάναξ ἐρασθῆναι τῆς Κυρηναίας [Κρηναίας cod. k] *Εὐίππης καὶ διὰ τὸ μὴ τυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι. προλογίζει ὁ ποιμήν.*

ΑΛΛΩΣ.

Τὸ δὲ εἰδύλλιον εἰδύλλιον δραματικὸν καὶ διηγηματικόν· δραματικὸν ὡς ἔχον τὸ τοῦ Δάφνιδος πρόσωπον, διηγηματικὸν δὲ διὰ τὴν τοῦ νομέως διήγησιν [cod. Gen.].

ΑΛΛΩΣ.

Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Βουκολιασταί, Δάφνις καὶ Μενάλκας. προλογίζει νομεύς τις ὁ καὶ κριτής. Θεοκρίτου Βουκολιασταί, Δάφνις καὶ Μενάλκας. Δωρίδι. Δραματικόν [cod. M].

Θ.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΔΑΦΝΙΣ ΚΑΙ ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

[*Βουκολιάζεο Δάφνι, τὺ δ᾽ ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος,*
ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας,

1. *Βουκολιάζεο*] Initium carminis subditicium est. Vide adnotationes proximas et arg. p. 299. Nusquam autem in carminibus Theocriteis huiusmodi versus invenitur, cuius duo pedes primi ex uno constent vocabulo et quidem duos dactylos efficiente. Unum tantummodo quod plane huic respondeat, duorum dactylorum exemplum, Bernh. Gisekius *quaestt. Hom.* p. 130 attulit, poetae pravi, Maximi philosophi, *περὶ καταρχῶν* v. 189, *ἀγλαοφεγγέα δῖαν* —. Nam in Arati versu 753 (Dios. 21) vocabulum *ἐννεακαίδεκα* (*ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο*) pro tribus vocabulis haberi potest, *ἐννέα καὶ δέκα*. Dactylicus huiusmodi versus nullus ab Homero factus est, spondaici tres (vel quattuor): Iliad. I, 388 *ἠπείλησεν μῦθον* —, Iliad. XVIII, 123 *ἀμφοτέρῃσιν χερσίν* —, quae eadem verba Odyss. IV, 116 habentur, et Odyss. XVI, 338 *Πηνελοπείῃ δ᾽ εἶπε* —. Huc, teste Gisekio, accedit versus Iliad. II, 436: *ἀμβαλλώμεθα ἔργον.* — *ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος*] Haec ex id. VI, 5 petita esse videntur.

2. *ᾠδᾶς ἄρχεο πρ.*] Dimidium in versibus condendis habet laboris si quis dimidium versus modo facti in proximi versus faciendi initio repetit. Id quod accidisse videtur ei, cui hos versus debemus. Qui quam parum sciverit quid diceret, ex ter posita sententia eadem intelligitur: *βουκολιάζεο, ἄρχεο — ἄρχεο* et v. 5 *βουκολιάζευ.* Usus igitur est inani hoc loco figura epanaphorae, cui nervi sunt Iliad. XX, 371: *τῷ δ᾽ ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ*, vel Quint. Smyrn. III, 72 sqq.: *οἶδα γὰρ ὥς οὔτις με δυνήσεται ἐγγύθεν ἐλθὼν ἐγχείῃ δαμάσασθαι ἐπιχθονίων ἡρώων, οὐδ᾽ εἴπερ στέρνοισι μάλ᾽ ἄτρομον ἦτορ ἔχῃσιν, ἄτρομον ἦτορ ἔχῃσι λίην καὶ χάλκεος εἴη.* Cf. et Iliad. XXIII, 641—642. Tibull. I, 3, 4—5. Verg. Ecl. VIII, 48—49. Ovid. Art. am. I, 536—537. Scripsi autem *ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω*, id quod in codice Cant. Wordsworthii et in cod. a. *manu secunda* exaratum et a Callierg. Steph.

μόσχως βουσὶν ὑφέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως.

Heins. Valck. I. II. Briggs. Mein. I. Wordsw. al. editum, lectum etiam est a Vergilio, qui Ecl. III, 58 haec scripsit: *incipe* (ἄρχεο), Damoeta: tu *deinde sequere, Menalca.* Huc accedit Max. Planud. *de synt.* in Bachmanni anecd. II p. 106, 20: καὶ Θεόκριτος Βουκολιασταῖς· βωκολιάσδεο Δάφνι, τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας. Formam ἐφεψάσθω, malae sane notae, Graecam certe esse, intelligitur ex Hesychio, ἕψατο, ἠκολούθησεν coll. ἕψεαι (Iliad. XXIV, 733), ἐπακολουθήσεις. Vide Lobeckium ad Phryn. p. 719. Hanc alii moleste ferentes formam correxisse videntur ita ut est *a manu prima* in codice a. ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφαψάσθω, item in codd. 9. 16. v. (v. πρῶτος) D. L. M. edd. Med. Ald. Lov. Camer. Boiss. I. II. Ziegl. Mein. II. III. Pal. Hart. Cfr. Lobeck. ad Buttm. gr. Gr. II. ed. 1839 p. 175. Postea alii grammatici videntur hoc posuisse, quod Ahr. I. II. Koechl. ex ed. Iunt. et e codd. k. p. D. *marg.* Q. scripserunt, ᾠδᾶς ἄρχεο Δάφνι, συναψάσθω —. At συναψάσθω ne Aeschyli quidem verbis (Pers. 742. 724.) defenditur. Denique in schol. Gen. ed. Adert. p. 32 versus 1—2 hoc modo in unum versum contracti sunt: βουκολιάζεο Δάφνι, συναρξάσθω δὲ Μ. Similia sentiens Wordsworthius suspicatur hunc unum fuisse versum: βωκολιάσδεο Δάφνι, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας, in qua conformatione συναψάσθω malit Hermannus, *annal. Vindob.* 1848 p. 215.

3. μόσχως κτλ.] Hoc versu Daphnidis tantum, bubulci, officium notatur (cf. v. 7. 10), Menalcae, opilionis (v. 17), munus inepte tacetur. Cf. schol. p. 303, 9 sq. — ὑφέντες] Cf. id. IV, 4. Novit hunc versum Eustathius, qui Odyss. IX, 245 p. 1627, 30 ad verba καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ haec adscripsit: τὸ δὲ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ ἀντὶ τοῦ ὑφῆκε καὶ ὑπέβαλε ταῖς ἀμελχθείσαις τὰ γαλαθηνά. ὅθεν λαβὼν Θεόκριτος ἔφη τὸ μόσχους βουσὶν ὑφέντες. Idem Eustath. ad Iliad. XIV, 240 p. 982, 63: ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἥσει, τουτέστιν ὑφήσει, ὑποθήσει, ὑποβαλεῖ· ὅθεν καὶ τὸ μόσχους βουσὶν ὑφέντες. Laudat eundem versum Moschop. π. σχ. p. 215 ὑφῆκα ταῖς βουσὶ τὰ μοσχία, ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ, ἤγουν ὑποκάτω αὐτῶν ἤγαγον αὐτά. Adertus, adn. ad schol. Genev. p. 79, suspicatur auctorem scholii Genev. in libro suo invenisse ἀφέντες, nam scripsisse eum ὑπ' ἐκείναις (ita Adert. et p. 33 et p. 79, Ahrens. vero, schol. p. 304, ὑπ' ἐκείνας) ἀπολύσαντες, scil. τοὺς μόσχους, ὥστε ἀμέλξαι αὐτάς. Sed alienus est ab h. l. versus Vergilii, Ecl. VII, 15, quem Adert. p. 79 comparat. — ὑπὸ] Tmesis est eadem atque in versu Odysseae ad id. IV, 4 laudato. Sed mirum, quod vocabulum antea propria significatione positum erat (ὑφέντες), nunc vero translata dicitur *clamculum* mittentes. Vergilium quoque legisse ὑπὸ probare Greverus ed. Oldenb. 1850 p. 77 eo studuit, quod hic scripsit Ecl. I, 45: pascite, ut ante, boves, pueri, *submittite* tauros. At ibi *submittendi* verbum *alendi* habet significationem ex more loquendi Varroniano, cui favet Verg. Georg. III, 73. III, 159. Non multum lucreris, si exemplum Mein. II. III. Boiss. I. II. Ziegl. Pal. secutus pro ὑπὸ legas ἐπὶ, id quod supra scriptum in codice 9. editumque est in edd. Call. (ubi ἐπὶ στείρεσι δὲ ταύρως) et Brub. I. Hanc glossam rectius dices, ubi contuleris schol. p. 303, 12: ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς ἐπί, ἵν' ᾖ· ἐπὶ στείραισι τοὺς ταύρους ἀφέντες, ἵνα τέκωσιν,

χοὶ μὲν ἁμᾷ βόσκοιντο καὶ ἐν φύλλοισι πλανῷντο
μηδὲν ἀτιμαγελεῦντες· ἐμὶν δὲ τὺ βουκολιάζευ
ἔκποθεν, ἀλλῶθεν δὲ ποτικρίνοιτο Μενάλκας.]

ὥς τινες. — Propter verbum στείραισι non potest comparari Tibull. II, 3, 8: dum subigant *steriles* arva serenda boves.

4. ἁμᾷ] Cf. id. XI, 39. — ἐν φύλλοισι] *in virgultis*. Cic. pro Coel. XVIII, 42 via interclusa *frondibus et virgultis*. Ita malo explicare quam *in foliis humi passim stratis*. Nam simillima sunt verba Moschi III, 9: ἀδόνες αἱ πυκινοῖσιν ὀδυρόμεναι ποτὶ (Theocr. VII, 138) φύλλοις. Huc accedit liberior voc. φύλλον usus, quem id. XI, 26 locum habere vidimus, ubi ὑακίνθινα φύλλα *flores* dicuntur *hyacinthi cum suis foliis*, et id. XVIII, 39, ubi λειμώνια φύλλα flores una ac folia herbidi prati significant non aliter atque id. XXII, 106. Proxime abest Herod. VIII, 139, ubi τὰ φύλλα τοῦ ῥόδου singulorum folia *florum* sunt. Praeterea cf. Hesiod. ἔργ. 486 (484): δρυὸς ἐν πετάλοισιν. Propagatum est φύλλοισι et edd. prr. et codicibus omnibus excepto codice M., ubi est φίλοισι. Ahr. II. (non item Ahr. I., ubi est φύλλοισι) edidit ἐν φύλοισι. Meinekius p. 271 nec male, inquit, coniicias ἐν φελλοῖσι. Male vero: nam suberibus vaccas, ut e. gr. arbutis, delectari novum est. — πλανῷντο] Verg. Ecl. I, 9 ille meas *errare* boves — permisit. Ovid. Met. XV, 14 armento teneras *errante* per herbas. Ibid. XIII, 821 multae quoque vallibus *errant*, multas silva tegit. Hor. Od. I, 17, 6 impune tutum *per nemus* (ἐν φύλλοισι) arbutos (id. V, 129) quaerunt latentes et thyma *deviae* (cf. Mitscherlich. ad h. l.) olentis uxores mariti (id. VIII, 49). Hor. Od. III, 13, 12 pecus vagum. — Errores meros dico lectt. varr. πλανοῖντο (codd. k. cet. Ahr. p. 72) vel πλανεῦντο (p. M.).

5. μηδὲν ἀτιμαγελ.] *grege non superbe derelicto*, καταφρονοῦντες τῆς ἀγέλης αὐτῶν (schol. Ahr. p. 304, 25). Translate dixit Lucian., Lexiph. 10, ὁ γὰρ στρατηγὸς καίτοι ἀτιμαγελοῦντι καρπόδεσμα περιθεὶς κτλ. Auctor horum versuum hoc verbo propter id. XXV, 132 vel similia dicta (Bekk. anecd. p. 459, 31 ἀτιμαγέλης, ὁ ἀποστάτης τῆς ἀγέλης ταῦρος. οὕτως Σοφοκλῆς) videtur esse usus. Captavit enim rariora, ut Eryc. in Anth. Pal. VI, 255, 1: κέρας . . βουμολγὸς ταύρου κλάσσεν ἀτιμαγέλου. Spernendae lectt. varr. ἄτιμα γελεῦντες (cod. M. cum glossa μυκώμενοι, χαίροντες) et ἄτιμ' ἀγελεῦντες (codd. L. Q. Y. et schol. cod. N. apud Ahr. p. 304, 10).

6. ἔκποθεν] *alicunde*, h. e. undecunque tibi placet sumpto carminis alicuius argumento. De hoc vocabulo compara Apoll. Rhod. II, 224. III, 262. III, 1289. Quint. Smyrn. IX, 241. VII, 307. VIII, 61. 253. 343. Hermann. ad Orph. p. 823. Koechl. ad Quint. Smyrn. III, 437. Fortasse auctor huius versus spectavit ad initium Odysseae, I, 10: τῶν ἁμόθεν γε —. Nam huius quoque vocabuli inusitata alias apud Theocritum species satis iustam cum aliis causis causam affert de prooemii veritate dubitandi: neque enim a grammatico novandorum verborum vetustatis situ oppressorum studium alienum. Quandam etiam similitudinem habet Soph. Phil. 1304, ξίφος, εἴ ποθεν, ἢ γέννυν . . προπέμψατε. Spectasse huc videtur Verg., Ecl. V, 10: incipe — si quos aut Phyllidis ignes —. Recepi nunc coniecturam Briggsii, *add.* p. 416, ἔκποθεν, probatam etiam Koechl. p. 13 (ἔκποθεν Ahr. II.). Nam quod est in cod. L. et ed. Iunt. ἔν ποθ' ἔν (cf. schol.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἁδὺ μὲν ἁ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χἁ βῶς,

p. 304, 29), commendatum ab Is. Vossio, *obss. Catull.* p. 240, esset illud quidem Graecum et posset explicari *alternis* (Verg. Ecl. III, 59) vel *vicibus* (Calpurn. VI, 74. VI, 90) vel *in ordine* (Verg. Ecl. VII, 20), haberetque comparationem Herodoti, IV, 50, ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν, Thucydidis, II, 97, 5, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνος ἓν πρὸς ἓν οὐκ ἔστι, et eorum quae Kruegerus ad Thuc. l. l. atque Schaeferus ad Gregor. Cor. p. 264 in medio posuerunt, sed ferri nequit propter verba τὺ βουκολιάζεν eaque, quae sequuntur, ἀλλῶθεν κτλ. Lenis est Briggsii mutatio et ad emendandum locum necessaria. Nam in codd. D. *corr.* k. *pr.* s. cet. (Ahr. p. 72) edd. Call. Bas. I. al. est ἔμποθεν, quod Reisk. Valck. I. Brunck. Ahr. I. receperant, legeratque in suo Theocriti exemplo Gregor. Cor., d. D. § 77 (τὸ ἔμπροσθεν ἔμποθεν λέγουσι. Θεόκριτος· ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδεν ἔμποθεν), ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ποθὲν ἐξελάβοντο τὴν λέξιν ταύτην, ἢ ἓν πρὸς ἓν ᾠδάριον, τουτέστιν ἀμοιβαδίς). Asperum spiritum habent, ἕμποθεν, edd. Ald. Comm. In cod. k. *a manu sec.* scriptum est ἕμ ποθ᾽ ἕν, in codd. Burn. p. 6. et cod. A. Gregorii l. l. est ἕμποσθεν, unde correctum videtur, quod occupavit codd. a. v. D. *pr.* Q., ἔμπροσθεν, et quod vitiose scriptum est in ed. Med. et in cod. Cant. ἔμπροθεν. Brunckius, *anal.* III, 2 p. 61, maluit hoc ἕμπροθεν, quod receptum a Valck. II. mansit apud Schaef. Boiss. I. II. Wordsw. Mein. I. II. III. Ziegl. Am. (*prior* Am. vertit). — ἀλλῶθεν] *aliunde vero*, i. e. ex parte altera (cf. id. VI, 46) *adiungat sese*, ut cantus in unum coeat, Menalcas. De verbo ποτικρίνεσθαι cf. Anaxag. p. 134 Schaub. ἐν τοῖς προσκριθεῖσι καὶ ἐν τοῖς ἀποκεκριμένοις. Scripsi ego ἀλλῶθεν propter codd. k. *sec.* D., ed. Iunt. (ἄλλωθεν δὲ) et edd. Med. Ald. Call. (ἄλλωθεν δέ γ᾽). Ahrensius I. II. e cod. L. edidit ἄλλοθε δ᾽ αὖτις, Koechl. e cod. 9. ἄλλοθι δ᾽ αὖθις. Praeterea variant codd. ἄλλοθεν δ᾽ αὖτις (cod. v. ἄλλοθεν certe Phill.), ἄλλοθεν δὲ (codd. k. *pr.* cet.), ἄλλοσθεν omisso αὖθις cod. Burn., ἄλλοσθεν δὲ codd. s. cet. (Ahr. p. 73). Valck. II. Mein. I. al. ediderunt ἄλλοθε δ᾽ αὖθις, Mein. II. al. ἄλλοθε δ᾽ αὖτις. Editiones Med. Ald. sequuntur Bas. I. Camer. Steph. Wintert. Valck. I. Praeterea ποτικρίνοιτο propter codices optimos k. p. cet. (Ahr. p. 73) et ed. Iunt. scripsi pro ὑποκρίνοιτο (codd. v. cet. edd. Med. Ald. Call. Bas. I. Camer. Steph. Valck. I. II. Wordsw. Mein. I. II. III. Ahr. I. II. al.). Brigss. p. 81 coniecit εἴ ποθεν, Hartungius edidit ἕν ποθεν, quamquam hoc novum non id significat, quod ille barbare dixit: „du singst mir dann einen Kuhreihn *irgend.*" Versum totum uncis inclusit Pal., plane eiecit Mein. III. causis facti sui p. 271 allatis, quae nullae sunt. Cf. Koechl. p. 13: „mirum est quod Mein. versum „„miris modis in codd. variatum vel ob hanc causam"" in marginem relegavit: quod si facere vellemus in tot Theocriti versibus monstrose corruptis, vereor ne *dimidiatum* habituri essemus poetam."

7. Ἁδὺ] Quum finito cantu Daphnidis v. 14 dicatur οὑτῶς Δάφνις ἄεισεν ἐμίν, consentaneum erat praemitti etiam, antequam cantans Daphnis introduceretur, versum aliquem similem id. VIII, 30 vel VI, 5. Hoc quoque corrupti carminis indicium. Koechl. p. 10 tale quid excidisse existimat: ὣς ἐφάμαν, ὁ δὲ Δάφνις ἑᾶς ταχὺς ἄρξατ᾽ ἀοιδᾶς. In quo ταχὺς vehementer displicet. — ἁ μόσχος] De lect. var. vide adn.

ἁδὺ δὲ χἁ σῦριγξ χὡ βουκόλος, ἁδὺ δὲ κἠγώ.
ἔστι δέ μοι παρ' ὕδωρ ψυχρὸν στιβάς, ἐν δὲ νένασται
λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα, τάστε ποκ' ἄκρας

ad id. VIII, 77. — Ahr. coniecit ἁδύ τι χὡ μόσχος. Praeponderat lectio codd.

8. ἁδὺ — σῦριγξ] Hor. Od. I, 17, 10 utcunque *dulci*, Tyndari, *fistula* valles . . personuere. — χὡ βουκόλος] Haec intima necessitudine cum verbis χἁ σῦριγξ coniuncta sunt, ut paene significent idem atque *pastor cum fistula sua*. Cf. adn. ad id. II, 77 p. 96. id. XI, 49. Plat. Tim. p. 29, E γένεσις καὶ πᾶν — γένεσις καὶ κόσμος. Arist. Eqq. 803 ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης. Ibid. 1310 ἐκ πεύκης καὶ ξύλων. Ar. Plut. 334. Meinek. *vind. Arist.* p. 62. — κἀγώ] *imago quoque dulcis, quae carmina mea resonat*. Cf. Mosch. III, 30. III, 53. Bion. I, 38. Verg. Ecl. I, 5 *resonare* doces Amaryllida *silvas*. Pop. Past. I. *the cliffs resound the rural lay*. Scripsi e coniectura κἀγώ pro κἠγών, quod ineptum est sive interpungis cum edd. Iunt. Call. Valck. Mein. I. al. ἁδὺ δὲ χἁ σῦριγξ, χὡ βουκόλος (βωκόλος edd. prr. cet. — βουκόλος codd. k. v. 6. 9.), ἁδὺ δὲ κἠγών, sive interpungis cum Mein. II. III. Ahr. I. al. ἁδὺ δὲ χἁ σῦριγξ χὡ βουκόλος, ἁδὺ δὲ κἠγών, sive interpungis cum Ahr. II. ἁδὺ δὲ χἁ σῦριγξ, χὡ βουκόλος ἁδὺ δὲ κἠγών. Postrema harum rationum propterea, quod bis in eodem colo καὶ positum est, ferri nequit.

9. παρ' ὕδωρ] Cf. id. VIII, 78. — ψυχρὸν] Cf. id. V, 33. XI, 47. — στιβάς] Cf. id. V, 34. — νένασται] *densatae ac stipatae pelles sunt*, id quod abundantiae cuiusdam signum.

10. λευκᾶν] Coloris nivei hic quoque (cf. id. VIII, 49) non minima commendatio. Cf. Verg. Ecl. VI, 46 — nivei iuvenci. Georg. II, 146 albi greges. Theocr. XXV, 130. De collocatione adiectivi λευκος vide id. XI, 48. — ἐκ] Cf. adn. ad id. VII, 15 p. 207. — δέρματα] Cf. id. V, 56—57 et V, 50.

10—11. τάστε — κομάρως] E coniectura scripsi τάστε pro τάς μοι, e codice 9. *corr.* κομάρως pro κόμαρον et ob marginem cod. D. ποκ' pro ἀπ' recepi, ut haec sit sententia: *albarum mihi iuvencarum densatae pelles sunt, quas quondam summas arbutos cupidius appetentes ac rodentes Africus de scopulo deturbavit*. De voc. ἄκρας cf. Theocr. XXII, 185. Verba in codd. p. Q. (coll. schol. p. 305, 9), quos codices Hartungius et Koechl. sequuntur, sic scripta sunt: τάς μοι ἀπ' ἄκρας λὶψ κόμαρον τρ. At in margine codicis D. hoc habetur: γράφεται ἀπ' ἄκρας ἢ ποτ' ἄκρας: ποκ' ego verum esse iudico. Altera est lectio editionum prr. et codicum k. cet. τάς μοι ἁπάσας (vel ἀπᾶσας) λὶψ κόμαρον τρ., quam et superiores editores et Mein. I. II. Ahr. II. Pal. tenuerunt. Ac voc. ἁπάσας quidem Pal. sic explicat: nullam harum iuvencarum pellis gratia occidi, sed *omnes casu occiderunt*. In qua interpretatione acquiescere non possumus: nam solius pellis gratia nemo pastor vaccam mactaverit, sed potius carnium gratia, ne pelle quidem contempta. Meinekius hoc offenditur, quod, ut hoc verum fuerit, *omnes* vaccas casu tristi occidisse, tamen, cur id disertim commemoretur, causa nulla excogitari possit. Quod si est apud schol. p. 305, 5 τινάς φησι — κατακρημνισθῆναι, non licet nobis ex hoc concludere, legisse scholii auctorem τᾶν τινας ἄκρας λὶψ —, id quod putat Mein. p. 271. Meinekius ipse in ed. III. e coni. posuit

λὶψ κομάρως τρωγοίσας ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξε.
τῶ δὲ θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω,
ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς παῖδες καὶ ματρὸς ἀκούειν.

τάς μοι ἀπώσας, id quod cum Pal. probat Buecheler. l. l. p. 346. At *εἰ ἐτίναξεν ὁ ἄνεμος τὰς δαμάλας, καὶ ἀπέωσεν αὐτάς*. Neque quidquam probat laudatus a Paleyo Plat. Phaedr. p. 29, C: *φαίη πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πετρῶν — ὦσαι*. Contra Cobetium, *var. lect.* p. 277 *ἀπὸ πέτρας ὠθεῖν* et similia Graece dici posse negantem, et ubique *κατὰ* pro *ἀπὸ* substituendum esse iudicantem, disputavit Mein. p. 272.

11. λίψ] *Africus*, qui vehementissimas in mari tempestates excitat, ut credibile sit furentem cum vaccas de scopulo deiicere potuisse. Tum reputa hunc ventum in Sicilia, ubi omnis haec res gesta fuisse putanda est, vehementius etiam quam in aliis regionibus saevire. Cf. Horat. Od. I, 3, 12. Coray. prolegom. ad Hippocr. de aëre et locis p. 87. Wuestem. — ἀπὸ σκοπιᾶς] Iliad. IV, 275 *ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος αἰπόλος ἀνήρ*. Pro *ἀπὸ* Koechl. p. 11 e coni. scribit *ἄφαρ* (*ἄφαρ σκοπιᾶς ἐτίν.*), quod sit hoc vocabulum, ut ipse ait, ,,tantopere *his* poetis in deliciis''. Sed non accurate dixit ille vir doctus, *quos* poetas significaret. *Bucolicos* quidem significare non potuit, quia nunquam Bion hoc vocabulo usus est, semel Moschus (II, 109), nusquam in carminibus *bucolicis* et mimicis Theocritus, qui in universum quater tantummodo in carminibus *epicis* (id. XXV, 146. 227. 243. XXII, 203) vocabulum usurpavit: nam spurium est id. XX, ubi v. 15 *ἄφαρ* legitur. Sed, ut sit in deliciis, tamen absonum est voc. huius versus sententiae. Koechl. p. 13 imperite me dicit in proecdosi mea retinuisse *ἀπὸ σκοπιᾶς* et *velle me id tmesi iungi cum verbo ἐτίναξε*. Nunquam ego hoc cogitavi, sed potius *de poet. buc.* p. 51 lectionem illam *ἀπ᾽ ἄκρας* sic explicare studui: albarum iuvencarum stipatae mihi pelles sunt, *quas arbutum ex cacumine rodentes*, h. e. *in ora cacuminis stantes atque inde arbutum in praecipitio crescentem incautius appetentes, Africus de scopulo* (*ἀπὸ σκοπιᾶς*) *deturbavit*. In Hartungium potius invehi Koechl. debebat: hic enim p. 414 alterum *ἀπὸ* cum verbo *ἐτίναξε* copulavit. — ἐτίναξε] Calpurn. V, 48 — modo cum caligine nimbos intulit et miseras torrentibus *abstulit* agnas.

12. θέρ. φρύγοντος] Vide id. VI, 16 et id. XII, 9. — Genetivus verbo μελεδαίνω item additus sicut apud Theogn. 1129: *ἐμπίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνων οὐδ᾽ ἀνδρῶν ἐχθρῶν, οἵ με λέγουσι κακῶς*. Cf. id. I, 53 (*μέλεται*). Accusativum comitem verbum *μελεδαίνω* habet id. X, 53. Cf. Matth. gr. Gr. § 348 n. 2.

13. ὅσσον κτλ.] *quantum amant vel curant pueri patrem matremque audire*. Nam ,,nitimur in vetitum'': nec melius incuria pueri ac socordia quam hac imagine designari potuit, quidquid vociferatur Hartungius, p. 415 (,,das wäre doch gar zu schlimm, wenn der Ungehorsam der Kinder gegen ihre Aeltern so als Regel behauptet würde''). Non licuit viro bono suo modulo metiri. Ac ne loquitur quidem poeta de impia et scelesta quadam inobedientia, sed tantum levitatem illam animi, a qua qui plane liber fuerit puer nondum natus est, informare nos apud animum iubet. In edd. Med. Ald. Call. Lov. Bas. I. Camer. Brub. I. al. versus sic scriptus est: ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων καὶ μητρὸς (*ματρὸς* Valck. I. al.) ἀκούειν, quae man-

Οὐτῶς Δάφνις ἄεισεν ἐμίν, οὐτῶς δὲ Μενάλκας.

sit lectio Steph. ed. maior. Heins. Inn. Valck. I. Harl. Gail. Piln. Pal. (Pal. ἢ pro καὶ) al. Ac Piln. quidem et Pal. cum schol. p. 305, 16 subiectum verbi ἐρῶντι iubent nos tacitos cogitationi nostrae subiicere παῖδες. Male. Verbum ἐρῶντι habent etiam codices Burn. Cant. Phill. D. M. Q. Y., pro quo ed. Iunt. offert ἐρῶντα, codd. k. L.[5] D.[a] ἐρῶν τὸ, cod. v. ἐρῶτο vel ἐρῶ τῶ. At vocabulum μύθων precario assumptum his lectionibus variantibus arguitur. In codd. L. D. accusativus legitur πατρὸς μῦθον, in cod. 9. transposita vocabula sunt μύθων πατρὸς, denique in codd. s. 16. Y. non πατρὸς μύθων, sed πατρὸς παῖδες habetur: id quod verum esse iudico. Firmatur enim quodammodo falsa lectione codicis Y. ἀκούουσιν, quae ibi in extremo versu est pro ἀκούειν, lectione codicum omnium, excepto cod. D.[b], ex quo Ahr. II. recepit ἀκούει. Hoc recepto Ahr. II. sic scriptum totum versum edidit: ὅσσον ἐρῶν τι πατρὸς μύθων καὶ ματρὸς ἀκούει, et ed. min. 1856 p. V. coniungenda esse dicit verba ὅσσον τι: quae ratio ut cum sententia poetae pugnat, ita exemplis destituta est. Idem Ahr. in ed. I. cum Steph. ed. minor. Wintert. Boiss. I. II. scripserat ὅσσον ἐρῶν τὶ (τι Steph. cet.) πατρὸς μύθων ἢ πατρὸς ἀκούειν (Boiss. ἀκούεν). Mein. III. e coniectura Hermanni in huius schedis servata haec scripsit: ὅσσον παῖδες ἐρῶντι π. κ. μ. ἀκούειν. Idem Mein. II. ediderat ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων ἢ (ita codd. p. 9 *pr*. D.[a] Q. pro καὶ) ματρὸς ἀκούειν, id quod Ziegl. tenuit. Valckenarius in ed. II. et Brunckius receperunt coniecturam Toupii, *add. in Theocr.* p. 395, qua nihil melius excogitari posse Hermannus, *annal. Vind.* 1848 p. 215, dicit, ὅσσον ἐρῶντε πατρὸς μύθων ἢ ματρὸς ἀκούειν (Brunckius quidem ἀκούεν), quos Mein. I. Wuestem. et Weis. al. secuti sunt, acquiescentes in hac explicatione non sane ferenda: *quantum puer et puella se invicem amantes parentum verba monitaque curant* (Harl. p. 159). Nam hoc pacto sensus quidam fabularum recentium poetae prisco quasi lympha hominis aegrotantis instillatur. Kiessl. coniecit ἐρῶν γε, Reisk. ἐρῶν τὺ (*tu amore captus*), Warton. ἐρῶν τε, quod etiam commendatur in ephem. *allg. litt. Anz.* 1797 nr. 31, sed ibid. nr. 69 a Schaefero refutatur. Buechelerus l. l. p. 347 coniecit ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μέλεται καὶ μ. ἀκούειν. Arcessita lectione codd. k. cet. Wordsworthius et Ameisius ediderunt ὅσσον ἐρῶν τὸ πατρὸς μύθων ἢ μ. ἀκούειν, existimantes τὸ referendum esse ad infinitivum ἀκούειν ac verba τὸ πατρὸς μύθων ἢ μ. ἀκούειν quasi in unam coalescere notionem („quantum amans curat audire patris aut matris monita", Wordsw.). At hoc „communem sermonem redolere" et cum versu 53 idyllii X. comparandum esse cur Ameisius p. XII dicat, nondum intelligo. Hermannus, *annal. Vind.* l. l., illa reiiciens, τοῦ certe pro τὸ scribendum fuisse docuit.— Hartungius, qui p. 82 e coni. ὅσσον παῖς τις ἐρῶν πατρὸς καὶ μ. ἀκούει posuit, p. 415 ὅσσον ἐρῶν τις παῖς π. κ. μ. ἀκούει coniecit, id quod — sed ἀκούειν scribens — Koechl. arripuit non tamen allatis exemplis huiusmodi versus ex dactylo, *tribus* deinceps *spondeis* et versu Adonio compositi: quamquam exstant id. II, 16. II, 38—39. XI, 4. Idem ad excusanda duo vocabula monosyllaba ante caesuram posita id. X, 23. IX, 24. al. laudare poterat. Unum est voc. monosyllabum ante caesuram collocatum id. VIII, 82. 91. XI, 6. 51. 55 al.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Αἴτνα, μᾶτερ ἐμά, κἠγὼ καλὸν ἄντρον ἐνοικέω
κοίλαις ἐν πέτραισιν· ἔχω δέ τοι ὅσσ᾽ ἐν ὀνείρῳ
φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄις, πολλὰς δὲ χιμαίρας,

(cf. VII, 71): tria monosyllaba id. XI, 79. VII, 39.

15. *Αἴτνα*] Cf. id. I, 65 *Θύρσις ὅδ᾽ ὡξ Αἴτνας.* Polyphemum (id. XI, 47) collata adn. ad v. 16 loqui paene existimes. — *μᾶτερ*] Vix credas fuisse, qui sic verteret: Aetna *est* mater mea. Homerus, Iliad. VIII, 47, Idam appellat *μητέρα θηρῶν.* Claud. Pros. II, 72 Henna, *parens* florum. Orell. ad Hor. Od. I, 22, 16 Iubae tellus leonum arida *nutrix.* Quod Ahr. p. 73 coniecit *Αἴτνα μαῖ᾽ ἁ ἐμά*, minime probatur verbis scholiastae, quae in codd. sic scripta sunt: *ὦ Αἴτνη ἡ θρέψασά με. ταύτην γὰρ καὶ τροφὸν καὶ μητέρα καλεῖ*, et in quibus ad opinionem suam confirmandam Ahr. vol. I. p. 73 *τίτθην* coniicit pro *ταύτην*. At idem vir doctus in vol. II p. 305 verba plane aliter, in hunc quidem modum, e coniectura sua conformavit: *Αἴτνη ἡ θρέψασά με — τοῦτο γὰρ θέλει τὸ μᾶτερ ἐμὰ κτλ.*, et p. 530 haec addidit: „locum *recte* restituisse mihi videor". Hoc si ipse dicit, *τίτθην* non scriptum fuit a scholiasta, sed *τοῦτο*, neque verbis scholiastae firmatur coniectura inutilis *μαῖ᾽ ἁ*. At idem Ahrensius vere perspexit voluisse scholiastam commemorare versus Sophoclis, Oed. R. 1090—1093. — *κἠγὼ*] Cf. id. II, 118. — *ἄντρον*] Ut ille aestate ad fontem iacet, sic ego hieme in *antro:* ut ille *δαμαλᾶν* (v. 10) *δέρματα*, sic ego pecudum *κώεα* (v. 18) habeo. Pal.

16. *ἐν πέτρ.*] Memorabilis est similitudo Eur. Cycl. 323: *ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ, ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν᾽ ἔχω σκηνώματα, ἢ μόσχον ὀπτὸν ἤ τι θήρειον δάκος δαινύμενος κτλ.*

17. *φαίνονται*] *quaecunque cernuntur in somniis.* Non temere apposuit verbi numerum pluralem plurali numero neutrius generis vocabuli *ὅσα*, quo multitudinis quaedam inesset copiaeque significatio. Nam ut verbi numerum pluralem cum nominum generis neutrius numero plurali ibi coniunxit Theocritus aliquoties, ubi agitur de animantibus (id. II, 109. XXIV, 21—22. IV, 44—45, ut omittam id. XVII, 77), ita in inanimatorum commemoratione ubique hoc fecit, scilicet id. IV, 24. XI, 51. XIV, 38. XV, 82. 112. VIII, 42 (cui propter *οὔθατα* cf. Odyss. IX, 440), ad copiae ac multitudinis vim efferendam. [Theocriti non est id. XXI, 57.] Idem fortasse significare voluit Wuestemannus p. 150 obscurius (*ὅσσα* „in somno huc illuc vagantia obiiciuntur" explicat) de hoc loco disserens, in quem tamen gravius Ameisius *adn.* p. 61 invehitur. Nec lucidius Dissenius ad Pind. p. 721 de hoc versu loquitur. Ceterum *singularem* verbi numerum plurali nominum gen. neutr. *animantia* significantium Theocritus addidit id. II, 124. VIII, 42. XXV, 86. II, 68. XV, 118 (?): de *inanimatis* vide id. I, 35. [I, 134.] I, 139. II, 18. V, 125. VI, 11. 19. VII, 62. VII, 108. VII, 144—145. IX, 9—10. IX, 18. IX, 19. X, 32. XIII, 3. XIII, 40. XIII, 67. [XXI, 9.] XXII, 13. XXII, 43. XXII, 101. XXII, 190. Proximo versu *κεῖται* haeret codicibus k. p. cet. (Ahr. p. 73), non *κεῖνται*, quod edd. prr. Lov. Valck. Mein. I. al. offerunt frustraque Wuestem. defendere studuit. Singularem hunc numerum Brunck. Boiss. I. II. Ahr. I. II. Mein. II. III. al. restituerunt. — *πολλὰς* —

ὧν μοι πρὸς κεφαλᾷ καὶ πρὸς ποσὶ κώεα κεῖται.
ἐν πυρὶ δὲ δρυίνῳ χόρια ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι
φαγοί, χειμαίνοντος· ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὤραν

πολλὰς] De repetito voc. vide adn. ad id. I, 74 p. 41, de eius collocatione Odyss. IX, 221, Iliad. VIII, 5, adn. ad id. II, 38 p. 86. Calpurn. XI, 27 et Venerem *sensere* lupae, *sensere* leaenae. Verg. Ecl. X, 54 — arboribus: *crescent* illae, *crescetis* amores al.

18. ὧν] *quarum mihi vellera et ad caput et ad pedes iacent*, h. e. quarum e pecudum numero has et illas oves capellasque mactavi mactatarumque utor velleribus. Haec non adnotassem, nisi Ahr. II. et Koechl. e coni. ὦ pro ὧν edidissent. — πρὸς ποσὶ] Repetitur praepositio eodem iure quo v. 19 ἐν, vel id. VII, 144 παρὰ, vel id. VII, 88 ὑπὸ, vel id. I, 67 κατὰ —. Cf. Kreussler. *obss.* II p. 2. Itaque pro πὰρ ποσὶ, quod edd. prr. Lov. Wuestem. Mein. Pal. al. habent, e codicibus — ut videtur — omnibus πρὸς cum Ahr. II. Hart. Koechl. restituendum fuit. Idem sentit Mein. *suppl.* p. 479.

19. ἐν π. δὲ δρ.] *in igne querno*, h. e. in igne, qui admotis lignis quernis alitur. Hoc non magis offendit quam illud Tryphiodori, v. 214, πευκήεντος πυρός, vel *querna corona* Ovidii, Trist. III, 1, 36, vel πευκήεις Ἥφαιστος Sophoclis, Antig. 124, coll. Tryphiod. v. 21 (Koechl. p. 14), vel *pineus ardor* Vergilii, Aen. XI, 786. Itaque libenter caremus coniectura Meinekii p. 272 ἐν πυρὶ δ' ἐμβρύων χόρια ζεῖ (*novelli pecoris intestina*), cuius ex parte adstipulator Hartungius adeo edidit ἐν πυρὶ δ' ἔμβρυα καὶ χ. ζ. Refutavit haec Koechl. p. 14. Ceterum haec et sequentia Vergilius, spectans simul ad id. VIII, 45, expressit eclogae VII versibus 49—51: hic focus et *taedae pingues*, hic plurimus *ignis* semper et assidua postes fuligine nigri: hic tantum Boreae curamus *frigora* (v. 20 χειμ.) quantum aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas. Praeterea cf. Odyss. XVIII, 44. Anaphora vero eadem est in versu Hermesianactis (Athen. XIII p. 597 C): ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθοωμένον, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα. — χόρια] *intestina* melle et lacte impleta, βρώματα διὰ μέλιτος καὶ γάλακτος γινόμενα, ut scribit Athen. XIV p. 646, E, quibuscum Koechl. l. l. farcimina Homerica (Odyss. XVIII, 118 sqq. XX, 25 sqq.) comparat. Diversa est ratio id. X, 11, ubi vide adn. Vocabulum scripsi χόρια (non χορία Mein. III. Ahr. I. al.) cum Ahr. II. secundum codd. k. p. cet. (Ahr. p. 74) ed. Mediol. et schol. Ahr. p. 306, 16 sqq. — ζεῖ] De spondeo in pede quarto hexametri concesso vide adn. ad id. I, 130 p. 61. Nec recte Brunck. ,,propter naturam versus bucolici'' (ut dicit *anal.* III, 2, p. 61) e coni. posuit ζέει, id quod Valck. II. Kiessl. Mein. I. II. Ahr. II. Pal. al. receperunt. At hiatum ζεῖ, ἐν satis defendi Homericis exemplis, Odyss. XII, 75. Iliad. XI, 554, intellexit Ziegl., quem ζεῖ (Iliad. XXI, 362 ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον —) scribentem secuti sunt Mein. III. Ameis. Hart. Koechl. Cfr. etiam adn. ad id. I, 67 vel Homericum, Odyss. XXI, 51, ἡ δ' ἄρ' ἐφ' ὑψηλῆς σανίδος βῆ· ἔνθα δὲ χηλοί —.

20. φαγοί] *Glandes quercus aegilopis* (Linn.), quae sunt esui. Cf. Arist. Pac. 1131 πρὸς πῦρ (Theocr. v. 19 ἐν πυρί) διέλκων μετ' ἀνδρῶν ἑταίρων φίλων — κἀνθρακίζων τοὐρεβίνθου τήν τε φηγὸν ἐμπυρεύων. Xenophanes apud Athen. II p. 54 E πὰρ πυρὶ

χείματος ἢ νωδὸς καρύων ἀμύλοιο παρόντος.
[Τοῖς μὲν ἐπεπλατάγησα καὶ αὐτίκα δῶρον ἔδωκα,
Λάφνιδι μὲν κορύναν, τάν μοι πατρὸς ἔτραφεν ἀγρός,
αὐτοφυῆ, τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων,

χρὴ τοιαῦτα λέγειν χειμῶνος ἐν ὥρῃ πίνοντα γλυκὺν οἶνον, ὑποτρώγοντ' ἐρεβίνθους. — χειμαίνοντος] *quum hiemat* (Colum. XI, 2, 4), *hieme saeviente.* De hoc participio absolute posito cf. Matth. gr. Gr. § 563 adn. Steph. thes. ed. Paris. tom. VIII p. 1377. Xen. Hell. I, 1, 16 ὕοντος. — Eur. Cycl. 329 ὅταν δὲ Βορρᾶς χιόνα Θρήκιος χέῃ, δοραῖσι θηρῶν σῶμα περιβαλὼν ἐμὸν καὶ πῦρ ἀναίθων (v. 19), χιόνος οὐδέν μοι μέλει. Vide etiam Cic. Cat. mai. XIV, 46. Bion. III, 6.

20—21. οὐδ' ὅσον — ἢ] *ne tantum quidem, quantum —, sed adeo minus quam* cet. Non erat quod Schaeferus ed. 1809 p. 191 hanc permiram syntaxin appellaret, eandem Wuestemannus ad grammaticas regulas revocari posse negaret, Pal. οὐ πλέον coniectaret, Schaeferus ed. 1809 et 1817 [non item 1829] de sententia Casauboni, *lectt. Th.* p. 263, et Valckenarii, ed. II. p. 109, ᾗ pro ἢ poneret, quemadmodum istud ᾗ legitur in edd. Lov. Comm. (ἦ cod. M. et ed. Ald. cf. Ahr. p. 74). Heinsius, *lectt. Theocr.* p. 349, pro οὐδ' ὅσον potius οὐ τόσον, Toupius, *add. ad Theocr.* p. 395, pro ἢ νωδὸς potius ἢν νωδὸς scribere voluerunt. Hermannus *praef. Soph. Schaefer.* p. VIII: non dubito, inquit, quin vulgata multum praestet correctioni Valckenarianae ᾗ. Pro ἢ in cod. Burn. ἡ legitur. Non nauci faciendum, quod cod. v. habet, ὅσσαν pro ὅσον.

21. ἢ νωδὸς κτλ.] *quantum nuces curat homo edentulus, quum ei est copia amyli.* Ἄμυλον vel ἄμυλος, scil. ἄρτος (Arist. Pac. 1195), genus quoddam est placentarum, cui simile est, quod Gallice dicitur *pâté.* Nam saepe inerant amylo carnes lautissimae, leporum, porcellorum, aliorum animalium. Athen. VI p. 269, A. VIII p. 347, D. X p. 441, F (ἄμυλος ἐγκύμων). XIV p. 648, E. Plin. H. N. XVIII, 7, 17 (76). Cat. R. R. 87. Diosc. II, 123.

22. Τοῖς μὲν —] *his equidem applausi.* Ne exspectes μὲν οὖν (id. VIII, 61) cf. id. VIII, 88. Odyss. IX, 70. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 59, 1, 12 (11). Krueger. ad Thuc. V, 48. Neque vero ex hoc, quod particula μὲν posita est, sequitur excidisse versum ante hunc, qui 31 numeratur, velut talem, qualem exempli causa Buecheler. l. l. p. 346 finxit: τὼς δὲ μετ' αὖθις ἐγὼ (vel αὐτὰρ ἐγὼ πύματος) τοσσῆνα καὶ αὐτὸς ἄεισα. — αὐτίκα] Cur *statim* dedit? Credo, abreptus gaudio. Ceterum ante versus 22—27 in cod. p.[1] scriptum est *ΠΟΙΜΗΝ*, in cod. D. *ΝΟΜΕΥΣ.* — Versus 22 sqq. centones Theocriteos a grammatico (vide arg. p. 299) assutos esse iudico.

23. κορύναν] Hanc κορύναν mutuatus est auctor a Theocr. VII, 43. — ἔτραφεν] Cf. id. III, 16. Pro ἔτρεφεν (cod. Burn. k. cet. Ahr. p. 74. edd. prr. Lov. cet. usque ad Valck. I.) e codd. 6. 9. L. M. scripsi ἔτραφεν, commendatum a Brunckio l. l. p. 62, receptum a Valck. II. Mein. Ahr. al.

24. αὐτοφυῆ] pedum non arte, sed *natura factum, shaped by nature.* Polyb. IX, 27, 4 κεῖται τὸ τεῖχος ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου, ᾗ μὲν αὐτοφυῶς, ᾗ δὲ χειροποιήτου. Plat. Prot. p. 321, B. ὅπως ὑπάρχοι στρωμνὴ οἰκεία τε καὶ αὐτοφυὴς ἑκάστῳ. — μωμάσατο τέκτων]

τήνῳ δὲ στρόμβω καλὸν ὄστρακον, οὖ κρέας αὐτὸς
σιτήθην πέτραισιν ἐν Ὑκκαρίαισι δοκεύσας,

quod pedum haud facile *artifex vituperasset*. Erat enim „formosum paribus nodis" ut dicit Vergilius, Ecl. V, 90. Cf. Theocr. XVII, 31. De verbo *μωμάσατο* vide Dionys. Per. 342 *οὐδ᾽ ἂν ἐκεῖνο ἴδρις μωμήσαιτο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης*. De coniunctis voculis *ἂν ἴσως* compara id. III, 39. Nullus igitur coniecturis locus. Koechl. de sententia Mein. p. 272 edidit *τὰν οὔ κεν ἰδὼν —*, Hart. *τὰν οὐδ᾽ ἂν ἰδὼν —*. Quibus coniecturis firmamentum exiguum est in lectione var. codicis D., ubi a manu prima *οὐδὲν ἴσως*, sed a manu correctoris est *οὐδὰν*, h. e. *οὐδ᾽ ἄν*, id quod habent subsidia reliqua. Pro *ἴσος* Bergkio *ἴσαις*, pro *μωμάσατο* (*μωμάσαιτο* codd. a. *pr*. 6. *sec*. p². D⁵., Q. *μωμήσαιτο* cod. p.¹·⁴·, *μωμαίσαιτο* cod. v.), Aderto, *Théocr*. p. 19, *μιμήσατο* placuit. Denique pro *τὰν οὐδ᾽* Ahr. II. e cod. D.ᵇ *τὰν δ᾽ οὐδ᾽* edidit.

25. *στρόμβω*] Significatur haec *cochlea*, quae nunc *tuba Tritonis* (Linn.), Tritonshorn, Kinkhorn, vocatur, cuius caro (*κρέας — ἐσιτήθην*) est esui. Ovid. Met. I, 333 sqq. Lycophr. 250 *στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον*. Pastori ne mireris huiusmodi concham sonacem tradi, cf. Plut. Symp. VII, 8, 4 *ὡς γὰρ τὰ θρέμματα σιγμοῖς καὶ ποππυσμοῖς ἢ σύριγξι καὶ στρόμβοις ἐγείρουσι καὶ κατευνάζουσι πάλιν οἱ νέμοντες, οὕτως, ὅσον ἔνεστι τῇ ψυχῇ φορβαδικὸν καὶ ἀγελαῖον καὶ ἀξύνετον καὶ ἀνήκοον, μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς ἐπιψάλλοντες καὶ καταυλοῦντες εὖ τίθενται καὶ καταπραΰνουσιν*.

25—26. *κρέας — σιτήθην*] Arist. Nub. 491 *τὴν σοφίαν σιτήσομαι*. Quo exemplo refellitur nimium subtilis adnotatio Paleyi, qui sic scripsit: „mira locutio *σιτεῖσθαι κρέας*, quum *σῖτος* proprie de frugibus dicatur. Sed fortasse vult, se conchae istius carnem ut *ὄψον ἐπὶ σίτῳ* comedisse." — Ego vero offendor vocabulo *αὐτός* cui repugnat v. 27 *πέντε ταμὼν πέντ᾽ οὖσιν*, quia simul atque recitatum est vocabulum *αὐτός*, id quivis auditor „*ipse*" vel „*solus*" interpretatur, tum vero adiectis verbis *πέντε — οὖσιν* cogitur ut corrigat opinionem iam perceptam et hunc, qui loquitur, existimare iubetur carnem istam non *solum* et quidem *totam*, sed *divisam inter quinque homines ex parte tantum* comedisse. Hi autem quattuor socii unde venerint, ne verbo quidem indicatur. Cf. et Weis. p. 179 ed. 1866. Itaque aut voc. *αὐτός* pro corrupto habendum (poterat enim e gr. *οὖ κρέας ἁδύ* vel simile dici) aut suspicio ad versum 27 adiungenda est. Posterius magis credo.

26. *Ὑκκαρίαισι*] *Ὕκκαρα πόλις Σικελίας*. Gloss. cod. C. Vide Paus. II, 2, 4 *ἐξ Ὑκκάρων* (l. v. *Ὑκάρων*) *τῶν ἐν Σικελίᾳ*. Thuc. VI, 62 *ἐν τῷ παράπλῳ αἱροῦσιν Ὕκκαρα, πόλισμα Σικανικόν*. Ibid. VII, 13. A pisce, cui nomen *ὕκη* erat, nomen urbi datum Timaeus narrat apud Athen. VII, p. 327, B. Scripsi *Ὑκκαρίαισιν* ex emendatione Ziegleri, quae firmatur lectione var. cod. C. *ὑκκαρίεσι*. In edd. prr. Call. Lov. cet. usque ad Mein. I. Duc. (excepto Brunck.) est *ἐν Ἰκαρίαισι*, quod habet etiam cod. D.⁵ *corr*., in codd. k. p. D. *pr*. Q. est *ἐνὶ καρίαισι*, in cod. 9. *ἐν ἰκαρύοισι*. Brunckius scripserat *ἐνὶ Καρίαισι*, quod probavit Valck. II p. 109, improbavit Boiss. I. p. 249. Bergkius in *eph. antiq. stud*. 1835 p. 916 coniecit *Ὑκκαρικαῖσι*, id quod Mein. II. Pal. receperunt. — Ahr. I. Mein. III. Hart. Koechl. *Ὑκαρίαισι* (Meinek. *exercitt. phil. in Athen*. I p. 27) scripserunt, Ahr. II. *Ὑκαρίῃσι*. — *δοκεύσας*] Fuitne piscator? Quamquam

πέντε ταμὼν πέντ᾽ οὖσιν· ὁ δ᾽ ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.

* * *

Βουκολικαὶ Μοῖσαι, μάλα χαίρετε, φαίνετε δ᾽ ᾠδάς,
τάς ποκ᾽ ἐγὼ δεινοῖσι παρὼν ἄεισα νομεῦσι,

pastorem quoque piscari potuisse non nego.

27. πέντε κτλ.] ita dissecta carne ut quinque essent portiones quinque nobis, qui aderamus: après en avoir fait cinq parts pour cinq que nous étions (Lec.). ,,Nempe tam magna erat concha ut pluribus caro sufficeret". (Pal.) De accusativo *πέντε* a verbo *ταμὼν* suspenso cf. adn. ad id. III, 21 p. 126. Plat. Tim. p. 35, B (*μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν*), et p. 36, B (*τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας*). Schaef. ad L. Bos. *ell.* p. 683. — οὖσιν] Additur hoc participium ut e. gr. Xen. Hell. I, 1, 16. — ἐγκαναχήσατο κ.] ,,conchae *inspiravit*" (Ovid. Met. I, 334). Hoc propterea commemoratum putat Pal., ut significaretur *statim* dono Menalcam esse usum. Tu cf. id. XXII, 75—77 et quae id. VI, 44 (*αὖλει — σύρισδε*) legimus. Ahr. II. e coni. Duebneri scripsit *ἐγκαγχάσατο*, quia exstat glossa codd. L. P. Gen. *ἐκαναχήσατο, ἐγέλασε χαρίεν*. Geelius p. 305 glossae auctorem *εὖ καναχήσατο* legisse putavit. At non aptum huic loco verbum, quod, ab Ahrensio positum, fortasse — si fides aliqua illi *ἐκαναχήσατο* habetur — ob idyllii V, 142 similitudinem sciolus quidam intulit. Mihi versus videtur esse spurius, posteriore tempore additus: vide adn. ad v. 25—26. In extremo versu recte Kiessl. Boiss. I. II. Mein. II. III. aliique editores recentiores, secuti edd. Call. Bas. I. Cam. Brub. I. Heins. Brunck. hortatu Graefii plene interpunxerunt: Steph. virgulam posuerat: Wintert. Valck. I. II. et post hunc alii, Briggs. Gaisf. Mein. I., coli signo usi verba distinxerunt, quasi vs. 28 sqq. carmen a *Menalca concham inflante* decantatum continerent: in quam sententiam Wetst. sic vertit Latine: ,,insonat hic tereti concha: *salvete*, Camoenae". Quod si legis, in mentem cave ne veniat illius carminis convivalis iuventutis academicae: Phyllis blies die Violine, Flöte sang Amynt dazu. In cod. p.[1] revera versibus 28 sqq. *Menalcae* nomen praefixum est, dum cod. D.[5] additum habet *Ὠιδὴ τοῦ Νομέως*. In ed. Iunt. ab extremo versu 27 plane abest interpunctio.

28. Βουκολ. — ᾠδάς] Vide arg. p. 299 et de inscriptione codicum adn. ad v. 27 extr. — φαίνετε δ᾽ ᾠδάς] *et proferte ad lucem, divulgate cantus* cet. Haec dicit diasceuasta, collecta qui in vulgus emissurus est carmina. Absolutus enim liber ,,paucis ostendi gemit et communia laudat", ut in epilogo epistolarum Horatius dicit, Epist. I, 20, 4. Hinc fortasse Vergilius, Ecl. VII, 19: alternos *Musae* meminisse volebant. Vide Voss. ad h. l. p. 358 ed. 1797 = p. 68 ed. 1830): nam *Musae*, non *musae* (Ribb.) ibi legendum. De verbis ad leges criticas constituendis vide arg. p. 300.

29. τάς ποκ᾽ ἐγώ] Nullius momenti est lect. var. codd. a. v. 9. L. M. *ποτ᾽* pro *ποκ᾽* subministrantium. Qui vero de coniectura Meinekii ed. I. p. 146 *τόκ᾽* pro *ποκ᾽* ediderunt, Boiss. II. Ziegl. Ameis. Mein. III. (non item Mein. I. II.) Weis. Hart. Pal. Koechl., hi obliti sunt eorum, quae sunt apud Wuestem. p. 152, non prius hanc admitti mutationem posse contendentem, quam ultimam idyllii particulam cum praegressis eidem deberi auctori fuerit probatum. — δεινοῖσι] Hoc scripsi e coni. pro κείνοισι (codd.

μή κεν ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγγόνα φύσω.
τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,

k. cet. Ahr. p. 74) ab Ahr. II. edito vel *τήνοισι* (cod. Q. *marg.*) in edd. prr. Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. II. III. Hart. Pal. Koechl. Ahr. I. al. expresso. Cf. id. XVI, 44. — Ahr. p. 74 coniecit *Σικελοῖσι*, Koechl. p. 13 *καὶ ἐμοῖσι*, id quod Buecheler. l. l. p. 339 damnavit, infelicius etiam Gebauer. 1861 p. 99 *δοιοῖσι*. — Pro *παρὼν* Bergk. Mus. Rhen. IV, 1836 p. 217 *παρ᾽ ὧν* scribi maluit. — *ἄεισα*] Speciosa, sed non necessaria est mutatio *ἄκουσα*, quam faciendam Buecheler. l. l. et Gebauer. l. l. arbitrantur.

30. *μή — φύσω*] *ne forte pustulam*, fraudis a me commissae indicium, *in lingua mea provocem*, h. e. *ut vestro, Musae, auxilio vere omnia accurateque referam.* Haec scripsit grammaticus, ut religiose se et cum fide carmina collegisse indicaret. Schol. cod. k. 67 Ziegl. *μήπως μου ἐπὶ γλῶτταν φλύκταιναι φύωνται. ἐκεῖνο γίνεται τοῖς μηδὲν πρᾶγμα εὔλογον κρίνουσιν.* Schol. Ahr. p. 310, 8 *ὅταν ὀλοφυγδὼν γένηται ἐπὶ τῇ γλώττῃ, εἰώθασι λέγειν αἱ γυναῖκες ὡς ἀποτεθεῖσάν σοι μερίδα οὐκ ἀποδεδώκασιν.* Recepi autem cum Ahr. II. *ὀλοφυγγόνα*, quod habet cod. k., pro *ὀλοφυγδόνα* (cod. p. cet. edd. prr. — Call. *ὀλοφυδόνα* — Mein. Ahr. I. Pal. cet.). Testatur formam *ὀλοφυγγών* prava lectio Eustathii infra nominandi (*ὀλοφυγών*), clarissime autem scholion codicis k.: *ὀλοφυγγὼν ἡ ἐπὶ γλώσσης φλύκταινα, λέγουσι δὲ αὐτὴν οἱ Ἀττικοὶ ὀλοφυκτίδα.* Similis est sententia id. XII, 24. — Hunc versum hinc removet Hermannus *de arte poes. buc.* p. 6 et poni iubet ante id. X, 21. Sequitur hanc sententiam Mein. III. Quam temere id factum sit, declaravit Buecheler. l. l. p. 343 sq. Prorsus exterminavit e Theocriteis eundem versum Hart.: sed iure eum retinuit Koechl. p. 11, ex cuius emendatione scripsi *μή κεν ἐπὶ γλ.* pro *μηκετ᾽ ἐπὶ γλ.* (codd. edd. prr. cet. Ahr. I. II. Mein. I. II. Pal.). Denique in fine versus scripsi *φύσω* pro *φύσῃς* (Lov. Camer. Bas. I. Brub. I. Mein. I. II. III. Ahr. I. al.) vel *φυσῇς* (codd. k. L. Call.) vel *φύσεις* (cod. v.[2] et Eustath., quem infra laudabimus) vel *φυσεῖς* (cod. v.[1. 6.]) vel *φυσσῇς* (cod. p.[1]) vel *φύσης* (edd. Ald. Iunt.). Nam *φύσω*, iam a Graefio commendatum, ab Ahr. II. Koechl. receptum, legit scholiasta, de quo vide Ahr. tom. II p. 532 ad v. 28—30 lin. 15. Non nominato auctore verba *ὀλοφυγδόνα φύσεις* (*sic* scripta, *φύσεις* scil.) habet Eustathius ad Iliad. V, 683 p. 594, 26: *ὥσπερ ὀλολύζω ὀλολυγών, τρύζω τρυγών, οὕτω καὶ ὀλοφύζω ὀλοφυγδών, ὡς τὸ ὀλοφυγδόνα φύσεις.* Idem Eustathius ad Iliad. VI, 301 p. 643, 35: *οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ὀλοφύζειν ὀλοφυγών, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ ὀλοφυγδὼν ἡ παρὰ Θεοκρίτῳ.* Gebauer. 1856 p. 55 coniecit *μηδέ μ᾽ ἐπὶ γλ. — φῦσαι.*

31. *τέττιξ κτλ.*] Versus 31—36 pro cantilena ab hoc homine, qui v. 22. 26. 29. prima verbi usus persona de se loquitur, cantata habent Eberz. Ameis. Hart. Pal. al. Sed vide arg. p. 300. Imitatur haec Nic. Eug. V, 209: *τέττιξ φίλος τέττιγι, ποιμὴν ποιμέσι, μύρμηξι μύρμηξ, ἀλλ᾽ ἐμοὶ σὺ καὶ μόνος.* Cfr. etiam Gregor. Naz. carm. III. vol. II. p. 57 C.: *πῶλοι μὲν πώλοισι φίλοι, ἔλαφοί τ᾽ ἐλάφοισι, καὶ ψῆρες ψήρεσσιν, ἀγνῷ δέ τε τίμιος ἀγνός.* Wordsworthius addidit Matth. Mon. in Crusii Turco-Graecia p. 256: *τέττιξ μὲν τέττιγα τέρπει, ἴρηξ δ᾽ ἴρηκα, ἄμμε δὲ Μοῦσα καὶ ᾠδή.*

ἴρηκες δ' ἴρηξιν, ἐμὶν δέ τε Μοῖσα καὶ ᾠδά.
τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος. οὔτε γὰρ ὕπνος
οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις

32. *δέ τε*] Hoc scripsi pro *δ' ἁ* (Ahr. cet.) fretus lectione var. codicis Q. *ἐμὶν δέ τε μῶσα*, commemorata etiam in codd. I. Q. (*γράφεται καὶ ἐμὶν δέ τε μῶσα καὶ ᾠδά.*) Cf. lect. var. codd. a.[2] L. *δὲ* pro *δ' ἁ*.

33. *ὕπνος*] Somnus cuivis homini *dulcis* videtur. Iliad. IV, 131 *ὅ ἡδέι λέξεται ὕπνῳ*. Aristot. apud Diog. L. V, 1, 7 *τοῖον ἐπὶ φρένα βάλλεις* (*ἀρετά*) *καρπὸν χρυσοῦ τε κρέσσω καὶ γονέων μαλακαυγητοῖό θ' ὕπνου*. Itaque nihil causae est cur dativum aliquem (vide et Wordsworth. adn. ad v. 34) voci *ὕπνος* addendum fuisse versumque post v. 33 putemus excidisse, qualem Koechl. p. 11 cum Hermanno *de arte poes. buc.* p. 6 lacunam esse statuens exempli gratia finxit: *οὔτε γὰρ ὕπνος ἐν μαλακῷ λειμῶνι κεκμακόσιν ἐστὶν ὁδίταις — γλυκερώτερον*. Neque vero nos moramur dativum *fessis* nomini *sopor* in versu illo Vergilii, Ecl. V, 46, additum: ,,tale tuum carmen nobis, divine poeta, quale *sopor fessis* in gramine''. Minorem etiam ad dativum probandum vim habere dixeris versus Popii, *past.* III p. 37. Not bubbling fountains to the thirsty swain, *Not balmy sleep to labourers faint with pain*, Not showers to larks, or sun-shine to the bee, Are half so charming as thy sight to me. Pro nobis, non contra nos est versus Oppiani, Cyneg. II, 34: *οἷος μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐν ἄνθεσιν εἴαρος ὥρῃ.*

34. *οὔτ' ἔαρ ἐξ.*] *nec ver ex inopinato* (,,wenn über Nacht der Lenz erwacht''), nor *sudden spring* nor sleep is sweeter — (Chapm.). Seneca, Epist. LXXXVIII, 19: his adnumerare licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant et alias *ex inopinato* varietates. Cf. Krueger. gr. Gr. I, 2 § 50, 8, 15. Sententia quam apta sit Piccolos. p. 299 et Eberz. p. 253 perspexerunt. Procul pellenda, quam Koechl. recepit, coniectura *οὐδ' ἔδαρ ἐργατίναις* certatim ab Heinsio (*ἐργατίναις*), Eldikio, Fr. Iacobsio (libri p. 198 a nobis indicati p. 45), Mein. p. 486, Hermanno (*de art. poes. buc.* p. 6) commendata. Nihil probatur versibus Odyss. XIII, 31—32. Wordsworthii quidem, qui et ipse *οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας* edidit, haec adnotatio est. ,,Non potest dubitari quin dativum post *ἔαρ* sensus flagitet. Neque *ἔαρ ἐξαπίνας ver subitaneum* reddi potest neque sic redditum valde placet. [Haec nulla ratio est. FR.] Mihi quidem aliquando suspicio orta est, sic scriptam fuisse in codicibus hanc vocem *ἐξ* (*αἰξὶ*) *ίνας*, tum ex *ιξ* (in *αἰξὶ*) evasisse *π*, unde legendum esse *αἰξὶ νέαις* vel *αἰξὶν ἐμαῖς*. Vide VII, 97 *τόσσον ἐρᾷ Μυρτοῦς, ὅσον εἴαρος αἶγες* [God. Hermannus in *annal. Vindob.* 1848 p. 215: beides, besonders das letztre ist matt, besser wäre *νέον*]: *ἐξ* et *αἰξ* facillime inter se confundi norunt omnes: nam *ε* et *αι* idem sonus, cuius rei insigne documentum nuper dedit doctissimus harum rerum aestimator Fredericus Field in egregia S. Chrysostomi in S. Matthaeum Homiliarum editione p. 752, A. Haec et quae sequuntur audaciuscule scribo, quia ad locum sanandum nihil iuvant codices. *Ἐξαπήνας* cod. Vat. in schedis Sanctamandi, *ἐξαπίνευς* Burn. et mox *ὁρῶντι γαθεῦσι*, ceteri nihil variant. An versus exciderit post *ὕπνος* statuere non audeo, sed persuadet Vergilius Ecl. V, 46. [Negat Hermannus

ἄνθεα· τόσσον ἐμὶν Μοῖσαι φίλαι. οὓς γὰρ ὁρεῦντι

l. l.] Ἐργατίναις non male Heinsius et, si nihil deest, supplendum aliquid, quod εἴαρι et ὕπνῳ respondeat. Quod quum ita sit, mihi venit in montem pro ἐξαπίνας corrigendum esse εὐξαμένοις *desiderantibus, valde exoptantibus.* Compara X, 52 εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω παῖδες βίος. Bion. III, 1 εἴαρος ὦ Μύρσων ἢ χείματος — εὔχεαι ἐλθεῖν; Omnes post hiemis inclementiam, praecipue autem ii, qui rure degunt, *ver increpitant serum Zephyrosque morantes.* Iam vero de ὕπνῳ confer Catulli choliambos XXXI, 8: *O quid solutis est beatius curis? quum mens onus reponit et peregrino labore fessi venimus Larem ad nostrum desiderato que acquiescimus lecto.* [Huius et Theocriteae sententiae ratio dispar est. *FR.*] Vide et Stat., Silv. V, 4 ubi *Somni* adventum post longam ἀγρυπνίαν elegantissimis versibus *exoptat.*"

35. τόσσον] Hoc cum Ahr. II. Hart. a codd. k. cet. (Ahr. p. 75) coll. l. v. τὄσσον (cod. L.[3]) oblatum tenui pro ὅσσον, quod, secuti edd. prr., Mein. I. II. III. al., nuper etiam Pal. et Koechl. reposuerunt. — φίλαι] Fons sententiae id. I, 64 habetur. — οὓς] Ita edd. prr. Mein. I. II. III. Ziegl. Hart. Pal. al. consentientibus codd. optimis (Ahr. p. 75) pro ὥς, quod Ahr. I. II. Koechl. e codd. 5. et a.[2] coll. schol. p. 311, 29 ediderunt. Iidem duumviri versu proximo τὼς cum edd. prr. et Mein. I. II. III. Ziegl. Hart. Pal. al. secuti codices plerosque scripserunt: at ibi cod. p. τοὺς servavit. — γὰρ] Ita codd. Y. al. (Ahr. p. 75) coll. schol. p. 311, 6 et edd. Med. Ald. Call. Lov. nec non Divus (*quos enim*) atque Mein. I. II. III. Ahr. I. Hart. Koechl. Pal. al. Lectionem var. μὲν Ahr. II. recepit ex ed. Iunt. et codd. 5. D. cet. — ὁρεῦντι] *quos laetae (placido lumine,* Hor. Od. IV, 3, 1) *Musae adspiciunt, hos* —. Pind. Ol. VII, 11 ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει Χάρις ζωθάλμιος. Vide et Callimachum in adn. ad v. 36. Scripsi ὁρεῦντι, fretus etiam Eustathio infra ad v. 36 nominando, cum Brunck. Valck. II. Gaisf. Mein. I. II. III. Weis. Ziegl. Pal. Koechl. al. e codicibus v. Q. et schol. l. l. (ὥς μὲν ὁρῆτε — γράφεται καὶ οὓς γὰρ ὁρῶσαι καὶ οὓς μὲν ὁρεῦντι), a qua lectione, quam probat etiam Piccolos. p. 300, proxime absunt lectt. varr. ὁρῶντε (a.[2]), ὁρῶντι (cod. Vat. 9., cod. Par. Y. *sup.*, cod. Burn. al. apud Ahr.), cui accedit ὁρεῦντι vel ὁρεῦνται in cod. p. et lectio corrupta codicis k. ὁρῆντε, ubi litterae η et ε a manu secunda scriptae dicuntur, quae lectio eadem (scilicet ὁρῆντε) *videtur* esse in cod. a.[4] *pr.* Praeterea in edd. Med. Ald. Call. Lov. lectio est ὁρῶσαι, repetita in edd. Camer. Bas. I. Brub. I. Steph. Heins. Wintert. Reisk. Valck. I. Harl. (in quibus omnibus est etiam γὰρ, non μὲν). Denique ὁρῆτε exstat in ed. Iunt., in codd. D. L.[5] M. 5. et in translatione Divi, unde venit in marg. ed. Steph. Hoc Hart. recepit cum Ahr. II.

36. γαθεῦσαι] Cf. id. XVII, 74. Alciphr. III, 44 εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκεῖνον εἶδον αἱ Χάριτες. Callimach. Epigr. XXII, 5 οὐ νέμεσις· Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους. Scripsi γαθεῦσαι, coniecturam Valckenarii in ed. I. p. 130 captam, cuius sunt sensum rectum secuti Brunckius, qui hoc primus posuit (cf. et Reisk., *animadv.* p. 205), Valck. II. Gaisf. Mein. I. II. III. Weis. Ziegl. Pal. Koechl. alii editores recentiores, inter quos Ahr. I. At idem Ahr. in ed. II. posuit γαθεῦσιν propter codd. k. s. cet. et edd. Med. Iunt. Call. (γάθευσιν Ald. — γηθεῦσι cod. Vat. 9. —

γαθεῦσαι, τοὺς δ' οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκη.]

γαθεῦσι codd. a. p. cet.). Quod *γαθεῦσιν* quum in ed. min. 1856 p. V dativum plur. esse contendat nosque ei cogitando *ὄμμασι* addere iubeat, hanc ne Lamberto Bosio quidem probaverit ellipsin. Emendatio Valckenarii a nobis recepta magnam etiam commendationem habet a verbis Eustathii, qui ad Odyss. X, 242 p. 1656, 54 haec scribit: *ὅτι δὲ εἰς ἀλογίαν τινὰ ἡ Κίρκη ἀλληγορεῖται, δηλοῖ φανερῶς καὶ ὁ γράψας ὅτι οὓς οὐ προσορῶσιν αἱ Μοῦσαι, τούτους ποτῷ δηλήσατο Κίρκη, ὡς τῶν ἀμούσων ἀλογίστων ὄντων.* Idem Eustath. ad Iliad. I p. 10, 18 *κατὰ γὰρ τὸν εἰπόντα σοφὸν οὓς οὐ προσορῶσιν αἱ Μοῦσαι, τούτους ποτῷ δηλήσατο Κίρκη, τουτέστι τούτους ἡ θηριώδης ἀλογία ἔβλαψεν.* — τοὺς δ'] De particula *δὲ* cf. id. I, 11 et e. gr. Odyss. XIX, 329 *ὃς μὲν ἀπηνὴς αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀπηνέα εἰδῇ, τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοί.* Male Valck. I. II. *τώσδ'*, quem Kiessl. Gaisf. Boiss. I. II. al. imitati sunt. Verum reposuerunt Mein. I. II. III. Wuest. al. Ceterum vide de lect. var. adn. ad v. 34 et Ahr. p. 75. — ποτῷ] *non doctae verterunt pocula Circes*, ut dicit Tibull. IV, 1, 61. Imitationem Vergilii, Ecl. VIII, 70 (carminibus *Circe* socios mutavit Ulixi) Ribbeckius vel vol. I p. 247 vel vol. III p. 433 commemorare poterat. Nam quamquam communis utrique auctori Odyss. X, 236 sqq. fuit fons, tamen Vergilii versus etiam hoc loco et id. II, 15 contaminatus est.

X.

ARGUMENTUM.

In hoc idyllio duo messores, in eodem agro opus facientes, colloquuntur. Horum alter, *Bucaeus*, quum metendi laborem aegre sustinere videatur, a *Milone* sodali reprehensus, se gravi puellae cuiusdam amore teneri fatetur (v. 1—16): quo audito *Milo*, durus homo et rustico operi unice intentus, illum irridet, et, ut labor melius procedat, ad canendum invitat (v. 17—23). Obsequitur *Bucaeus* cantatque carmen, septem illud distichis inclusum, quo puellam, ceterorum iudicio deformem, ipsius iudicio venustam, ob formae praestantiam celebrat (v. 24—37). Huic carmini *Milo* opponit aliud carmen, et ipsum septem distichis comprehensum, quod contendit ille (v. 56) esse messorum vitae magis consentaneum, quum praecepta quaedam rei messoriae, tum dicteria in villicum avarum (v. 52 sqq.) continens. In praecipua huius idyllii laude ponenda est festivitas poetae et dexteritas, qua rusticus et antiquus sensus *Milonis*, hominis parce vitam et duriter agentis, describitur contrarius segnitiae et mollitiae animi *Bucaei* amore insulso diffluentis et vere (v. 20 coll. vs. 26—27) caecutientis. Cfr. Didot. p. 451. Bohz. in Erschii et Gruberi *encyclop.* sect. II. vol. 30 p. 385. Langsdorff. p. 7 libri a nobis supra p. 4—5 indicati.

Amatoris, qui hoc carmine inducitur, nomen *Batti* sine ulla causa vulgo esse existimant: *Bucaeum* potius eum vocari ex adn. ad v. 1 et v. 38 intelliges. Inscribitur carmen in codd. 5. Y. et in ed. Call., quam sequuntur Camer. Bas. I. cet., *ἐργατίναι ἢ θερισταί. Βάττος καὶ Μίλων*, atque his nominibus interlocutores deinceps distinguuntur. Etiam auctor Graeci argumenti (Ahr. *schol.* p. 20 coll. *schol. cod. k.* Ziegler. p. 67) *Batti* et *Milonis* finxit nomina. Quae nomina recte sunt in inscriptione codicum a. p. et edd. prr. omissa. Nam *Batti* nomen nusquam in hoc carmine significatur falsoque ab antiquis interpretibus ex idyllio quarto, fortasse propter v. 6 et 11, ubi *Milonis* nomen est, videtur huc illatum. Cf. adn. ad v. 7.

De scaena idyllii, quam Haulerus p. 66 in Italia quaerendam putavit, Gebauerus ed. 1861 p. 5 negavit, vere auctor argumenti veteris (p. 67 *cod. k.* Ziegl.) haec scripsit: *ἄδηλον ἐν ᾧ χωρίῳ διάκεινται τὰ πράγματα.*

Strophicas cantilenarum (v. 24—37 et 42—55) rationes simplicissimas pridem perspexit Bindemannus p. 117. Cfr. etiam Godofr. Hermannus *de arte poes. Graec. buc.* p. 6—7.

Imitatores ne huic quidem idyllio defuerunt. De Vergilio vide adn. ad v. 14. 26. 28. 29. 30. 33. 35: de Calpurnio adn. ad v. 30: de Nonno adn. ad v. 26—27: de Eustathio Macr. adn. ad v. 19: de Niceta Eugen. adn. ad v. 30: de Longo adn. ad v. 40: de Synesio adn. ad v. 26.

Editum etiam nuper idyllium est in libro E. Buchholzii, *Anthol. aus d. Lyrikern d. Gr.* vol. II. Lips. 1866 p. 153, ubi praeterea repetita sunt idyllia I. III. V. XI. XV. Ante hunc Burchardus, *anth.* p. 227, edidit et tractavit.

Vossiana huius idyllii interpretatio primum prodiit in l. *Musenalmanach* a. 1780 et in eiusdem carminum collectione (*Gedichte von J. H. Voss*) Hamb. 1785, vol. I. Anglicis versibus homoeotel. vertit Guil. Bowles in *Drydenii misc. p.* Lond. 1716, tom. II p. 226. Gallicis versibus homoeotel. idem carmen Chabanon. p. 122 expressit.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Ἐργατῖναι ἢ Θερισταί· ἄδηλον δὲ ἐν ᾧ χωρίῳ διάκεινται τὰ πράγματα. Μίλων δέ ἐστι καὶ Βάττος, ἐν τῷ θερίζειν ἀλλήλοις προσδιαλεγόμενοι. ἐρᾷ δὲ ὁ Βάττος Βομβύκας αὐλητρίδος, Πολυβώτου τινὸς εἴτε θυγατρὸς εἴτε θεραπαινίδος· καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Μίλων ἐρεθίζει αὐτὸν ὡς βραδέως θερίζοντα. τοῦ δὲ Βάττου τὴν αὑτοῦ δυσθυμίαν εἰπόντος, ὅτι Βομβύκας ἐρῶ καὶ διὰ τοῦτο κάμνω τὴν ψυχήν, ὁ Μίλων προσπαίζων αὐτῷ τὴν φίλην αὐτοῦ μάντιν καλαμαίαν φησίν, ἐπεὶ καὶ μέλαινα καὶ ἀνάκωλος. Βάττος ἐπὶ τούτοις μήτι μεγαλορρημονεῖν ἔφησεν αὐτῷ· τυφλὸν γὰρ οὐ μόνον τὸν Πλοῦτον ἀλλὰ καὶ τὸν ἀκρίτως προϊόντα [Ἔρωτα] ὑπὲρ . . .) ἐρεθισθεὶς δὲ ὁ Βάττος ὑπὸ Μίλωνος εἰς τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ ἀπήγγειλεν ᾠδήν, ἣν ὁ Μίλων διαπαίξας ἑτέραν αὐτὸς ἀναβάλλεται, περιέχουσαν τὰ περὶ τοῦ Λιτυέρσου τοῦ Μίδου υἱοῦ, ὃν Ἡρακλῆς ἀνεῖλε πολλοὺς ἀναιροῦντα ἐν τῷ θερίζειν. παυσάμενος δὲ αὐτὸς τῆς ᾠδῆς ὁ Μίλων, [ἣν] ὡς πρέπουσαν ἐργάταις εἴρηκε, παραινεῖ αὐτῷ λοιπὸν τὸν κατ᾽ αὐτὸν ἔρωτα διηγεῖσθαι κατὰ τὸν ὄρθρον τῇ μητρί.*

*) Ita conformavi verba scholii codicis k. a Zieglero p. 68 editi. Ceterum cf. Ahrens. tom. II p. 21 et p. 457.

I.

ΕΡΓΑΤΙΝΑΙ Η ΘΕΡΙΣΤΑΙ.

ΜΙΛΩΝ.

Ἐργατίνα Βουκαῖε, τί νῦν ᾧζυρὲ πεπόνθεις;
οὔθ᾿ ἑὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ, ὡς τὸ πρὶν ἆγες,

1. De inscriptione idyllii vide arg. p. 319. — *Ἐργ. Βουκαῖε*] Praedicatum *ἐργ.*, in quo h. l. maxima vis est, nomini proprio praemittitur, quemadmodum Archilochus dixit, frgm. 92 (63): *πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐκφράσω λόγον;* Cf. Lucian. D. D. XXII, 1. Theocr. VIII, 9. Scripsi voc. littera maiuscula *Βουκαῖε* pro *βουκαῖε.* Vide schol. cod. k. p. 70 Ziegler. ad v. 38. Nam appellativum voc. *βουκαῖε* coniunctum cum voc. *ἐργατίνα* sententiam efficit ineptam, neque satis defenditur verbis Eustathii et auctoris Etym. M. Hic enim p. 207, 30 scripsit ita: *βουκαῖος. Νίκανδρος* [Ther. 5] *βουκαῖός τ᾿ ἀλέγοι καὶ ὀροιτύπος. καὶ Θεόκριτος. σημαίνει δὲ τὸν ἀροτριαστὴν κτλ.* Eustathii vero ad Iliad. XIII, 824 p. 962, 11 haec verba sunt: *ἄλλοι δὲ βουκάκιε* (pro *βουγάιε,* Iliad. l. l.) *γράφουσιν, ὅ ἐστιν ἄγροικε, παραφέροντες καὶ χρῆσιν βοῦκον καὶ βουκαῖον τὸν ἄγροικον λέγουσαν παρὰ Νικάνδρῳ* [Ther. 5] *ἐν τῷ βουκαῖος ὄρει τύπος* [*sic* pro *ὀροιτύπος*] *καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ δέ.* Idem Eustath. ad Iliad. VI, 522 p. 660, 18: *ἐργάζεσθαι τὸ γεοργικῶς πονεῖσθαι, καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐργάτης καὶ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐργατίνας.* — *νῦν*] Cf. v. 2 *τὸ πρὶν* —. Ahrensium II. *νυν* edidisse miror.

2. *οὔθ᾿ ἑὸν*] *nec strigam* (Colum. II, 19, 2: *die Schwade, the swathe*) *tuam rectam ducere potes,* h. e. non recta linea aristas demetis ac prosternis. Retinendum *οὔθ᾿ ἑὸν*, quod commendavit Casaub. *lectt. Theocr.* p. 263 et post Comm. Heins. Brunck. Warton. Gail. restituerunt Ziegl. Ameis. Ahr. I. e codd. Phill. (Wordsw.) p. s. cet. (Ahr. p. 76). Nam edd. prr. Lov. Steph. Mein. I. II. III. Hart. Pal. al. habent *οὔτε τὸν* cum codd. 9. Q. M., repugnantibus tamen codd. k. et D.[a], ubi *οὐτεὸν* quidem, sed erasa vera littera *θ* et pro hac littera *τ* posita est. Ahr. II. e coni. edidit *οὔτ᾿ ὦν*. Tu cf. id. XVII, 50. XXII, 173. XXIV, 36. Odyss. I, 402. Batr. 23. Apoll. Rhod. II, 634. — *ὄγμον ἄγειν*] Iliad. XI, 67 *ὥς τ᾿ ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν ὄγμον ἐλαύνωσιν.* Iliad. XVIII, 552. 557. — *ὀρθὸν*] Hesiod. *ἔργ.* 443 (441) *ἰθεῖαν αὔλακ᾿ ἐλαύνοι.*

οὔθ' ἅμα λαοτομεῖς τῷ πλατίον, ἀλλ' ἀπολειπῃ
ὥσπερ ὄις ποίμνας, τᾶς τὸν πόδα κάκτος ἔτυψε.
ποῖός τις δειλαῖε καὶ ἐκ μέσω ἅματος ἐσσῇ,
ὃς νῦν ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος οὐκ ἀποτρώγεις;

— δύνᾳ] Eadem forma Soph. Phil. 849 utitur. Cf. Pind. Pyth. III, 80 ἐπίστᾳ. — τὸ πρὶν] Vide adn. ad id I, 15 p. 18. Non produxit Theocritus vocalem articuli τὸ, quam ante adverbium πρὶν ubique longam fecit Homerus, Iliad. VI, 125 (τὸ πρίν, ἀτὰρ—), IX, 403 (τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης) cet. Cfr. *La Roche, stud. Hom.* p. 42.

3. οὔθ' ἅμα] nec *simul, non eodem momento* quo vicinus messor, *falcem tuam admoves segetemque vel culmos desecas.* Haec est simplicior interpretatio quam Buchholzii „warum hältst du nicht mit dem Nebenmann Schritt?" — λαοτομεῖς] Emendavit Bergkius in Mus. Rhen. VI, 1838 p. 30 quod est in codd. (excepto cod. a. — λεοτομῇς —) et edd. prr. Lov. Mein. I. II. Ziegl. Pal. al. λαιοτομεῖς. Cfr. v. 21 λᾶον et Kirchhoff. *Soph. parod. Antig.* p. 16. Bergkii iudicium Ameis. Ahr. I. II. Mein. III. Hart. secuti sunt. — ἀπολείπῃ] *relinqueris*, in metendi certamine *a reliquis messoribus praeteriris.* Xen. Cyr. VIII, 3, 25 Σακῶν ἰδιώτης ἀνὴρ ἀπέλιπε τῷ ἵππῳ τοὺς ἄλλους ἵππους ἐγγὺς τῷ ἡμίσει τοῦ δρόμου. Lectioni ἀπολείπῃ fundamento sunt codd. Burn. k. s. cet. (Ahr. p. 76) et ed. Iunt., quam lectionem cum Brunck. Boiss. I. II. Ahr. II. recepi pro ὑπολείπῃ (codd. rell. edd. Med. Ald. Camer. Lov. Mein. Ahr. I. Hart. Pal.).

4. ποίμνας] De genetivo cf. Odyss. IX, 448. Iliad. XXIII, 522—523. XXIII, 529. — τᾶς] Vide adn. ad id. I, 118 p. 55. Equidem τᾶς edidi cum Mein. I. II. III. Pal. Comm. al. codicem secutus 9., ubi id adscriptum est alteri lectioni ἇς, quam Ziegl. Ameis. Ahr. I. II. Hart. e codd. k. a. cet. (Ahr. p. 76) exhibuerunt. — κάκτος] Haec planta, cuius Sicilia ferax est (Theoph. H. pl. VI, 4, 10), fortasse est illa, quae nunc *cactus Opuntia* vocatur. Cfr. Hogg. in Hookeri *journ. of bot.* vol. I p. 121. Ceterum vide Philetam, adn. ad id. VIII, 33 p. 275. — ἔτυψε] *sauciavit.* Bion. I, 8 λευκὸν μηρὸν ὀδόντι τυπείς. Cf. *laedendi* verbum apud Ovid. Met. I, 508 et Heyn. ad Tibull. IV, 3, 8.

5. δειλαῖε καὶ —] *qualem tandem te, miselle, etiam post meridiem*, graviore solis aestu molestiam laboris augente, *praebebis, quum —?* Quod posui δειλαῖε καὶ, id scriptum in codd. p. C. est lectumque a Divo fuit („qualis quis miser et in medio die eris"): Ziegl. Ahr. I. II. receperunt. — Edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Steph. Heins. Wintert. al. ποῖός τις δείλαν τε καὶ (*meridie*, Steph. al.) cum codd. a. L. al. (Ahr. p. 76) et cod. Cant. Wordsworthii habent, servatum etiam a Pal. et rursus commendatum a Mein. III. p. 274 parum sibi constanti: cf. et Schaefer. ad Soph. Trach. 235. Praeterea δείλαν γε καὶ in ed. Med. est. Denique δείλαν τὺ habent cod. 9. et a manu secunda cod. k., in quo manus prima haud secus atque in cod. D. τυ omissit. Ediderunt δείλαν τὺ Brunck. Valck. II. (in ed. Valck. I. non habetur hoc idyllium) et post hos Gaisf. Mein. I. Boiss. I. II. al. — Hermannus, *opusc.* V p. 88, coniecit δείλαιε [sic] τύ γ', quem Mein. II. et mutato accentu (δειλαῖε) Mein. III p. 55 Ameis. sequuntur. — Hart. ποῖος πρὸς δείλαν τε καὶ e coni. edidit.

6. ἀρχόμενος] *opus metendi inci-*

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

Μίλων ὀψαμᾶτα, πέτρας ἀπόκομμ᾽ ἀτεράμνω,
οὐδαμά τοι συνέβα ποθέσαι τινὰ τῶν ἀπεόντων;

ΜΙΛΩΝ.

οὐδαμά. τίς δὲ πόθος τῶν ἔκτοθεν ἐργάτᾳ ἀνδρί;

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

οὐδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι᾽ ἔρωτα;

ΜΙΛΩΝ.

μηδέ γε συμβαίη· χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι.

piens. Cf. v. 50. Inutilis est coni. Heinsii ab Ahr. II. Hart. Pal. recepta *ἀρχομένω*, scil. *τῶ ἄματος*. Libri nihil variant, excepto cod. M., ubi est *ἀρχόμενοι*. — *τᾶς αὔλ. κτλ.*] *non rodis sulcum,* h. e. culmos non accurate demetis. Genetivus *τᾶς αὔλ.* pertinet ad verbum *ἀποτρώγεις* (cf. Athen. I p. 1, E *μηδενὸς ἀποτρώγειν*), non ad verbum *ἀρχόμενος*, id quod contendit Meinekius p. 480, qui satis mire verbum *ἀποτρώγειν* ex Siculorum pastorum sermone petitum et significare existimat *proficere in opere coepto*. Eberzius p. 254 non perspectis et non accurate relatis his, quae illustrandi verbi causa in proecdosi propter similitudinem quandam scripsi (wir hören *in ähnlicher Weise:* ,,es sieht aus, als ob es die Mäuse *abgefressen* hätten''), interpretatur *taedet te laboris* (,,die Arbeit will dir nicht schmecken'').

7. *Μίλων*] Cavendum ne confusis iisdem nominibus (id. IV, 6. VIII, 47. 51) persona una e diversis idylliis confletur. Placuere talia Haulero p. 66, contra quem disputavit Gebauerus 1861 p. 5. Ante me et huic versui et sequentibus (10. 12 cet.) *Βάττος* inscriptum fuit. Sed vide arg. p. 319. — *πέτρας κτλ.*] Eustath. ad Odyss. XIX, 163 p. 1859, 31: *παραχρησάμενος δ᾽ ἄν τις εὐφυῶς ποτε εἴποι ἂν αὐτὸ* (scil. *ἀπὸ πέτρης*, Odyss. l. l.) *καὶ ἐπὶ ἀγρίου ἤθους — ἢ καὶ δρυὸς εἴτε καὶ πέτρας ἀτεράμνου ἀπόκομμα.*

9. *τίς δὲ —*] quod *vero* sit desiderium? h. e. nullum. Recte igitur *δὲ* positum (cf. id. XV, 89), pro quo *κα* est in cod. Cant. et ed. Med., *γὰρ* in codd. Burn. p. et ,,ut videtur'' in cod. D. nec non in cod. Q. tanquam lectio var. — *τῶν ἔκτοθεν*] *hominum alienorum.* Cf. I. Timoth. 3, 7. Io. Chrysost. de sacerd. p. 46 L. Plat. Tim. p. 17, D: *εἴτε τις τῶν ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἔνδοθεν.* Schillerus noster: die ihr da *draussen* in der Welt die Nasen eingespannt. Masculinum genus propter v. 8 (*ποθέσαι τινὰ τῶν ἀπεόντων*) requiritur. Neutrum esse genus *τῶν ἔκτοθεν* Ameisius (,,quod desiderium sit *rerum alienarum* operario homini?'') aliique putaverunt.

11. *χαλεπὸν κτλ.*] Prudens ego animum meum ab omni huiusmodi cogitatione cohibeo. Hoc sic effert: *molestum est corii gustandi potestatem cani facere.* Falso Hart. ,,'s ist schlimm, wenn der Hund das Gekröse *geschmeckt* hat,'' vel Lec. ,,il est dangereux qu'un chien *goûte d'une peau.*'' Nam activam habet vim voc. *γεῦσαι* sicut Plat. Legg. I p. 634, A coll. Herod. VII, 46 (*ὁ δὲ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα*), Eur. Cycl. 149 (*βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;*). Medium quidem verbum est id. XIV, 51 (Epigr. XXV, 4. Mosch. IV, 12) — alibi

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐγὼ ὦ Μίλων ἔραμαι σχεδὸν ἐνδεκαταῖος.

ΜΙΛΩΝ.

ἐκ πίθω ἀντλεῖς, δῆλον· ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος.

enim non legitur verbum in Theocriteis —, quemadmodum medii tantum verbi formas Homerus habet, sed translata significatione adhibitas, e. gr. Iliad. XXI, 61. Odyss. XVII, 413. Vide Bekker. *menstr. acad. Berol.* 1864 m. Ian. p. 12. *Χόριον* vero hoc loco non *intestina* (id. IX, 19) sed *corium* (cf. Geop. XIX, 2, 17) significat, id quod probatur ipso numero singulari — cf. Fritzsch. ad Ar. Thesm. p. 594 —, quem quidem (*χορίω*) praebent codd. optimi k. p. s. cet. pro *χορίων*, quod ab edd. prr. Call. Lov. al. oblatum pridem damnavit Casaub. *lectt. Theocr.* p. 264 et post Valck. Brunck. recentiores editores recte tenuerunt. Est autem voc. *χόριον* iis adnumerandum vocabulis, quae Italiotarum et Siceliotarum lingua communia habuit cum dialecto Latina, velut *νόμος, νοῦμος, numus, λέπορις*, lepus (Varr. de l. L. V § 101 Mueller.) al.: cf. Ahr. dial. Dor. p. 390 sqq. et adn. ad Theocr. X, 31. X, 35 (*σχῆμα*). Iniuriam igitur Horatio Pal. facit, qui p. 58 Horatium (Sat. II, 5, 83) deceptum verborum similitudine scripsisse putat: ,,ut canis a corio non absterrebitur uncto''. Nam redeunt eodem proverbialia illa: *οὐδὲ κύων παύσαιτ' ἂν ἅπαξ σκυτοτραγεῖν μαθών* (paroemigr. I p. 376 Leutsch.) vel *οὐδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτ' ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα* (Lucian. adv. ind. 25). Voc. *χαλεπόν* compara cum Latino *molestus*, i. e. periculosus, apud Cic. Lael. XXIV, 89, Catull. LI, 13. Theocr. XXV, 67. Denique paroemia *χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι* altero hexametri hemistichio versui paroemiaco ut ovum ovo simili de industria comprehensa est. Cf. proecdosin p. 129, cui adde id. XV, 24. XV, 62. IV, 41. XIV, 70. Meinek. p. 454. Gebauer. 1861 p. 17. p. 5 sq. Vide et Theocr. II, 86. II, 21. Verg. Ecl. VIII, 63 (non omnia possumus omnes), II, 65 (trahit sua quemque voluptas).

12. *ἐνδεκ.*] Vide adn. ad id. II, 157 p. 113—114.

13. *ἐκ πίθω κτλ.*] *tu quidem hauris e dolio*, nimirum id, e dolio quod hauriri solet (Arist. Pac. 703), *vinum meracum, ego vero ne aceti quidem satis habeo.* Significatur idem, quod verbis Plautinis, Mil. III, 2, 23 (836): ,,alii ebrii sunt, alii poscam potitant''. Nostri homines: ,,der Eine hat's in Scheffeln, der Andere isst's mit Löffeln.'' Remotius est illud Seyboldtii (*virid. paroem.* Norimb. 1667) p. 21: ,,alter occidit apros, alter pulpamento fruitur.'' Cf. etiam Cic. Brut. LXXXIII, 288 de *dolio* sibi hauriendum putet. — *δῆλον*] *scilicet* (Plaut. Trin. II, 4, 181 = 581), *videlicet* (Plaut. Stich. IV, 151 = 557). Ante hoc voc. locavi virgulam. Cf. Soph. Ai. 906 edd. Bergk. Dind. Wolff. Diversus est versus 79 idyllii undecimi. Nihil vero mutandum, quamquam in cod. Phill. *δῆλος* est, Brunckius ex Hoelzlini ad Apoll. Rhod. III, 902 coniectura *πηλόν* (,,*vinum*''*!*) edidit, Toupio, *emendatt. in Suid.* II p. 203 ed. Lips., *δηλόν* placuit, quo a Siculis vinum significari statuit. — Pro *ὄξος* edd. Lov. Bas. I. Camer. Salam. Farr. Brub. I. Brunck. *ὄξους* habent, cui parum praesidii in codd. D. M. Cant. Tu cf. e. gr. Iliad. XXII, 340 *ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις χρυσόν τε δέδεξο.*

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

τοιγάρτοι πρὸ θυρᾶν μοι ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα.

ΜΙΛΩΝ.

τίς δέ τυ τᾶν παίδων λυμαίνεται;

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

ἁ Πολυβώτα,

14. *τοιγάρτοι*] Haec arcte cohaerent cum v. 12. Nam neglecto acerbo Milonis dicterio, sic loqui pergit misellus amator: *ideo mihi foris a semente inculta* (proprie *non subacta vel repastinata*) *iacent omnia*, h. e. *hac de causa omnia mihi inexculta et rudia planeque neglecta sunt.* Vim proverbii, cum id. XI, 11 comparandi, explicavi proecd. p. 129—130. Verbis *ἀπὸ σπόρω* translate dictis assimilari potest voc. *οἴκοθεν* (Aesch. Ctesiph. § 59 § 60) vel voc. *ἀρχήν* (Soph. Ant. 92). Necessitudo quaedam inter hunc versum intercedit et Vergil. Ecl. II, 70: semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est. De vocabulo Herodoteo (III, 3 Abicht.) vel Attico (Arist. Acharn. 643 Mein. Aesch. Suppl. 655) *τοιγάρτοι* (nam diversa sunt Homerica, Iliad. X, 413. Odyss. I, 214 al.), quod scripsi cum Ahr. I. II. al., cf. Hartung. *part. Gr.* II p. 354. — Pal. Am. Ziegl. Mein. II. III. *τοιγὰρ τὰ* ediderunt suasu Briggsii *adn.* p. 87 et Hermanni, *opusc.* V p. 88, cui suffragantur quidem codd. p. s. cet. (Ahr. p. 77), sed refragantur codd. k. al. atque edd. prr. — Vocabulum *σπόρος* (Plat. Tim. p. 42, D) non habet Homerus, habent epici posteriores, velut Quint. Sm. IV, 427, Theocr. XVI, 94. XXV, 25: cf. Koechl. praef. Quint. p. LV. Hart. e Theocriteis haec sua fecit: *τοίγαρ τοι πρὸ θυρᾶν κεῖτ᾽ ἄσπορα κἄσκαλα πάντα*, quae et ipsa *ἄσπορα κἄσκαλα* dicenda sunt. Brunckius pro *ἀπὸ σπόρω* ediderat *ἀπὸ σποδῶ* e coni. Reiskii, *animadv.* p. 207 („ante fores omnia mihi sunt *spurca, plena cinerum*, propterea quod amori meo intentus nil curavi domum et aulam purgare"). Denique Gebauer. 1861 p. 8 haec coniectavit: *τοίγαρ τὰ πρὸ θυρᾶν* (scil. neglecta sunt) — *καὶ ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα*: „videri enim Theocritum duo proverbia ita connexuisse, ut alterius tantummodo initium (*τοίγαρ τὰ πρὸ θυρᾶν* —), alterum vero integrum exhiberet."

15. *λυμαίνεται*] *male habet.* Tibull. I, 4, 75 quos male habet multa callidus arte puer. Cf. adn. ad id. I, 78 p. 41. Asclep. in Anth. Pal. V, 164: *νύξ, σὲ γάρ, οὐκ ἄλλην, μαρτύρομαι, οἷά μ᾽ ὑβρίζει Πυθιάς.* Hor. Epod. XIV, 16 me libertina *macerat.* — *ἁ Πολυβώτα*] Polybotae *filia* (non *serva*, Pal. al.). Vide adn. ad id. II, 70 p. 94. Ita pridem accepit Sannazarius, qui Lyconem suum in Galatea ecloga (ecl. II) v. 17 sic fecit loquentem: *at non Praxinoë* (id. XV, 1) *me quondam, non Polybotae filia despexit, non divitis uxor Amyntae, quamvis culta sinu, quamvis foret alba papillis.* Halucinatur schol. p. 317, 12 *ὦ πολυβῶτα* legens, vitiose vero et scurriliter Hart. sic vertit: der *Frau* Polybota (quasi *Πολυβώτας* esset) ihr Mädchen, welches den Schnittern die Flöte bei Herrn Hippokion spielte. Memorabile, quod *Πολυβώτης* Gigas parte *Coi* insulae, Theocriti patriae, a Neptuno dicitur obrutus: cf. Apollod. I, 6, 2. Paus. I, 2, 4. Libenter enim patriae memor Theocritus. Quamquam

ἃ πρᾶν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποτίωνι ποκ' αὖλει.

ΜΙΛΩΝ.

εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν· ἔχεις, πάλαι ὧν ἐπεθύμεις.
μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία.

aptum agricolae nomen *πολυβώτης*: cf. Schol. cod. k. *τινὲς πολυβώτην τὸν πλούσιον*. Ceterum verba *ἁ Πολυβῶτα* interlocutori alteri eodem iure tribuuntur, quo id. V, 66, ubi vide adn., verba *τὺ κάλει νιν* Comatae assignantur. Quare non credendum Aderto, *Théocr.* p. 20 versum totum sic distinctum *τίς δέ τυ τ. π. λυμαίνεται; ἁ Πολυβῶτα*; Miloni tribuenti. Diversa est autem ratio Eur. Hipp. 350—352: *τί φῄς; ἐρᾷς ὦ τέκνον ἀνθρώπων τίνος; — Ἱππόλυτον αὐδᾷς;*

16. *Ἱπποτίωνι*] Ita pro *Ἱπποκίωνι* (codd. k. cet. edd. Iunt. Mein. III. Hart. al.) vel *Ἱπποκόωντι* (cod. Dβ *marg.* edd. Med. Ald. Lov. Mein. I. al.) vel *Ἱπποκύωνι* (Call.) nunc scripsi admonitu Ahrensii ad id. VI, 41, ubi *Ἱπποτίωνι* manifesto legit Phileticus (ille enim „*domino Hippotione*" ibi vertit). Nam ibi quoque *Ἱπποκίωνι* habent codd. v. cet. edd. Iunt. Call., *Ἱπποκόωντι* cod. 9. *sec.* Med. Ald. Camer. Steph. Valck. Mein. I.(Mein. II. III. plane omisit versum) al. Vide etiam schol. p. 317, 18 sqq. De forma nominis *Ἱπποτίων*, quod nomen e. gr. Centauro apud Diod. S. IV, 12 est, cfr. Lobeck. pathol. 1843 p. 390.

17. *εὗρε κτλ.*] „*invenit sontem vindex deus:* illa locustae assimilis tibi iam continget lignea [mallem *torrida*] coniux." Cun. *Then for your sins you will be finely sped,* Each night a grizzle grashopper in bed. Fawk.

18. *μάντις κτλ.*] Quia fusca (cf. v. 26. 27) est puella, quam alter deperit, Milon acerbe sic iocatur: *hem, iam maga vel saga* (cf. id. III, 31 *κοσκινόμαντις*) *illa fusca* — die schwarze Zigeunerin — *noctem ipsam tibi,* quando tecum est, *reddit atram.* Iago, Shaksp. Othell. I, 1: even now, very now, *an old black ram* is tupping your white ewe. Sed simul spectanda vis altera vocabuli *μάντις*, quae indicatur addito vocabulo *καλαμαία* (cf. Lobeck. parall. p. 311), et qua significatur *locusta* illa, quae a Linn. *mantis religiosa* (das wandelnde Blatt, pregue-dieu) vocatur, animal et tenerum et stridore suo notabile, quocum puella et propter maciem et propter artem tibiis stridendi vel canendi (v. 16) comparatur. Verbum *χροΐζω* (*χροΐζεται*), quod modo *χρωΐζω*, modo *χρώζω*, rectius *χρῴζω*, modo *χροιΐζω* scribitur, *colorandi* in universum habet significationem: cf. voc. *χρῶσις* (Philol. in Theol. Arithm. 8 p. 56 ed. Ast.). Apud Aristot. de color. 6 p. 797, b, 28 Bekk. legitur *προιούσης τῆς ἡλικίας μελαίνονται αἱ τρίχες πάλιν χρωζομένοις αὐτοῖς διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιρρεούσης τροφῆς,* sed ibi codd. E. H.[a] habent *χρωιζομένης*, P. X. *χρονιζομένης*. Apud Lucian. Anach. 25: *ὑπέρυθροι ἐς τὸ μελάντερον ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεχρωσμένοι* (vulg. *κεχρωσμένοι*). Aristot. l. l. 5 p. 795, a, 27 *κατὰ μικρὸν χρῴζονται* (*χρώζονται* Bekk.). Sane hic illic pro diversitate coloris rei inditae verbum notam habere potest splendoris (unde Hermannus opusc. V p. 68 *illuminabit tibi noctem mantis „culmaria"* — quamquam id ne Latinum quidem —), velut schol. Iliad. XVI, 538: *ἀνθεῖ νεωστὶ κεχρῳσμένος εἰς λαμπρότητα* coll. Hesych. *χροιζόμενον, λαμπρυνόμενον*, sed *colorandi* vis inest etiam Theophr. H. plant. VII, 9, 2, *κεχρῳσμένον ἀνθινῷ οὐδέν*, et Nicandr. apud Athen. XV,

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

μωκᾶσθαί μ' ἀρχῃ τύ· τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος,
ἀλλὰ καὶ ὠφρόντιστος Ἔρως. μη δὴ μέγα μυθεῦ.

p. 683 D, *κρόκῳ μέσα χρουσθεῖσα*. Hinc *commaculandi* nata notio apud Eur. Phoen. 1625 et Eur. Med. 497, qui versus in lex. Passow. et alibi falso explicantur. Passowium secutus male Buchholzius sic vertit: bei Jemand schlafen, eigentlich Leib an Leib berühren. Ahrensius ed. min. 1856 p. V, *corrumpendi* vim cur verbo subiiciat, non intelligo. Vertit enim *tibi corrumpit noctem.* At dispar est versus, quem in medium affert, Plauti, Men. IV, 2, 31: di illum omnes perdant: ita mihi hunc hodie *corrupit diem.* Sed idem recte in ed. II. e codd. p. 6. M.[5] et ex edd. Ald. Iunt. (*χροίζεται*) Call. Bas. I. Brub. I. (*χροΐζεται*) Steph. Heins. Inn. postliminio reduxit lectionem *χροίζεται ἁ καλαμαία* (*χρωίζεται ἁ καλ.* cod. v.[a]), pro qua *χροΐξεται ἁ καλαμαία* est in codd. Q. cet. (Ahr. p. 77) et in edd. Med. Lov. (Camer. *χροΐζεται* cum lect. var. vitiose sic scripta: *χροΐξεῖαθ'*) Wintert. Reisk. Valck. Mein. I. al. Praeterea *χροϊξεῖται καλαμαία* omisso articulo de sententia Valckenarii, *ep. ad Roever.* p. LXI, Brunck. et, suadente Hermanno l. l., Mein. II. III. Ziegl. Am. Ahr. I. Hart. Pal. ediderunt: nam sane haec lectio var. in schol. p. 318, 8 commemoratur (*χροϊξεῖται*), quacum cfr. etiam cod. k. (*χροϊζεῖται*) et cod. L. (*χροϊζῆται*). Wartono placuit *χροϊξεῖθ' ἁ καλαμαία*.

19. *μωκᾶσθαι*] *ludificari me incipis*, sed cave ne similia mala subito tibi per Amoris iram parentur. Verbum rarum *μωκᾶσθαι*, cui cf. *ἐπιμωκάομαι* (schol. Soph. Oed. R. 970) et *ἐπιμωκεύω* (Lucian. Iup. tr. 16) Ahr. II. Hart. Pal. e cod. L., ubi id prima manu scriptum est pro *μωμᾶσθαι* (cod. L. *corr.* codd. cet. atque edd. prr. Ahr. I. Mein. al.) recte scripserunt, sed minus recte Ahr. II. et Hart. post *τύ* signum interrogandi, Vossianae et Notterianae interpretationis exemplum secuti, esse voluerunt. — *τυφλὸς*] Quemadmodum Homero (Iliad. VI, 139), ita casu quodam Theocrito hoc vocabulum *ἅπαξ εἰρημένον*, et prima quidem eius syllaba Homero longa, Theocrito brevis est sicuti Soph. Oed. R. 389: — *τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός.* — Pro *τυφλὸς* ed. Med. *τυφλὸν* habet: sed nihil mutandum. — *αὐτὸς*] *non solus* —: cf. Hor. Od. IV, 9, 13 non *sola* comptos arsit adulteri crines — Helene. Theocr. V, 85 adn. Theocr. XI, 12. — Neque necessaria neque perspicua est mutatio Hermanni l. l. p. 89, *τυφλὸς δ' εἰ καὐτὸς ὁ Πλοῦτος.* — Theocritum Eustath. Macr. V, 219 imitatur: *Ἔρως δὲ τυφλός, οὐ γὰρ ὁ Πλοῦτος μόνος.*

20. *ὠφρόντιστος*] *socors ac negligens*, qui quem vulneret telis suis *incogitans* prorsus nihil pensi habet. Cf. Xen. Cyrop. I, 6, 42 *μηδέποτε ἀφροντίστως ἔχε* —. Non recte in lexico Passow. h. l. *rasende Liebe*, in lexico Pap. *wahnsinnige Liebe* vertitur. — *μέγα μυθεῦ*] *ne loquere magna magnifice* (Tibull. II, 6, 11). Cfr. Koen. praef. ad Greg. Cor. p. VIII sq. Cum lectione *μηδὲν μέγα μυθεῦ* (codd. rell. edd. prr. Call. Lov. Mein. Hart. Pal. al.) pro qua Ahr. I. II. e codd. k. 9. M. et ed. Iunt. *μὴ δὴ* restituit, conferri possit Soph. Electr. 830 *μηδὲν μέγ' ἀύσῃς*, Tibull. I, 5, 6 libeat *ne* dicere *quidquam magnificum* posthac. Post hunc versum Mein. III. versum idyllii noni 30, Hermanno coniectori nimium confisus, posuit, sed ita scriptum: *μήποι'* (*μήποκ'*, add.

ΜΙΛΩΝ.

οὐ μέγα μυθεῦμαι· τὺ μόνον κατάβαλλε τὸ λᾷον,
καί τι κόρας φιλικὸν μέλος ἀμβάλευ. ἅδιον οὕτως
ἐργαξῇ· καὶ μὰν πρότερόν ποκα μουσικὸς ἦσθα.

ΒΟΥΚΑΙΟΣ.

Μῶσαι Πιερίδες, συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι
παῖδ᾽· ὧν γάρ χ᾽ ἅψησθε θεαί, καλὰ πάντα ποιεῖτε.

p. 480) ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς. Vide adn. ad id. IX, 30.

21. οὐ μέγα μυθ.] His verbis ligatus tanquam catena versus cum superioribus est (μὴ δὴ μέγα μυθεῦ) similiter atque id. V, 44—45 ἕρπε — οὐχ ἑρψῶ, V, 31 et 35. — μόνον] Verg. Ecl. VIII, 78 necte, Amarylli, *modo*. Hor. Sat. II, 3, 276 scrutare *modo*. Verg. Ecl. III, 54 *tantum* reponas. — κατάβαλλε] *segetem metendo humum sterne* (cf. Hor. Od. IV, 14, 31). — λᾷον] Ita correxit, is quem Ameis. Ahr. I. II. Mein. III. Hart. sequuntur, Bergkius (vide adn. ad v. 3). Nam in codd. et edd. prr. Lov. Mein. I. II. Ziegl. Pal. et hic et v. 42 legitur λαῖον. Cf. Pind. Ol. II, 38 Λᾷον (Momms.). Odyss. IX, 212 ᾖα. Theocr. VII, 5 χρῶν. Eustath. ad Iliad. II, 147 p. 193, 34 λήιον καὶ λάιον Δωρικῶς λέγεται. διὸ συνελὼν ὁ Θεόκριτος λαῖον αὐτὸ λέγει, ὥσπερ αὖθις τὰ λήια λῇα ποιεῖ ἡ συναίρεσις, καθὰ τὸ ληίδιον λῄδιον καὶ τὸν ληιστὴν λῃστήν.

24. Πιερίδες] Pieridum nomen Theocritus praeter hunc locum (cf. id. VII, 148 *Νύμφαι Κασταλίδες*) Musis tribuit id. XI, 3, hic quidem adhibito eodem versus initio, quod est Hesiod. scut. 206: Μοῦσαι *Πιερίδες λιγὺ μελπομένης εἰκυῖαι*. Ceterum cfr. Strab. IX, 2, 25 p. 410. Cic. N. D. III, 21, 54. Casui, non Vergilii consilio, tribuo, quod Ecl. VI, 13 (pergite, *Pierides*) et Ecl. VIII, 63 (dicite, *Pierides*: non omnia possumus omnes) voc. *Pierides* ante caesuram, id quod et hic et id. XI, 3 factum videmus, positum est. Lucilium potius (cf. Macrob. VI, 1, 35) quam Theocritum pangens versum Ecl. VIII, 63 ob oculos habuisse videtur Vergilius. Cf. Gebauer. 1861 p. 8. — ῥαδινάν] *gracilem* (Hor. Od. I, 5, 1. Ovid. Met. I, 299) potius Venerem suam appellat quam macilentam (*ἰσχνάν*, v. 27), eodem eam honorans epitheto, quod Veneri deae Sappho tribuit, fragm. 90 Bergk.: *βραδίναν δι᾽ Ἀφροδίταν*. Ceterum cf. id. XI, 45. XVII, 37.

25. παῖδ᾽] Incisio est versus eadem id. XXII, 180 (*τάσδ᾽*), id. XII, 13 (*φῶθ᾽*). Odyss. IX, 210. Iliad. I, 52. Od. V, 409. Iliad. XIX, 248 al. Enn. Ann. 87 Vahl.: exspectant veluti consul quum mittere signum *vult*, omnes cet. Hor. Epist. I, 18, 27 — virtutibus esse priorem *vult*, et ait prope vera. Plura vide apud Schaper. *de duobus primis hexam. Lat. ordinibus* p. 5 sqq. — ποιεῖτε] Ita codd. v. 6. cet. (Ahr. p. 79) et edd. Valck. Mein. I. II. III. Ahr. I. al. Tanquam Doricum (vide interpp. ad Gregor. Cor. p. 75 Schaef. coll. carminis Aeolici, id. XXX, versu 13) Ahr. II. ex edd. prr. Call. Steph. al. et codd. k. Q. *ποεῖτε* atque id. III, 9 et III, 21 *ποησεῖς*, VIII, 18 *ἐπόησα*, VI, 31 *ποεῦντα* edidit. At id. III, 9 codices plerique stabiliunt formam *ποιησεῖς*, etiam cod. k., in quo *ποιησῇς* est, mendose quidem scripta syllaba ultima: ibidem edd. prr. Call.,

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
ἰσχνάν, ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.
καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος,

habent *ποιησεῖς*, excepta editione Iunt., quae cum codd. D. Q. dat *πορσεῖς*. Id. III, 21 pars maxima codicum *ποιησεῖς* habet cum edd. prr., ne Iuntina quidem excepta, soli codd. D. Q. 6. *pr.* *πορσεῖς*, cod. k. *πορσῇς*. Id. VIII, 18 codices k. 8. Q. et editiones prr. *ἐπόησα* pro *ἐποίησα* et id. VI, 31 *ποεῦντα* pro *ποιεῦντα* (cod. 6. *sec.* Q. *pr.* edd. prr.) codices k. a. cet., X, 38 eosdem *ποῶν* tradere non est celandum. Verum tamen et optimi codicis k. inconstantia et comparatio voc. *τοιαῦτα*, cuius id. XIV, 1 prima syllaba correpta, movet me ut, Meinekium, Ameisium, Zieglerum, Ahrensium ipsum ed. I. sequens, *ποιεῖτε* h. l., *ποιησεῖς* cet. a Theocrito scripta esse iudicem. Non aliter Mein. apud Aristophanem, Plut. 14, *ποιεῖν* iambum edidit.

26. **Βομβύκα**] Tibicinae (v. 16. v. 34) apte nomen *Βομβύκα* inditum, quod Lobeckius, *pathol.* 1843 p. 59 a voc. *βόμβυξ* (*βομβυκίας καλάμος*, Theophr. H. pl. IV, 11, 3), uti nomen *Καλύκη* a voc. *κάλυξ*, derivat. — *χαρίεσσα*] Cf. adn. ad id. IV, 38 p. 149. — *Σύραν*] *μέλαιναν* (schol.). Falso Wuestemannus Servium ad Verg. Georg. II, 88 (*Syriisque piris*) vocem *Syriis* explicare scribit *nigris*. Potius *magnis* a Servio scriptum est. Imitatur haec Synesius, epist. 61: *Σύρος τὸ γένος, μέλας τὸ χρῶμα, τὸ πρόσωπον ἰσχνός* (v. 27). Eadem et proxima, v. 28., expressit Verg. Ecl. X, 38 sq.: quid tum, si *fuscus* Amyntas? *et nigrae violae sunt* (*καὶ τὸ ἴον μέλαν*) *et vaccinia nigra*.

26—27. *πάντες — ἐγὼ δὲ*] Hinc originem traxere versus Nonn., Dionys. XXXIV, 116—118: *Χαλκομέδην σε . . καλέουσι, Χαλκομέδην μὲν ἅπαντες, ἐγὼ δέ σε μοῦνος ἐνίψω Χρυσομέδην, ὅτι κάλλος ἔχεις χρυσέης Ἀφροδίτης.*

27. *ἰσχνάν*] „*vegrandi macie torridam*" (Cic. leg. agr. II, 34, 93). Arist. Plut. 561 *ἰσχνοὶ καὶ σφηκώδεις*. — *ἁλιόκ.*] „*perustam solibus*". Cf. adn. ad id. VII, 138 pag. 248. — *ἐγὼ δὲ*] Trochaeum in quarto pede admissum ab interpunctione defendit Mein. p. 264. Cf. id. VIII, 10. — *μελίχλωρον*] *οἷον μελίχρουν ἠρέμα καὶ οὐ μέλαιναν.* Schol. cod. k. Ex hoc scholio explicantur verba schol. p. 321, 7 Ahr., quibus non firmatur lectio scholiastae varia *μελίχροιον*, id quod putat Ahr. p. 78. „Est etiam in fusco grata colore Venus": ita Ovid., Amor. II, 4, 40. Idem Ovidius Art. am. II, 657: „nominibus mollire licet mala. *Fusca* vocetur, nigrior Illyrica cui pice sanguis erit" cet. Plutarch. de discrim. am. et adul. 12: *ὥς που καὶ Πλάτων* (Rep. V p. 474, D) *φησὶ τὸν ἐραστὴν κόλακα τῶν ἐρωμένων ὄντα, τὸν μὲν σιμὸν καλεῖν ἐπίχαριν, τὸν δὲ γρυπὸν βασιλικόν, μέλανας δὲ ἀνδρικούς, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας· τὸ δὲ μελίχρουν ὅλως ἐραστοῦ προσποίημα εἶναι, ὑποκοριζομένου καὶ εὐκόλως φέροντος τὴν ὠχρότητα.* Plut. de aud. poet. 13. Aristaenet. ep. I, 18 p. 86. Stallb. ad Plat. l. l. p. 392. Lucret. IV, 1156 *nigra μελίχροος* est, immunda ac foetida *ἄκοσμος* cet.

28. *τὸ ἴον*] Hiatus est idem id. XXIII, 29. — *μέλαν*] Theophr. H. pl. VI, 6, 3 *τὸ μέλαν ἴον* nominatim commemorat. Cf. etiam vocabula *ἰοδνεφής* (Odyss. IX, 426), *ἰόεις* (Iliad. XXIII, 850) al. De imitatione Vergiliana vide adn. ad v. 26. Fortasse etiam ob-

ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται.
ἁ αἶξ τὰν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,

scura huius versus recordatio peperit versum Aeneid. XI, 69. Claudian. XXXV, 92 sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro induit et dulci *violas ferrugine* pingit. Pind. Ol. VI, 30 *παῖς ἰοβόστρυχος*. — *ἁ γραπτὰ ὑάκινθος*] *hyacinthus* (Iris Germanica) *litteris AI inscripta*. Vide quae dixi procecd. p. 131 coll. Lucian. pro imag. 5. Hinc Vergil. Ecl. III, 106: dic quibus in terris *inscripti* nomina regum nascantur flores. De hiatu versusque exitu cf. adn. ad id. II, 46 p. 88, id. VII, 145 p. 250 et e gr. Apoll. Rhod. III, 1343 *ὑπ' ἀκαμάτῳ ἀροτῆρι*. De genere fem. vocabuli, *ὑάκινθος*, quod mascul. est Iliad. XIV, 348, cf. Euphor. apud schol. Theocr. p. 322, 4 *πορφυρέῃ ὑάκινθε*. Nicandr. Georg. fr. II, 31—32 *ὑακίνθῳ αἰαστῇ προσέοικε*, Theocr. XXV, 21, adn. ad id. I, 133 p. 61, id. X, 30, ubi *τὰν κύτισον*, quod haeret codicibus k. s. cet. (Ahr. p. 78), cum Ahr. II. Hart. pro *τὸν κύτισον* (edd. prr. Ahr. I. Mein. Pal. al.) edidi.

29. *ἀλλ' ἔμπας*] Plane ut Epicharm. apud Athen. VI, 235, E (p. 226 Lorenz). Cf. Pind. Pyth. IV, 86. Aesch. Prom. 187. Iliad. VIII, 33 (*ἀλλ' ἔμπης*). Theocr. XXII, 17. — *ἐν τοῖς στεφ.*] *in coronis* vel nectendis vel a nobis conspectis (si quis nectit coronas vel si nexas cum gaudio contemplamur) *nominantur prima*, h. e. *decus maximum*. Cf. id. VIII, 92 (*πρᾶτος*). Nam verbo *λέγονται* propter superius (v. 26) *καλέοντι dicendi*, *vocandi*, vis subiicienda h. l. est, non vis *legendi* (*ante omnia alia leguntur*), quam Eberz. Lec. al. interpretationibus suis (cf. Ameis. *de art.* p. 20) expresserunt, secuti edd. prr. Call. Lov. Bas. I. Camer. Steph., ubi *ταπρῶτα* vel *τα* [sic] *πρῶτα* (in ed. Ald. *ταπρῶτα*) legitur. Iam in edd. Brub. I. Heins. Wintert. al. *τὰ πρῶτα* correctum est. Vergilius quidem, Ecl. II, 18, ad haec respectans scripsisse dici potest: alba ligustra cadunt, vaccinia nigra *leguntur*. Nisi forte poeta Mantuanus propter verbum *cadendi* contrarium verbum *legendi* posuit. An legebat ille *λέγοντι*? Ita enim in codd. p. cet. (Ahr. p. 78) pro *λέγονται* — male quidem — scriptum et a Boiss. I. II. et Ameis. editum est. Praeterea pro *τοῖς στεφάνοις* in codd. p. D. (*corr.* D[b]) habetur *τῷ στεφάνῳ*, neque tamen hac lectione var. probatur coniectura ab Hermanno opusc. V p. 88 mota et ab Ameisio ex parte recepta: *ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνῳ* [errore typothetae *στεφάνῳ* scriptum est in ed. Ameisii] *τὰ πρῶτα λέγονται* [*λέγοντι*, Ameis.]. Versus enim, cuius numeris Hermannus offensus erat, sic legendus est: *ἀλλ' ἔμπας — ἐν τοῖς στεφάνοις — τὰ π. λ.* Vide adn. ad id. VIII, 5. Postremo ex abundanti addatur coniectura Meinekii, qui in ed. III. *ἐς τὼς στεφάνως τ. π. λέγονται* scripsit. De productione debili *τὰ πρῶτα* cf. adn. ad id. VII, 24 p. 210.

30. *ἁ αἶξ*] Hiatum vides in pede primo similem id. IV, 22 (*τᾷ Ἥρᾳ*), in pede quinto hexametri id. X, 33 (*τᾷ Ἀφροδίτᾳ*), in pede secundo id. XI, 12 *ταὶ ὄιες*. Iliad. I, 162 al. — *τὰν κύτισον*] Hanc plantam bis (h. l. et id. V, 128) Theocritus commemorat, nusquam Bion vel Moschus, nusquam etiam Homerus, aliquoties Vergilius, Georg. II, 431. III, 394. Ecl. X, 30. I, 78. II, 64, ubi (scil. II, 64: „torva leaena lupum *sequitur*, lupus ipse capellam, florentem *cytisum* sequitur lasciva *capella*") Servius p. 109 Lion. haec adscripsit: „Theocriti sunt isti versus". Est autem *κύτισος medicago arborea* Linn., Schnecken-

ἁ γέρανος τὤροτρον, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι.
αἴθε μοι ἦς, ὅσσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι,
χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ,

kleestrauch, non *medicago sativa* (*la luzerne en arbre*) ut putat Fée, *flor. Verg.* p. XLVI. Cfr. Fraas. *flor. class.* p. 63. Voss. ad Verg. Ecl. I, 78. — De lect. var. vide adn. ad v. 28. — διώκει] Cf. id. VI, 17. XI, 75. Imitatur versum Nicet. Eug. V, 220 (ζητεῖ τὸν ἄρνα λύκος, αἶξ χλωρὰν πόαν), fortasse etiam Calpurn. XI, 26 (cerva marem *sequitur*, taurum formosa iuvenca). De producta syllaba ultima voc. κύτισον vide id. VII, 85. Odyss. IX, 369. Ameis. app. ad Odyss. IX, 366.

31. ἁ γέρανος] Optimi quique scriptores genus femin. huius vocabuli usurpare soliti sunt, velut Hom. Iliad. III, 4. Ael. Hist. an. VII, 7. II, 1. III, 14. III, 23. — Babr. 138, 1. Genus mascul. est Aesop. fab. 147. Vide etiam adn. ad id. V, 144 p. 180. — τὤροτρον] ἀρχομένου τοῦ σπόρου αἱ γέρανοι φαίνονται. Schol. Cf. Hesiod. ἔργ. 448 (446). Antip. in Anth. Pal. VII, 172 — ἁρπάκτειραν ἐρύκων σπέρματος, ὑψιπετῆ Βιστονίαν γέρανον. — Tanta est codicum plerorumque consensio ut non audeam recipere lectionem memorabilem, quam cod. L. servavit, τὤρατρον, *aratrum*, cum qua cohaeret mendosa lectio cod. Cant. Wordsworthii τώατρον. Vide adn. ad versum 11. Cod. k. habet τἄροτρον. — ἐπὶ τὶν μεμ.] Cf. Theocr. id. XI, 11. id. II, 48—49. Exemplis ibi adn. p. 88 in medio positis adde Xen. Eph. I, 4 p. 333, 25 Herch. ἐφ' Ἁβροκόμῃ μαίνομαι. Anacr. frg. 3 Bgk. Κλευβούλου μὲν ἔγωγ' ἐρῶ, Κλευβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι.

32—33. αἴθε — κ' ἀνακ.] Vide adn. ad id. XI, 73—74. Versum 32 constitui ad exemplum Toupii, Ahr. I. II. Mein. II. III. al. Nam in codice k. teste Zieglero (Iahn. *annal.* 1866 p. 102) hic versus a manu prima sic est scriptus: αἴθε μοι ἧς ὅσα Κροῖσον ἔχειν πόκα [sic] φαντὶ πεπᾶσθαι, sed a manu secunda: αἴθε μοι ἧς ὅσσα Κροῖσον πόκα [sic] φαντὶ πεπᾶσθαι. Pari modo cod. Q. *pr.* habet ἧς ὅσσα (vide quae infra dicentur). Cum prima quidem manu codicis k. (ἧς ὅσα scil.) consentiunt codd. p. 9. D. M. et ed. Iunt., sed Iuntina simul servavit etiam, eum quem nos damnavimus, infinitivum ἔχειν (αἴθεμοι ἧς ὅσα κροῖσον. ἔχειν πόκα φαντὶ πεπᾶσθαι — sic ut hic exscripsimus), plane ut cod. Phill., si recte intelligo verba Wordsworthii, et ut cod. Q.: quem infinitivum ἔχειν glossae deberi, ex cod. L. apparet, ubi eum manus secunda adscripsit. In edd. Ald. Camer. Lov. Basil. I. est αἴθεμοι [sic] εἴησαν ὅσα κροῖσον φαντὶ πεπᾶσθαι, in edd. Call. Brub. I. Steph. Heins. Mein. I. Wordsw. al. est αἴθε μοι ἦσαν ὅσα Κροῖσόν (κροῖσον Call.) ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι (πεπάσθαι Call. Steph., πεπᾶσθαι Brub. I. Heins. Mein. I.), propius accedentibus codicibus a. s. cet. (Ahr. p. 79), ubi ἦσαν ὅσα, dum ἦσαν ὅσσα a codd. v. Q. *corr.* offertur. Hart. e coni. edidit αἴθε μοι ἧς ὅσα τὸν Κροῖσόν ποκά φαντι πεπᾶσθαι. Valck. II. p. 115 ,,syllaba per caesuram producta'' coniecerat αἴθε μοι εἴησαν Κροῖσον ὅσα φαντὶ πεπᾶσθαι. — Κροῖσον] Ovid. ex Pont. IV, 3, 37 divitis audita est cui non opulentia Croesi?

33. χρύσεοι κτλ.] *aurea utriusque nostrum simulacra Veneri dedicarentur.* Imitatur haec Verg. Ecl. VII, 36 (*aureus* esto) et Ecl. VII, 31 (levi de marmore tota stabis). Luc. Tim. 51 χρυσοῦν

τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον,
σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα. Cic. II. Verr. 4, 60, 135 ex marmore Iacchus. Cic. pro Arch. IX, 22 Ennius in sepulcro Scipionum putatur constitutus esse e marmore. Hor. Od. IV, 1, 20. Hor. Sat. II, 3, 183. Ovid. ex Pont. IV, 1, 31. — ἀνεκείμεθα] *tanquam donaria.* Cf. Boissonad. ad Phil. Her. p. 362. Leo ad Io. Chrysost. de sacerd. 7 p. 51, ubi pariter dativus (τοὺς ἀνακειμένους Θεῷ) atque hic τᾷ Ἀφρ additus est. Plat. Symp. p. 197, E ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος τῷ θεῷ ἀνακείσθω. Aesch. in Timarch. 25 p. 258 ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Σαλαμινίων ἀνάκειται ὁ Σόλων. Pro τᾷ Ἀφροδίτᾳ (codd. et edd. Camer. cet. — nam ed. Call. τᾶ Ἀφροδίτα —) edd. Med. Ald. Iunt. τῇ Ἀφροδίτῃ suppeditant, id quod ego, si codicibus quoque stabiliretur, recepissem.. Cf. v. 46, id. VII, 93. id. II, 134 et proecdos. p. 17.

34. αὐλὼς] Quia Bombyca tibicina est: vide v. 16. — ῥόδον] Cf. adn. ad id. XI, 10. — Non *sertis redimita rosarum* (Casaub.) puella informatur, sed manu altera tibias, altera rosam malumve prae se ferens. Ita apte explicat Lenzius libri supra, p. 198, laudati p. 59 coll. Athen. XII, 79 p. 553, E. — μᾶλον] Athen. l. l. Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς διὰ τί, φησί, μετὰ χεῖρας ἄνθη καὶ μῆλα καὶ τὰ τοιαῦτα φέρομεν; πότερον ὅτι καὶ διὰ τῆς τούτων ἀγαπήσεως ἡ φύσις μηνύει τοὺς τῆς ὥρας ἔχοντας τὴν ἐπιθυμίαν; Vide etiam adn. ad id. V, 88 p. 117. Versum totum sic edendum existimavi ut eum edd. prr. Call. Lov. Steph. Heins. Valck. (Brunck. τύγα) Mein. I. II. Pal. al. scripserunt. Cf. etiam lect. var. ἢ τυ μᾶλλον (cod. a. *sec.*) et ἢ μᾶλον τύγε (cod. 9.). Ahrensius I. II. e cod. k. edidit τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ μᾶλον τύ (μᾶλόν τυ quidem cod. k. habet), quae eadem lectio in codd. p. (μᾶλόν τυ vel μᾶλλον τυ in aliis codd. apud Ahr. p. 79) et in cod. Burn. habetur. Sed durum hunc numerum iudico, non ignorans Iliad. II, 123 vel Hesiod. theog. 244. 356, similia. E coniectura Hermanni, *opusc.* V p. 90, Ziegl. Ameis. Mein. III. τὼς τὺ μὲν αὐλὼς ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε (τύγα Herm.) μᾶλον posuerunt. Idem Hermannus olim ab aliis τὼς αὐλώς κεν ἔχοισθα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγα μᾶλον, σχοῖμι δ' ἐγὼ lectum fuisse suspicatur. Kreuslerus, *observatt.* I p. 13, praefert, quod Meinekius ed. II. p. 174 coniecerat, αὐλὼς μὲν τύγ' ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ γλυκύμαλον. Hart. hiatum intulit versu e coni. sic conformato: τὼς αὐλὼς τὺ ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον. Quod a codice D. vocula καὶ abest, id nihil facit ad diiudicandam rem.

35. σχῆμα] *ego vero ornatus* (ἔχων) *schema nova novisque in ambobus pedibus calceis Amyclaeis.* Vocabulo σχῆμα ex proximis adiectivum καινόν in interpretatione addendum: cf. adn. ad id. VIII, 45. Significat autem σχῆμα h. l. *vestem* seu *schemam* Latinorum veterum (Plaut. Amph. prol. 117 al.). Cfr. Socrates apud Stob. flor. LXXXI, 13, Fritzsch. ad frgm. Demonact. XXII p. 7. Bene glossa codicis 6. explicat στολήν. Redeo igitur cum Vossio et aliis ad interpretationem Casauboni, *lectt. Th.* p. 265, reiectis opinionibus scholiastarum (p. 323, 18) et Hermanni, *opusc.* V p. 90, qui *saltantis ad tibias speciem* seu *gestum* (Ameis. al.) vocabulo σχῆμα putant significari: quibus repugnat et syntaxis superiorum (ἔχοισα τὼς αὐλὼς κτλ.), quae ἔχειν *habendi* vel *gestandi* sensu repetere nos cogit, et syntaxis proximorum (ἀμύκλας), his quandoquidem vesti-

Βομβύκα χαρίεσσ', οἱ μὲν πόδες ἀστράγαλοί τευς
ἁ φωνὰ δὲ τρύχνος· τὸν μὰν τρόπον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

menti genus commemoratur, cui antea vestimenti commemoratio respondere debuit, ne dicam *saltationis* omnino nullam fieri in versu mentionem. Lectio var. codicis p. et schol. (p. 323, 11) σχοῖμι, de qua vide adn. ad v. 34, errori scribarum videtur vel correctori imperito deberi. Wordsworthius coniecit *XHIMA*, h. e. *καὶ εἷμα*, *et pallium*, id quod improbavit Hermannus, *annal. Vind.* 1848 p. 216. — καινὰς] Vividioribus coloribus, sed apte (vide proxima), Vergilius sententia illuminata, Ecl. VII, 32: *puniceo* stabis suras evincta cothurno. Wordsworthius composuit Arist. Av. 973 *τῷ δόμεν ἱμάτιον καθαρὸν καὶ καινὰ πέδιλα.* Deproperavit Hartungius mutationem σχ. δ' ἐγὼ καινὸν καὶ ἐπ' ἀμφ. ἀμ. — ἀμφοτέροισι] Cf. id. XIV, 66. — ἀμύκλας] *calceos*, qui ab Amyclis nomen habuerunt, rubro plerumque colore (Poll. VII, 8) insignes, quasi nunc dicas *παπουτζάκια* Constantinopolitana. Nam homines nobiliores his calceamentis utebantur, teste Polluce l. l. et Hesychio (*ἀμυκλαίδες εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς Λακωνικοῦ*). Comparare licet *Gallicas* apud Cic. II. Phil. 30, 76. Gell. XIII, 22 (21). Ceterum cfr. Lobeck. *de metaph. et meton.* p. 8.

36. Βομβύκα χαρ.] Conformatio strophae extremae redit ad introitum strophae primae, v. 26. Cf. id. IV, 1 et IV, 58: id. II, 159 et II, 3. — ἀστράγαλοι] *pedes tui eleganter formati albique sunt instar eboris* sive *instar talorum eburneorum.* Cf. Cant. Sal. VII, 1 et 4 atque Ovid. Met. IV, 335 *eburnea* colla. Ovid. Amor. III, 7, 7 *eburnea* bracchia. Schol. cod. k. (*λέγω*) διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐμορφίας *τοὺς πόδας σου ὡς ἀστράγαλον γεγλύφθαι. τοῦτο δὲ εἶπε, παρόσον οἱ ἀστράγαλοι ὀρθοί εἰσι καὶ λεπτοὶ καὶ εὔρυθμοι.* Schol. p. 324, 6 Ahr. *οἱ πόδες σου ἀστράγαλοί εἰσιν, οἷον εὔρυθμοι καὶ ὀρθοί, ἢ* λευκοὶ *ὡς οἱ ἀστράγαλοι.* Glossa codd. L. P. λευκότατοι explicat. Schuchius comparavit Homericum *καλλίσφυρος* (Iliad. IX, 557. XIV, 319 al.), Hesiodeum *τανύσφυρος* (theog. 364), Anacreonteum (VI, 7) *χλιδανόσφυρος.* Satis mire Mablinus *astragalum* plantam illam, quae nunc astragalus Baeticus dicitur, interpretatur, et quemadmodum haec „obliqua sit circa radices", ita indicari hic pedes puellae paullulum „obliquatos" existimat.

37. τρύχνος] *vox tua trychnus est*, h. e. *lymphat animum tanquam trychnus*, de qua herba Plin. H. N. XXI, 31, 105 (177) haec scribit: „*trychno*, quam quidam *strychnon* (cf. Theophr. H. pl. VII, 15, 4) scripsere, utinam ne coronarii in Aegypto uterentur. — Drachmae pondere *lusum pudoris gigni* dixerunt Graeci, *species vanas imaginesque conspicuas obversari* demonstrantes, duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere". Schol. cod. k. *τάσσεται ἐπὶ τρυφερότητος.* Nam significatur vocabulo haec planta, quae nunc *physalis somnifera* vocitatur. Cfr. Hogg. in Hooker. *journ. of bot.* I, 132. Eleganter igitur Polwh. sic vertit: Delightful girl, how beauteous are thy feet! And oh, the music of thy voice how sweet! Cf. Iliad. III, 152 *ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.* Kleist. *veris* carmine: lass deines Mundes *Gespräche* mir süsser denn *Rosenduft* sein. Shaksp. *Midsummer-night's Dr.* I, 1: Your eyes are lodestars, and *your tongue's sweet air.* Aliam interpretationem vide procd. p. 132. — Spernenda lectio var. schol. p. 324, 15 sqq. et edd. prr. Call. Lov. Valck. al. *τρύχνα*, pro qua *τρύχνος* a Brunck. Hick.

ΜΙΛΩΝ.

Ἦ καλὰς ἄμμι ποιῶν ἐλελήθη Βοῦκος ἀοιδάς.

Mein. I. II. III. Ahr. I. II. al. scriptum est. — *τρόπον*] *tuum ingenium* (Sall. Cat. V, 1 ibique Fabr. — Liv. IV, 44 ingenium liberius quam virginem decet, Tac. Hist. V, 14), *habitum tuum universum* (Hor. Sat. II, 4, 92 ibique Wuestem. „das ganze *Wesen* und Auftreten"). Bene Banks.: thy manners however I am not able to express. Didot.: ton charme si doux, je ne puis le décrire. Nempe „illam, quidquid agit, quoquo vestigia movit, componit furtim subsequiturque Decor", ut dicit Tibull. IV, 2, 7. Plat. Phaed. p. 58, E *εὐδαίμων μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων*. Phaedr. p. 252, D *τὸν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος*. Prope etiam absunt hae verborum complexiones: Plat. Legg. XII p. 968, D *τρόπων ἤθη καὶ ἔθη*, Legg. VI p. 773, B et Isocr. Dem. § 4 *τὰ τῶν τρόπων ἤθη*. Lucian. Nigr. 26 *τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου*. Plat. Rep. VI p. 509, A *ἔτι μειζόνως τιμητέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν* (das *Wesen* des Guten ist noch höher zu schätzen, Schneider.). *ἀμήχανον κάλλος λέγεις κτλ.* (das giebt eine unbeschreibliche Schönheit. Schneider.). Longe diversa est interpretatio Hermanni, *opusc.* V p. 91, aliorumque „*mores tui qui sint non habeo dicere*", quam interpretationem iam Reiskius, sed ut improbabilem, in medium protulit, *animadv.* p. 208, Wuestemannus vel propter voc. *χαρίεσσα* falsam esse declaravit, eaque propterea mimine potest ferri, quia ita amator suspicioni dat locum esse fortasse Bombycam vile prostibulum, quum *laudes* potius summae puellae h. l. dicendae sint.

38. *ἄμμι*] *profecto* (ἦ, cf. id. XVIII, 21) *pulcros nobis* (cf. id. II, 1 *μοι*) *cantus Bucaeus hic noster clam fecit.* Ita constructa nihil soloeci (id quod Cobet. *Mnem.* X, 1 indicat) habent haec verba, in quibus *ἄμμι* suffultum est codicibus k. s. cet. (Ahr. p. 79) et edd. Med. Ald., unde Briggs. Ziegl. Mein. II. III. Am. Ahr. I. Hart. receperunt, repudiata l. v. *ἄμμε* codd. v. a. *sec.* (*μὲν ἄμμε* cod. M.) et edd. Iunt. Call. [ubi *ἄμμι* legi Ahr. p. 79 non vere retulit], quae transiit in edd. Lov. Camer. Heins. Valck. Mein. I. Pal. al. Ahrensii quoque mutatione *ἀμὲ* (ed. II.) supersedemus. — *ἐλελήθη*] Ita cum Mein. I. II. III. aliisque scribendum neque ob spondeum pedis quarti vel, ut aliis verbis utamur, ob vocabulum ionicum a minori efficiens (cf. Iliad. II, 469. Odyss. IX, 510. XVI, 396) cum Dorvillio ac Wordsworthio *ἐλελήθη ὁ* (id quod Hart. recepit) aut cum Mein. p. 277 *ἐλελήθεε* (cuius coniecturae Meinekium iam p. 480 poenituit) coniectandum. Cf. etiam id. XI, 1. Lectionem *ἐλελήθη* codd. v. 6. tutantur et contra lectionem codicis v. edd. Call. Steph. Heins. Wintert. Reisk. Ziegl. *ἐλελήθει* (*ἐλελήθῃ* edd. Med. Ald. Iunt. Camer. Salam. Farr. Brub. I.) et contra coniecturam Ahr. II. *ἐλελάθη*. — *Βοῦκος*] *ὦ Βουκαῖε* explicat schol. cod. k. Ziegleri p. 70, ubi diserte scriptum est *Βοῦκος, Βουκαῖος, ὄνομα κύριον*. Cf. verba schol. p. 325, 17—18, quae qui scripsit primus, *Βουκαῖος* legerat (*δυνατὸν ταῦτα λέγειν τὸν Βουκαῖον*). Nam idem, qui v. 1 *Βουκαῖε* vocatur, homo significatur. Recte schol. codd. M. Gen. *βοῦκον ὑποκοριστικῶς ἀντὶ τοῦ βουκαῖον*. Habent autem *βοῦκος* codd. k. p. v.[6] D.[5] et Eustathius, cuius adn. ad v. 1 mentionem fecimus. Inepta est lectio var. *βουκόλος* cod. 9, *βῶκος* in edd. prr. Mein. I. II. III. al. — Ahr. I. II. Hart. *βοῦκος* ediderunt. Nomen proprium pro persona secunda (ut pingui Minerva lo-

ὡς εὖ τὰν ἰδέαν τᾶς ἁρμονίας ἐμέτρησεν.
ὤμοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσα.
θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λιτυέρσα.

quar) ponitur item ut Odyss. IX, 369 Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. Hermanni coniecturam μωκός nollem ex huius viri schedis a Mein. p. 276 publicatam.

39. ὡς εὖ κτλ.] *namque* (non *quam*, ut vertunt Cun. Am. al.: cf. id. II, 3) *probe speciem certam harmoniae dimensus est*. ,,Nam belle expressit numeros ipsumque colorem" (Eob. Hess.). Arist. Ran. 381 ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν τὴν καρποφόρον βασίλειαν κελαδεῖτε. Cf. et voc. εἶδος apud Nicom. p. 3 et 4 atque apud Arist. Quint. p. 8 Meib. Falso Edwards. ἰδέαν interpretatur *pulcritudinem*. — ἐμέτρ.] Lucian. Imagg. 14 τῆς ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον διαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει καὶ θέσει διαμεμετρῆσθαι τὸ ᾆσμα.

40. ὤμοι κτλ.] *vaeh mihi, quod stulte* (ἀλιθίως, ut Plat. Theaet. p. 180, D.) *barbam alui*. ,,Ridet his alterum. Quam ego stultus sum, qui non possim tam bella carmina canere" Herm. ap. Mein. p. 277. Barba designat aetatem: cf. id. XIV, 28. Imitari haec videtur Long. II, 3 p. 39 Schaef.: εἰ μὴ μάτην ταύτας τὰς πολιὰς ἔφυσα κτλ. Necessario autem ducibus codicibus k. D. Q. legendum ἀνέφυσα, quod impulsore etiam Hemsterhusio Stroth. Dahl. Schaefer. Fr. Iacobs. Mein. I. II. III. Ahr. I. II. aliique editores recentiores receperunt, non ἀνέφυσας, quod est in cod. v. (ἐνέφυσας codd. s. 16. Y., ἐξέφυσας cod. 9. *corr.*) et in edd. prr. Call. Lov. Steph. Heins. Valck. Gaisf. al., et quod a Wartono sic explicatur: ,,sane bellissima cantas. Anne ad hoc barbam tuam tam diligenter, infelix, aluisti? Si vis bene cantare, cantes, mi homo, qualia solitus est divinus ille Lityerses, qui et ipse messor erat." At huic rationi maxime obstant vs. 22—23.

41. θᾶσαι] *vide iam haec, quae divinus* (cf. id. VII, 89) *Lityerses composuit*, quae ego, qui ipse pangere carmina nequeam, recitabo. — Λιτυέρσα] οὗτος (ὁ Λιτυέρσης) ᾤκει Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, υἱὸς τυγχάνων νόθος τοῦ Μίδου (cf. Athen. X p. 415, B). γεωργὸς δὲ ὢν τοὺς παριόντας τῶν ξένων εὐωχῶν ἠνάγκαζε θερίζειν μετ' αὐτοῦ (cf. Iliad. XVIII, 556—557). εἶτα ἑσπέρας ἀποτέμνων αὐτῶν τὰς κεφαλὰς τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν τοῖς δράγμασι συνειλῶν ᾖδεν. Ἡρακλῆς δὲ ὕστερον τοῦτον ἀποκτείνας ἔρριψεν εἰς τὸν Μαίανδρον ποταμόν. ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν ἐγκωμιάζοντες ὡς ἄριστον θεριστήν. Schol. Cf. etiam Athen. XIV p. 619, A. Welcker, *opusc.* I p. 11 sq. Scripsi cum Ahr. II. Λιτυέρσα pro Λυτιέρσα, quod habent codd. plerique et edd. Med. Ald. (ληττιέρσα ed. Iunt.) Call. Lov. Mein. I. II. III. Am. Ahr. I. al. Nam Λιτυέρσα legitur in codd. k. 9. et hanc scribendi nominis rationem, a Meinekio quoque in ed. Athen. l. l. servatam (cf. et Schweigh. ad Athen. X p. 415, B) firmat maxime ordo litterarum, quo Hesychius (Λιτυέρσας — λιτῶς) vocabula enumerat. Carmen, quod inde a versu 42 recitatur, non tam ex imitatione Lityersae a Sositheo scripti (cf. Hermann. *opusc.* I p. 54), id quod Haulerus p. 52 sq. probabile esse existimat, quam ad modum carminum rusticorum, praeceptis vitae quotidianae adhibitis, a poeta videtur esse compositum. Sed nimium sibi sumpsit Gebauer. 1861 p. 12

Δάματερ πολύκαρπε, πολύσταχυ, τοῦτο τὸ λᾶον
εὔεργόν τ' εἴη καὶ κάρπιμον ὅττι μάλιστα.
σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
εἴπῃ· „σύκινοι ἄνδρες· ἀπώλετο χοὖτος ὁ μισθός."
ἐς Βορέην ἄνεμον τᾶς κόρθυος ἁ τομὰ ὔμμιν
ἢ Ζέφυρον βλεπέτω· πιαίνεται ὁ στάχυς οὕτως.
σῖτον ἀλοιῶντας φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνων·

adn. propter versus 45. 47. 53 cantilenam illam rusticorum *numeris paroemiacis* „*conscriptam*" fuisse existimans. Denique auctor Arethusae et hunc versum (41) et cantilenam sequentem (vs. 42—55) non Miloni, sed eidem, qui superius carmen recitavit, assignat, v. 56—58 solos Miloni tribuit, eamque sententiam p. 251 ed. 1806 confirmare studet rationibus, quae nec mihi nec aliis (Kiessl. p. 279) videntur probabiles.

43. *εὔεργον*] haec seges *commodam se praebeat metentibus* (non *arvum sit bene cultum,* ut vertit e. gr. Kiessl.). Ita recte interpretantur Burch. Am. al. secuti Hermann. *opusc.* V p. 91. Cf. Theophr. H. pl. III, 9, 2 *ξύλα εὔεργα.* Ibid. V, 1, 1 *ποία ὕλη δύσεργος ἢ εὔεργος.* — *ὅττι μάλιστα*] Cf. Homericum *ὅττι τάχιστα* (Odyss. V, 112. VIII, 434. Iliad. XXIII, 414. 403. XV, 146. XXII, 129. — XXIII, 71. IV, 193). Nam non dixit Homerus *ὅτι* (*ὅττι*) *μάλιστα*, id quod est e. gr. Plat. Tim. p. 40, B. Crat. p. 435, A. Parm. p. 135, A. Alcib. I p. 106, A.

44. *ἀμαλλοδέται*] iidem, qui apud Homerum, Iliad. XVIII, 553, *ἀμαλλοδετῆρες* dicuntur.

45. *σύκινοι ἄνδρες*] *παρειμένοι, ἀσθενεῖς . . τοιοῦτον γὰρ τὸ ξύλον τῆς συκῆς* (schol. cod. k.). *ὅθεν καὶ ἡ παροιμία συκίνη ἐπικουρία, ἡ μηδὲν ὠφελοῦσα* (schol. Ahr. p. 327, 8). Cf. interpp. ad Hor. Sat. I, 8, 1. Bergler. ad Alciphr. I, 39 p. 185. Ad contemptum Epicuri significandum Alexander Lucianeus (cap. 47) Epicuri *κυρίας δόξας ἔκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων ὡς δῆθεν αὐτὸν καταφλέγων.* Arist. Av. 1377 *ἀσπαζόμεσθα φιλύρινον Κινησίαν* similiter dictum. Nominativum esse *σύκινοι ἄνδρες*, non vocativum (*ihr* lockeren Bursche, Notter.), quum alii intellexerunt, tum liberius quidem vertens Lec.: „*voilà* des fainéants". Cf. v. 52, adn. ad id. XII, 34 et id. VII, 120.

46. *Βορέην ἀν.*] Odyss. XIV, 299 *ἡ δ' ἔθεεν Βορέῃ ἀνέμῳ.* Ibid. IX, 67 *ἐπῶρσ' ἄνεμον Βορέην Ζεύς.* *Βορέην* formam receptam a Brunck. Ahr. II. Pal. Mein. I. II. III. Ziegl. al. codices omnes excepto cod. *Γ.* (ubi *Βορέαν*, id quod Ameis. Hart. Ahr. I. scripserunt) stabiliunt. — *τᾶς κόρθ. κτλ.*] *ad Boream vel Zephyrum spectet pars inferior* (*τομά*) *culmorum in arcervum congestorum.* Talis enim acervus vocabulo *κόρθυς* significatur. Hesychius: *κόρθυας, τὰ κατ' ὀλίγον δράγματα.*

47. *πιαίνεται κτλ.*] *arista sic pinguescit,* i. e. hoc pacto efficitur ut *plane grandescant* grana eius frumenti, quod ante maturitatem summam, ne excidant grana, desecatur. Vide proecdos. p. 133. Eustath. ad Iliad. VI, 143 p. 630, 29 disserens de accentu Dorico vocabuli *οὕτως* affert hemistichium, non nominato tamen auctore: *Δωριεῖς γὰρ κατὰ τὸ καλῶς, σοφῶς, δυνατῶς φασὶ καὶ οὑτῶς οἷον πιαίνεται ὁ στάχυς οὑτῶς.*

48. *σῖτον κτλ.*] *frumentum triturantes*

ἐκ καλάμας ἄχυρον τελέθει τημόσδε μάλιστα.
ἄρχεσθ᾽ ἀμώοντας ἐγειρομένω κορυδαλλῶ,

fugite (Hor. Od. II, 4, 222. I, 9, 13) *meridiano tempore dormire*. Ita Herodotus dicit, II, 91, Ἑλληνικοῖσι νομαίοισι φεύγουσι χρᾶσθαι. Idem IV, 76 ξεινικοῖσι νομαίοισι χρᾶσθαι φεύγουσι. Plat. Rep. X, p. 620, B. Plat. Apol. p. 26, A. — Accusativum ἀλοιῶντας propter praeceptum generale (neque enim praesentes messores messor alloquitur, id quod existimat Wuestem. p. 163) aeque ut v. 50 ἀμώοντας necessarium e codd. k. cet. (Ahr. p. 80) cum Ahr. I. II. Mein. I. II. III. al. scripsi pro nominativo ἀλοιῶντες, qui est in codd. L. cet. et in edd. Ald. Iunt. (ἁλοιῶντες ed. Med.). Heins. Wuestem. al. Cf. e. gr. Hesiod. ἔργ. 391 γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. Ameis. *adn.* p. 66. — Infinitivus φεύγειν praesidiis firmatur codd. k. cet. et edd. prr. Mein. III. Ahr. II. Pal. al. Reiicienda igitur coniectura Valckenarii et Brunckii φεύγεν (vel φεῦγεν) ex horum editionibus in edd. Briggs. Mein. I. II. Ahr. I. Wuestem. Burch. al. propagata. Male etiam codd. s. *pr.* L. φεύγει scriptum habent. — τὸ μεσαμβρ.] Cf. adn. ad I, 15 pag. 18. — ὑπνῶν] Hanc Doricam infinitivi formam e coniectura Ahrensii I. II. cum Hart. recepi pro ὕπνος (codd. a. cet., quod in proecdosi p. 133 defendere studui) vel ὕπνον (codd. rell. edd. prr. Mein. I. II. III. Pal. al.). Versum totum sic scribi iussit Hermannus, *opusc.* V p. 91: σῖτον ἀλοιῶντας φεύγοι τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνος. Hermanno Ziegl. et Ameis. obsecuti sunt videturque etiam obsequi voluisse Mein. III., qui quasi ita ediderit scribit in adnotationibus p. 277, sed aliter revera edidit p. 57. Similes errores notandi sunt editionis Mein. p. 277, ubi versuum 50 (Mein. 51) et 53 (54 Mein.) initia aliter scripta sunt atque id p. 57 factum est. Versus 48—49 temere Hartungius, commotus verbis Meinekii p. 480, post versum 51 collocavit. Quin etiam Edwardius sic transponere p. 342 voluit versus: 50—51. 46—47. 44—45. 48—49.

49. ἐκ καλ. κτλ.] *e culmo frumenti tunc maxime fit acus* (ἄχυρον, Cat. R. R. LIV, 2) vel *palea*. Ἐπιτηδειότατος ὁ μεσημβρινὸς καιρὸς πρὸς τὸ ἀλοᾶν. φλέγοντος γὰρ τοῦ ἡλίου τηνικαῦτα τὴν καλάμην τοῦ σίτου τὸ ἄχυρον συμβαίνει λεπτότερον γίνεσθαι. Schol. Cf. Didot. p. 452. Constructio verborum τελέθει ἐκ (h. e. *quum antea fuerit* — vel, ut Ducas explanat, τηνικαῦτα ἡ κάλαμος εἰς ἄχυρον ἐκτρίβοιτ᾽ ἂν μάλιστα) eadem est Pind. Nem. IX, 44: ἐκ πόνων, οἳ σὺν νεότατι γένωνται σύν τε δίκᾳ, τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα. — τημόσδε] *tunc temporis*, idem valet atque Homericum τῆμος, quod etiam Odyss. VII, 318 *La Roche* edidit, usurpaturque a poetis Alexandrinis, Apoll. Rh. II, 957. Callim. Iov. 21 al. Retinui τημόσδε cum Ahr. II. Mein. II. Pal., pro quo e coni. Brunckii ταμόσδε Valck. Gaisf. Ameis. Mein. I. III. Ahr. I. Hart. alii recentiores scripserunt. Nam ante Brunckium τημόσδε in edd. prr. cet. usque ad Reiskium edebatur, scriptum illud quidem in edd. Med. Ald. τῆμος δὲ sicuti in codd. a. p. aliis (Ahr. p. 80), τημός δε in ed. Iunt., τῖμος δὲ in ed. Lov., τημόσδε in edd. Call. Camer. al.

50. ἄρχεσθ᾽ ἀμώοντας] Accusativum, non nominativum (ἀμῶντες enim nominativus in codd. L. M. exstat editusque — scilicet ἄρχεσθαι δ᾽ ἀμῶντες — a Wuest. est), scribendum esse supra, adn. ad v. 48, diximus. Elisio diphthongi, de qua Zieglerus propter hanc causam, quod infinitivis diphthongum αι detrahere non sit Theocriti, du-

καὶ λήγειν εὕδοντος, ἐλινῦσαι δὲ τὸ καῦμα.
εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω παῖδες βίος· οὐ μελεδαίνει
τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα· πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ.

bitat, exemplo munitur Hesiodeo, ἔργ. 384: ἄρχεσθ᾽ ἀμητοῦ. Itaque cum Mein. II. III. Am. coniecturam Hermanni, *opusc.* V p. 91, ἄρχεσθ᾽ ἀμώοντας, cui ex parte favet cod. 6., in quo ἄρχεσθ᾽ ἀμῶντας legitur (ἄρχεσθε ἀμῶντας cod. a. *man. prim.*), posui pro lectione edd. Med. Ald. codd. a. *corr.* L. cet. (Ahr. p. 80) ἄρχεσθαι ἀμῶντας, a Boiss. I. II. repetita. Aliis (velut Valck. Mein. I. Ahr. I. II. Ziegl. Hart. Pal.) ἄρχεσθαι δ᾽ ἀμῶντας placuit, quod legitur in codd. k. p. v. et edd. Iunt. [non satis accurate Ahrensius ,,*vulg.*'' scripsit] Call. Lov. Bas. I. Camer. Brub. I. Steph. Heins. Hermanni emendatio tanquam lectio varia habetur in cod. Burn., siquidem recte Wordsworthii verba intelligo. E coniectura ediderat Brunckius ἄρχεσθ᾽ ἀμῶντας ἅμ᾽ ἐγειρομένῳ κορυδαλλῷ: ac sane dativi ἐγειρομένῳ κορυδαλλῷ sunt in cod 6., certe κορυδαλῷ in codd. D. M. (κορυδαλῶ cod. v. et p.¹).— Ahrens. p. 80 malit ἀμῶντας δ᾽ ἄρχεσθαι. De prosodia verbi ἀμάω vide adn. ad id. XI, 73.

51. ἐλινῦσαι] Ita e codd. k. cet. (Ahr. p. 80) cum Brunck. Boiss. I. II. Mein. II. III. Ahr. I. II. al. scribendum pro ἐλιννῦσαι, quod est in edd. prr. Valck. Mein. I. al. Vide Naek. *opusc.* II p. 262. Boeckh. ad Pind. Nem. V, 2. — τὸ καῦμα] *aestus per medios* (Verg. Georg. III, 331). Cf. adn. ad id. VII, 86 p. 230.

52. παῖδες] *enfants,* que le sort de la grenouille est digne d'envie! Gail. Ὦ γεωργοί, explicat schol. cod. k. Nam sodales suos cantor familiariter et cum quadam auctoritatis et experientiae suae affectatione alloquitur. Cf. id. XIII, 52. Soph. Oed. R. 58. Ev. Ioann. 2, 18. Hor. Sat. II, 1, 60 al.

53. τὸν] dum parce nobis illiberaliterque a villico (v. 54) potus promitur. De verbi μελεδαίνω constructione vide adn. ad id. IX, 12. — τὸ πιεῖν] *eum, qui dat bibere* (Plaut. Pers. V, 2, 40. Liv. XL, 47) vel, ut utar sermone antiquae simplicitatis, *qui dat biber* (Charis. 1 p. 99. P.). Cf. Klotz. Lex. s. v. *bibere.* Substantivi loco infinitivus positus est (*sein Trinken, son boire,* ut Galli interdum). Cf. Plat. Rep. IV p. 439, B: οὐκοῦν εἴ ποτέ τι ἀνθέλκοι αὐτὴν διψῶσαν, ἕτερον ἄν τι εἴη αὐτοῦ τοῦ διψῶντος καὶ ἄγοντος ὥσπερ θηρίον ἐπὶ τὸ πιεῖν; Anthol. Pal. XII, 34, 4 (εἷς ἔφερεν τὸ φαγεῖν, εἷς δὲ πιεῖν ἐδίδου), ubi Mein. p. 277 cum Schaefero εἷς ἔφερέν τι φαγεῖν scribere sine iusta causa vult. Similiter Graeci nunc dicunt τὸ πιοτί. Sane scripsit Xen. Cyrop. IV, 5, 1 ὄψον μὴ πέμπετε μηδὲ πιεῖν coll. § 4., Longus III, 8 p. 78 Sch. ἐκέλευον τῇ Χλόῃ πιεῖν ἐγχέαι, Herodotus IV, 172 ἐκ τῆς χειρὸς διδοῖ πιεῖν, Sophocles apud Athen. X p. 433, E οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν (ita Mein., sed ἢ ᾽μπιεῖν Dind. frgm. Soph. 702) διδούς. Ev. Ioann. IV, 7 δός μοι πιεῖν. Nullius vero momenti haec res est, quod in cod. Q. τὸν omittitur, neque ea probatur Hermanni, *opusc.* V p. 91, coniectura, τὸν πιέειν ἐγχεῦντα, quae infusa est editioni Mein. III p. 57. Mendosa est scriptura cod. L. πιῆν, cod. Phill. ποιεῖν. Denique ἐγχεῦντα cum Steph. Heins. Wintert. Valck. Ahr. I. II. Mein. I. II. III. al. e cod. Y. scripsi pro ἐκχεῦντα, quod est in codd. k. cet. et in edd. Med. Ald. Iunt. Call. Lov. Camer. Bas. I. Brub. I.

κάλλιον ὦ 'πιμελητὰ φιλάργυρε τὸν φακὸν ἕψειν·
μή τι τάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον.
Ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδειν,
τὸν δὲ τεὸν Βουκαῖε πρέπει λιμηρὸν ἔρωτα

aliisque ante Steph. — ἄφθονον] how happy is the fortune of a frog! *He wants no moisture* in his watery bog. Fawk.

54. κάλλιον κτλ.] *melius, o villice avare, coque lentim.* Ita acerbe avarus carpitur villicus, qui, ne multum cibi comedatur, lentim non satis mitigatam, sed duram offert operis. De numero singulari voc. φακός vide adn. ad id. VII, 66 p. 223. Non aliter Cat. R. R. 35 : *lentim* serito —. Sales loci pereunt interpretatione Toupii sensum hunc esse iudicantis: ,,*quin tu potius id agis* (κάλλιον) *ut lentes coquantur et ventri bene consulatur*''. Contra Toupium iam Kiessl. p. 298 disputavit. Nihilo secius Hermannus, *opusc.* V p. 91: ,,nihil hoc versu de lentibus parce datis continetur'', inquit, ,,sed hoc dicit: *age, avare villice, coque lentes.* Avaritiam prodere fingitur villicus eo, quod *sero* praebet: parce ne praebeat, sequente versu monetur''. Haec argutius quam verius (nam *sero* dari cibum ne verbo quidem proditur) dicta ne aliis quidem, velut Eberzio, Paleyo cet. probabilia visa. Vocalem mediam comparativi κάλλιον, quae tragicis longa est (Soph. Oed. R. 55 al.), brevem habet Theocritus more epico (Odyss. XVII, 583 al.) et hic et id. XVII, 116.

55. μή τι τ.] *cave ne laedas manum serra cyminum diffindens* (καταπρίων, non *dividens*, ut in lexic. Passow. et Pap. h. l. explicatur). Scripsi μή τι τάμῃς (cf. id. III, 5 p. 122) fidens codicibus k. D. *corr.* Q. (idem voluerunt scribae codd. p. D. *pr.*, ubi μή τοι τ.) pro μή 'πιτάμῃς, quod Mein. I. II. III. Ziegl. Ahr. I. II. Pal. Hart. al. cum Steph. ceterisque superioribus (μὴ πιτάμῃς Ald., μὴ 'πιτάμῃς Iunt. Call., μὴ πιτάμῃς Bas. I. Camer. Brub. I.) ediderunt. — καταπρ. τὸ κύμ.] ,,Cyminum secare lepide avari et sordidi hominis negotium dicitur: locutio in proverbium abiit. Κυμινοπρίστης dicit Alexis comicus apud Athen. VIII p. 365, C. Cfr. Posidippus apud eundem VIII p. 377, A. Antoninum imperatorem, quod maxima diligentia in minutas res inquisiverit, a nonnullis hoc nomine insignitum esse, auctor est Dio Cassius LXX, 3, ubi Reimarus ex serioribus scriptoribus plurima attulit.'' Wuestem. Cf. imprimis Aristot. E. N. IV, 1, 39 p. 1121, b, 27 Bekker. Pro καταπρίων in cod. B. *corr.* et apud Stob. floril. XVI, 9 est διαπρίων, sed καταπρίων non minus recte hic quam Herod. VII, 36 dicitur. Cf. etiam Nic. Alex. 283.

57. λιμηρὸν] *famelicum tuum amorem, deine schwindsüchtige Liebe, thy beggarly, wretched love.* Quemadmodum proprie dicitur a Maneth. II, 456 λιμηρὴ πενίη, ita translate voc. et hic usurpatur et Alciphr. I, 9, 1: λιμηρὰν φέρει τὴν παραμυθίαν, ubi iusto citius Mein. coniecturam suam λυμηρὰν (λυπρὰν Cob.) recepit. Cf. id. XI, 69. Contra Wuestemannum λιμηρὸν ἔρωτα amorem hominis, qui quum inops sit, de talibus nugis cogitet, dici putantem disputavit Ameis. *adn.* p. 66, ut mirer Meinekium tamen p. 277 explicare eum amorem, qui segniter opus agenti nihil ferat mercedis. Sententiae repugnat λυμηρὸν, quod fortasse propter v. 15 Ahr. II. e codd. D. M. Burn. et ed. Call. recepit. Editiones Med. Ald. Bas. I. Camer. Sal. Farr. Brub. I. cum cod. Cant. Wordsworthi

μυθίσδεν τᾷ ματρὶ κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ.

λοιμηρὸν offerunt, *λιμηρὸν* Steph. Heins. Ahr. I. al. scripserunt.

58. *μυθίσδεν*] Cf. Arist. Lysistr. 94: *μύσιδδέ τοι*. Ibid. 981. 1076. Superiores scriptores (Doricam l. l. dialectum Aristophanes affectat) *μυθέομαι* dixerunt vel *μυθεύω*: *μυθίζω* invenio apud Pseudotheocr. XX, 11. Nonn. Ev. Io. XIII, 65. Anth. Pal. XII, 181, medium Orph. Arg. 192. Stob. flor. LXXXV, 19. tom. III p. 146, 6 Mein. — *ὀρθρευοίσᾳ*] *matutino tempore*, quo alii homines foris ad res gerendas strenue utuntur, *in lectulo fruenti*. Medium verbum habetur Eur. Troad. 182 Nauck. (*ὀρθρεύου σὰν ψυχάν*), Eur. Suppl. 978 (*γόοισιν ὀρθρευομένα*). Exitum idyllii amicus quidam meus sermone Megalopolitanorum sic expressit: „Szüh, ditt Leid is för Lüh'r, dei sick affmarracht in'ne Sünn'glaut: Du hengegen, mien Jung, dien olle verdrög'te Veleiwtheit (dien Szniere'gesellenveleiwtheit) Klāōn du dien Mutting vör, wenn's szmorgens in' Bett noch *herrümnäölt*".

XI.

ARGUMENTUM.

Si verum est, quod Iulius Caesar apud Ciceronem (de Or. II, 58) dicit, locum et quasi regionem ridiculi turpitudine et deformitate quadam contineri maximeque rideri ea, quae notent et designent turpitudinem aliquam non turpiter, recte supra (arg. id. VI p. 182) contendimus Polyphemi, vasti illius atque foedi Cyclopis, fabulam potuisse largam veteribus ad iocandum praebere materiam. Quemadmodum igitur argumentum idyllii sexti in amore Polyphemi formosam Galateam depereuntis vertitur, ita idyllio undecimo eiusdem Polyphemi amantis sensus ac mores agrestes risui cultiorum ingeniorum lepidissime exponuntur hoc pacto. Alloquitur Theocritus *Niciam* medicum, amicum carissimum (vide adn. ad v. 2), et ipsum tunc temporis Amoris telis vulneratum (vide adn. ad v. 72 et ὑπόθεσιν p. 344), nullum confirmans haberi praesentius amoris remedium quam cantum cultumque Musarum, Niciae ipsi eximie faventium (v. 6). Hoc adeo inhumanum magni Olympi contemptorem *Polyphemum* expertum esse: hunc enim amoris erga Galateam impotentia tantum non furentem (v. 11) consedisse in rupe prospectum in mare, Galateae domicilium, praebente ibique hoc carmen cecinisse, quod cum Nicia vs. 19—79 communicatur. Quo quidem carmine Polyphemus Galateam ob pulcritudinem insignem collaudatam (v. 20 sqq.) primum interrogat cur fugiat amatorem fidelissimum iam diu (v. 25—29) ipsi deditum. Tum suppliciter Nereïdi insinuans concedit videri se sane deformem (v. 30), sed habere se commendationem quum ab abundantia pecorum (v. 34) et cibi (v. 36), tum ab insigni arte musica (v. 38). Promittit etiam omnibus suis fortunis se Galateam, ubi venerit, cumulaturum (vs. 42 sqq.): docet hanc in antro suo amoenissimo bellissime se habituram (v. 44), posse etiam illam corpus Cyclopis, si forte hirsutius videatur, incensis lignis quernis laevigare (v. 50). Nunc, quum ipse non habeat naturam piscium Galateamque in ponto visere nequeat (v. 54), confirmat, ubi primum data occasio fuerit, natandi se artem velle discere, ut tandem intelligat cur tantopere Galateam mare profundum allectet (vs. 60—62). Postremo instanter eam, ut relictis undis ad se in terram veniat, orat vitaque pastoricia secum delectetur (v. 63—66). Tandem, incusata imprimis matre Thoosa, quod haec Galateae conciliandae periculum nunquam fecerit (vs. 67—71), resipiscit et, quanta dementia laboret, intelligens (v. 72) ab insano suo amore ad haec, ,,quorum indigeat usus'', se

ipse revocat, spem fovens fore ut alia, et pulcrior fortasse, puella sibi contingat (v. 76). Atque hac spe Theocritus *Niciam* quoque amantem extremo carmine consolari videtur et erigere.

Scripsisse hoc carmen Theocritum aut in Sicilia versantem aut certe se Siciliae incolam profitentem v. 7 (*παρ᾽ ἁμῖν*) declarat. Quo vividius autem mores agrestes inculti ac silvestris Polyphemi describeret, dialectum quoque, qua Polyphemum loquentem fecit, temperavit formis horridius quiddam et subrusticum sonantibus (vide imprimis adn. ad v. 33 et 39 coll. Wuestem. p. 168): eademque de causa cola cantilenae non ad amussim (ut id. I. II. III. X.) sibi respondere, sed numeris ferri voluit liberioribus ac „lege solutis". Vere enim Th. Bergkius, *Philol.* XIV, 1859, p. 182 haec scripsit: „es giebt Rücksichten, die nicht selten den Dichter bestimmen, das Gleichgewicht der einzelnen Theile *nur annähernd* herzustellen und auf *vollständige Responsion* zu verzichten." Aliter quidem sentiunt Ahrensius p. 83, Hermannus, *de arte poes. buc.* p. 11, Gebauerus 1861 p. 82, et ipsi vehementer inter se dissidentes. Ahrensius versu 49 transposito versibusque 20 et 59 eiectis has stropharum formas excogitavit:

vss. 19. 21. 22. 23. 24.	vss. 42. 43. 44. 49.	vss. 63. 64. 65. 66.
25. 26. 27. 28. 29.	45. 46. 47. 48.	67. 68. 69. 70. 71.
30. 31. 32. 33.	50. 51. 52. 53.	72. 73. 74. 75. 76.
34. 35. 36. 37.	54. 55. 56. 57.	77. 78. 79.
38. 39. 40. 41.	58. 60. 61. 62.	

Hanc distributionem versuum turbare sententiarum ordinem temereque versus esse expulsos Eberzius p. 260—261 intellexit his etiam usus verbis: „wenn in irgend einer Stelle, so tritt hier die Schwäche der strophischen Vertheilung deutlich hervor." Hermannus, non accurate sententiarum tenore examinato, stropharum ordinem inde a versu 19 hac numerorum conformatione comprehendi putat:

3. 3. 3. 2. | 4. 4. 4. 2. | 6. 4. 6. | 3. 2. 2. 3. 2. | 3. 2. 3.

Gebauerus per carmen totum has numerorum rationes regnare existimat:

prood. epod.

4.2.3.2.5.2.||| 3.3.|| 3+2. 4.2+2.4. 2+6. 2+2. 6+2.2. +2. 3+2.| 3.1.1.3. 2.

Quae distributio versuum et sententiarum in universum quidem cum re ac veritate congruit, sed cavendum ne haec, quae casus tulit, consilio meditato poetae tribuamus neve viri puerilia tractare dicamur. Contra Greverum, ed. Oldenb. 1850 p. 88 versus sic transponentem: 19. 20. 21. 25. 26. 27. 28. 29. 22. 23. 24, disputavit Kayserus, *ephem. doct. Monac.* 1850 nr. 56 p. 451.

Mirum in modum veteres hoc carmine multo lepore et festivitate condito delectatos esse ex imitationibus variis colligitur. Tangit idem Callimachus, epigr. XLVI Mein.

Ὡς ἀγαθὰν Πολύφαμος ἀνεύρετο τὰν ἐπαοιδάν
τὠραμένῳ· ναὶ γᾶν οὐκ ἀμαθὴς ὁ Κύκλωψ.
αἱ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα κατισχναίνοντι Φίλιππε.
ἦ πανακὲς πάντων φάρμακον ἁ σοφία.

Spectat eodem Bion, de quo vide adn. ad v. 1. v. 15. v. 16: spectat eodem fortasse Moschus, de quo vide adn. ad v. 17. De Nonno vide adn. ad v. 15.

v. 54. v. 38: de Colutho adn. ad v. 12: de Niceta Eug. v. 1. 17. 19. 36. 49. 50: de Luciano adn. ad v. 19. 50. 41. 81: de Philostrato adn. ad v. 12. 18. 19. 33. 35. 41. 50 coll. Friedrichs. in Iahnii *annal.* 1864 *suppl.* V, 1 p. 145 sqq. Praeterea de Longo vide adn. ad v. 1., de Himerio adn. ad v. 19. Romanorum quidem imitatorum agmen ducit Vergilius, de quo vide adn. ad v. 12. 14. 19. 31. 34. 35. 42—43. 72. 73. 76. 81. Magis etiam memorabilis est ratio, qua Theocritea Ovidius adumbravit, maxime Metam. XIII, 780 sqq.: vide adn. ad v. 18. 19. 24. 29. 12. 33. 34. 35. 40. 41. 42 – 43. 44. 9. 1. Huic adde Calpurnium, de quo vide adn. ad v. 19. 34. 36. 46. 66. 73. De Horatio vide adn. ad v. 41: de Propertio adn. ad v. 5. De Catullo quid sentiamus adn. ad v. 53 dicemus. E poetarum nostrorum numero aemuli imprimis commemorandi sunt Sal. Gesnerus et Io. Henr. Vossius, quorum posterior ecloga, quae *das Ständchen* inscribitur, alter initio cantus secundi idyllii *der erste Schiffer* cum Theocrito contendit.

Ad interpretationes quod attinet, vertit hoc carmen Ramlerus pedestri usus oratione in l. *Einl. in d. schönen Wissensch.* (ed. V, 1802 vol. I p. 384) et in Briegeri libro arg. id. VIII p. 259 nominato. Item pedestri usus oratione Koehlerus, *not.* p. 77. Versibus expressit homoeotel. Carol. Frid. Hindenburgius in l. *deutsches Museum*, 1779, *Stück* I p. 46. Vertit etiam Chr. Stolbergius in l. *Ged. aus d. Griech.* Hamb. 1782, p. 164. Praeterea habentur hi libelli. *Die eilfte Idylle des Theokrit übersetzt* [von L. W. H. Tübner]. Braunschw. 1785, 8. *Der Cyclop, von* G. W. C. Starke in carminibus huius viri, Bernb. 1788, 8. *Theokrits eilfte Idylle* in Io. Chr. Iahnii libro „*Rhetorisch-poetisch-prakt. Anthologie*", Hildburgh. 1792, p. 281. E. Christoph. Bindemannus non solum vertit in libro omnia idyllia Theocr. complectente (Berol. 1793 p. 122), sed etiam in l. *Berliner Archiv der Zeit u. ihres Geschmackes,* 1796 mens. Decbr. Accedunt haec scripta. *Der Kyklop, Theokrits XI. Idylle, metrisch ins Deutsche übertragen u. erkl.* von F. W. Weissgerber in eph. *teutsches Museum, herausg. von E. Münch.* Freiburg. 1824. vol. I s. II p. 225. *Theokrits eilftes Idyll,* als Probe einer Verdeutschung seiner sämmtlichen Idyllen — von E. Kaercher. Karlsruhe 1845, 8. Sunt denique translationes Seumii in l. *Spaziergang nach Syracus,* ed. 1805, I p. 178, Lobeckii in Leutschii *Philol.* vol. XXII, 1 (1865) p. 361. De Hartungio vide arg. id. VI p. 183.

Anglicis versibus redditum idyllium est in Drydenii l. *misc. poems,* Lond. 1716, tom. I p. 92, repetitum in l. *poems by the Earl of Roscomon,* Lond. 1717, p. 351. Idem Anglicum fecit Franc. Hoyland. in l. *poems and translat.* Lond. 1763, 4. Itala est translatio Pompei, de qua vide arg. id. III p. 119—120. Gallicis versibus expressit hoc carmen Chabanon. ed. 1777 p. 98.

Receptum est hoc carmen in *anthologias* Fr. Iacobsii (*griech. Blumenlese* ed. IV, 1833 p. 169), Bachii p. 157, Stollii p. 169, Buchholzii II p. 137. Praeter Iac. Tollium, de quo vide adn. ad v. 30, commemoretur disputatio Hindenburgii l. l. 1779 *Stück* II p. 150 „*Prüfung einiger Einwürfe gegen den theokrit. Cyclopen*", et Io. Chr. Iahni specimen comparationis id. XI. Theocr. cum Ecloga II. Virgilii. Culmbach. 1781, 4.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ὑπόκειται ὁ Κύκλωψ παρηγορῶν ἑαυτοῦ τὸν ἐπὶ Γαλατείᾳ ἔρωτα δι᾽ ᾠδῆς, προσδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, ὃς συμφοιτητὴς γέγονεν Ἐρασιστράτου, ἰατροῦ ὄντος καὶ αὐτοῦ. μέμνηται δὲ τοῦ Νικίου καὶ ἀλλαχοῦ [XIII, 2] ὁ Θεόκριτος.

ΑΛΛΩΣ.

Ὑπόθεσις τοῦ ᾄσματος. ὑπόκειται Πολύφημος ὁ Κύκλωψ ἐρῶν τῆς Γαλατείας καὶ ποιμαίνων τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ ἔρωτα δι᾽ ᾠδῆς. προσδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ Μιλησίῳ τὸ γένος, οὗ καὶ ποιημάτιον φέρεται ἀντιγεγραμμένον πρὸς Θεοκρίτου Κύκλωπα, οὗ ἡ ἀρχή·

ἦν ἄρ᾽ *) ἀληθὲς τοῦτο Θεόκριτε· οἱ γαρ Ἔρωτες
πολλοὺς ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

[ἐπιγέγραπται δὲ Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια.] γέγονε δὲ κατ᾽ ἐπίγραμμά τι συμφοιτητὴς Ἐρασιστράτου ἰατροῦ Μιλησίου, ὥς φησὶ Διονύσιος ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ ἰατρῶν ἀναγραφῇ.

---

*) Recte Wuestem. p. 166 premendam in versibus Niciae vim particulae ἄρα iudicat, qua semet ipsum remedii vim usu expertum esse Nicias significat. Ceterum cfr. Plutarch. Symp. 1, 5 πῶς εἴρηται τὸ „μουσικὴν δ᾽ ἄρα Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τοπρίν" ἐζητεῖτο —, ὅπου καὶ τὸν Κύκλωπα Μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαι τὸν ἔρωτα λέγει Φιλόξενος.

ΙΑ.

ΚΥΚΛΩΨ.

Οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο
Νικία οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον,

1. πὸτ τὸν] Duo vocabula cum Ahr. II. al. esse volui πὸτ τὸν, non vocabulum unum (Ahr. I. Mein. I. II. III. al.), haud secus atque πὸτ τὰν Epigr. XVII, 9, πὸτ τῶ id. IV, 50. V, 74. XV, 70. Formas easdem habemus e. gr. in inscr. Thebana, de qua vide Keil. Iahnii *annal.* 1864, suppl. IV. p. 536. — πεφύκει] Magnam vim in pede quarto versus hex. habet spondeus, quem faciunt duae ultimae syllabae vocabuli, quod totum constat bachio. Cf. id. VIII, 32. XI, 62. XII, 24. XIII, 59. XV, 26. XV, 23. XVII, 36. XVII, 45. XXII, 161. Eadem est ratio Iliad. XI, 119 (κραταιοῦ), Odyss. XI, 230. Odyss. XV, 25 (ἀρίστη), IX, 69 al. Callim. in Del. 226 (ἀμύνειν). Cf. adn. ad id. I, 130. — φάρμακον] Spectavit ad haec Callimachus, de quo vide arg. p. 342. Eadem imitatur Bion XIV, 2—3: *μολπὰν ταὶ Μοῖσαί μοι ἀεὶ ποθέοντι διδοῖεν, τὰν γλυκερὰν μολπάν, τᾶς φάρμακον ἅδιον οὐδέν.* Tractos hinc versus esse Ovidii, Heroid. V, 149 et Metam. I, 523, non contendo. At Theocriteam sententiam suum in usum convertit Long. Past. II, 7 p. 41 Sch.: *ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον, ὅτι μὴ φίλημα καὶ περιβολὴ καὶ συγκατακλινῆναι γυμνοῖς σώμασι.* Nic. Eug. IV, 379 *ἔρωτος οὐδὲν ἄλλο φάρμακον ξένον* [ita corrigendum], *ᾠδὴ δέ τις καὶ Μοῦσα παῦλα τῶν πόνων.* Notus etiam versus ille est: ,,omnes humanos sanat medicina dolores, solus Amor morbi non habet artificem.''

2. Νικία] Nomine affatur Theocritus eundem, quem id. XIII, 2. Fuit autem hic Nicias Milesius (cf. id. XXVIII, 21), oriundus fortasse ex Coa familia (cf. Anth. Pal. IX, 81), medicus insignis (id. XXVIII, 20 coll. Fabric. bibl. Gr. IV. p. 485 Harl. Sprengel. hist. med. I p. 570. Fr. Iacobs. animadv. in Anth. Gr. vol. III p. 923), quocum Alexandriae versatum esse Theocritum veri simillimum est (cf. arg. Gr. id. XI. Iac. Matter. hist. schol. Alex. I p. 116), et cuius familiaritatem maximam testatur id. XXVIII coll. epigr. VII. De vocabulis iisdem et in Niciae epigrammatis et in Theocr. idyllio septimo repertis cf. adn. ad id. VII, 103.

ἢ ταὶ Πιερίδες· κοῦφον δέ τι τοῦτο καὶ ἁδύ
γίνετ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώποις, εὑρεῖν δ᾽ οὐ ῥάδιόν ἐστι.
γινώσκειν δ᾽ οἶμαί τυ καλῶς ἰατρὸν ἐόντα

Vide et Anth. Pal. VII, 200. Anth. Plan. 188. — ἔγχριστον] Eurip. Hipp. 506 *πότερα δὲ χριστὸν ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον*; Aesch. Prom. 472 *εἴ τις ἐς νόσον πέσοι, οὐκ ἦν ἀλέξημ᾽ οὐδέν, οὔτε βρώσιμον, οὐ χριστὸν οὔτε πιστόν* —. Blomf. ad h. l. (v. 488). — οὐδ᾽ ἐπίπαστον] Lobeckius, Philol. XXII, 1 p. 361, ita vertit: „gegen die Liebe ist uns kein heilend Mittel gewachsen, weder in Salbe, so scheint es mir, noch auch in *Pulver*, als der Gesang." Vere ille quidem, sed invenuste. Iliad. XI, 515 *ἐπί τ᾽ ἤπια φάρμακα πάσσειν.* Supersedemus coniectura Ahrensii, p. 81, *οὐδέ τι πιστόν*, lectis, ad quae ille provocat, scholiis, ubi *πιστόν* quidem *φάρμακον* commemoratur (p. 333, 1), sed *ἐπίπαστον* propter hunc nostrum locum aperte ponitur (p. 332, 25 coll. 333, 3). Nihil lectio var. codd. s. L. *pr.* Y. Ahrensio affert firmamenti, ubi est *ἐπίπιστον*, et cod. 4., ubi est *ἐπίτιστον*. Quod cod. D. habet *ἐπίπλαστον*, huic cf. Theoph. Simoc. Epist. IV p. 74 *ἢ ἐγκεράσας ἢ ἐπιχρίσας ἢ ἐπιπλάσας τῷ νοσήματι ἀντιπαλαμήσομαι.*

3. Πιερίδες] Cf. adn. ad id. X, 24. Niciae responsum servatum est in arg. Gr. Vide p. 344. Aliter sane Prop. I, 7, 20: „nec tibi subiiciet carmina serus Amor." Cf. et Anth. Pal. VII, 407, 1 sqq. — κοῦφον] *lene* (Hor. Od. III, 21, 13) ideoque *leniens* (Prop. IV, 21, 32 lenibunt tacito vulnera nostra sinu). Hor. Od. I, 32, 15 barbitum vocat *laborum dulce lenimen.* Cf. Theocr. XVII, 51. XXIII, 9. Pind. Pyth. III, 6 Aesculapius audit *τέκτων νωδυνίας ἅμερος.*

4. ἐπ᾽ ἀνθρώποις] *inter homines*, in vita hominum. Ita recte pridem Vins., nostra memoria dativum cum praepositione *ἐπὶ* coniunctum Kayserus in *ephem. Monac.* 1850 p. 451 (56) et Mein. II. defenderunt. Odyss. XIII, 60 *τά τ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώποισι πέλονται*, apud Platonem autem legitur, Euthydem. p. 278, A: *ταὐτὸ ὄνομα ἐπ᾽ ἀνθρώποις ἐναντίως ἔχουσι κείμενον.* Cf. Symp. p. 186, A. Quint. Smyrn. I, 418. Homerica artificiosius explicat H. Weber, *Philol.* XVI p. 713, mire vero Hecker. *de Anth.* 1852 p. 152 („quae humana sunt"). Falso Wuestemannus, quem Pal. et Mabl. sequuntur, voc. *ἐπὶ* enarrat „*in potestate hominum est*", non recte ille usus id. XV, 72. Firmant autem dativum codd. k. 6. Y. et edd. prr. Call. Lov. cet., servantque eundem Mein. I. II. III. Ahr. I. al. Ahrensius II. e coni., iam Philol. VII p. 410 commendata, edidit *ἐπ᾽ ἀνθρώπως.* Sed non satis est praesidii in codd. a. p. cet. (Ahr. p. 81), ubi est *ἐπ᾽ ἀνθρώπους*, id quod Greverus p. 86 praetulerat. — εὑρεῖν] Attende ad vim aoristi eodem modo positi atque e. gr. Isocr. Enc. Hel. § 11 p. 233 Bekk. *ἣν οὐθ᾽ εὑρεῖν οὔτε μαθεῖν οὔτε μιμήσασθαι δύσκολόν ἐστι.*

5. γινώσκειν] Intelligere te *rem*, sentire te, vere hoc a me contendi, existimo. Non additur verbo *γινώσκειν* accusativus obiecti, quemadmodum idem fit e. gr. Plat. Phaedr. p. 60, A (*γινώσκεις γάρ*), vel Aristoph. Ran. 195 (*μανθάνεις, — πάνυ μανθάνω*) coll. Ran. 65. Non apte Lobeckius l. l. „*doch ich meine, du kennest* ihn *wohl*", scil. cantum (v. 3). — ἰατρὸν ἐόντα] Vis participii fere est eadem, quae Latini voc. *praesertim* apud Propert. I, 2, 27: quum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet Aoniamque libens Calliopea

καὶ ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα Μοίσαις.
Οὕτω γοῦν ῥᾷστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν,
ὡρχαῖος Πολύφαμος, ὅκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας,
ἄρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα τὼς κροτάφως τε.
ἤρατο δ' οὐ μάλοις οὐδὲ ῥόδῳ οὐδὲ κικίννοις,

lyram. Qui versus nescio an non de hoc Theocriti versu formati sint.

6. ἐννέα] Cf. Theocr. epigr. X, 1. — δὴ] *manifesto*. — Hoc in laudem poetae satis noti dicitur. Cf. Plat. Prot. p. 359, C. Tim. p. 27, C. adn. ad id. I, 19 p. 19. — πεφιλ.] Odyss. VIII, 63 τὸν (ἀοιδόν) περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. Pind. Pyth. I, 13 ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε Ζεύς, ἀτύζονται βοὰν Πιερίδων ἀίοντα.

7. Οὕτω] scil. μουσίσδων, ut dicitur v. 81. — γοῦν] *certe* (Hor. Sat. I, 9, 67) *igitur*. — Sic qui loquitur, probare facto certo vult quod antea in universum dixerat. Cf. Thucyd. I, 2, 5 ibique Classen. Thuc. I, 144, 4. Lucian. Phal. 3 al. Non probo quod e coni. Ahr. I. II. scripsit γῶν pro γοῦν (codd. Steph. al.) vel γ' οὖν (edd. Ald. Iunt. Call.), praesertim quum voc. γοῦν sit ἅπαξ λεγόμενον in carminibus Theocriti. — ῥᾴστα διᾶγ'] facillime, commodissime vixit. Cf. versum huius idyllii extremum et e. gr. Xen. Mem. II, 1, 9: τοὺς βουλομένους ᾗ ῥᾷστά τε καὶ ἥδιστα βιοτεύειν. Ter. Ad. III, 4, 56 = 501 quam vos facillume agitis. Plaut. Curc. V, 2, 6. Plaut. Epid. II, 2, 59. — παρ' ἁμῖν] qui olim apud (cf. id. V, 65) nos, in hac nostra terra, versabatur. Recte schol. τὸ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς Σικελίας φέρει καθὸ καὶ Συρακούσιός ἐστιν. Schol. Cic. Cat. mai. XVI, 55 villa eius non longe abest a me. Non recte Eob. Hessus sic vertit: „commodius potuit *nobiscum* vivere Cyclops".

8. ὡρχαῖος] *antiquus ille*. Hoc non in laudem h. l. dicitur (quemadmodum *antiquus*, Cic. Rosc. Am. IX, 20, coll. voc. ἀρχαῖος apud Lucian. Iup. trag. 21. Pind. Ol. XI, 40), sed cum leni quadam festivitate, qualis etiam Eur. Cycl. 435 (τὸν ἀρχαῖον φίλον Διόνυσον ἀνάλαβε) adspersa est, „*our ancient friend*", antiquus ille noster, qui saepe nobis iocandi materiam praebuit. Contra serio est scriptum ἀρχαῖος ἑταῖρος Xen. Mem. II, 8, 1. Homerus non utitur hoc voc., Theocritus praeter h. l. id. XXVI, 11. — τᾶς Γαλατείας] Vide adn. ad id. II, 70 p. 94 extr.

9. ἄρτι γενειάσδ.] Ovid. Met. XIII, 754 signarat dubia teneras lanugine malas. Anth. Pal. XII, 12 ἄρτι γενειάζων ὁ καλὸς καὶ στερρὸς ἐρασταῖς παιδὸς ἐρᾷ Λάδων. Xen. Cyrop. IV, 6, 5 ἄρτι γενειάσκοντα τὸν ἄριστον παῖδα.

10. ἤρατο δ' οὐ μάλ.] *amorem suum exercebat* (Tac. Ann. XIV, 20) non pomis Galateae offerendis (id. III, 10) cet. Ita recte Wartonus, male schol. explicat εἰς ἔρωτα ἐκινήθη (p. 333, 21), deterius μᾶλα alius schol. mamillas Galateae putat significare (p. 334, 4 μήλων ἐπὶ τῆς ὄψεως, ubi continuo ῥόδον ad obscaena Galateae refertur: cf. Duebner. ad schol.: nam falso Hartungius „*colorem roseum*" interpretatur). Nihil huc pertinet id. XXVII, 49. — οὐδὲ] De syllaba brevi ante liquidam ῥ et hic et v. 45 et XXV, 10 et XV, 128 in quarti pedis arsi producta cf. e. gr. Iliad. I, 437. Iliad. II, 773. Iliad. VIII, 250. Vide et Odyss. XIII, 438. XVII, 198. Iliad. XXIV, 755. VII, 474. Theocr. XXII, 118. Soph. Oed. R. 847. Ar. Plut. 51. Eur. Suppl. 94 al. Itaque οὐδὲ retinendum, quod habent codd. k. p. v. D. Q.,

ἀλλ' ὀρθαῖς μανίαις, ἁγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα.

et pro quo in cod. M. *οὔτε*, in edd. prr. *οὔτι* legitur. Correctori debetur *οὐδ' αὖ*, quod habent codd. s. 6. a. L. cet. (Ahr. p. 82) et quod, videlicet scripto *οὐδ' αὖ ῥόδῳ*, Wordsworthio ad h. l. placuit. Hartungii mutatio *οὔτε — οὔτε* spernenda. — *ῥόδῳ*] Signum amoris et h. l. et id. X, 34 rosa est, flos Veneri maxime et Amoribus sacratus: cf. Bion. I, 66. Auson. id. XIII, 18. Anacr. 5 (42). Interprett. ad Lucian. Tox. 13. Commemorat florem, cuius nusquam nisi in voc. compositis Homerus (at auctor hymn. in Cerer. 6) mentionem facit, Theocritus id. X, 34. V, 93. Vide et id. XX, 16. XXIII, 28. XXVII, 9. Epigr. I, 1. Mosch. III, 5. Mosch. II, 36. II, 71. Bion. I, 11. Itaque non temere id. VII, 63 *ῥοδόεντα στέφανον* ab amatore peti videmus. Ceterum singularis numerus *ῥόδῳ* recte a Ziegl. e codd. receptus est pro plurali *ῥόδοις* (codd. k. p. cet. edd. prr. al.). Neque enim offendit singularis ille numerus, *ῥόδῳ*, inter plurales positus (qui quidem offenderat Ahrens. *emend.* p. 10), ubi meminimus e gr. Theogn. 537 vel Callim. in Cer. 28, *ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν*, de quo loco vide Mein. Call. p. 221 coll. Theocr. VIII, 45 et Mein. ad Theocr. p. 267. Eodem modo Verg. Cop. 7 legitur: „sunt obbae, calices, cyathi, *rosa, tibia*, chordae“. Ovidius autem, Met. VIII, 630, scripsit: „domus — stipulis et canna tecta palustri“. Ovid. Fast. II, 465: „populus et cannae silvarum summa tenebant.“ Met. I, 98—99. Met. XV, 326. Met. III, 155. Met. VIII, 336. Accedit hoc quod et Graecum voc. *ῥόδον* et Latinum *rosa* saepe collectiva vi ponitur, e. gr. Eustath. Macr. III, 1 p. 179 Herch. *ἐστεφανωμένη ῥόδῳ τὴν κεφαλήν* (Arist. quidem, Eqq. 966, *ἐστεφανωμένος ῥόδοις*). Cic. Tusc. III, 18, 43 sertis redimiri iubes et *rosa*. Cic. Fin. II, 20, 65 *in rosa* potare. Ovid. Fast. V, 336 et latet iniecta splendida mensa *rosa*. Transpositis vocabulis habent edd. prr. Wordsw. al. *οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις*, cod. M. *οὔτε ῥόδοις οὐ μάλοις*. Mutatio ab Ahrens. *emend.* p. 10 proposita, *οὐ μάλοις, οὐδὲ ῥόδεσ'*, vel propter elisionem displicet (Ziegler. p. 67). Nec locum habet coniectura Hermanni ex huius schedis a Mein. p. 278 divulgata *οὐδ' αὖ ῥοδόεσσι κικίννοις*. Vide quae infra dicentur. — *κικίννοις*] *non misit vel donavit Galateae cincinnos suos*, qui mos est amantium. Vide Apulei. Met. III p. 137 et quae ante hos centum annos bene exposuit Reiskius in ephem. *Hamburg. Magaz.* XVIII p. 592. Sunt autem *κίκιννοι* Latinorum *cincinni* capillorum (cf. Theocr. XIV, 4. Meleag. Anth. Pal. V, 197 *ναὶ μὰ τὸν εὐπλόκαμον — κίκιννον*), neque vero *corollae*, ut Hermannus interpretatus esse videtur. Spurce schol. p. 334, 13 explicat *ταῖς ὑπογαστρίαις θριξί*. Denique adiecta vocabula *μάλοις* et *ῥόδῳ* prohibent quominus de *crispandis* cincinnis Polyphemi haec cum Briggsio accipiamus. Nam aliena ab h. l. talia sunt, quale est Plaut. Truc. II, 2, 32 „— fictos, compositos, crispos cincinnos tuos unguentatos“. Pro *κικίννοις* (id quod legitur in codd. a. p. cet. editumque est a Comm. Valck. II. Ahr. I. II. Mein. I. II. III. al., dum *κικκίνοις* est in cod. k., *κικίνοις* in codd. Y. M. 6. *corr.* et edd. prr. Call. Steph. Valck. I. al.) Heinsius *lectt. Th.* p. 354 coniecerat *σελίνοις*, probatum quidem a Valck. II., sed iam refutatum a Palmerio, *exercitt.* p. 803.

11. *ὀρθαῖς μ.*] *recta*, h. e. vera insania. Aelian. H. an. XI, 32 *ἔκφρων γενόμενος εἴς τε ὀρθὴν μανίαν καὶ ὡς τὰ μάλιστα ἰσχυρὰν ἐκφοιτᾷ*. Eurip. Troad. 989 *τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν*

πολλάκι ταὶ ὄιες ποτὶ τωὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
χλωρᾶς ἐκ βοτάνας· ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων
αὐτεῖ ἐπ' ἀιόνος κατετάκετο φυκιοέσσας

Ἀφροδίτη βροτοῖς, καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. Aesch. Sept. Theb. 405. Fritzsch. de Arist. Thesm. sec. p. 19. Non satis dilucide Mein. dicit „amoris furorem nullis ambagibus utentem". Nam diversum est, quod e. gr. Aesch., Eum. 294, dicit: *τίθησιν ὀρθὸν πόδα*, *recta incedit*. Scripsi autem *ὀρθαῖς* cum Mein. II. III. Ahr. I. II. al. e codd. k. D. *marg.* et ed. Iunt. pro *ὀλοαῖς* (Mein. I. Boiss. I. II. edd. prr. Call. Lov. al. cod. D. L.), hac etiam ductus ratione, quod id legit schol. p. 334, 22. Alioqui non scripsisset ille *τεταμέναις, ἰσχυραῖς, τουτέστι γεννικαῖς ἐπεμάνη αὐτῇ μανίαις*. Perspexit rem Adertus, *schol.* p. 37. — *ἁγεῖτο π. πάρεργα*] prae amore suo alia omnia (gregis curam, cf. v. 12 et v. 73—74) aliena vel pro nihilo *ducebat*. Eleganter Zamagna: „— cura haec fuit una, at cetera ludus." Cf. quae id. XIII, 67 traduntur de Hercule. Lobeckius l. l.: „und nicht liebt er mit Rosen, mit Aepfelchen oder mit Locken, nein mit heftigem Wahnsinn, *und alles vergass er darüber*." Ceterum et voc. *πάρεργον* a poesi epica vetere alienum esse (quo utitur e. gr. Eur. El. 63), neque verbum *ἡγεῖσθαι* hoc, quem hic videmus, translato significatu ab Homero adhiberi (qualis est e. gr. Plat. Tim. p. 19, E. Arist. Eqq. 32), verbo monuisse satis est.

12. *πολλάκι*] Attende ad vim vocabuli hic et v. 40 in principio versus positi. Vide adn. ad id. II, 156 p. 113. Apoll. Rhod. III, 188. III, 685. Iliad. I, 396. III, 232. X, 121. Verg. Ecl. I, 55. 8. 16. Tibull. I, 5, 37. I, 5, 39 al. Simulacrum Theocriteorum versuum videtur Coluth. Rapt. Hel. 110: *πολλάκι δ' οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν ἀείδων καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων.* — *ταὶ ὄιες*] Fuit, qui ad hiatum evitandum coniiceret *ταί γ' ὄιες*. At vide adn. ad id. X, 30. — *αὐταὶ*] *ἀντὶ τοῦ μόναι. Ὅμηρος* (Iliad. VIII, 99) *Τυδείδης αὐτὸς πονέων* (Bekkerus nunc *αὐτός περ ἐών* edidit). Schol. Cf. adn. ad id. V, 85. Stephan. *imitt. Nas.* p. 124 contulit Ovid. Met. XIII, 781: „lanigerae pecudes *nullo ducente* secutae". Similis est versus Verg. Georg. III, 316: „atque *ipsae* memores redeunt in tecta —". De imitatione Verg., Ecl. IV, 21 („*ipsae* lacte domum referent distenta capellae ubera"), vide Gebauer. 1861 p. 233. Cf. et Anth. Pal. VII, 173: *αὐτόμαται δειλαὶ ποτὶ ταὔλιον αἱ βόες ἦλθον ἐξ ὄρεος*. Philostr. sen., imagg. II, 18, *ᾄδει*, inquit, *Πολύφημος, οὐδ' ὅπου αὐτῷ τὰ πρόβατα νέμεται εἰδώς, οὐδ' ὁπόσα ἐστίν.*

13. *χλωρᾶς*] De adiectivo a poeta quasi rem pingente in principio versus posito vide proecdosin p. 135—136 et praeterea Theocr. XXV, 131. Eurip. Hipp. 17 *χλωρὰν ἀν' ὕλην παρθένῳ συνὼν ἀεί.* Eur. Bacch. 38 *χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις* —. Soph. Oed. Col. 673 *χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις*. Cic. Legg. I, 5 in *viridi* opacaque ripa obambulantes. Odyss. III, 408. XII, 75. Iliad. IV, 77. IV, 282. Verg. Georg. II, 291.

14. *αὐτεῖ*] „*illic* algoso tabens in littore sedit." Hoc adverbio locus, ubi deses Polyphemus fingitur, clare designatur, ita additis verbis *ἐπ' ἀιόνος* —, quemadmodum Homerus dicit, Odyss. XVIII, 266, Iliad. II, 237 vel Iliad. XVIII, 330, *αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ*, adverbio *αὐτοῦ* pariter in principio versus posito.

ἐξ ἀοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος

Cf. et Odyss. XXII, 96. Iliad. XVI, 649. Bekker. *menstr. acad.* Berol. 1861 (Iun.) p. 586. Iliad. III, 244. Lucian. Prom. 8 αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ. Theocr. XXV, 257. Adscivi autem αὐτεῖ, coniecturam Heinsii, *lectt. Theocr.* p. 355, scriptam etiam ab Ahr. II., pro αὐτός, quod habent codd. D. *pr.* M. Q. et receperunt Boiss. I. II. Ameis., probaverunt etiam Dahl. et Fr. Iacobs. Ac Vergilius quidem in libro suo legisse videtur αὐτός, qui Georg. IV, 465 scripsit — „te solo in littore secum, te veniente die, te decedente canebat". Nihil vero probat Verg. Ecl. II, 4—5 („solus — studio iactabat inani"), quamquam id putat Gebauer. 1861 p. 143. In edd. prr. Call. Lov. Mein. I. II. III. Pal. al. est αὐτῶ ἐπ' ἀ., quod codd. v. Q. tanquam lectionem var. offerunt. Hoc verum visum est Ribbeckio, Verg. tom. I p. 266. Non posse tamen αὐτῶ ferri, nisi pro ἐπ' scripseris ἀπ', exposuit Ahrensius dial. Dor. p. 375, qui hoc ipsum in ed. I. recepit. Voluit ille αὐτῶ ἀπ' — coniungere cum verbo ἀείδων, comparans Iliad. XIX, 76—77 (μετέειπεν αὐτόθεν ἐξ ἕδρης) et Odyss. XXI, 420 (ubi tamen non id legitur, quod scribit Ahr., sed αὐτόθεν ἐκ δίφροιο καθήμενος). At obstat huic rationi et collocatio verbi κατετάκετο et quod additur ἐξ ἀοῦς κτλ. — Denique quod est in codd. k. s. D. *corr.* (Ahr. p. 83) αὐτοῦ, id ex correctione vocabuli Dorici αὐτεῖ videtur esse natum. — ἀιόνος] Ansam haec praebuerunt Bioni ad scribendos versus, II, 2 sqq., οἷον ὁ Κύκλωψ ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ᾀόνι τᾷ Γαλατείᾳ, quamquam Bionem ipsum similis argumenti carmen scripsisse ex huius epitaphio, Mosch. III, 57 sqq., concluditur. — κατετάκετο] scil. ὑπ' ἔρωτος (Theocr. II, 29 ibique adn.). Vide etiam Kayserum in *annal. Monac.* 1850 p. 451 (n. 56) contra Greverum disputantem, cui inepte idem Polyphemus et tabescere amore et cantare tamen visus est. — φυκ.] *algosum littus* dicit Auson. Epist. VII, 43. — Verg. Aen. VII, 590 saxa fremunt laterique illisa refunditur alga. Formam Doricam φυκιοέσσας pro φυκιοέσσης (codd. a. cet. Ahr. p. 82. edd. prr. Call. Lov. Steph. al.) restituerunt Comm. Heins. al.

15. ἐξ ἀοῦς] Bion. II, 22 ἐξ ἀοῦς δ' ἐπὶ νύκτα παρίζετο Δηιδαμείᾳ. — ἔχθιστον] propter dolores, qui odio sunt perdite amantibus. Apud Eurip., Hipp. 1301, Venus ipsa vocatur ἡ ἐχθίστη θεῶν, Sil. Ital. I, 397 *infestum vulnus* dicitur. Haec dicenda fuere propter Meinekium p. 481 ἄλγιστον coniectantem, quod non defendes lectione var. codicis D. ἄχθιστον, ubi etiam additum γρ. ἔχθιστον. — ἔχων] „grave vulnus *habebat*" (Ovid. Met. IV, 207). — ὑποκάρδιον ἕλκος] Comparavit Fr. Iacobsius Nonn. Dion. XV, 243 (καὶ νέος ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἕλκος Ἐρώτων) et Dion. X, 287 (ὡς ὁ μὲν ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἰὸν Ἐρώτων). Idem Nonnus, Dion. XLII, 173, scripsit κρυπτὸν ἀκοιμήτων ὑποκάρδιον ἕλκος Ἐρώτων. Quibus verbis inest fortasse imitatio Theocriti, nisi forte valuit apud Nonnum aemuli Theocritei, Bionis, auctoritas, apud quem legitur, id. I, 17, μεῖζον δ' ἁ Κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος (cf. v. 16) coll. Theocr. XX, 17 ὑποκάρδιον ὀργάν —. Post voc. ἕλκος virgulam locaverunt Briggs. Mein. II. III. al., cui rationi hoc obstat, quod ita voc. τὸ versu 16 quarta in sede enunciati esset positum. Vide adn. ad v. 16. Rectius in edd. Ald. Mein. I. Ahr. I. al. (Ahr. II. plene post ἕλκος omisso versu 16 interpunxit) interpunctio omittitur.

Κύπριος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.

16. *Κ. ἐκ μεγ.*] habens vulnus *magnae Veneris numine* (cf. id. II, 30), *quod vulnus ei in iecinore inflixerat telum* huius videlicet deae potentissimae. Hoc hemistichium ad versum superiorem esse referendum et ars metrica Theocriti (cf. id. I, 11. 35. 44. XIII, 40. XIII, 51. XIII, 67. XXV, 61. 77. 130. 184. I, 88. 93. III, 11. II, 133 XI, 3. 4. 8. 13. 29. 37. 40. 41. 56. XXV, 97. XXV, 86. XVI, 15. adn. ad id. XII, 23 et XIII, 39) clamitat et voc. τὸ, quod praeditum relativa significatione ubique in principio sententiae a Theocrito ponitur. Cf. id. V, 11. I, 126. XI, 47. XXV, 2. XIII, 57. XXV, 209 atque adn. ad id. I, 118. Nam ὅς quidem vel ὅστε pronomina post unum plurave verba ponuntur e. gr. id. VII, 75. X, 17. VII, 103. Itaque non post ἕλκος (v. 15), sed post μεγάλας interpungendum, id quod fecerunt Mein. I. Wuestem. al. Eadem de causa non potest ferri constructio Mein. III. p. 279 τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον ἐκ Κύπρ. μεγ., quandoquidem diversa sunt exempla id. I, 140. VII, 15 IX, 10. Nec movet me hic auctoritas viri gravissimi, Lobeckii, qui l. l. sic vertit versum: — „die schmerzliche Wunde im Herzen, die von der mächtigen Kypris der Pfeil in den Busen ihm bohrte". Petit autem telis pectora Venus ipsa, non filius semper ardentes acuens sagittas cote cruenta, sicuti e. gr. apud Eurip. Med. 632 sqq. Ceterum *Κύπριος* (Mein. I. Wuest.) olim fuisse scriptum, non *Κύπριδος* (Ahr. al.), apparet maxime ex schol. cod. L. (Ἰωνικῶς τὸ Κύπριος). Vide ADD. — *μεγάλας*] Adoptavit hoc Bion V, 1: ἁ μεγάλα μοι Κύπρις . . παρέστα. — *ἥπατι*] ἐν τούτῳ γὰρ τὸ ἐπιθυμητικόν. Ita Schol. ad verbum conspirans cum Tim. Locr. de an. mund. p. 100, A. Vide et Plat. Tim. p. 71, B. sqq. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 9, 66. Anacr. III, 28 Ἔρως με τύπτει μέσον ἧπαρ ὥσπερ οἶστρος. Hor. Epist. I, 18, 72. Od. IV, 1, 12 (si torrere iecur quaeris idoneum). — *πᾶξε*] Homerus quidem dicit, Odyss. XXII, 83, ἐν δέ οἱ ἥπατι πῆξε θοον βέλος (*spicula figere* legitur e. gr. Ovid. Art. am. II, 708, ubi male Muellerus verba mutavit), sed potuisse etiam dici quasi per quandam prolepsin πηγνύναι ἕλκος, h. e. ita infligere telum ut *haereat* firmum ac grave vulnus, docet e. gr. Iliad. XVI, 511, ἕλκος, ὃ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ vel Iliad. V, 361, ἕλκος, ὅ με βροτὸς οὔτασεν ἀνήρ. Cfr. *La Roche, stud. Hom.* p. 35 et *Franc. Trawinski, de accus. ex phras. apti apud tragg. usu* (Berol. 1865) p. 7. Vergilius Aen. IV, 689, Graeci versus memor „*infixum* stridit sub pectore vulnus" posuit. Cf. Cic. Tusc. II, 8, 20: hos ictus corpori *infixit* meo. Quid, quod Long. I, 21 p. 19—20 Sch. dixit: ἀπένιψαν τὰ δήγματα? (Ameis. p. XIII). Denique recte editores recentiores, Mein. Ahr. cet., scripserunt *τό οἱ* ex codd. Cant. Canon. (Wordsw.) et k. a. cett. (Ahr. p. 82) et edd. prr. pro ᾗ οἱ (codd. p. 6. cet.) vel ὅ οἱ, quod cod. Burn. „cum rasura" habet et Stroth. p. 96 coniecit. Vitiose Valck. I. II. edidit ἅ οἱ, probatum Toupio: neque vero ἅ habere pro neutro potes, id quod Kiesslingio placuit. Cfr. Hermannus ad Orph. p. 781, qui ibi τὸ δέ θ' ἥπατι Graece certe dictum coniecit, at contra metrum Ahrensius, *emend.* p. 10 εἶ οἱ ἥπατι —. Ursinus denique, *Verg. coll.* p. 321, τότε δ' ἥπατι edidit. Excidisse post v. 16 versum, in quo Amoris fuisset mentio facta (cf. e. gr. Ovid. Met. V, 384), invenis quondam maxime propter Nic. Eug. (vide adn. ad v. 17) putabam:

ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε, καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα.
Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;

nunc id non magis ratum habeo quam rationem Ahrensii, qui in ed. II. versum totum ,,tanquam spurium" eiecit.

17. *τὸ φάρμ.*] *hanc*, quam dixi (v. 1) et quae sola huius mali medicina est. Articulus eidem vocabulo additus est id. XIV, 52. — *καθεζ. δ' ἐπὶ*] Nescio an casu versum 46 idyllii III. Moschus pariter finierit, — *καθεζόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις* —. — *πέτρας*] Hinc Nic. Eug. IV, 381: *βεβλημένος γὰρ καὶ Πολύφημος πάλαι τὸ στέρνον ἐξ Ἔρωτος ἀνδροτοξότου πλατὺ τρέφων τὸ φίλτρον εἰς Νηρηίδα ἐφεῦρεν οὐδὲν ἄλλο φάρμακον νόσου, ᾠδὴν δὲ καὶ σύριγγα καὶ θέλγον μέλος καὶ πέτραν ἕδραν, τῇ θαλάττῃ προσβλέπων.*

18. *ὑψηλᾶς*] Cadit in hunc quoque versum id, quod supra ad v. 13 adnotavimus. Cf. Odyss. IX, 182—183 — *σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης ὑψηλόν* et v. 184—185 — *περὶ δ' αὐλὴ ὑψηλὴ δέδμητο.* Odyss. VI, 263. Assidentem hoc adi. Polyphemum vivido colore describit. Nam immani corpore Cyclops nisi alta in rupe sedere commode non poterat. Odyss. IX, 190 *καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον, οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρί γε σιτοφάγῳ ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων.* Porro ex alta rupe prospectus erat ipsi latior ad pontum, Galateae domicilium. Loquaciter haec persequitur Ovid. Met. XIII, 778 sq., a Farn. collatus. — *ἐς πόντον*] quia in ponto Galatea versabatur. Philostr. l. l. scribit: *ἐρᾷ τῆς Γαλατείας, παιζούσης ἐς τουτὶ τὸ πέλαγος, ἀφιστορῶν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ὄρους.* — *ὁρῶν*] Sine copula hoc participium additur superiori *καθεζόμενος* ut id. VIII, 56 participium *ἐσορῶν* praegresso *ἔχων* vel supra, huius id. v. 15, part. *ἔχων* praegresso *ἀείδων*. Cf. e. gr. Odyss. IX, 283 *νέα κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων πρὸς πέτρῃσι βαλών — ἄκρῃ προσπελάσας.* Odyss. IX, 545 *ἑταῖροι εἴατ' ὀδυρόμενοι ἡμέας ποτιδέγμενοι αἰεί.* Funk. *de participio Gr.* (Neobrandenb. 1853) p. 22. — *ἄειδε*] tanquam *κωμαστής* (Theocr. id. III.). Doris Luciani ad Galateam (dial. mar. I, 4): *ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασεν ἐπὶ σέ.* Versum extremum edd. Med. Ald. Lov. sic scribunt: *τοιαῦτ' ἤειδεν.* At edd. Iunt. Call. habent *ἄειδε τοιαῦτα.*

19. *Ὦ λ. Γαλάτεια*] Cf. adn. ad id. III, 6 p. 122. Nomen *Galateae* speciose, sed non recte, a subst. *γάλα* derivat cum Luciano, Ver. h. II, 3, Lobeckius, *pathol.* 1843 p. 369, secutus Wernsdorfium ad Pentadii epigr. in tumulum Acidis (poet. Lat. min. III p. 277). Cognatum potius voc. cum nomine *γαλήνη* existimo. Cf. Eustath. ad Iliad. XVIII, 42 p. 1131, 5. Pentadii versus ille est: ,,hic amor, hic dolor est, *candida* Nympha, tuus." Apud Hesiodum, theog. 250, dicitur *εὐειδὴς Γαλάτεια,* Iliad. XVIII, 45 *ἀγακλειτὴ Γαλάτεια,* Mosch. III, 60 *ἁ καλὰ Γαλάτεια.* Memorabilis versus Logavii: wie willst du weisse Lilien zu rothen Rosen machen? Küss' eine weisse Galatee! Erröthend wird sie lachen. Propter haec Theocritea Lucianus, dial. mar. I, 2, haec lusisse videtur, quae ibi Doris Galateae dicit: *τί ἄλλο ἐν σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν ἢ τὸ λευκὸν μόνον καὶ τοῦτο, οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἐστὶ τυρῷ* (v. 20 — *πακτᾶς* —) *καὶ γάλακτι*; Imitando haec eadem consectatum esse Vergilium observavit Vinsemius. Verg. Ecl. VII, 37: Nerine Galatea,

λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα ἀρνός,
μόσχω γαυροτέρα, σφειλωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

thymo mihi dulcior Hyblae, *candidior* cycnis. Calpurn. IX, 14: immitis Meroe rapidisque fugacior (Theocr. XI, 24 *φεύγεις*) Euris, cur nostros calamos, cur pastoralia vitas carmina? De Ovidio, qui copiosissime Graeca reddidit Met. XIII, 789 (*candidior* folio nivei, Galatea, ligustri cet.), egit H. Stephan. *not.* p. 30 Reisk. De Philoxeno vide arg. id. VI p. 182. Ad Theocritum respectavit Philostr. l. l. *ἔστι δ' αὐτῷ ποιμενικὸν ᾆσμα ὡς λευκή τε εἴη καὶ γαῦρος καὶ ἡδίων ὄμφακος* (v. 21). Himerius vero haec scripsit (I, 19): *εἰ δὲ καὶ τὸ ἄνθος τῆς ὄψεως γράφειν ἐθέλοιμι, τὰ ποιητῶν ἀνάγκη φθέγγεσθαι· ὦ λευκότητος καὶ γάλακτος· ταῦτα γάρ πού τις ποιμὴν παρ' ἐκείνοις ποθῶν τὴν Γαλάτειαν τὴν Νηρηίδα προσείρηκεν, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ποιήσας τέχνης τὸ μέλος.* — *τὸν φιλέοντα*] Cf. id. III, 19 adn. — *ἀποβάλλῃ*] tuum quid *spernis* amantem? Cun. Vide Plat. Rep. V p. 475, A coll. Legg. VII p. 802, B. Lucian. Men. 5. Legit hoc loco hoc verbum Nic. Eug. III, 313 (*σχέτλιος, ὅσσ' ἐμόγησα! τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;*). Sine causa idonea Ahr. p. 83 coniecit *φιλέοντα προβάλλῃ.* Interrogandi signo (Mein. Ahr. I. al.) Ahr. II. in extremo hoc versu omisso sententiam unam usque ad v. 24 (*ἀθρήσασα;*) esse voluit. At ita interciduntur nervi eorum omnium, quae v. 20 sq. in laudem Galateae subiiciuntur.

20. *πακτᾶς*] Blandiens *casei* vocabulo utitur Plaut. Poen. I, 2, 154 et 177. Ampullatur Ovidius, qui Met. XIII, 790 sqq. duodeviginti versibus praedicata coacervavit et v. 796 propter hunc versum scripsit „*mollior* (*ἁπαλωτέρα*) et cycni plumis et *lacte coacto* (*πακτᾶς*).“ — *ἁπαλωτέρα*] Cf. adn. ad id. VIII, 59 p. 286. — Vitiose scriptum est in edd. Med. Ald. Call. Steph. Heins. Valck. I. II. al. *ἁπαλωτέρα δ' ἀρνός* (ut in codd. Burn. Wordsworthii, k. al.), omittunt *δ'* edd. Iunt., codd. s. 6. cet., Kiessl. Briggs. Mein. I. II. III. al. In codd. v. et h. legitur *ἀρνὸς ἀώρου*, unde oratio a Boiss. I. II. ita conformata est: *λ. πακτᾶς, ἁπαλωτέρα ἀρνὸς ἀώρου.* At voc. illud *ἀώρου* ex glossa versus proximi huc male illatum esse intelligitur ex scholio v. 21 (*ὄμφαξ γὰρ ἡ ἄωρος σταφυλὴ κτλ.*). Versum totum Ahrensius eiecit haec p. 83 adscribens: „versum, quem Philostratus non invenerat, spurium iudicavi“. At non diserte dicit se non invenisse versum Philostratus, id quod ex Ahrensii verbis coniicias, sed scribit tantum illa, quae adn. ad v. 19 attulimus (*λευκή — γαῦρος — ἡδίων*), quae tamen sunt ita comparata, ut petitum Ahrensii ex silentio auctoris argutum sit omnino nullum.

21. *μόσχω γαυρ.*] vitulo „*lascivior*“ (Hor. Od. III, 13, 8 coll. Ovid. Met. VII, 321) ac superbior. Bene schol. *αὐθαδεστέρα. γαῦρος γὰρ ὁ ἐπηρμένος.* Cf. Theocr. XXV, 133. Ar. Ran. 282 *οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὥσπερ Ἡρακλῆς.* Ex parte apte vertit Lec. „*plus fière que la génisse*“, ex parte Kaerch. „*gumpiger als ein Kälbchen*“, usus ille dialecto Allemannorum, ubi verbum *gumpen* respondet Gallorum verbo *bondir.* Similiter Lyde, Hor. Od. III, 11, 10, velut latis equa trima campis *ludit exsultim* metuitque tangi. Mutata similitudine Ovidium l. l. v. 791 scripsisse „*tenero lascivior haedo*“ Casaub. *lectt. Theocr.* p. 266 ostendit. Ceterum Eurip. Hec. 206 et 526 puella tenera ipsa *μόσχος* appellatur. — *σφειλωτέρα ὀμφ.*] *acerbior uva immatura.* Hunc esse sen-

φοιτῇς εὐθὺς ἰοῖσ', ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με·

sum verborum vidit interpres Vinsemius: similiter Divus *acrior* Latine vertit. Scilicet *acerbo* Galatea vultu Polyphemum intuetur, ὄμφακας βλέπει (Paroemiogr. app. IV, 21), quippe quae repudiet amantem et aversetur (cf. Ribbeck. Mus. Rhen. XVII, p. 566). Talis igitur significationis epitheton hic olim scriptum fuit, quo ducunt etiam glossae στρυφνοτέρα (cod. L.), δριμυτέρα (cod. M.), σκληροτέρα (cod. 6. et schol. p. 336, 1) et vestigia corrupti sane scholii codicis k. a Ziegléro in Iahnii *annal.* 1866 p. 103 vulgati. Ibi haec leguntur: ,,φιαρωτέρα, γράφεται σφϊγγ^α νιωτερα, ὅ ἐστι νέας παρθένου, ὄμφαξι γὰρ ἀπεικάζουσι τὴν ὥραν. Ab harum ductu litterarum (ΣΦΙΓΓ...) proxime abesse videtur ΣΦΕΙΛ..., unde scripsi σφειλωτέρα, inductus glossa Hesychii σφειλόν, λοξόν, πυκνόν — δριμύ. Auctor vero scholii codicis k. ad puellam ,,immitem" (Hor. Od. I, 33, 2) verba videtur retulisse, fere ut Hor. Od. II, 5, 5 versibus Theocrito similibus scripsit — ,,circa virentes est animus tuae campos iuvencae —: tolle cupidinem *immitis uvae*". Cf. Od. III, 11, 12 (cruda). Eadem de causa auctor glossae cod. L. ἀωρίδος adscripsit. Ne vero σφειλωτέρα formam comparativi, σφειλοτέρα exspectans, reprehendas cf. e. gr. Odyss. II, 350 λαρώτατος (Theocr. XXV, 105 πινέμεναι λαροῖο —) vel Odyss. V, 105 ὀιζυρώτατον. Ad nostram emendationem ducit praeterea l. var. codicis p. φιλαιτέρα, suffragaturque l. var. codicis M. *corr.* et codicis D., ubi est a *manu pr.* φιαλωτέρα, id quod Ribbeckius l. l. scripsit. Ahr. II. e coni. dedit σφηλωτέρα, quod *acerbior* explicat, haudquaquam adiutus ab Hesychio, ad quem s. v. σφηλός provocat. In cod. D. correxit manus recentior φριαρωτέρα, Callierg. edidit σφριγανωτέρα, Hartungius σφριγανωτέρα fecit (,,wie schwellende Beeren so prallig"). Quod edd. prr. Call. Lov. Mein. I. II. III. Pal. Ahr. I. cet. habent φιαρωτέρα, id *splendidior* explicari solet inde a Casaubono, *lectt. Theocr.* p. 266, cuius interpretatio in lexica Gr. Passowii, Papii al. recepta est. Neque tamen Theocr. frg. Beren. 4 comparari potest, ac necessario aliquid, quod ad animum Galateae pertineret, priori γαυροτέρα fuit addendum. Verba Theocriti Philostratum l. l. male intellexisse dicit Mein. p. 279. At credibilius est et Philostratum et Ovidium iam haesisse in obscuriore illo vocabulo, quod nos σφειλωτέρα fuisse iudicamus, ideoque alterum ἡδίων ὄμφακος, alterum (l. l. 795) scripsisse ,,*matura dulcior uva.*"

22. φοιτῇς] *itas*, non semel venisti, sed frequentare littus *soles*: cf. adn. ad id. I, 49 p. 29. — εὐθὺς ἰοῖσ'] *statim*, ne dicam *cursim currens* (Plaut. Pseud. I, 3, 24), aegre dum ego dormiam exspectans tempus. Haec est vis participii ἰοῖσα. Cf. id. V, 121. XXII, 78. Odyss. VIII, 142. D'Orv. Char. p. 380. In codd. quidem et edd. prr. Mein. Ahr. cet. ita scriptum est: φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως (vel potius οὕτως, quod post Wintertonum correxit Zieglerus) ὄκκα γλ. ὕπν. ἔχῃ με, οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσ', ὄκκα κτλ. Sed transponenda esse verba εὐθὺς ἰοῖσ' et αὖθ' οὕτως Wassenb. apud Mein. II. p. 175, Kayserus *eph. Mon.* 1850 p. 451, Buechelerus in litteris ad me datis perspexerunt. Favet huic transpositioni verborum cod. p., ubi versus, qualis vulgo 22 habetur, scriptus est post versum 23, qualis hic vulgo habetur: item cod. D., ubi manus prima omisit versum 22. Removetur autem nostra ratione molestia particulae δέ (φοιτῇς δ' αὖθ' —) difficultasque inextrica-

οἴχῃ δ' αὖθ' οὕτῶς, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με·
φεύγεις δ' ὥσπερ ὄις πολιὸν λύκον ἀθρήσασα.
ἠράσθην μὲν ἔγωγα τεοῦς κόρα ἁνίκα πρᾶτον

bilis, quam faciunt verba *αὖθ' οὕτῶς* in v. 22 posita (*φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτῶς*), pro quibus Eldikius *φ. μὰν τουτῶθ'*, Luzacius *φ. δ' ὧδ' αὕτως*, Brunckius *φ. δ' ἐνταυθοῖ*, vir doctus in *addit. ad ephem. Ien.* 1816, 43 *φ. εἶθ' οὕτως*, Graeflus *φ. δ' ἄνθ' αὕτως* vel *φ. δ' αὐθωρεί* vel *φ. δ' αὐτοματῶς* vel *φ. δ' ἀντιάοισ'* vel *φ. δ' αὐθαδέως*, Wuestemannus *φ. αὐτόσ' ἰοῖσ'*, Ahrensius *emend.* p. 11 atque Bergkius, *Mus. Rhen.* 1836 (IV) p. 220, *φ. αὐταύτως*, Doederlinus, *Reden u. Aufs.* II p. 164, *φοιτῇς δ' αὐτοσύτως* coniecerunt. At, ut omittam reliqua, et *αὐτοσύτως* novum est et *αὐταύτως*, quod Bergkius *sponte*, Ahrensius *temere*, *tempore non opportuno*, explicat, quodque significaret potius *ipsissima*. Cf. Sophr. apud Apoll. pron. p. 79 (*αὐταύταις χερσίν*). De Greveri suspicionibus vide arg. huius idyllii p. 342.

23. *οἴχῃ δ' αὖθ' οὕτῶς*] *abis vero rursus sic nulla mei ratione habita.* Vide adn. ad v. 22. De voc. *αὖτε* cf. id. II, 150. Si v. 22 legerentur verba *αὖθ' οὕτῶς*, *αὖθ'* istud habendum pro eliso *αὖθι* (Odyss. II, 369) comparandumque esset cum Iliad. XI, 48 locisque reliquis, quos Ameis. praef. p. XIII. commemoravit. — *γλυκὺς ὕπνος*] Eandem haec verba versus sedem occupant Odyss. IX, 333, ubi de eodem Cyclope agitur. Hemistichium iisdem paene verbis e versu superiore repetitum sumpsisse Theocritum e carmine nescio quo populari Gebauerus 1861 p. 10 putat, praeter Gebauerum nunc nemo putabit. Tu cf. Theocr. XXII, 149—150 et praeter Odyss. IV, 62—63. VI, 60—61. IX, 185—186. XX, 373—374 imprimis Odyss. IV, 339—340. XVIII, 305—306. Callim. Dian. 154—155 (*πρόκας ἠδὲ λαγωούς*). Ovid Met. VI, 327—328. VII, 246—247. Vide et adn. ad id. VIII, 12 p. 266.

24. *φεύγεις*] Cf. adn. ad id. VI, 17 p. 187. Hinc natus versus Ovidii, Met. l. l. 806: ,,non tantum cervo claris ululatibus acto, verum etiam ventis volucrique *fugacior* aura.“ Hermanno, *de art. poes. buc.* p. 11, sine causa idonea hic versus ante v. 22 (*φοιτῇς*) transponendus visus est. Obsecutus est ei, quod mireris, Mein. III. — *πολιὸν*] Iliad. X, 334 *ἕσσατο δ' ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο.* Ovid. Amor. I, 8, 56, Ovid. Met. VI, 527 et VII, 550 *canus* lupus dicitur. Licet etiam comparare Ovid. Art. am. I, 118, — ,,utque fugit visos agna novella lupos.“ — *ἀθρήσασα*] Idem est spond. versus exitus apud Oppian. Cyneg. III, 120 (*κίρκον ὑπὲρ τέγεος κατεπάλμενον ἀθρήσασα*). Iliad. X, 11 (— *πεδίον τὸ Τρωικὸν ἀθρήσειεν*). Plura vide apud Ludwich. *hex. spond.* p. 94.

25. *ἠράσθην*] Sappho, frg. 33 (14), *ἠράμην μὲν ἔγω σέθεν Ἄτθι πάλαι πόκα.* Theocritea expressisse Vergilium, Ecl. VIII, 37 (saepibus in nostris parvam te roscida mala — dux ego vester eram — vidi cum matre legentem), Ursin. p. 72 ostendit. — *ἁνίκα*] Duobus exceptis locis (id. VII, 1 et II, 147) in hexametris Theocriti (nam nihil huc id. XXIX, 33 pertinet) non invenitur hoc voc. nisi aut in pede primo (id. V, 41. VII, 22. XVIII, 5. XXIII, 34) aut in pede quinto (h. l. et id. V, 11. VI, 16. 21. XXIII, 30—31. XVI, 94. Epigr. VI, 5).

ἦνθες ἐμᾷ σὺν ματρὶ θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα
ἐξ ὄρεος δρέψασθαι, ἐγὼ δ' ὁδὸν ἁγεμόνευον.
παύσασθαι δ' ἐσιδών τυ καὶ ὕστερον οὐδέ τί πα νῦν
ἐκ τήνω δύναμαι· τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν.

26. ἐμᾷ] Fuit Thoosa, quae Polyphemum ex Neptuno pepererat, Nympha marina: qua re eius cum Galatea explicatur coniunctio. Vide Odyss. I, 71. Nonn. Dion. XXXIX, 293. Wuestem. In codice v. legitur ἐμοὶ (cf. id. IV, 30), qui dativus, editus a Brunckio, per se huic loco aptissimus (*venisti ad me* — cf. adn. ad id. II, 66 — vel *in damnum meum*), propter vss. 2. 44. 65. certe ἐμὶν esset scribendus. Malui igitur cum reliquis editoribus et cum optimis codicibus ἐμᾷ retinere. Nam inutiles sunt coniecturae Aurati (ἑᾷ) et Valckenarii (ὁμᾷ), quarum priorem Brunckius, *anal.* III. p. 63, ratione nulla reddita, probam vocavit. Ceterum cf. v. 67. — φύλλα] Cf. adn. ad id. IX, 4.

27. ἐξ] Vide adn. ad id. I, 72 p. 40. — ἐγὼ δ' ὁδ.] Homerum audire tibi videaris, Odyss. VII, 30: — ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω.

28. παύσασθαι] scil. τοῦ ἔρωτος (gloss. cod. M.) vel τοῦ ἐρωτιᾶν (gloss. cod. L.). Posteaquam te semel adspexi, ex illo, inquam, tempore (ἐκ τήνω, v. 29) te amare non possum desinere. Recte Wetstenius: *te* tempore ab illo *conspecta* calui. Non recte Lobeckius l. l.: „und ich kann es nicht lassen seit jenem Tage bis jetzo immer zu blicken nach dir.“ Hoc enim dicendum erat παύσασθαί σ' ἐσορῶν οὐ δύναμαι. Cf. Plat. Rep. IX p. 583, D: οὐδὲν ἥδιον τοῦ παύσασθαι ὀδυνώμενον. Rep. I p. 354, A. I p. 329, C. Theaet. p. 180, D. Gorg. p. 449, B ἐθελήσαις ἂν διατελέσαι ἐρωτῶν. Odyss. XII, 400. Iliad. XXII, 502. — οὐδέ τί] Ita Brunckius, quem Kiessl. Mein. Ameis. Ahr. I. Pal. al. sequuntur, correxit id, quod est οὐδέτι vel οὐδ' ἔτι in edd. prr. Valck. I. II. Gaisf. Ahr. II. al. Tum πα pro πω (edd. prr. Valck. I. II. Gaisf. Mein. I. II. Ziegl. Hart. Pal. al.) emendavit Ameisius, quem sequuntur Mein. III. Ahr. I. II. Est enim in codd. c. K. M. πα νῦν, in aliis (Ahr. p. 83) τανῦν vel τα νῦν. Cf. Iliad. XXI, 219 οὐδέ τί πῃ δύναμαι —. Hartungius οὐθ' ὕστερον οὔτε τί πω νῦν novavit.

29. τὶν δ' οὐ μέλει] Eadem verba post caesuram πενθημιμερῆ id. III, 52 posita vidimus. Si minus verba ipsa, at numeros certe, h. e. versum paroemiacum, expressit Ovidius l. l. 869: „nec tu, Galatea, moveris“. — οὐ μὰ Δί'] Voc. μὰ non est alibi in Theocriteis, sed usurpatur non solum ab Homero (Iliad. I, 86) et Atticis (Soph. El. 1063 οὐ μὰ τὰν Διὸς ἀστραπάν), sed in hac ipsa iurandi formula, μὰ Δία, etiam a scriptoribus Doricis, velut ab Epicharmo apud Diog. L. III, 12, 10. Cfr. G. A. Schroeder. *de Gr. iur. interiect. positis* (Marienwerd. 1859) p. 13. Sed in iunco nodum Mein. p. 279 quaerit, coniectans τὶν δ' οὐ μέλει οὐδαμᾷ οὐδέν, quod haec Iovis obtestandi forma Theocriteis pastoribus non usitata tanto maiorem hic mirationem habeat, quia Cyclops Iovi sit „infensissimus“, teste Homero, Od. IX, 275 coll. Ovid. Met. XIII, 844. Eurip. Cycl. 320. Ac habetur certe Iovis obtestandi formula οὐ Δᾶν apud Theocritum (cf. adn. ad id. IV, 17). At non Homerum tantum atque Euripidem auctores habuit Theocritus, sed etiam Philoxenum, Epicharmum, alios, apud quos quae singillatim Polyphemus dixerit, quid potest divinare? Levem

γινώσκω χαρίεσσα κόρα τίνος ὥνεκα φεύγεις.
ὥνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὤτερον ὡς μία μακρά,
ἧς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει.

esse coniecturam suam Mein. ipse quoque tacite concedit, quia addit, locum esse suae coniecturae, nisi putemus Theocritum a communi opinione recessisse, vel Cyclopi amoris vi victo mitiorem erga Iovem animum affinxisse. Praeterea licet etiam hoc, quod saepe apud nos animadvertitur, afferre, homines plebeios eos, quibus nulla sit religio, saepissime iureiurando suo abuti nominibus sanctissimis: licet etiam speciose provocare ad Odyss. IX, 107 (— *θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν*): licet etiam dicere sui quasi oblitum esse Polyphemum — si quidem Homerica Od. IX, 275 ad vivum resecanda sunt —, quemadmodum servus idem Arist. Eqq. 85 *μὰ Δία* iurat, qui v. 32 *ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς*; dixerat: denique licet ipso loco Ovidii (,,nam vos narrare soletis nescio quem regnare Iovem'') uti pro testimonio. Fortasse enim hic noster versus movit Ovidium, ut amplificandae orationis causa ista adiungeret. Sed dubitatio omnis remota est, si constat Polyphemum ipsum dixisse in Cyclope, Epicharmi fabula, ea, quae habet Athen. IX, 1 p. 366, B: *Ἐπίχαρμος ἐν Κύκλωπι· χορδαί τε ἁδὺ ναὶ μὰ Δία χὠ κωλεός.*

30. *γινώσκω κτλ.*] Docta est de h. l. et eleganti iudicio pertexta disputatio Iac. Tollii in *dissertt. selectis crit. de poet. Graec. et Lat. — ed. Ian. Berkel.*, Lugd. 1707. Ibi p. 377 sqq. hi versus et sequentes cum imitatione Vergiliana, Ecl. II, 19 (,,despectus tibi sum —'') sqq., comparantur et Latina Vergilii ,,longe esse infra Graeci carminis dignitatem'' ostenditur. — *χαρ. κόρα*] Eadem est id. XVIII, 38 verborum eorundem ante caesuram *ἑφθημιμερῆ* collocatio. Vide etiam adn. ad id. IV, 38 p. 148. — Initium huius versus resonat versus Philodemi, Anth. Pal. V, 107, 1: *γινώσκω χαρίεσσα φιλεῖν πάνυ τὸν φιλέοντα.*

31. *λασ. ὀφρ.*] ,,*hirsutum supercilium*'' vertit Verg., Ecl. VIII, 34. ,,Many critics observe that Virgil's judgment had forsaken him here, when he transferred to his little Italian shepherd the shaggy eyebrow of Polyphemus.'' Hick. Hesiodea (theog. 144—145) hic sequi Theocritum auctor est Eustath. ad Odyss. I, 69. p. 1392, 35: *Θεόκριτος ἀκολουθῶν οἷς φησιν Ἡσίοδος περὶ τῶν μυθικῶν Κυκλώπων, ὧν ἑκάστῳ κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ, φησὶν ὅτι τῷ Κύκλωπι ἕνα ἔχοντι γλυκὺν ὀφθαλμόν, ᾧ ἑώρα, ὀφρὺς μία ἐξ ἑτέρου ὠτὸς εἰς ἕτερον τέταται.* Eadem Eustath. ad Odyss. IX, 183 p. 1622, 48 sqq. repetit, his additis: *Θεόκριτος μέντοι καὶ περὶ τούτου οὕτω δοξάζει λέγων, μίαν ὀφρὺν τετάσθαι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ὠτὸς ἐπὶ θάτερον.* Cf. Odyss. I, 69. IX, 382 sqq.

32. *μακρά*] Cf. adn. ad id. VIII, 2 p. 261.

33. *ἧς*] *unicus:* cf. adn. ad id. VI, 22. Hesiod. theog. 144 *Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ.* Contulit Steph. *imitatt.* p. 126 verba Ovidii, Met. XIII, 851: (,,*unum* est in media lumen mihi fronte, sed instar ingentis clypei''), ubi pariter voc. *unum* in initio versus collocatum est. Vide etiam Lucianum adn. ad

ἀλλ᾽ ωὑτός, τοιοῦτος ἐών, βοτὰ χίλια βόσκω,
κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα πίνω·

v. 50 laudandum. Spectat ad Theocritea Philostr. l. l. *Πολύφημος μίαν ὑπερτείνων ὀφρὺν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἑνὸς ὄντος, πλατεία δὲ ῥινὶ ἐπιβαίνων τοῦ χείλους.* Scripsi autem *ἧς* cum Wuestem. ex cod. L., cui favent codd. Y. a. s. v. 16. (cod. Canon. habet *εἶ δ᾽*) pro *εἷς* (edd. prr. cet.), quia ori Polyphemi *πλατειάζοντι* haec forma videtur esse consona. Placitum idem Koenio ad Greg. Cor. p. 278 Sch., Bergkio (vide adn. ad id. VII, 71 p. 225), Ahrensio, *emendatt.* p. 11 et *dial. Dor.* p. 154—155. — *ἔπεστι*] scil. *ἐπὶ τῷ μετώπῳ* (quod *ἐνέκειτο μετώπῳ* Hes. dicit), fere ut Ovidius scripsit ,,*in* media fronte''. Itaque reiiciendum *ὕπεστι*, quod coniecit Wartonus et Ahr. II. Hart. receperunt. A Philostrati verbis minime haec coniectura probatur (,,addicente Philostrati imitatione'' Ahr. p. 84 scripsit), neque Vinsemii *subest* vertentis ulla in hac re auctoritas. Quod habent codd. 6. *a manu sec.* et M. atque edd. Call. Lov. Camer. Crat. Steph. Salam. al. *χείλη* pro *χείλει* (edd. prr. Heins. Inn. Valck. Mein. Ahr. al.), id non potest conferri cum id. XXII, 128. *Χεῖλος* h. l. est labrum superius.

34. *ωὑτός*] *idem ego*, qui turpis tibi esse videor. Interpretis vice fungitur Verg., Ecl. II, 19: ,,despectus tibi sum, *nec qui sim quaeris,* Alexi, quam dives pecoris, nivei quam lactis (v. 35) abundans''. Ovid. Met. XIII, 808 ,,at *bene si noris,* pigeat fugisse''. Crasin *ωὑτός* habet Homerus, Iliad. V, 396: cf. id. XVIII, 22. XXVI, 23. Retinui *ωὑτός* cum Mein. Ahr. I. al. propter codd. a. s. edd. prr. (ubi *ωὐτός*), Call. Lov. (*ὥυτως* cod. 6., *οὕτως* codd. p. v. Q.). Ahr. II. *οὗτος* e codd. k. 9. D. M. et propter Servium (ad Verg. Ecl. II, 21), qui *οὗτος* habet, edidit. — *χίλια*] Quod post caesuram buc. in versus pede quinto numerale verbum posuit Theocritus, id in primo versus ordine posuit eius aemulus Verg., Ecl. II, 21 (,,*mille* meae Siculis errant in montibus agnae''). Fecit idem Calpurn. II, 68 (,,*mille* sub uberibus balantes pascimus agnas, totque Tarentinae praestant mihi vellera matres''): contra locavit in pede quinto Calpurn. IX, 35 (,,— scis *mille* iuvencas esse mihi''). Vide etiam Calp. III, 65—66. Serv. Ecl. II, 21 p. 106. Exaggerat haec Ovidius, l. l. v. 821: ,,hoc pecus omne meum est. Multae quoque vallibus errant, multas silva tegit —. Nec si forte roges, possim tibi dicere, quot sint. Pauperis est numerare pecus.'' — *βοτὰ βόσκω*] Cf. id. XXVII, 31 *τέκης τέκνα*. De cetero Lehrsius, *Aristarch.* ed. II p. 410, exagitans caesuram *ἑφθημιμερῆ*, hunc versum sic iubet legi, quasi caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον* habeat: *ἀλλ᾽ ωὑτὸς τοιοῦτος — ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω.* Theocritum pessimis numeris ita donatum consoletur Homerus, cuius versum, Iliad. XVI, 837, idem vir doctus sic lacerat: *ἆ δειλ᾽, οὐδέ τοι ἐσθλὸς — ἐὼν χραίσμησεν Ἀχιλλεύς.* Tu cf. adn. ad id. VIII, 5 p. 263.

35. *τὸ κρ.*] Epitheton, quo magis vis eius efferretur, Theocritus nomini suo praemisit et ante caesuram posuit. Cf. id. VIII, 92 *πρᾶτος*. Iliad. I, 2 *ἣ μυρί᾽ Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔθηκεν.* — *ἀμελγ.*] *mulgens mihi.* Ita recte Briggsius. Minus apte *sorbendi* significationem h. l. alii presserunt, quae ne apud Nonnum quidem, Dion. V, 246, necessaria est et hic nativum perdit loci colorem. Iure autem editores recentiores inde a Reisk. Brunck. Valck. I. II. *ἀμελγόμενος* revocaverunt ex edd. Ald. Iunt. Wintert. 1635 pro *ἀμελγόμενον* (edd. Med. Call. Lov. Basil. I. Steph. Comm. Heins.). — *γάλα*]

τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ,
οὐ χειμῶνος ἄκρω· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί.
συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε Κυκλώπων,

Cf. Odyss. IX, 248—249. Eur. Cycl. 216 Cyclops interrogat: *ἦ καὶ γάλακτός εἰσι κρατῆρες πλέῳ;* Cui respondet chorus: *ὥστ' ἐκπιεῖν γέ σ', ἢν θέλῃς, ὅλον πίθον.* Philostr. l. l. — *πρόβατα, ὧν τὸ γάλα ποτόν τε ἡγοῦνται καὶ ὄψον.* Pridem Vins. p. 98 adscripsit ex hoc versu et proximo haec sumpsisse Vergilium, Ecl. II, 22: ,,*lac* mihi non aestate novum, non frigore defit'', itemque Ovidium propter Theocritea, Met. XIII, 829, posuisse: ,,lac mihi semper adest niveum: pars inde bibenda servatur, partem liquefacta coagula durant''. Cf. et Steph. *Nas. imitt.* p. 125. Exstat etiam Servii iudicium, ad Ecl. II, 22 p. 106 Lion., ab nostro iudicio multum illud differens. Ille multo melius rem egisse Vergilium censet quam Theocritum, *caseum* enim (v. 36 huius id.) servari posse, nec esse mirum, si quovis tempore quis habeat caseum: hoc vero esse laudabile, si quis habeat *lac novum*, i. e. colostrum.

36. *τυρὸς*] In antro Polyphemi, Odyss. IX, 219 *ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον.* Cf. Eur. Cycl. 122 *γάλακτι καὶ τυροῖσι καὶ μήλων βορᾷ.* Praeter imitatorem Theocriti, Nicet. Eug., VI, 481 (*καὶ τυρὸν ἐν χειμῶνι καὶ καιρῷ θέρους*), Ahrensium p. 84 commemorare debuisse Calpurnium, Gebauerus 1856 p. 93 intellexit. Nam ille ad exemplar versus Theocriti haec scripsit, II, 70: ,,per totum niveus premitur mihi caseus annum'', addito *nivei* epitheto, quemadmodum simplicia Graeci poetae verba libenter ornantur ab aemulis (cf. Ovid. Met. XIII, 829). Sed fugit Gebauerum alia huius versus imitatio, Calpurn. II, 74, ubi hemistichium ,,*nec bruma nec impedit aestas*'' dactylis quoque suis Theocriteo *οὔτ' ἐν θ. οὔτ' ἐν ὀπ.* simillimum est.

37. *οὐ χ. ἄκρω*] *non media hieme.* Cf. Theocr. Beren. 3 et id. XXIV, 75. Soph. Ai. 285 *ἄκρας νυκτός*, quod lucidius Schneidewinus quam Wolffius explicat *mediam noctem.* Vide quae uberrime disputavit Lobeckius ad h. l. p. 207. Male schol. *ἄκρω* pro neutro genere habuit, his usus verbis: *ἐν τῷ μεσωτάτῳ τοῦ χειμῶνος, ὥστε ἄκρον ἐνταῦθα ἡ ἀκμὴ τοῦ χειμῶνος.* Hinc autem explicatur origo lectionis var. cod. D. *marg.* *ἄκμη* et lectionis var. codd. k. 6. edd. Ald. Iunt. Camer. Bas. I. *ἄκρῳ*, pro qua *ἄκρω* recte habent edd. Med. Call. Steph. Heins. Valck. Mein. I. II. III. Ahr. I. II. al. — *ταρσοὶ κτλ.*] Verg. Cop. 17 sunt et caseoli, quos *scirpea fiscina* siccat. — De Ovidio l. l. v. 830 dixit Isler. *eclog. Ovid.* p. 212.

38. *συρίσδεν*] Cf. id. VI, 9. Nonn. Dion. XIV, 64 de Polyphemo: — *εἰσορόων γὰρ ἡμιφανῆ Γαλάτειαν ἐπέκτυπε γείτονι πόντῳ, νυμφιδίῃ σύριγγι χέων φιλοπάρθενον ἠχώ.* Ibid. XLIII, 392 de Galatea: *ἐπεὶ μάθε καλὰ λιγαίνειν ποιμενίῃ σύριγγι διδασκομένη Πολυφήμου.* Propter versum Theocriteum scripsisse Ovidium versus Met. XIII, 784 sqq. (,,sumptaque arundinibus compacta est fistula centum: senserunt toti pastoria sibila montes, senserunt undae'') Stephanus *imitt.* p. 127 existimat, quae imitatio ita ab rerum natura discessit ut elegantia Theocriti prae Ovidiana eluceat. — Pro *ἐπίσταμαι* cod. Q. offert *ἐπίσταται*, quod non potest comparari cum id. V, 28 (*ὅστις — πεποίθεις*) vel id. XII, 8—9 (*σκιερὴν — ἔδραμεν*): nam additur v. 39 participium *ἀείδων.*

τίν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾷ κἠμαυτὸν ἀείδων
πολλάκι νυκτὸς ἀωρί. τράφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρώς,

39. τίν] *te, dulce pomum, simul autem* (cf. adn. ad id. II, 21 p. 81) *me ipsum* (amores nostros) canens, „chantant ton charme et ma constance" (Did.). Nollem a Regiomontanis editos versus Lobeckii, qui τίν tertium esse casum pronominis (velut v. 29) statuit et quasi ἐμαυτῷ, id quod Ioh. Henr. Vossius coniecerat, *Randgl.* p. 187, pro ἐμαυτὸν scriptum esset, sic vernacule reddidit: ,,auch zu flöten versteh' ich, wie keiner hier der Kyklopen, *dir,* o du Honigapfel, zugleich mir selber (cf. adn. ad id. VIII, 6) was singend". Nam τίν hoc loco casum esse quartum (cfr. Corinna apud Apollon. de pron. 105) ostendunt apposita verba τὸ φ. γλυκύμαλον (cf. adn. ad id. II, 72), quae non haberi possunt pro nominativo vice vocativi fungente. Olet hoc sane Siculae telluris alumnum, ut loquar cum Quintil. VIII, 1, 3. Nec tamen mirum videbitur (mirum videtur Meinekio p. 280) reputantibus Polyphemum loqui illum rusticum. Quod si verum est ut hic τίν forma sit accusativi pro τέ vel σε dicta, eadem vss. 55 et 68 locum habere putanda est, quamquam v. 68 *apud te versans* ποτὶ τίν potest explicari et v. 55 κατέδυν ποτὶ τίν prolepsis videri potest, quasi dictum sit — ,,ut mergens me in mari *essem apud te*", quemadmodum ipse Lutherus noster Luc. XVIII, 40 scripsit: da sie ihn aber nahe *bei ihn* brachten, et Luc. XXIV, 4: siehe, da traten *bei sie* zwei Männer. Vide et Hermann. opusc. I p. 257. Meinek. ad Callim. p. 311. — γλυκύμαλον] my dear *sweet-apple* (Banks.), plane ut nostri homines genus quoddam malorum *Süssapfel* vocitant. Utuntur hoc vocabulo Callimachus, Cer. 29 (ἐν δὲ καλὰ γλυκύμαλα, ubi adiectum καλὰ certum dici genus malorum declarat) et Sappho apud schol. Theocr. p. 338, 17 (γλυκύμαλον ἐρεύθεται). Nihil igitur mutandum. Quamquam in codd. p. Burn. est τὶν τὸ φίλον μοι μᾶλον (in cod. C. — μοι μᾶλλον). Neque vero exploratum est scholiastam p. 338, 15 in suo Theocriti exemplo μελίμαλον (cf. Hor. Sat. II, 8, 31) invenisse, id quod suspicatus est Geelius *adn. ad schol.* p. 314. Hanc tamen coniecturam Ahr. II. recepit. — Pal. Mein. cet. γλυκύμαλον servaverunt. Horribilem de suis coniecturis versum huiusmodi Hartungius edidit: τίν τε φίλον τι μέλισμα λαλέων κἠμαυτὸν ἀείδων. — ἁμᾷ] Ita et hic et id. IX, 4 Zieglerus emendavit. Illic enim in cod. 12. est ἅμαι (codd. M. Q. edd. prr. ἀμᾶ), hic ἁμῶ in cod. v., ἁμᾶ in codd. k. cet. (Ahr. p. 84). Recte subscripta vocali edi ἁμᾷ maxime elucet e Callim. Lav. Pall. 75, ubi ἁμᾷ Meinekius edidit, subsidia ἅμαι (Vind. ἅμε) offerunt. Koehlerus, *not.* 41, coniecerat τίν, τὸ φ. γλυκύμαλον ἐμεῦ, κἠμαυτὸν ἀείδων.

40. νυκτὸς ἀωρί] *nocte intempesta.* Cf. adn. ad id. II, 119 extr. p. 104. Vocabulum ἀωρί non est epicorum veterum (cf. tamen ἄωρος, Odyss. XII, 89 et Ameis. app. ad h. l.), sed Atticorum (Ar. Ecl. 741) et scriptorum Atticam dialectum affectantium (e. gr. Lucian. *de merc. cond.* 26), quod quam vehementer recentioribus scriptoribus Graecis in deliciis fuerit intelligitur ex Doehneri *vindic. Plutarch.* p. 60. — νεβρώς] De imitatione Vergiliana vide adn. ad id. III, 36 p. 131. — τράφω] *alo, tibi, ubi ad me veneris, muneri daturus,* vel ut haec edissertat Ovidius, l. l. 834 — ,,*quae tecum ludere possint*". Recepi cum Ahr. II. τράφω e cod. T. pro τρέφω (codd.

πάσας μηνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

rell. et edd. prr. Call. Lov. Mein. I. II. III. Ziegl. Am. Abr. I. Pal. Hart. cet.). Cf. id. III, 16 (ἔγραφε). Pindar. Isthm. I, 42 Momms. p. 398.

41. μηνοφόρως] *quae in fronte gestant lunulam*, notam albam ἠύτε μήνη (Iliad. XXIII, 455), vel quae „fronte curvatos imitantur ignes tertium lunae referentis ortum", quemadmodum Horatius dicit, Od. IV, 2, 57, fortasse huius loci vel Mosch. II, 85 memor. Ita de cane Ovidius, Met. III, 221: et nigram *medio* frontem distinctus *ab albo* Harpalus. Emendavi μηνοφόρως. Nam in cod. O. lectioni ἀμνοφόρως lectio var. adscripta est μανοφόρως, unde μανοφόρως Ahr. II. Hart. receperunt. In idem voc. Reiskius, *animadv.* p. 213, incidit idque Koehlerus, *not.* p. 41 et Hermannus, *annal. Vindob.* 1848 p. 216, probaverunt. Vergilius, Ecl. II, 41 scripsit „sparsis etiam nunc pellibus albo". Bindemannus vertit *mit gesprenkeltem Felle*, Stolbergius: *buntscheckig.* Cf. Soph. Oed. Col. 1092. Sed praestat μηνοφόρως, quia Dorice dicitur μήνα (cf. Pind. Ol. III, 20 ed. Momms. Bion. IX, 3, *Mena* apud August. C. D. IV, 11), non μάνα, perinde atque lectionem μῆνες tutantur cod. k. D. Theocr. XIV, 45. Congruit autem hoc voc. cum Latino voc. *mensis*, Ionico μείς et forma accus. Aeolica μῆννα (id. XXX, 2). Cf. Ahrens. dial. Dor. p. 153, dial. Aeol. p. 61. Vulgata quidem (h. e. codicum Cant. Phill. v. D. et plurimorum reliquorum eademque edd. Med. Ald. Lov. Camer. Bas. I. Sal. Brub. Steph. Apel. Heins. Wintert. Valck. I. II. Wart. Schaef. Gaisf. al.) fuit lectio ἀμνοφόρως. Praeter hanc lectionem μαννοφόρως habetur in cod. 3. *sec.*, in ed. Call. et in margine ed. Camer. Idem μαννοφόρως commemorat schol. p. 338, 21. Calliergen (μαννοφόρως edentem) secuti sunt Reisk. Brunck. Wordsw. Mein. I. II. III. Ziegl. Ahr. I. Pal. al. *Μαννοφόρως* illi editores *torquibus vel monilibus ornatos* („torquatos" Vins.) interpretantur, provocantes ad Polluc. V, 90, ubi μάνος vel μόννος *monile* maxime a Doriensibus dici traditur. Placuit idem voc. Vossio („alle Halsgeschmeide tragend"), Fawkesio („with collars deck'd"), Chabanoni („dont un collier est la parure"), aliis. Sed Wordsworthius non apte Prop. V, 8, 24 („armillati colla Molossa canes") ad partes vocavit morem comparans eum, ex quo (ut apud nos quoque fit) etiam nunc Graecorum pueri monilia collis agnorum delicatorum implicant. Nam exspectantur hoc loco non laudes hinnuleorum ab ornatu et cultu quodam petitae, quae res a Polyphemi vita horrida et arida abhorret, sed laudes eiusmodi, quas habeat animalium illorum κάλλος ἔμφυτον (vide Hermannum l. l.). Neque absolvitur res verbis Paleyi, qui ita scribit: „apertum est tali et tam largo munere rusticum amatoris animum describi." Denique vitiosa habetur lectio ed. Iunt. μαμνοφόρως (non μαννοφόρως, ut scribit Valck. I. II.) et in margine cod. D. μαμνοφορους (ω superscr.). Vulgatam illam lectionem πάσας ἀμνοφόρως et vitio metrico (cf. adn. ad id. II, 6 et procd. adn. ad id. I, 83) laborantem et propterea quod hinnulei non possunt ἐν τῇ γαστρὶ ἔχειν ineptam (vide Casaub. *lectt. Theocr.* p. 267) vindicare frustra studuit Kaercherus p. 15—16 („*elf Hindinnen halt' ich dir ferner, die jede ein Kälbchen im Leib*"): at νεβρός non est *cerva*, sed *hinnuleus*. Restat ut commemorentur coniecturae Eldikii (μαλλοφόρως) et Graefii (ἁρμοφόρως, σαμοφόρως, μαμμοτρόφως). — σκύμνως τ. ἄρκτ.]

ἀλλ' ἀφίκευσο ποθ' ἁμέ, καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον,
τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν.
ἅδιον ἐν τὤντρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς.
ἐντὶ δάφναι τηνεῖ, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι,

Ovid. l. l. v. 834 (coll. Met. XV, 379) inveni geminos . . villosae *catulos* in summis montibus *ursae*. Lucian. dial. mar. I, 5 ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραστος (Polyphemus) ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα τὸ λάσιον (v. 50) αὐτῷ προσεοικότα. Philostr. l. l. ᾄδει ὡς νεβροὺς τῇ Γαλατείᾳ σκυμνεύει καὶ ἄρκτους. Kiesslingium, e coni. Eldikii ἄρκτω scribentem, nemo, quod sciam, editor imitatus est.

42—43. ἀλλ' ἀφίκευσο] Hunc versum Vergilius [Ecl. IX, 39] ex Theocrito convertit: *Huc ades, o Galatea* (cf. v. 63 ἐξένθοις Γαλάτεια): quis est nam ludus in undis? hic ver purpureum, varios hic flumina circum fundit humus flores, hic candida populus antro imminet et lentae texunt umbracula *vites* (v. 46 ἄμπελος). Huc ades, *insani feriant sine littora* fluctus. Vins. Cf. Serv. ad Verg. l. l. p. 160 Lion. Ovid. l. l. 838 iam modo caeruleo nitidum caput exsere ponto, iam, Galatea, veni.

42. ἀφίκευσο] Ita nunc scripsi ex editione Iunt. pro ἀφίκευ τὺ —. Cf. schol. codicis k., in quo perinde atque in cod. p. scriptum est: ἀμφίκευσο (corrigendum ἀφίκευσο), οὕτω Συρακόσιοι τὴν σο πλεονάζοντες συλλαβήν· κάθευσο, στεφάνουσο ἀντὶ τοῦ κάθευ, στεφάνου. (Vide Ziegler. p. 72.) — καὶ ἑξεῖς] Vide adn. ad id. V, 44 p. 165. — οὐδὲν ἔλασσον] Aut hoc dicit: *habebis non minus quam nunc habes in mari, sed multo plura et meliora*, aut hoc: *non habebis minus quam ego, sed omnia mecum communia*. Cf. id. VIII, 36. Lobeckius quidem sic vertit: aber komm nur zu mir, du sollst es schlechter nicht haben.

43. ὀρεχθ.] *fremere* (Valer. Flacc. II, 646), non *intumescere* (ut vertit Ameis. cum Duncano, lex. p. 848 Rost.). Eustath. ad Iliad. XXIII, 30 (πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ) pag. 1285, 61 haec scripsit: τῶν δὲ Ὁμηρικῶν τὸ μὲν ὀρέχθεον μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γινομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι καθ' ὁμοιότητα τοῦ ῥοχθεῖ δὲ μέγα κῦμα (Odyss. XII, 60). Lectionem var. ἐρεχθεῖν (ἐρεχθῆν ed. Med.) codd. v. corr. p. M. D. et edd. Ald. Iunt. Lov. (ὀρεχθεῖν Call. Bas. I. Camer. Steph. Ahr. Mein. cet.) commemorat etiam schol. codicis k. p. 74 editionis schol. Zieglerianae. Sed nihil tribuo lectioni, quam ibid. p. 73 lemma schol. eiusdem codicis habet τὴν λευκὰν δὲ pro τὰν γλαυκὰν δὲ —.

44. ἐν τὤντρῳ] Polyphemus Galateae apud Ovid., l. l. v. 810: sunt mihi, pars montis, vivo pendentia saxo *antra*, quibus nec sol medio sentitur in aestu, nec sentitur hiems: *sunt* (ἐντὶ v. 45) poma gravantia ramos: *sunt* auro similes longis in vitibus *uvae* (ἄμπελος, v. 46): *sunt* et purpureae: tibi et has *servamus* et illas.

45. δάφναι] Ulixes, Odyss. IX, 182, de antro Polyphemi: ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές. — τηνεῖ] De hiatu cf. adn. ad id. I, 115 p. 53. — ἐντὶ ῥαδ.] De producta syllaba ultima voc. ἐντὶ vide adn. ad v. 10, de voc. ῥαδιναὶ id. XXVII, 45 et adn. ad id. X, 24 p. 328.

ἔστι μέλας κισσός, ἔστ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος,
ἔστι ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα
λευκᾶς ἐκ χιόνος ποτὸν ἀμβρόσιον προΐητι.
τίς κα τῶνδε θάλασσαν ἔχειν καὶ κύμαθ' ἕλοιτο;

46. *μέλας*] οὐκ ἀσκόπως· παραδίδωσι γὰρ ὁ Κρατεύας καὶ ἄλλον λευκόν, οὗ τὸν καρπὸν πινόμενον πρὸς παιδοποιΐαν φησὶ συντελεῖν. Schol. cod. k. Significatur igitur *hedera helix* (Linn.), cuius magis nigra sunt folia quam *hederae chrysocarpae*, id. I, 29. Verg. Georg. II, 258 *hederae* pandunt vestigia *nigrae*. — *κισσός*] De productione syllabae ultimae cf. adn. ad id. I, 115 p. 53. Odyss. XII, 329. VIII, 582. Iliad. II, 585. al. — *ἄμπελος*] Cf. Odyss. IX, 110. Partim e Vergilio (vide adn. ad v. 42—43) partim e Theocrito originem traxerunt versus Calpurnii, XI, 46: *hic* age pampinea mecum requiesce sub umbra: *hic* tibi lene fluens fons murmurat, *hic* et ab ulmis purpureae foetis dependent vitibus uvae.

47. *πολυδένδρ.*] Claudian. Rapt. I, 160 sqq. Aetnaeos apices solo cognoscere visu, non aditu tentare licet: pars cetera *frondet arboribus*. — *Αἴτνα*] Cf. Eur. Cycl. 20. 95. 114. 130 al. Ovid. Met. XIII, 770.

48. *λευκᾶς*] In principio versus habes idem epitheton Eur. Hel. 3 λευκῆς τακείσης χιόνος. Eur. Bacch. 662 λευκῆς χιόνος εὐαγεῖς βολαί. Lobeck. el. pathol. II. (1862) p. 361. Theocr. IX, 10. — *ἐκ χιόνος*] Pind. Pyth. I, 20 νιφόεσσ' Αἴτνα πάνετες χιόνος ὀξείας τιθήνα. Sil. Ital. XIV, 66 de Aetna: summo cana iugo cohibet — mirabile dictu — vicinam flammis glaciem, aeternoque rigore ardentes horrent scopuli. Claudian. Rapt. I, 166 sed quamvis nimio fervens exuberet (Aetna) aestu, scit nivibus servare fidem, pariterque favillis durescit glacies tanti secura vaporis, arcano defensa gelu, fumoque fideli lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

49. *τίς κτλ.*] Bene Lobeckius sic interpretatur: o, wer wählte dafür sich Meer und Wogen zur Wohnung? Ad verbum sic vertas: *quis pro his, his missis, his cum illis commutatis, eligat vel malit sibi mare et undas, ut mare et undas possideat?* Genetivus verbo ἕλοιτο (Soph. Phil. 1100) perinde additus est atque *dandi, mutuandi,* similibus verbis additur (Demosth. Cherson. p. 96 § 25 φασὶ δ' εὐνοίας διδόναι. Demosth. fals. leg. p. 410 § 223. Rehdantz. p. 322 ad Dem. ep. Phil. § 18). Cf. Odyss. XI, 327. Aesch. Ag. 350 (Enger. gloss. v. 340). Steph. thesaur. I p. 1036. De infinitivo epexegetico ἔχειν cf. e. gr. Odyss. XII, 135. Theocr. VII, 129. Krueger. gr. Gr. II, 2 § 55, 3, 20. Ahrensium, ne ἑκὼν e coni. pro ἔχειν scriberet in ed. II. deterrere poterant verba Nic. Eugen. VI, 529 ad hunc versum conformata: προσεξελιπάρει ὡς ἀνθέλοιτο τὴν ἐς ἄντρον ἑστίαν, χαίρειν ἀφεῖσα τὸν θαλάττιον βίον. Scholiastam autem pro ἔχειν legisse ἔχων, id quod Ahrensius p. 85 tanquam exploratum posuit, et quo verbo coniectura ἑκὼν auctoritatem quandam haberet, non sequitur e scholiastae verbis p. 340, 7. Idem Ahrensius *emend. Theocr.* p. 12 coniecerat τίς κἀντῶνδε, h. e. τίς καὶ ἀντὶ τῶνδε, quod postea ipse reiecisse videtur et de quo Hermannus, *annal. Vindob.* 1848 p. 216, haec scripsit: „abscheulich ist der Einfall von Ahrens τίς κἀντῶνδε". Gebauerus 1856 p. 82 coll. Soph. Ai. 537. 823. Eur. Med. 459 τίς κὴκ τῶνδε coniecit, Wordsworthius τίς τῶνδ' ἀντί —. Hartungius

αἰ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν δοκέω λασιώτερος ἦμεν,
ἐντὶ δρυὸς ξύλα μοι καὶ ὑπὸ σποδῷ ἀκάματον πῦρ·
καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦς καὶ τὰν ψυχὰν ἀνεχοίμαν
καὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμόν, τῶ μοι γλυκερώτερον οὐδέν.

τίς κα 'κ τῶνδε e coni. simili Gebauerianae edidit. Sed in loco sano medicinae faciendae non est locus. Edidi autem *κα* cum Brunck. Ahr. II. Mein. III. Pal. pro *κᾶν* (codd. Cant. Canon. k. a. cet. apud Ahr. p. 85, edd. prr. Lov. Boiss. I. II. Mein. II. Ziegl. al.), quod H. Weberum (*d. dor. Part. κα, Hal. Sax.* 1864. p. 73) hic, vs. 74. 59 al. non feliciter *καν* scribere suo loco declarabitur. In cod. M. et in lemmate schol. Call. est *κ' ἂν*, in codd. p. cet. *ἄν*, in cod. s. *κᾶντ' ἀντὶ* eadem manu superscripta, in cod. Q.[b] *τᾶν*, in cod. Y. *κἀντὶ*. Quod Steph. Valck. Mein. I. al. ediderunt *κεν*, id sane a cod. D.[b] offertur. — *καὶ κύμαϑ'*] *mare cum undis suis*. Vide adn. ad id. IX, 8. Scripsi *καὶ* obsecutus Hart. Ahr. II. et Meinekii p. 481 iudicio pro *ἤ*, quod est in codicibus excepto codice F. (ubi *καὶ* legitur) editionibusque prr. Ahr. I. Mein. Pal. cet. — Schol. quoque p. 340, 8 verba sic enarrat ut *καὶ κύματα* eum legisse appareat. Ahr. II. versum totum post v. 44 (*ἅδιον κτλ.*) locavit, eadem usus audacia, qua Hemsterhusius versum 50 post versum 33 collocandum arbitrabatur (vide Valck. II p. 122). Ovidium hoc, quo nunc est, loco scriptum vidisse hunc versum, e Met. XIII, 819—820 concluditur.

50. *λασιώτερος*] *hirsutus corpore toto*. Aber wenn ich dir selbst doch allzu *borstig* erscheine (Lobeck.). Ita verba cepit Ovidius l. l. v. 846: nec mihi, quod *rigidis horrent densissima setis corpora*, turpe puta. Vide Steph. *imitt. Nas.* p. 126. *Barbam* hirsutam qui interpretari velit (id quod improbabilius faciat), is provocet ad Ovid. Met. XIII, 766 et ad Lucian. Alex. 3 (*τὸ γένειον οὐ πάνυ λάσιος*). Theocriti autem lectioni deberi videtur hoc, quod Lucianus, dial. mar. I, 1, de Polyphemo scripsit: *εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ παῖς ὢν ἄγριος οὕτω καὶ λάσιος ἐφαίνετο, καὶ μονόφθαλμος* (cf. v. 33) —. A Philostrato l. l. *λάσιος πάντα* Polyphemus describitur. — Nic. Eug. VI, 508, Theocritea densius sic excoluit: *ποθῶν γὰρ αὐτὴν* (Cyclops Galateam) *εἰς τὸ πῦρ βαλεῖν* (v. 51) *ἔφη καὶ χεῖρας αὐτοῦ καὶ πόδας καὶ κοιλίαν ὡς ἐκτεφρῶσαι τὴν λασιώδη τρίχα, εἰ δυνατὸν δὲ καὶ μέσην τὴν καρδίαν* (v. 52 *τὰν ψυχάν*).

51. *δρυὸς*] Multus est de hoc versu Palmerius, *exercitt.* p. 803—804, qui in quernorum lignorum commemoratione praecipuum huius loci leporem esse putat et gratiam. „Titiones querni immanibus illis femoribus et enormi podici Polyphemi erant convenientes —: nec poterat alio modo Cyclops mederi suae *δασύτητι*: non enim erat illi tonstrinae supellex, et ideo Ovidius Met. XIII, 766 de eo canit: iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam." — *ὑπὸ σποδῷ*] Cf. Theocr. XXIV, 86. Hor. Od. II, 1, 8. Spernenda lectio var. codd. k. v.[1] et ed. Call. *σποδῶ*, quam recepit Ahr. II. — *ἀκάματον πῦρ*] Odyss. XXI, 181 *ὁ δ' αἶψ' ἀνέκαιε Μελάνθιος ἀκάματον πῦρ*. Iliad. XVIII, 225. V, 4. Verg. Ecl. VII, 50. Tibull. I, 1, 6.

52. *ψυχὰν*] Cf. id. XXVII, 61.

53. *ἕν' ὀφθ. κτλ.*] Cf. id. VI, 22. Leutschius, *Philol.* X, 1855 p. 737, huic versui originem debere suspicatur versum Catulli, III, 5 (quem plus illa oculis suis amabat), cui geminus est versus Catulli XIV, 1 (ni te plus oculis meis ama-

ὤμοι, ὅτ᾽ οὐκ ἔτεκέν μ᾽ ἁ μάτηρ βράγχι᾽ ἔχοντα,
ὡς κατέδυν ποτὶ τὶν καὶ τὰν χέρα τευς ἐφίλασα,
αἰ μὴ τὸ στόμα λῇς, ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκά
ἢ μάκων᾽ ἁπαλὰν ἐρυθρὰ πλαταγώνι᾽ ἔχοισαν.

rem). Cf. Catull. LXXXII, 1—4 p. 96 ed. Haupt. et Catull. CIV, 2. Catullum enim legisse studiose Theocritea, intelligi e verbis Plinii, quae a nobis arg. id. II p. 72 exscripta sunt. Sed tam saepe oculorum, ut rei carissimae, fit apud veteres mentio, ut caute de hac imitatione sententiam ferendam esse existimem. Cf. Hecker. de Anth. (1852) p. 206. Mosch. IV, 9. Callim. Dian. 211.

54. ὤμοι, ὅτ᾽ οὐκ κτλ.] Imitatur haec Nonn. Dion. XI, 322: ὤμοι, ὅτ᾽ οὔ με φύτευσε πατὴρ βροτόν, ὄφρα κεν εἴην (cf. v. 55 ὡς κατέδυν —) σύννομος ἠιθέῳ. Cf. similia versuum initia, Nonn. Dion. XI, 304 (ὤμοι, ὅτ᾽ οὐκ Ἀίδης πέλεν ἤπιος). Ibid. XXVI, 21—22. XLVIII, 540 (Mein. p. 280), ubi vocabuli ὅτι syllaba ultima elisa est sicuti Theocr. XI, 79 (cf. Mein. ad Mosch. II, 156 p. 437) et Odyss. XX, 333. Iliad. V, 331. Odyss. VIII, 78. His enim locis non ὅτε vel ὅ τε sed ὅτι ab Homero dictum esse iudico, dissentiens a Bekkero, *menstr. acad. Berol.* 1859 p. 393. Cfr. *La Roche, ephem. Austr.* XII, 11 p. 838 sqq.

55. κατέδυν] Cf. adn. ad id. VII, 87 p. 231. — τὶν] Vide adn. ad v. 39. — χέρα] Bion II, 23 τήνας ἐφίλει χέρα. Ovid. Met. II, 863 oscula dat manibus.

56. λῇς] *si omnino non vis os me tuum basiare.* Lectio λῇς (λῆς edd. prr. Call. Bas. I. Camer. Brub. Steph.) ab omnibus (praeter Ahr. II. et Hart.) editoribus recentioribus inde a Comm. Heins. Wintert. Valck. cet. servata est. In codicibus omnibus λῇς inveniri e silentio editorum (Ahrensii imprimis et Ziegleri), lectionem var. non commemorantium, coniicias, ut erravisse appareat Hartungium, p. 424 „in codice" — „in einer Handschrift" — exstare ἔλης scribentem). Nimirum Ahr. II. et Hart. e coni. scripserunt στόμ᾽ ἔλῃς, quae coniectura non fit plausibilis commemoratione lectionis var. edd. prr. λῆς, quia ubique (id. I, 12. V, 21. V, 64. VIII, 85) λῇς, nusquam λῆς, scriptum est in edd. prr. Ut lectio illa var. edd. prr. λῆς nihil facit ad coniecturam Ahrensii confirmandam, ita etiam Epigr. V, 1 cod. Pal. habet λῆς, id quod Ahr. non indicavit. Etiam adn. ad id. V, 21 de voc. λῇς Ahr. nihil adnotavit, ubi certe cod. Lips. λῆς omisso iota habet (id quod servat id. I, 12), quum tamen hoc loco λῆς quasi magni momenti rem commemoret. Idem igitur Epigr. V, 1 tacet de l. v. λῆς, ubi teste Alfr. Holdero, cui accuratissimam codicis Pal. collationem debeo, λῆς habet codex Pal., ut existimem aliis quoque locis codices non λῇς obsidere, sed λῆς, praesertim quum λῇς sit scriptum in schol. cod. k. ad id. I, 12 p. 7 Ziegl. et in schol. Ahr. p. 39, 6. p. 39, 14. p. 300, 9. Ahrensium ἔλῃς scribentem bene reprehendit Meinekius p. 481, recordari nos iubens verbi λῆν nullum excepto praesenti tempus in usu fuisse. Cf. adn. ad id. I, 12 p. 17. Meinekius quidem λῇς dictum statuit, quasi praecessisset φιλήσω τὴν χεῖρά σου. — ἔφερον] *ferremque* tibi, scil. εἴ μ᾽ ἔτεκεν ἡ μήτηρ βράγχι᾽ ἔχοντα (non „*vellem* tibi afferre", uti colligas e verbis Wuestem. p. 176). Cfr. Frank. in Iahnii *annal.* I, 1831, p. 286. — λευκά] Cf. id. XXIII, 30. Ovid. Med. XII, 411.

57. ἁπαλὰν] Cf. adn. ad id. V, 55,

ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι,
ὥστ᾽ οὐκ ἄν τοι ταῦτα φέρειν ἅμα πάντ᾽ ἐδυνάθην.
νῦν μὰν ὦ κόριον, νῦν αὐτόγα νεῖν μεμαθεῦμαι,

p. 167. — πλαταγῶνι᾽] non *crepitacula* (Vins. Am. al.), sed *folia*, quae collisa ac displosa strepunt et de fide amatoris edunt testimonium. Cf. id. III, 29. Apte Lobeckius: ich brächte dir silberne Lilien oder auch zarten Mohn mit purpurnen Blättern *zum Klatschen*, scilicet ut tu ipsa luderes et me absente memor mei quaereres essemne tibi fidus totusque de te pendens. — ἐρυθρά] *Purpurea* vocat Propertius (I, 20, 38) papavera. Ceterum de colore significato vide Schuster. *ephem. gymn. Berol.* 1861, XV p. 714.

58. ἀλλὰ] Comparare iuvat simplicitatem orationis Homericae, Iliad. VII, 229 ἀλλ᾽ ὁ μὲν κτλ. — τὰ μὲν — τὰ δὲ] *Lilia donat hiems, aestate papavera florent.* Vide proecdos. p. 138. Falso schol. p. 341, 10 τὰ μὲν ad lilia, τὰ δὲ ad papavera retulit. — ἐν χειμῶνι] Lilium album (*narcissus poeticus* Linn.) ,,sera comans'' vocatur a Vergilio, Georg. IV, 122. Cf. Theophr. H. pl. VI, 6, 9. Callim. Apoll. 83 χείματι δὲ κρόκον ἡδύν. De exitu versus spond. vide adn. ad id. I, 65 p. 38. Arat. Dios. 266 κείνη γὰρ φθίνοντι καθαίρεται ἐν χειμῶνι. Ludwich. *de hex. spond.* p. 58.

59. ὥστ᾽ οὐκ ἄν] Nitor naturalis, ne dicam sermo puerilis, quo et versus superior (v. 58) et huius versus conclusiuncula insignis est, egregie mores Polyphemi, quem Cicero, Tusc. V, 39, 115, ipsum nihil ariete suo (Odyss. IX, 447) prudentiorem appellat, depingit. Quare non possum satis mirari Ahrensium, qui in ed. II. ,,tanquam spurium'' hunc versum eiecit, credo quod ipsius rationibus de strophis huic idyllio tanquam prunis piro inserendis repugnavit. At omisso versu 59, plane ineptus est versus 58. Ulterius etiam progressi Greverus ed. Oldenb. 1850 p. 98 et Pal. et hunc versum et superiorem (v. 58 ἀλλὰ τὰ μὲν —) inepte additos esse dicunt, quamquam Athenaeus certe legit versum 58. (Athen. I p. 5 A τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι, φησὶν ὁ Συρακόσιος ποιητής.)

60. νῦν μὰν] nunc *profecto*, nunc ita *me di ament*. Dicit enim μὰν — sicut Hom. Iliad. VIII, 373 ἔσται μὰν — coll. v. 370 νῦν δ᾽ ἐμὲ —, ubi non recte μὴν a Bekkero editum: vide Kayserum, *Philol.* XVIII p. 673. Repetit autem asseverandi propositi sui causa voc. νῦν (de cuius collocatione cf. adn. ad id. I, 12), quemadmodum dicit Hor. Epod. V, 53: *nunc, nunc* adeste, *nunc* in hostiles domos iram atque numen vertite. — κόριον] Hoc vocabulo non solum Athen. XIII p. 612, E, sed etiam Megarensis homo apud Aristoph., Ach. 731 Mein., utitur, id quod scribo propter lex. Passow. s. v. κόριον. — αὐτόγα] *nunc ipsum*. Ita recte interpretatur Ribbeckius, Mus. Rhen. XVII, p. 569, vocabulum, quod in edd. Iunt. Call. atque in codd. p. M. manifesto comparet firmaturque codicibus k.[4] v.[1], ubi est αὖ τό γα (id quod recepit Ahr. II.), dum αὖ τόγε in codd. v.[6] cet., αὐτόκι in edd. Ald. Camer. Bas. I. Sal. Farr. Brub. I., αὐτόγε in codd. Burn. s. cet. (Ahr. p. 86), αὐτί γε in cod. 6.[2], omisso αὖ in codd. a. cet. ed. Med. τόγε, denique αὐτόθι in cod. Q. legitur: hoc — αὐτόθι — in edd. Comm. Heins. Wintert. Steph. Valck. Briggs. Mein. I. II. Pal. al. repetitur. Stephanus edidit αὐτό γα, ut nos αὐτόγα Brunckius, Zieglerus, Ameisius. Reiskius αὖ ποτί, Eldikius αὖ ποκα, Ahrens.

αἴκα τις σὺν ναὶ πλέων ξένος ὧδ' ἀφίκηται,
ὡς εἰδῶ τί ποχ' ἁδὺ κατοικεῖν τὸν βυθὸν ὔμμιν.

emend. p. 12 *αὐτόκα*, Pal. *αὐτίκα* coniecturas proposuerunt, Sardes venales. — *μεμαθεῦμαι*] Postliminium esse debuit huic verbo in codice Cant. Wordsworthii et in cod. v. a manu prima eidemque in cod. L. tam manu prima quam correctione posteriore scripto, a Mein. III. edito, sublevato etiam lectione var. codicis Q.[b] *με μαθεῦμαι*. Codex L. e correctione priore habet *γε μαθεῦμαι*, idemque *γε μαθεῦμαι* (nisi quod cod. w.[1] *γε μεθεσεῦμαι* dat) traditur in codd. reliquis legiturque in edd. prr. et ceteris usque ad Mein. I. II. Ziegl. Ameis. Pal. Sed iure hanc, quam futuri temporis putant formam (Krueger. gr. Gr. II, 1 § 39 al.), Graecam esse negavit Cobet. *var. lectt.* p. 42, quamquam eam defendere Mein. p. 481 studuit. Nihil huic rei, quod voc. *νῦν* in cod. L. vocabulo *νεῖν* et voc. *πλεῖν* eidem vocabulo in cod. s. superscriptum est, tribuo. Ahr. II. (qui in ed. I. *αὐτῶ νεῖν* e coni. scripserat) e coni. edidit *νῦν αὖ τό γα νεῖν μασεῦμαι*, Mein. III. (qui antea *νῦν αὐτοπλεῖν* coniecerat) e coni. Hermanni *νῦν αὖ δύπτειν μεμαθεῦμαι*. Sed idem Hermannus alio tempore (*annal. Vind.* 1848 p. 216) *νῦν αὖτ' ἐρετμεῖν* coniecerat. Hart. *νῦν αὖ τὸ πλεῖν με μαθεῖν χρή* e coni. pariter atque superiores coniecturae spernenda edidit. Kreusslerus, *obss. Theocr.* II, p. 17, malit *νῦν αὐτό κε νεῖν μεμάθοιμι*, ficto aoristo ad formarum *μεμάποιεν*, *πεπαλών* al. analogiam.

61. *σὺν ναὶ*] Hoc eadem sermonis ubertate, qua e. gr. id. VII, 153 *ποσσὶ χορεῦσαι*, dictum censeo. Est qui hic timidum Polyphemi animum notari existimet, cupientis in mortis periculo a nautis in navim propinquam extrahi. Vide *Mus. Rhen.* XVII p. 569. At navis mortalium non cepisset illud *θαῦμα πελώριον*, quale Odyss. IX, 190 describitur. Cf. etiam clavae Cyclopeae descriptionem, Odyss. IX, 320—324. Ceterum Ahr. II. e coni. *εἴ τις κα* pro *αἴκα τις* (*εἴτε κα* cod. k., *εἴτε καὶ* cod. v.) edidit: quin etiam Gebauer. 1861 p. 82 versum totum, metricis rationibus ipsius obstantem, eiectum vult. Neutri assentior.

62. *τί ποχ'*] *cur tandem vobis tam suave sit in profundo mari habitare.* Ita verte versum, non *quae tandem* vel *quaenam voluptas sit* — (Am. Vins. al.). Minus apte Lobeckius: um doch zu sehn, was euch so lockt in dem Abgrund zu wohnen. Revocavi nunc cum Boiss. I. II. Mein. III. Hart. Ahr. I. lectionem codd. 16. Y. *τί ποχ'*. Cf. e gr. Soph. Ai. 800 vel Plat. Phileb. p. 27, C *τί ποτε βουληθέντες* —. Nam frustra nos proced. p. 139 torsimus in explicanda lectione *τί πόθ'* substituta ibi lectioni edd. prr. al. *τί ποθ'*, quam habet etiam auctor schol. id. I, 1 p. 31, 6. Quod Ahr. II. edidit *ὥς εἰδῶ τι, πόθ' ἁδὺ* —, id se negat intelligere Hartungius p. 425. Si voluit Ahrensius hoc significari: *ut intelligam quippiam, unde, qua de causa, vobis volupe sit* —: istud *quippiam* videtur a sententia discrepare. Pal. Ziegl. Ameis. Mein. I. II. Wuestem. al. secuti editiones antiquas *τί ποθ'* scripserunt, easdem edd. antiquas secuti Valck. Gaisf. Wuestem. Mein. I. al. *ὥς κεν ἴδω* pro *ὡς εἰδῶ*. Sed *ὡς εἰδῶ* fide et praesidio codd. k. cet. (Ahr. p. 86) et ed. Call. nititur. De voc. *ἁδύ* cf. id. II, 98. Ananius apud Athen. VII p. 282, B: *ἡδὺ δ' ἐσθίειν χιμαίρης φθινοπωρισμῷ κρεῖας.* Liberius Verg. Ecl. IX, 39 his Graeca verbis vertit: „quis est nam *ludus* in undis?“

ἐξένθοις Γαλάτεια καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο
ὥσπερ ἐγὼν νῦν ὧδε καθήμενος οἴκαδ᾽ ἀπενθεῖν·
ποιμαίνειν δ᾽ ἐθέλοις σὺν ἐμὶν ἅμα καὶ γάλ᾽ ἀμέλγειν
καὶ τυρὸν πᾶξαι τάμισον δριμεῖαν ἐνεῖσα.
ἁ μάτηρ ἀδικεῖ με μόνα, καὶ μέμφομαι αὐτᾷ·
οὐδὲν πήποχ᾽ ὅλως ποτὶ τὶν φίλον εἶπεν ὑπέρ μευ,
καὶ ταῦτ᾽ ἆμαρ ἐπ᾽ ἆμαρ ὁρεῦσά με λεπτύνοντα.

63. *καὶ ἐξενθ.*] Vide adn. ad id. II, 113 p. 103. Iliad. I, 595—596.

64. *ὧδε*] Pro explicatione vocabuli *ὧδε* (*ἆδε* cod. k.[4]) est l. v. *ἐνθάδε* codicis Burn. et codicis p.

65. *ποιμαίνειν*] Absolute hoc dicitur haud secus atque Iliad. VI, 25 vel *νομεύειν* id. VII, 113. Lobeckius: ,,ach gefiel es dir doch zu weiden mit mir und zu melken.''

66. *πᾶξαι*] A Luciano Ver. hist. II, 3 commemoratur *τυρὸς συμπεπηγώς*. Cf. Iliad. V, 902. — *τάμισον*] Cf. id. VII, 16. Calpurn. III, 68 sed mihi nec gracilis sine te fiscella salicto texitur (cf. id. XI, 73), et nullo tremuere *coagula* lacte. Calpurn. IX, 33 ipse ego nec iunco molli nec vimine lento perfeci calathos cogendi lactis in usus.

67. *ἁ μάτηρ*] Cf. v. 26. De articulo vide id. IV, 9 et adn. ad id. II, 64 p. 92. Doctius quam verius Huschkius ad Tibull. II, 6, 45 verba Tibulli *lena nocet nobis* (v. 44) Theocriteis sumit esse coniuncta. — *μόνα*] cum indignatione quadam dicitur, plane ut nos: die Mutter *nur* ist garstig gegen mich. Haec dicenda propter Wordsworthium, qui mendose *μόνα* scriptum esse his verbis demonstrare studuit. ,,Quo enim iure dicere poterat *mater me sola iniuria afficit?* Nonne ipsa quoque *Galatea* eum spernens afficit iniuria? Nonne Cyclops sibi quoque nocuit, amore captus et, ut ipse ait, *φρένας ἐκπεποταμένος?* Mirum sane hoc tam ineptum *μόνα* viris doctis potuisse probari [,,Missverständlich. Wordsw. übersah, dass der Cyclop sich nur trösten will, und daher, immer noch auf Gegenliebe hoffend, alle Schuld auf die Mutter schiebt, die nie zu seinen Gunsten gesprochen habe''. Ita Hermannus in *annal. Vind.* 1848 p. 216]. Tu vero, amice lector, pro *μόνα* repone *κόρα*. Cf. v. 25. 30. 60. Similitudo elementorum, ut in codd. pinguntur *κ* et *μ*, *ν* et *ρ*, corruptelas creberrimas peperit. Sic *μάκιστον* et *κάκιστον* confusa sunt Soph. Oed. R. [nempe versu 1301], *πονεῖν* et *κυρεῖν* Oed. Col. 335. Sed, ut haec et alia plurima, quae in eandem rem afferri poterant, missa faciamus, satis habebimus duos locos indicare, ubi eadem corruptela, quam hic notavimus, adhuc latet. Hodie in Bione XV, 15 [II, 15 Mein.] editur *λάνθανε δ᾽ ἐν κώραις Λυκομηδίσι μῶνος Ἀχιλλεύς* [*μοῦνος* Ahr. et Mein.] ubi, ut vis et poetica proprietas versui restituatur, pro insulso *μῶνος* indubie legendum *κῶρος*, id est *puer* Achilles inter Lycomedae *puellas* latuit: cf. v. 7. [Vituperat hoc Hermannus l. l. p. 217, quia versus praegressi *μοῦνος* flagitent.] Bion. I, 59 *κενοὶ δ᾽ ἀνὰ δώματ᾽ Ἔρωτες* sensu caret: legendum *μόνοι*. [At videatur *Kvičala* in *ephem. gymn. Austr.* 1862 p. 406 coll. Ovid. Met. XIV, 831.] Ovid. Her. XV, 155 mater Ityn, Sappho *desertos* cantat *amores*''.

68. *πήποχ᾽*] Cf. id. VIII, 34 p. 275.

69. *ὁρεῦσα*] Formam *ὁρεῦσα* retinui cum Reisk. Brunck. Valck. Ahr. I. Mein. I. II. III. Hart. Pal. al. ductam e codd.

φλασσῶ τὰν κεφαλὰν καὶ τὼς πόδας ἀμφοτέρως νιν
σφύσδειν, ὡς ἀνιαθῇ, ἐπεὶ κἠγὼν ἀνιῶμαι.

k. p. cet. (Ahr. p. 87) et ed. Call.: favet huic l. v. codd. a. L. *ποτορεῦσα*. Vide adn. ad id. VI, 30 p. 191. Ahr. II. ex edd. prr. Lov. Salam. Farr. Brub. I. Steph. Heins. Wintert. et codd. 6. Y. edidit *ὁρῶσα*. — λεπτύνοντα] „*attenuatum amore*" (Ovid. Met. III, 489), *τηκόμενον τῷ ἔρωτι*, ut explicat glossa cod. P. (*τήκομαι γὰρ ὑπ' ἔρωτος*, glossa cod. M.). Auctorem huius glossae mihi nunc persuasi legisse *λεπιύνοντα*, id quod Reiskio praeeunte (hic enim, *animadv.* p. 214, *λεπτυνέοντα* coniecerat) eruit Mein. II. p. 175 receperuntque Ahr. II. Hart. pro *λεπτὸν ἐόντα* (codd. edd. prr. cet. Mein. I. II. Ameis. Pal.). Ahrensius in ed. I. e coni. scripserat *λεπτυνθέντα*. Reiskianam coniecturam nunc dubitanter commendavit Pal. Amanti Polyphemo hoc accidit, quod Ovid. Met. III, 396 dicitur: extenuant vigiles corpus miserabile curae adducitque cutem macies. Cf. id. XIV, 3. Plat. Amat. p. 134, B *ἄνδρα ἀγρυπνόν τε καὶ ἄσιτον καὶ ἀτριβῆ τὸν τράχηλον ἔχοντα καὶ λεπτὸν ὑπὸ μεριμνῶν*.

70. φλασσῶ] *caedam, percutiam, pulsabo*. Cf. id. V, 148. V, 150. Quod in codd. k. D. et tanquam lectio varia in cod. Q. legitur atque in lemmate codicis k. (Ziegl. schol. p. 74) iteratur *φλασῶ*, id φλασσῶ emendandum statuo, calculum adiiciente Gebauero 1861 p. 17. In edd. prr. cet. et in codicibus reliquis (excepto codicis D$^{\beta}$ margine, ubi *φάσω*) legitur *φασῶ*, id quod schol. explicat *προσποιήσομαι κεφαλὴν ἀλγεῖν, ὡς ἂν λυπηθῇ αὐτὴ ἡ Γαλάτεια*, Ameis. vero vertit „dicam caput et pedes ambos meos graviter dolere". At *σφύζειν* non sonat Latine *dolere*. Nec sufficit interpretatio Lobeckii l. l. p. 363: sagen will ich zu ihr, *es zucke in Haupt mir und Füssen fieberisch*, dass sie sich gräme, so wie ich selber vergrämt bin. Talis enim simulatio fortasse amanti puellulae delicatulae convenit, ab ingenio Polyphemi abhorret. Hic potius quum singulari cupiditate, immanitate, scelere praeditus pingatur, manu saevus ne matri quidem, quum irascitur, parcit. Vis ridiculi autem in eo quoque posita est, quod hoc „monstrum horrendum, ab nullo hospite impune visum", ne Amoris quidem potentia sui dissimile evadit. Hac de causa scripsi etiam in versu extremo *νιν* pro *μεν*, quod habent codd. et edd. prr. cet. Nam quum olim legeretur quod ego lectum suspicor, id asperius grammaticis visum, *νιν* in *μεν* mutatum, denique pro *φλασσῶ*, obscuro verbo, *φασῶ* scriptum arbitror. Contra Greverum, versus 70—71 spurios indicantem Eberzius p. 261 disputavit. Eidem Grevero (p. 90 ed. Oldenb. 1850) *τὰς φλέβας ἀμφοτέρας* pro *τ. πόδας ἀμφ.* legendum videtur.

71. σφύσδειν] caedam *ut tumescant ac febricitent*. De huius verbi significatione vide thesauros Gr., de infinitivo e. gr. Odyss. IX, 457. Pind. Pyth. X, 17 ibique Dissen., Herod. I, 32, 3 ibique Abicht. Vide etiam id. XXV, 74 et adn. ad id. XI, 49. — ὡς ἀνιαθῇ — ἀν.] Vocalem iota huius verbi bis hoc loco Theocritus corripuit contra consuetudinem Homeri (Od. I, 133 *ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδῷ*. Iliad. II, 291. Od. III, 117. coll. Apoll. Rhod. I, 1340. Od. XV, 335 *ἀνιᾶται παρεόντι*, vel Sophoclis (Phil. 906. 283), quam id. II, 23 (*ἀνίασεν*) servavit: cf. et Od. II, 115. XIX, 66. Soph. Ant. 319. 550. Ai. 266. Bion. I, 8. Propius igitur in hac re accedit ad

ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
αἴθ' ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις καὶ θαλλὸν ἀμάσας

Euripidem et Aristophanem, quorum prior Orest. 230, Phoen. 1314 (cf. Porson.), Med. 1095, posterior Plut. 561 voc. ἀνιαρός correpta posuit iota vocali, quae longa est Od. II, 190. XVII, 220. 377. De collocatione verborum ἀνιαθῇ — ἀνιῶμαι vide adn. ad id. I, 144 p. 66. Iliad. XVIII, 308 (φέρῃσι — φεροίμην).

72. ὦ Κύκλωψ] ,,quid vis, insane, et quas res agis''? ut dicit Hor. Sat. II, 6, 29. Redit quodammodo ad se Cyclops, et se ipsum ob insanum amorem increpat. Simile est hoc Vergilianum [Ecl. II, 69] ,,*ah Corydon Corydon, quae te dementia cepit?*'' Vins. Iterato nomine Vergilius, aemulatus Theocritum, prius hemistichium ita explevit ut fecit similiter Horatius, Epist. I, 1, 53: *o cives cives.* Cf. etiam id. I, 123. Ceterum haec verba simul Niciae causa, cui hoc idyllium dedicatum est, a Theocrito posita esse tecteque huius viri ,,mollem inertiam'' (Horat. Epod. XIV, 1) notari et hunc ad amorem, quem tum corde alebat, excutiendum a poeta incitari, dixi *de poet. buc.* p. 18. Vide versus Niciae in arg. Gr. p. 344 servatos. — πᾶ τὰς φρ.] *quonam* (vide adn. ad id. I, 66 p. 38) *mente tua avolasti?* Cf. id. XXX, 15. Alloquitur se Cyclops iisdem verbis, quibus ancillam suam Simaetha, id. II, 19. Eur. Electr. 177 οὐκ ἐπ' ἀγλαίαις θυμὸν πεπόταμαι. Ennius apud Cic. Cat. m. VI, 16 (Ann. v. 208 ed. Vahlen.) *quo vobis mentes,* rectae quae stare solebant antehac, dementes *sese flexere viai?* Iliad. V, 472 Ἕκτορ, πῇ δή τοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες; Laudat hunc versum Max. Planud. *de synt.* in Bachmanni anecd. II p. 106, 11 (Θεόκριτος ἐν Κύκλωπι· ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ πᾶ [sic] τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;).

73—74. αἴθ' — ἔχοις νῶν] Utinam calathos texeres frondesque desectas agnis ferres! *Hoc si faceres,* multo tu magis saperes. Conformata est oratio similiter atque locis id. VII, 87 p. 231 significatis. Cf. inprimis id. X, 32—33 et Iliad. XXII, 41 αἴθε θεοῖσι φίλος τοσσόνδε γένοιτο, ὅσσον ἐμοί· τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδοιεν. Vide Faesium ad Odyss. I, 255. Odyss. XX, 236 — 237. Cic. Brut. XXVII, 103 utinam in Ti. Graccho talis mens fuisset! profecto nemo . . praestitisset. Cic. II. Phil. 16, 40 hereditates mihi negasti venire: utinam hoc tuum verum crimen esset! plures . . viverent. Cic. ad Att. IX, 6 una fuissemus! consilium certe non defuisset. Ovid. Met. III, 549 — 551. Ovid. Met. II, 435. Cf. etiam Odyss. XIV, 503 sqq., quamquam Dindorfium et Bekkerum nunc vss. 504 — 506 eiecisse scio. Verg. Ecl. IV, 53 — 55. Tenui igitur cum Hart. αἴθ', quod est in cod. D. Contra Mein. I. II. III. Ahr. I. II. Ameis. Pal. al. scripsere αἴ κ' vel αἴκ', quod est in subsidiis reliquis.

73. τε πλέκ.] Homerum sequitur Theocritus. Nam Odyss. IX, 246 Polyphemus ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκεν. Theocriti vero sententiam vel expressisse vel certe adumbrasse Vergilium, Floderus, *obss.* p. 37 sq., Ursinus, *coll.* p. 26, alii vere crediderunt. Scribit enim Verg., Ecl. II, 71—72: quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, viminibus mollique paras *detexere* iunco. Cui est gemellum illud Tibulli, II, 3, 15: tum fiscella levi *detexta* est *vimine iunci,* ut ne morer in eclogae decimae versu 71 (Gebauer. 1851 p. 5). De imitatione Calpurnii vide adn.

ταῖς ἄρνεσσι φέροις, τάχα κα πολὺ μᾶλλον ἔχοις νῶν.
τὰν παρεοῖσαν ἄμελγε· τί τὸν φεύγοντα διώκεις;
εὑρησεῖς Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.
πολλαὶ συμπαίσδεν με κόραι τὰν νύκτα κέλονται,
κιχλίσδοντι δὲ πᾶσαι, ἐπεί κ' αὐταῖς ἐπακούσω.

ad v. 66. — θαλλὸν ἀμ.] *strictas frondes* (Hor. Epist. I, 14, 28) vel *virgea pabula* (Verg. Georg. III, 320) *feras agnis*. Calp. V, 98 incipe falce nemus vivasque recidere frondes. Nunc opus est teneras summatim stringere virgas —. Ceterum attende ad syllabam primam verbi ἀμάω hic in thesi versus ad exemplum Homeri, Odyss. IX, 247, correptam. Longa est haec in arsi syllaba Odyss. XXI, 301 coll. Iliad. XI, 67. Theocr. X, 16. X, 50.

74. ταῖς ἀρν.] Erat enim, ut dicit Ovidius, Met. XIII, 763, *oblitus pecorum antrorumque suorum*. Cf. superiora, v. 11. — In promimis cum Ahr. I. II. Mein. III. Hart. Pal. κα scripsi, vindicatum illud ab Ahrensio, Philol. VII p. 425. Idem voluit ille, qui in cod. Q. adscripsit γρ. καππολὺ, quum sit in textu huius codicis et codicum k. a. cet. (Ahr. p. 87) καὶ πολὺ (κε καὶ πολὺ cod. v.). Mein. II. Ameis. Ziegl. καὶ, Mein. I. Wuestem. Valck. Brunck. Heins. Steph. κεν cum edd. prr. Call. Lov. ediderunt. — Doricum νῶν pro νοῦν (edd. prr. Call. Lov. Mein. I. II. Am. al.), assensu editorum recentissimorum (Ahr. I. II. Mein. III. Hart. Pal.) comprobatum, codicibus k. cet. debetur. Cf. id. XIV, 21.

75. τὰν παρ.] ὄιν vel αἶγα. Ὁ νοῦς· τί πρὸς ἀμηχανίαν τρέπῃ; Ἡσίοδος [frgm. 209 Marksch.] νήπιος, ὃς τὰ ἑτοῖμα λιπὼν ἀνέτοιμα διώκει (cf. id. VI, 17). ἡ παροιμία· τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε. Schol. cod. k. — τί τὸν φ. κτλ.] Masculino τὸν φεύγοντα commodissime κριὸν vel τράγον explicationis causa adiicitur. Videtur autem fuisse proverbium, quo monentur homines, ut praesentibus commodis fruantur nolintque absentium cupiditate sese excruciare. Vide etiam proecdosin p. 140 et Ovid. Amor. II, 9, 9: venator sequitur fugientia, capta relinquit, semper et inventis ulteriora petit. — Resonat autem hoc hemistichium quodammodo v. 19.

76. εὑρησεῖς κτλ.] Vertit haec Vergilius, Ecl. II, 73: *invenies alium*, si te hic fastidit, Alexim.

77. κόραι] An filiae Cyclopum? Namque horum θεμιστεύει ἕκαστος παίδων ἠδ' ἀλόχων (Odyss. IX, 115).

78. κιχλ.] *submissa voce rident*, *furtim cachinnant* (Lucr. IV, 1172), *sie kichern* alle, all them *titter* (non *effuse rident*, ut Ameis. et Lobeck.). Photius: κιχλισμός, ὁ λεπτὸς καὶ ἀκόλαστος γέλως. Maced. in Anth. Pal. V, 245 κιχλίζεις χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα. — ἐπακούσω] si aures iis patefacio. Cf. adn. ad id. VII, 95 p. 233. Falso Lobeckius l. l. p. 363: — wenn ich hinzukommen *verspreche*. Talem enim fastidii significationem non lente tulisset „monstrum illud horrendum" et iracundum. Maior est auctoritas codicum k. a. cet. (Ahr. p. 88), a quibus ἐπακούσω (quod scripserunt Ahr. I. II. Hart.) propagatum est, quam codicum M. Y., quorum lectio ὑπακούσω (ὑπακουσῶ codd. D. L. habent) Mein. II. III. Ziegl. Ameis. placuit. In edd. prr. Call. Lov. cet. antiqq. est ὑπακοίσω, quod Valck. Boiss. I. II. Mein. I. Pal. al. servaverunt. Denique pro ἐπήν κ' (edd. prr. cet. antiqq. Valck. Mein. I.

δῆλον ὅτ᾽ ἐν τᾷ γᾷ κἠγών τις φαίνομαι εἶναι.

Wuest. al.) ἐπεί κ᾽ (codd.) dederat iam Brunckius, quem Boiss. I. II. et recentissimi editores secuti sunt.

79. ἐν τᾷ γᾷ] in hac terra. Lobeckius: nun, man sieht es ja wohl, ich gelte noch etwas im Lande. Medea apud Ovid. Met. VII, 23: „*haec* quoque *terra* potest, quod ames, dare". — De elisa vocali voc. ὅτι vide adn. ad v. 54. — τις] δηλονότι οὐκ ἀηδής εἰμι, ὅπου γε καὶ κόραι με φιλοῦσι. De pronomine τις cf. id. IV, 30 ἐγὼ δέ τίς εἰμι μελικτάς. Plat. Apol. p. 41, E ἐὰν δοκῶσί τι εἶναι, μηδὲν ὄντες, ὀνειδίζετε αὐτοῖς. Eurip. Electr. 939 ὃ δ᾽ ἠπάτα σε πλεῖστον οὐκ ἐγνωκότα, ηὔχεις τις εἶναι τοῖσι χρήμασιν σθένων. Cic. ad Fam. VI, 18, 4 qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum. Cic. div. in Q. Caecil. XV, 48 ut tu tamen aliquid esse videare. Iuvenal. I, 73 si vis esse aliquis. Cic. ad Fam. V, 12 aeque enim tu is es, qui quid sis nescias.

80. Οὕτω] Similis est conclusio Herodot. VI, 140: οὕτω δὴ τὴν Λῆμνον ἔσχον Ἀθηναῖοί τε καὶ Μιλτιάδης. Herod. V, 65: οὕτω μὲν Ἀθηναῖοι τυράννων ἀπηλλάχθησαν. — ἐποίμαινεν] τὸ αὐστηρὸν τῇ χάριτι καὶ πρᾳότητι τοῦ μέλους ὑποκατακλινόμενον ἡσυχάζειν ἐποίει, ut loquar cum Plut. Symp. VII, 8, 4. Federus l. l. p. IV comparat Gallorum illud *promener ses rêveries*, Kaercherus p. 16 versum Horatii (Epist. I, 2, 31) *ad cantum citharae cessatum ducere curas*. Vide etiam Plutarchi verba in adn. ad id. IX, 25 p. 313. Ovid. Met. IV, 263 rore mero lacrimisque suis ieiunia *pavit*. (Diversum est dictum Ovid. Remed. 749 — paupertas *pascat* amorem.) Plat. Lys. 209, A ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄλλος ποιμαίνει καὶ θεραπεύει. (Aesch. Agam. 669 ἐβουκολοῦμεν νέον πάθος. Aesch. Eum. 78 τόνδε βουκολούμενος πόνον.) In scholio cod. k. hoc scriptum est: ἀστείως τὸ ἐποίμαινεν ἐπὶ τοῦ ποιμένος ἀντὶ τοῦ μετεχειρίζετο. Comparationem habet etiam versus Orph. p. 507 Herm. ποιμαίνων πραπίδεσσιν ἀνόμματον ὠκὺν ἔρωτα.

81. μουσίσδων] Cf. id. VIII, 38. Galatea Luciani, dial. mar. I, 3: ὁ δέ γε Πολύφημος τά τε ἄλλα καὶ μουσικός ἐστι, ubi plura Doris § 4 iocatur. — Verg. Aen. X, 191 moestum *Musa solatur amorem* coll. Georg. IV, 464. Calpurn. XI, 73 — levant et carmina curas. — ῥᾷον δὲ διᾶγ᾽] Redit oratio illuc, unde v. 7 digressa est, οὕτω γοῦν ῥᾴιστα διᾶγ᾽ ὁ Κ. — Sed non dubito quin exciderit post ἢ εἰ versus 81 clausula et initium versus ultimi, cuius extrema verba fuerunt illa χρυσὸν ἔδωκεν. Nam initium carminis (v. 1 sqq.) qui consideraverit, aliquid huiusmodi scriptum fuisse mihi concedet: οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα μουσίσδων, ῥᾷον δὲ διᾶγ᾽ ἢ εἰ πὸτ τὸν ἔρωτα (cf. v. 1) φάρμακα πάντα λαβὼν (id. II, 162) ἰατροῖς (v. 5) χρυσὸν ἔδωκεν. Facete ita poeta in artem Niciae medicam (v. 5), qua ne ipse quidem amori suo mederi poterat, iocatur. Necessario autem persona auro donanda adiecto dativo aliquo significanda erat. Versum extremum Boiss. II. primus sic scriptum edidit: μουσίσδων, ῥᾷον δὲ διᾶγ᾽ ἢ εἰ χρυσὸν ἔδωκεν. Hoc enim consignatum auctoritate codicis k. habemus (vide Zieglerum in Iahnii annal. 1866 p. 103) videturque legisse schol. p. 344, 14. Voculae ἢ εἰ autem synizesin patiuntur ut in versu Alexidis apud Athen. VI p. 244, E ἢ εἴ τι θᾶττον coll. Iliad. V, 466. A codicibus reliquis abest particula εἰ, omissa eadem in edd.

Οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα
μουσίσδων, ῥᾷον δὲ διᾶγ' ἢ εἰ — — — — —
— — — — — — — — — χρυσὸν ἔδωκεν.

prr. et ceteris (etiam Boiss. I. Mein. I. II. Wuestem. Duc.), recepta a Ziegl. Ameis. Ahr. I. II. Hart. Pal., quam reponendam Is. Vossius et Reiskius pridem censuerunt. Vulgatam lectionem male defendit Wuestem. p. 178, peius Harl. p. 191 („post *ἢ* supple *εἰ* et ante *ἔδωκεν* subaudi *τις*: tunc sensus planus erit"). Ioh. Henr. Vossius in adn. translationis suae vern. coniici posse scribit *ἢ χρυσὸς ἔδωκεν*, Wakefieldius et idem, quod Io. Henr. Vossius, et *ἢ 'ν χρυσὸς ἔδωκεν*, h. e. *ἢ ἂν* (!), Taylorus *ἢ χρυσὸν ἔδωκας*, Briggsius *ῥᾷον δ' ἆγ' ἢ εἰ χρυσὸν ἔδωκεν*. Fawk. sic vertit: more sweetly far with song he sooth'd his heart, Than if his gold had brib'd *the doctor's art.*

XII.

ARGUMENTUM.

Hoc idyllium cum bucolico genere nihil commune habet, sed totum est lyricum: cf. huius libri p. 6 *adn.* Exprimitur eo tenerrimus amoris affectus in puerum quendam, qui post trium dierum absentiam ad amatorem rediit (v. 1—9), optatque poeta ut inter se ament mutuo et perpetuo (v. 10—26). Ideo adiicitur laudatio Megarensium, quod ad Dioclis, hominis ob insignem in puerum quendam amorem in illa civitate clarissimi, tumulum anniversaria osculorum certamina instituerint, qua laudatione, dummodo puer ille velit, similem sibi ac puero gloriam portendi posse tecte a poeta significatur.

Scripsisse hoc carmen Theocritum vere credimus, freti imprimis Athenaei II p. 50 A testimonio (vide adn. ad v. 3), qui nominat Theocritum et cuius fidem sublevant verba Iuliani (vide adn. ad v. 2) *Siculum poetam* auctorem versus 2 vocantis et alio loco (vide adn. ad v. 32) eundem poetam et versum 32 huius idyllii et carmina in Daphnidem scripsisse affirmantis. Videtur autem idyllium ducere originem a domestica exercitatione et umbratili, quae etiam idyllia XXIX. et XXX. argumento huic carmini simillima excudit, quum Theocritus iuvenis more aequalium Alexandrinorum periclitabatur vires ingenii. Ita explicatur eundem hominem, qui Dorica dialecto usus est in carminibus bucolicis, alio tempore Ionica vel epica dialecto (nam hac temperatum est hoc idyllium) potuisse uti et alio tempore, idyllia XXIX. XXX. XXVIII. scribentem, dialecto Aeolica. Neque vero aut in argumento aut in tractatione carminis quidquam, quod a Theocrito alienum censendum sit, reperitur, minime omnium in re amatoria, de qua multi sunt Greverus ed. Oldenb. 1850 p. 91 sqq., Welckerus, *Sapph.* p. 39, Fr. Iacobsius, *verm. Schr.* III p. 216, Wuestemannus p. 180. Ita recte Dahlius p. 166, Wuestemannus p. 179, alii, nihil tribuerunt suspicionibus eorum virorum doctorum, qui Theocrito hoc idyllium abiudicaverunt. Sunt autem hi. Heinsius, *lectt. Theocr.* p. 356: Valckenarius, *epist. ad Roever.* p. XVIII: Hemsterhusius ad Lucian. I. p. 253: Reinholdus *de genuinis Th. carm.* p. 45: Blomfieldius *gloss. ad Aesch. Pers.* 694 p. 174 (164). Dubitantur locutus est Bindemannus p. 131: in numerum *τῶν εἰς Θεόκριτον ἀναφερομένων εἰδυλλίων* carmen retulit Brunckius, *anal.* I p. 367.

Dialectus quidem carminis haudquaquam arguit scriptorem a Theocrito diversum. Cfr. Wissowa, *Theocr. Theocr.* p. 25. Uti poetam hic dialecto Ionica testatur inscriptio codicis D. (*Εἰσπνῖλος ἢ Ἀίτας τῇ κοινῇ Ἰάδι*) et codd. 3. 4. 16. Item in ed. Iunt. adscriptum est *ΑἸΤΗΣ. ΙΑΚΟΝ. ΤΗι ΚΟΙΝΗι ΙΑΔΙ.* Cf. etiam glossas codicum apud Ahr. *schol.* p. 345, 14 sqq. et argumentum Graecum infra exscribendum. Accedit fides codicum pleraque Ionica, vel Homerica, defendentium. Laudandi igitur Commelinus et Heinsius, qui iam paene per totum carmen formas verborum posuerunt Ionicas, quos viros sequuntur Wintertonus, Reiskius, Valckenarius in ed. II. p. 125 (nam in ed. I. hoc carmen non est ab eo receptum), Brunckius, Harlesius, Dahlius, Meinekius, Ahrensius, Hartungius reliqui editores recentiores, exceptis Zieglero, Ameisio, Paleyo, qui Doricas formas non paucas retinuerunt. Revera autem hic regnare dialectum Ionicam Homericis quibusdam formis temperatam ex hac locorum singulorum collectione apparet.

V. 1. et 2. *ἤλυθες* (Iliad. III, 428. XIII, 252 al.) legitur, non *ἦνθες*, quod vidimus in carmine Dorico, XI, 26 coll. I, 80—81. Cf. Theocr. XXV, 164. Ibidem *κοῦρε* (Iliad. XXII, 391) et codd. plerique habent et edd. prr., solus cod. k. *κῶρε* (cf. Theocr. I, 47. I, 82). Vide etiam v. 31. Denique *τρίτῃ* consensus dat codicum omnium et edd. prr. (*τρίτη* Call.), *ἠοῖ* pro *ἀοῖ* (codd. k. p. cet. edd. prr. Steph. Ameis. Pal. al.) codex 6., id quod Comm. Heins. Mein. Ahr. al. posuerunt.

V. 2. *ποθεῦντες* Ionicum, non Doricum, hic existimandum. Cfr. Abicht. *quaestt. de dial. Herod.* p. 11. 33 sqq. et e. gr. Herod. IV, 156 (*ἀγνοεῦντες*), Odyss. X, 229 (*καλεῦντες*). Et hoc et *γηράσκουσιν*, non *γηράσκοντι*, libri habent omnes. Praeterea *ἤματι* (*ἅματι* codd. v. L. et edd. prr. cet. usque ad Comm., qui *ἤματι* emendavit) testantur codices plerique: cf. Ziegler. p. 72. Ahr. p. 89.

V. 3. *μῆλον* est in codd. 6. 16. Y. Lectio var. est *μᾶλον* (codd. k. a. cet. et edd. prr. cet. usque ad Comm., *μᾶλλον* cod. D. a manu pr.). Vide etiam Athen. in adn. ad v. 3 et de voc. *ἔαρ* adn. ad v. 30.

V. 4. *ἥδιον* habet cod. D. coll. Athen. adn. ad v. 3, *σφετέρης* codd. 6. 16. D. cet. (Ahr. p. 89) pro *σφετέρας* (codd. k. a. cet.), *λασιωτέρη* codd. p. 6. D. cet. *Ἅδιον — σφετέρας — λασιωτέρα* edd. prr. Lov. cet. antiquae ante Comm. praebent, *ἅδιον* etiam codd. k. cet.

V. 5. *παρθενική* est edd. prr. et codd., ut videtur, omnium.

V. 6. *ἐλαφροτέρη* tutantur codd. plerique. Unus cod. 9. habet *ἐλαφροτέρα*. Praeterea edd. prr. Call. Lov. cet. usque ad Steph. habent *ἐλαφρότερος*. Correxit Comm. De voc. *μόσχου* vide adn.

V. 7. *ἀοιδοτάτη* sine varietate in codd. et in edd. prr. traditum est.

V. 8. *εὔφρηνας* debetur Commelino: *εὔφρανας* et codd. Ahrensii omnes et edd. prr. occupat. Ibidem *σὺ* codd. 6. 16. Y. habent pro *τὺ* (codd. k. a. cet. edd. prr.). Tum *σκιερὴν* pro *σκιερὰν* (codd. k. a. cet. edd. prr.) habent codd. 6. 16. Y., *φηγόν* pro *φαγόν* (codd. k. a. cet. edd. prr.) codd. p. 6. cet.

V. 9. *ἠελίου* pro *ἀελίου* (codd. k. p. cet. edd. prr.) habent codd. 6. 16. Y. Cf. Odyss. I, 8. Theocr. XVI, 76. XXV, 54. 85. 118. Doricum *ἅλιος* id. I, 102 legitur

V. 10. de voc. *εἶθ'* vide adn. ad v. 17.

V. 11. *ἀοιδή* in codd. 6. 16. Y. legitur, quod a Comm. pro *ἀοιδά* (edd. prr. codd. k. cet.) receptum est. Sed *ἀοιδή* non defenditur mendo scholii Call. fol. Ω II. (*ἀοιδοί, ἤτοι ἄκουσμα*), quod tanquam lectionem var. Ahr. p. 90 commemorat. Nam

ἀοιδή, ἤτοι ἄκουσμα (cf. Ahr. schol. p. 348, 1) scribendum erat operis Callierg., a quibus etiam alia vitia in illa pagina commissa sunt. Codd. p. et 9. habent *ἀοιδαί.*

De voc. *κε* et *ἴσπνιλος* vide adn. ad v. 13. Ibidem *ὠμυκλαϊάζων* cum Mein. III. e coni. posui pro *χὠμυκλαΐσδων* (codd. a. p.), *χἀμυκλαϊάσδων* (cod. k.) cet.

V. 14. de voc. *ἀίταν* vide adn. ad v. 14.

V. 15. *ἀλλήλους* in codd. et in edd. prr. sine ulla varietate est. Ne Ameisius quidem hoc mutavit. — Ibidem *ἐφίλησαν* repositum a Commel. et etiam ab Ameisio retentum et edd. prr. (*ἐφίλισαν* Camer.) tutantur et codd. k. a. cet., quamquam *ἐφίλασαν* habent codd. p. 9. al. et Steph. Crisp. Verbum *ἔσσαν* (Ameis. Ahr. I. II. Boiss. II. Mein. II.) codd. p. 9. D. M. Q. Burn. dant pro *ἦσαν* (cod. D.[b] et edd. prr.), quod retinuerunt et Comm. Heins. et Mein. I. III. Boiss. I. Duc. al. Hanc autem formam (*ἔσσαν*), commendatam a Boiss. I. p. 251, ad exemplum formae Homericae (Iliad. IV, 438. VI, 244. 248) *ἔσαν* Theocritus poeta Alexandrinus vel finxit vel alia commotus auctoritate adhibuit, eaque abunde firmatur versu Anth. Pal. XIV, 147 *ἔπτ᾽ ἔσσαν* —, ubi si alius quis hiatum cum forma *ἔσαν* (*ἔπτα ἔσαν*) intulisset, Meinekius id haud dubie damnasset, nunc, ipsi quia placet, ad expellendam omnibus modis formam *ἔσσαν* ipse ,,hiatu excusabili'' *ἑπτὰ ἔσαν* aut *ἔπτ᾽ ἦσαν* scribendum (p. 284) contendit.

V. 16. Kiesslingius primus e coni. scripsit *ὅτ᾽* pro *ὅκ᾽* lectione codd. et edd. prr. etiam a Comm., nostro saeculo a Gaisf. Mein. I. II. al. servata. Cod. D. *corr.* habet *ὅκ᾽* (,,*κ* in ras.", ut scribit Ahr.). Secuti Kiesslingium sunt Briggs. Boiss. I. II. Mein. III. Ahr. I. II. Ameis. Ziegl. Pal. al. Praeterea *ἀντεφίλησ᾽* et codd. habent omnes et edd. prr. Comm. cet. praeter codicem D., in quo est *ἀντεφίλασ᾽*, quod excuditur etiam edd. Mor. Steph. al. Denique *φιληθείς* testantur codd. et edd. prr. praeter codd. v.[1] D. Q. ubi est *φιλαθείς* iuxta atque in edd. Mor. Steph. al. Et *ἀντεφίλησ᾽* et *φιληθείς* cum Comm. Heins. al. nuper Mein. I. II. III. Am. Ahr. I. II. Pal. scripserunt.

V. 17. De voc. *εἰ* vide adn. ad h. v. — Vocativi formam *Κρονίδη* codd. 6. 16. Y. edd. Comm. Heins. Brunck. Mein. I. II. III. Ahr. I. II. al. habent pro *Κρονίδα* quae forma est in codd. k. a. cet. edd. prr. al., etiam apud Ameis. Pal.

V. 18. *γενεῇς* habent codd. p. D. Q., idem Brunck. Mein. II. III. Ahr. I. II. Contra *γενεαῖς* solus cod. D.[b] subministrat et edd. prr. Call. Lov. Comm. Heins. cet. Mein. I. Ameis. Pal. Ziegl. Cfr. *La Roche, eph. gymn. Austr.* 1863. p. 329. Proximum adiectivum *διηκοσίῃσιν* (Mein. Ahr. al.) vel substantivi, ad quod pertinet, forma munitum, in codd. p. D. scribitur *διακοσίῃσιν,* in edd. prr. aliisque edd. antiquis *διηκοσίῃσιν* vel *διηκοσίῃσιν* (*διηκοσίῃσιν* Steph. Comm. al.), in codd. k. D.[b], quos Ziegl. Ameis. Pal. sequuntur, *διηκοσίαισιν.* Cf. Iliad. IX, 383. Herod. I, 193, 3. Theocr. XXV, 127.

V. 19. cum forma *ἀγγείλειεν* cf. e. gr. Odyss. XII, 88 (*γηθήσειεν*). Dativum *ἐμοί*, non *ἐμίν*, subsidia offerunt omnia. Praeterea *εἰς* hoc loco et *ἐς* versu 33 dictum ne te offendat, cf. e. gr. Iliad. VIII, 367 atque Iliad. XXIV, 309. Herod. III, 40. C. L. Struv. *opusc.* II p. 311.

V. 20. *ἡ σὴ — φιλότης — τοῦ* scriptum est et in codd. et in edd. prr. cet. De genetivo *ἀίτεω* vide adn.

V. 23. cum futuri temporis forma *ἔσσονται* (non *ἐσσοῦνται* vel *ἐσοῦνται,* Thuc. V, 77) cf. Iliad. XXII, 255 al. Theocr. XVI, 73, XXV, 35. Quamquam *ἐσσόνται* est etiam in tab. Heracl. I, 64, *ἔσσεται* Theocr. I, 103. IV, 41. V, 25. VII, 52. VIII, 25 (*ἐσσεῖται* Theocr. VII, 67. V, 56 coll. Iliad. XIII, 317. II, 393.

Odyss. XIX, 302). De verbo ἐθέλουσιν vide adn. Ibidem σὲ vel σε est in codd. et edd. prr., nusquam τυ vel τέ. Cum synizesi vocalium participii αἰνέων (ita enim codd. k. a. p. cet., quos sequuntur Valck. Mein. Ahr. al.) cf. Iliad. V, 124 Bekk. Iliad. XXIV, 438. Odyss. I, 183 *La Roche*. — Comm. cum edd. prr. al. et codd. 6. D. M. habet αἰνῶν. Vide etiam III, 52. IV, 32. 44. II, 142. V, 29. 66. 112. 114. VIII, 23. 64.

V. 24. ἀραιῆς est in codd. 16. 6. Y. (ἀραιῆς cod. Burn.). Sic scripserunt Comm. Ahr. al. pro ἀραιᾶς, quod est in codd. Canon. Cant. Phill. k. a. cet. edd. prr. Ibidem ἀναφύσω habet cod. 6. (p.), idque exhibuerunt Valck. Mein. Ahr. Ameis. al. pro ἀναφυσῶ (codd. 16. L. Q. Y. edd. prr. Comm. Reisk. al.) vel ἀναφυσσῶ (codd. D. M.) vel ἀναφύσων (cod. Burn.).

V. 25. ἦν, quod est etiam id. VIII, 26. 35. 39, compara cum Herod. III, 15, Iliad. I, 90 aliisque innumerabilibus. Ibidem ineptae sunt lectt. varr. codd. a. cet. (Ahr. p. 91) τὺ pro τι, et ἔθακας (codd. D. Q. edd. Mor. Steph. Crisp.) pro ἔθηκας (edd. prr. Call. Lov. al. codd. k. al.).

De voc. διπλάσιον, v. 26, vide adn. Ibidem ὤνησας habent codd. 6. 16. Y. Comm. Heins. Mein. Ahr. al. Quamquam ὤνασας (cf. Theocr. XV, 55) est in codd. k. cet. edd. prr. Lov. Steph. Ameis. Formam ἀπῆλθον codd. p. v. cet. Valck. Mein. Ahr. al. habent pro ἀπῆνθον (codd. k. a. cet. Call. Lov. Steph. Comm. Ameis. Pal.) vel ἀπῆνθες (edd. Med. Ald. Iunt.).

V. 29. Cum voc. ξεῖνον (ita legendum, non ξείνων) cf. Herod. I, 20. I, 22. Odyss. I, 231 al. Theocr. XXII, 134. XXV, 64. — II, 162. VII, 119 —. Nam id. V, 66 ξένος habetur. Eodem in versu formam ἐτιμήσασθε nemodum reprehendit. Vide adn.

V. 30. ἀολλέες (ἀολλεῖς, Soph. Trach. 513. Phil. 1469) dicitur ut e. gr. Iliad. XII, 78. 443. XIII, 39. 136, ubi pariter atque hic sedem habet ante caesuram bucolicam. De voc. εἴαρι vide adn. Ibidem πρώτῳ habent codd. v. cet., receptum a Comm. Valck. al.: πράτῳ codd. k. cet. edd. prr. (Call. πράτω) al., nuper Ameis. Pal.

V. 31. κοῦροι, quod nemo mutavit, habent codd. omnes et ed. prr. Vide v. 1. — Formam ἐριδμαίνουσι testantur codd. 6. 16. Y., receperunt Comm. Mein. Ahr. al. Contra ἐριδμαίνοντι (ἐριδαίνοντι codd. p.[1] L. Q.) habent codd. D. M. edd. prr. al., nuper Ameis. Ziegl. Pal. Sed φιλήματος retinuerunt etiam Ameis. et Pal. cum Comm. Mein. Ahr. al. Legitur hoc in codd. a. *sec*. D.[b] M. et in edd. prr. Call. Lov. (φιλήματα in cod. a *pr*. cet. apud Ahr. p. 91). Forma φιλάματος est in codd. p. v.[1] D. Q. edd. Mor. Steph. Crisp.

V. 33. ἐὴν (ἐὴν cod. Y.) habent codd. 6. 16. edd. Comm. Valck. Mein. Ahr. al., ἐὰν codd. k. a. cet. edd. Med. Iunt. Call. Lov. (ἐὰν ed. Ald. cum cod. L.), nuper Ameis. Pal. De praepositione ἐς vide superiora ad v. 19. Forma ἀπῆλθεν est in codd. a. s. cet. et in edd. Call. Bas. I. Camer. Brub. Valck. Mein. Ahr. al.: ἀπῆνθεν in codd. k. p. cet. edd. prr. Lov. Steph. Crisp. Comm. (ἀπῆνθε cod. D., ἀπένθοι M., ᾿πῆνθεν 6.).

V. 34. φιλήματα habent codd. k. cet. edd. prr. cet. Quamquam φιλάματα offerunt codd. p. D. Q. In omnibus autem libris κεῖνα scriptum est (Odyss. IV, 90 al.), non τῆνα (Theocr. I, 1 τήνα). Cf. Theocr. XXV, 172.

V. 35. memorabilis est forma Ionica ἐπιβῶται, quam Triclin. in schol. Gen. p. 40 Adert. ἐπιβοᾶται explicat et quam cum Ahr. et Mein. III. Hart. Pal. retinuimus

pro ἐπιβωστρεῖ (edd. Med. Ald. Call. Lov. Comm. Valck. Mein. I. al. et codd. 16. Y. — ἐπιβωστρῷ codd. a.[4] M., ἐπιβοστρῷ cod. 6. —). Scripsit hanc formam, in qua sane de contractione vocalium restat scrupulus, Ahrensius propter lectt. varr. codd. k.[4] p.[4] ἐπιβωτῷ, codd. L. Q. et ed. Iunt. ἐπιβωτᾶ, cod. 9. ἐπιβῶνται, cod. v. ἐπιβοῷ. — Mein. II. Ziegl. Ameis. ἐπιβωτῷ, Eustathii ad Odyss. XII, 124 p. 1717, 16 et ad Iliad. II, 568 p. 288, 17 auctoritate munitum, ediderunt, refragrantibus tamen accusativis τὸν χαροπὸν Γανυμήδεα. Eustathii verba haec sunt. Odyss. l. l. γίνεται ἀπὸ τοῦ βοῶ βοήσω βοητῶ καὶ κατὰ κρᾶσιν βωτῶ, ὅθεν τὸ ἐπιβωτῷ παρὰ Ἡροδότῳ, πλεονασμῷ δὲ τοῦ σίγμα καὶ ῥω βωστρῶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐλαστρῶ ὡς καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα γέγραπται — παρὰ δὲ Θεοκρίτῳ κεῖται ἡ λέξις ἐπὶ τοῦ ψηλαφητικῶς ἐν ἀγυιαῖς ἀναβοᾶσθαι. Iliad. l. l. καὶ τὸ ἐπιβωτᾶν παρὰ τῷ αὐτῷ (Ἡροδότῳ). Apud Herodotum quum ἐπιβωτᾶν nusquam inveniatur, Valckenarius II. p. 129 Eustathium hunc ipsum Theocriti locum in mente habuisse lapsumque memoria Herodotum nominasse suspicatus est. Vide tamen L. Dindorf. Steph. thes. II. p. 476.

V. 36. Ἀνδίῃ et codd. habent et edd. prr. atque reliquae. Ibidem πέτρῃ munitur codd. p. 6. cet. et edd. prr. cet. (πέτρᾳ codd. k. a. 9.). Denique ὁποίῃ, non ὁποίᾳ, sine varietate est in codd. et edd. prr. cet.

Imitatores hoc quoque carmen habuit memorandos. De Vergilio vide v. 1. 2. 8. 11. 19: de Catullo v. 1. 19: de Horatio v. 15 (ἰσοζύγῳ): de Calpurnio v. 16: de Ausonio v. 2: de Gregorio Naz. v. 2: de Iuliano v. 2. 32: de Niceta Eug. v. 3. 9: Saeculo Leonis X. imitator huius idyllii exstitit M. Ant. Flaminius carmine, cui *Ianthis s. de reditu Mopsi* inscriptum est, ed. Schlueter. p. 57. Cuius quidem initium hoc est.

Venisti tandem? tandem, mea sola voluptas,
Venisti et lucem miserae vitamque tulisti!
Quantum vere novo gaudet lasciva capella,
Aestivis quantum sitientes imbribus horti:
Tantum, Mopse, tuo reditu laetatur Ianthis.
Te sine, care puer, leto mihi tristior ipso
Vita fuit tardoque dies mihi tardior anno.

Exitus vero carminis adumbratio est versus secundi eclogae Theocriteae. Nam haec scripsit Flaminius:

Ipsa ego nunc dulci saturabo lumina vultu:
Discedet macies, discedet corpore pallor.
Iam didici, quid sit iuvenem exspectare morantem:
Exspectans una vel nocte puella senescit.

Interpretationem huius idyllii haberi Teutonicam Conzii in huius libro, qui inscribitur *Analekten*, Lips. 1793 p. 105, narrat Hoffmann. bibl. p. 486 tom. III. At falsus est ille. Nam secundi potius idyllii ibi edita interpretatio est. At vertit Stolbergius, cuius arg. id. II p. 73 mentionem fecimus, p. 168. Anglicos versus homoeoteleutos habes in libro Drydenii, *Misc. Poems*. Lond. 1716 tom. II p. 228. Gallici sunt versus Chabanoni p. 111 libri supra arg. id. III p. 119 nominati. Ibidem Italam huius carminis translationem a Pompeio factam indicavimus.

---

*ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.**)

Επιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Ἀίτας, γέγραπται δὲ Ἰάδι διαλέκτῳ· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς ἐρώμενον· ὅθεν καὶ τὸ ἐπίγραμμα Ἀίτης, ἐπειδὴ τοὺς ἐρωμένους ἀίτας ἔνιοι καλοῦσιν, ὡς Θεσσαλοί· καὶ γὰρ Ἀλκμὰν τὰς ἐπεράστους χορδὰς λέγει ἀίτιας· οἱ δὲ ἀίτας τοὺς φίλους μεταθέσει τοῦ ἀντιστοίχου, ἢ ἀίτας οἱονεὶ μὴ ἰταμούς· ἢ ἀίτας ὁ σύμπνους καὶ συνέτης καὶ συμπολίτης. εἰ δὲ ἐπὶ ἐρωμένου τάσσοιτο, ἀίτης ἂν λέγοιτο ἀπὸ τοῦ εἰσάειν καὶ εἰσπνεῖν τὸν ἔρωτα τῷ ἀγαπῶντι. ἐκτίθεται δέ πως ὁ ἐρῶν θεασάμενος τοὺς τοῦ ἐρωμένου χαρακτῆρας· εὔχεται δὲ τῶν β΄ ψυχῶν ἁρμογὴν γενέσθαι καὶ φιλίας ἀσφάλειαν μέχρι τέλους παραμένουσαν, ἵνα καὶ μετὰ θάνατον οἱ μεθ᾽ ἡμᾶς φημίσωσιν τὴν ἐν ἀμφοτέροις ὁμόνοιαν, λέγοντες ἡμᾶς ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένους πεφυκέναι τοιούσδε, οἵτινες ἀμοιβὴν φιλίας ἔπνευσαν πρὸς ἀλλήλους. καὶ τοὺς Μεγαρεῖς ἐπαινεῖ ἐπὶ τῷ τετιμηκέναι Διοκλέα ὑπερασπίσαντα τοῦ ἰδίου ἐρωμένου καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας τελευτῆσαι ἐμπεσόντα εἰς πόλεμον· ὅθεν καὶ τοὺς Μεγαρεῖς θάψαι αὐτὸν δημοσίᾳ καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα, ἀγῶνά τε ἐπ᾽ αὐτῷ ποιεῖν, ἐν ᾧ τοὺς καλοὺς περὶ φιλήματος ἀγωνίζεσθαι, τὸν δὲ καταφιλήσαντα αὐτῶν ἥδιστα τοῦτον ὑπὸ τοῦ κριτοῦ στεφανοῦσθαι.

---

*) **Eratostheni hoc argumentum in codd. 3. 5. L. tribuitur. Vide quae dixi *de poet. Gr. bucol.* p. 35 coll. Ahrens. tom. II p. XXXIII et p. 458.**

IB.

ΑΙΤΗΣ.

Ἤλυθες ὦ φίλε κοῦρε τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ;

Αἴτης recte hoc carmen in codd. a. p. edd. prr. Call. Lov. inscribitur. Forma *Ἀίτας*, quae in hypothesi p. 379 a nobis exscripta et in cod. D. (*Εἰσπνῖλος ἢ Ἀίτας τῇ κοινῇ Ἰάδι*) legitur, e versu 14 illata esse videtur.

1—2. *Ἤλυθες — ἤλυθες;*] Bis puerum amator interrogat ,,*venisti? venisti?*" non addita responsione (,,*profecto venisti*"), qua responsione non opus est, quia coram praesentem conspicit: bis, inquam, interrogat, quasi hoc, quod ardentissime concupiverat, nunc tandem factum esse vix ac ne vix quidem credat. Ita faciunt homines repentino gaudio perfusi: ita e. gr. Eumaeus, Odyss. XVI, 23, Telemachum, posteaquam *πάντα κύσεν περιφὺς ὡς ἐκ θανάτοιο φυγόντα*, his reducem verbis alloquitur: *ἦλθες — γλυκερὸν φάος;* Nam recte ibi Faes. cum aliis interrogandi signum, a Bekkero quidem et Wolfio sublatum, posuit. Cf. Iliad. III, 428. Etiam Nonn. Dion. XIX, 23 ad huius nostri exemplar loci interrogatur: *ἦλθες ἐμοὶ φίλε Βάκχε φίλον φάος;* — Casaub. *lectt. Th.* p. 267 Heins. confert Ter. Heaut. II, 4, 27 = 407. Vide etiam Verg. Aen. III, 310. Equidem nunc verba ita interpungo ut ea interpungi voluit Reiskius, ad cuius se sententiam Mein. I. Schaefer. 1809 (1829), Zamagn. al. applicaverunt. In edd. Med. Ald. Iunt. sic scriptum est: *ἤλυθες ὦ φ. κ. τρίτῃ σὺν ν. κ. ἀοῖ ἤλυθες;* nulla omnino in primo versu interpunctione facta. In ed. Lov. hoc est, quod ego in proecdosi scripseram, *ἤλυθες, ὦ φ. κ. — καὶ ἠοῖ; ἤλυθες. οἱ δὲ* —, id quod Mein. II. amplexus est. Contra Piln. Mein. III. ita scripserunt: *ἤλυθες — καὶ ἠοῖ, ἤλυθες· οἱ δὲ* —. Boiss. I. II. et Didot. *ἤλυθες, ὦ — ἠοῖ, ἤλυθες! οἱ δὲ* ediderunt. Ahrensius in ed. I. scripsit *ἤλυθες ὦ φίλε κοῦρε; τρίτῃ σ. ν. κ. ἠοῖ ἤλυθες· οἱ δὲ*. Hoc retinuit Hartungius. Denique Ahr. in ed. II. haec ,,novavit", ut ipse loquitur: *ἤλυθες ὦ φ. κοῦρε; τρίτῃ σὺν ν. κ. ἠοῖ ἤλυθες; οἱ δὲ* —. Ceterum attende ad imitationem Vergilii, Aen. VI, 687 sqq. et ad imitationem Catulli, qui (IX, 1) non satis habuit sic simpliciter interrogare: ,,*Veranni — venistine domum ad tuos Penates —?*", sed addidit diserte responsum: ,,*Venisti*", et huic responso adiecit etiam exclamationem: ,,*o mihi nuntii beati*". Ibi enim recte

ἤλυθες; οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.
ὅσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μῆλον βραβύλοιο

Hauptius post voc. „*Venisti*" plene interpunxit. Alia exempla attuli procd. p. 141, neque Oedipum (Soph. Oed. Col. 327 et 328) ob caecitatem interrogare — *ἥκεις; πέφηνας;* qui verba Ismenes (v. 324 sqq.) legerit, mihi obiiciet. Diversus est locus Eur. Rhes. 346 Nauck. — *ἠοῖ*] Vide adn. ad id. VII, 35 p. 214.

2. *ἤλυθες;*] Formam orationis, qua in initio versus heroici verbum superioris versus ineuntis ab homine alterum venientem interrogante repetitur, imitatur Gregor. Naz. p. 228 carm. ed. Dronk. (Gotting. 1840). Ibi enim sic legendum: *ἤλυθες, ὦ κακοεργέ; νοήματα σεῖο γινώσκω. ἤλυθες —;* Hanc imitationem voco propter verba eiusdem Gregorii p. 231: *μῆτερ ἐμή, τί μ' ἔτικτες —;* quae repetuntur eadem p. 232, conferenda cum Mosch. IV, 1. Vide etiam p. 234 coll. Theocr. III, 24. Caesura eadem est extraordinaria apud Verg. Ecl. IV, 25, ubi verbum *occidet* e versu 24 repetitur. Cf. etiam Ovid. Met. XIII, 580—581. — *οἱ δὲ*] Tibi quidem, inquit, istud ex quo tua consuetudine carui tridui spatium perbreve videtur et exiguum, at mihi, desiderio tui tabescenti, perlongum. Nam *qui desiderio tenentur* cet. Expressit haec Vergl. Ecl. VII, versu 43: „si mihi non haec lux toto iam longior anno est." Sententiam similem eundemque versum spond. legis Odyss. XIX, 360 *αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.* Ad quem versum Eustath. p. 1867, 59 *Θεόκριτος· οἱ ποθοῦντες ἐν ἄματι* [sic] *γηράσκουσιν.* A Theocrito exitum versus sumpsit cum ipsa sententia Auson. Epist. XII, 3: *τί κεναῖσιν ἐπ' ἐλπίσιν αὔτως* ludimus *ἀφραδίῃσιν ἐπ' ἤματι γηράσκοντες;* Varr. R. R. II, 4 diligentia adhibenda ne *desiderio senescant.* Laudavit hunc versum Iulianus, epist. ad Liban. p. 374 ed. Spanh. (*ὁ Σικελιώτης ποιητὴς ἐν ἤματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν*). Novit etiam versum Eustath. ad Odyss. XI, 202 p. 1679, 20: *ὁ δὲ εἰπὼν τοὺς ποθοῦντας ἐν ἄματι* [sic] *γηράσκειν, ἤγουν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ διὰ λύπην τὴν ἐπὶ τῇ ἐξ ἀλλήλων ἀποδημίᾳ, ὑπερβολικῶς ἐπέτεινε τὸ νόημα.* Cf. eundem Eustath. p. 1867, 61. De Flaminio vide arg. p. 378.

3. *ὅσσον*] Cum voc. per plures deinceps versus repetito cf. Mosch. III, 37 sqq. Callim. Del. 260 sqq. Prop. I, 3, 1 sqq. Ovid. Art. am. I, 729 sqq. — *χειμῶνος*] Imitatur haec Nic. Eug. II, 297: *ὅσον χειμῶνός ἐστι κρεῖττον ἐκκρίτως ἔαρ, στρουθῶν ἀηδών, μῆλον ἡδὺ βραβύλων, ὅσον γυναικῶν τριγάμων ἡ παρθένος* (v. 5), *τοσοῦτο κτλ.* — *ὅσον*] Vide adn. ad id. VII, 97 p. 234. Iliad. VIII, 16 *τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.* Cum Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal. al. *βραβύλοιο* (codd. D. 6. al. edd. prr.), pro quo Ahr. II. Hart. *βραβίλοιο* (codd. k.² p.¹ M.⁵) scripserunt, retinui. Nam etiam id. VII, 146 edd. prr. et omnes codices praeter cod. Q. (*βραβίλοισι*) dant *βραβύλοισι.* Apud Athenaeum quoque, qui et haec verba (*ὅσον μῆλον βραβ. ἥδιον*) et Theocriti versum id. VII, 146 diserte Theocriti nomine addito libr. II, p. 50, A attulit, et in cuius codd. *βραβίλοιο* et *βραβίλοισι* (Theocr. VII, 146) exstare Ahrensius p. 89 et p. 62 scribit, Meinekius edidit *βραβύλοιο ἥδιον* et *βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε,* non secus atque in proximis verbis Athenaei p. 50, A vel editio-

ἥδιον, ὅσσον ὄις σφετέρης λασιωτέρη ἀρνός,
ὅσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικός,
ὅσσον ἐλαφροτέρη μόσχου νεβρός, ὅσσον ἀηδὼν
συμπάντων λιγύφωνος ἀοιδοτάτη πετεηνῶν,
τόσσον ἔμ' εὔφρηνας σὺ φανείς, σκιερὴν δ' ὑπὸ φηγόν

nis Mein. tom. I. p. 89, 23. 25. Praeter hos duos versus (XII, 3 et VII, 146) Theocritus non usus est hoc vocabulo.

4. σφετέρης] „sui agni, quem peperit et lactat, commodo, ut mihi videtur sensu, ut hic locus mutatione Hemsterhusii φιαρῆς [id quod exemplo suo Hemsterh. adscripsit] non indigeat." Brunck. De usu pronominis poss. cf. Theocr. XXII, 209. Hesiod. scut. 90. Aesch. Ag. 758: de genere fem. vocabuli ἀρνός adn. ad id. V, 144 p. 180. Oratio vivida fit meris dactylis, e quibus hic versus constat: cf. huius idyllii vs. 4. 11. 14. 18. 21. Cum his compara versus dactylicos carminum bucolicorum, id. I, 1. 24. 26. 44. 48. 52. 56. 59. 62—63. 66. [93.] 96—97. 116. 120. 124—126. 132. [134.] III, 3. 6. 11. 18. 20. 24. 29. 39. 46. [41. l. v.] IV, 1. 4. 10. 30. 38. 55. 58. V, 11. 22. 24. 26. 37. 39. 55. 57. 60. 73. 75. 94. 102. 119. 128. 130. VI, 2. 4. 8. 11. 14—15. 19. 22—24. 31. 36—37. VII, 1. 4. 20. 31. 33. 38. 42. 46. 51—53. 57. 62. 66. 74. 79. 82—83. 85. 87. 89. 96. 100. 113—114. 128. 131. 138. 147. 152. De idyllio VIII. vide adn. ad VIII, 1—2. p. 261, ubi dele v. 15. His adde id. [IX, 5. 22. 34.] X, 8. 17. 22. 33. 54. XI, 12. 14. 16—17. 31. 40. 50—51. De carminibus mimicis cf. id. II, 3. 7. 10. 13. 21. 36. 41. 48. 55. 59. [61.] 69 (75 cet.). 80. 95—96. 103—104. 116. 119. 132. 138. 140. 144. 147. 149—151. 153. 157. XIV, 2. 19. 31—32. 34. 36. 39. 41. 45. 52. 59. 66. XV, 20. 34. 49. 53. 72. 78. 86. 90. 103. 109. 115. 117. 121. 124—125. 142. 146. Vide etiam adn. ad id. XXV, 258.

5. τριγάμοιο] Virgo praestare putatur mulieri nuptae: multo igitur magis virgo praestet necesse est mulieri non semel vel bis, sed ter adeo nuptae. Ita damnatur quod, ut scribit Brunckius in *anal.* III, 2 p. 85, nasutulus quis fortasse mallet τριτόκοιο γυναικός. Versum in cod. Dr. *pr.* omissum esse propter similitudinem initiorum v. 5 et v. 6 non est mirum. Cf. schol. p. 346, 17 Ahr. De Nicet. Eug. vide adn. ad v. 3.

6. ἐλαφροτέρη] quanto velocior vitulo est hinnuleus. Eur. El. 860 ὡς νεβρὸς οὐράνιον πήδημα κουφίζουσα σὺν ἀγλαΐᾳ. Theocr. XXX, 19. Adn. ad id. II, 124 p. 106. — μόσχου] Hanc formam a Comm. repositam probat consensus codd. a. cet. apud Ahr. p. 89. Non apte ex codd. D. Q. Ameisium scripsisse μόσχων ingrata elementorum ν concursio (μόσχων νεβρός) arguit. Doricum μόσχω est in edd. Med. Iunt. Call., in Ald. μόσχῳ.

7. συμπάντων] Ne hic quidem temere hoc praedicatum primum in versu accepit locum. Cf. Iliad. I, 241. Odyss. III, 59. Theocr. XVI, 52. XXV, 201. — ἀοιδοτάτη πετ.] Cf. Callim. Del. 252 Μουσάων ὄρνιχες, ἀοιδότατοι πετεηνῶν. Eur. Helen. 1109 σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα. Phanocl. frg. I, 22 πασέων ἀοιδοτάτη.

8. τόσσον ἔμ'] *me*, amatorem tuum, *tu*, eximia puer pulcritudine, exhilarasti. Aptius ἔμ' scribitur quam μ', quod est in cod. p. Cf. adn. ad id. II, 159

ἠελίου φρύγοντος ὁδοιπόρος ἔδραμεν ὥς τις.
εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες
νῶιν, ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή.

p. 115 et V, 35 p. 164, — σκιερὴν κτλ.] *et ad te properavi sicuti sub umbrosam fagum urente sole viator properat.* Vide adn. ad id. V, 28 p. 162 et id. VII, 76 p. 227. Theogn. 541 *δειμαίνω μὴ τήνδε πόλιν Πολυπαίδη ὕβρις, ἥπερ Κενταύρους ὠμοφάγους ὄλεσεν.* Westermann. et Rehdantz. ad Dem. Phil. I, 12. Krueger. ad Thuc. I, 82, 2 *ὅσοι* (scil. *ἐπιβουλεύονται*) *ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐπιβουλευόμεθα.* *Umbrosa fagus* dicitur Verg. Cul. 141, idemque attributum Theocritus admini strasse videtur Vergilio, Ecl. II, 3 „inter densas *umbrosa* cacumina fagos" et Ecl. I, 1 „*patulae* recubans sub tegmine fagi" dicenti. Cf. Theocr. XVIII, 44 et Gebauer. *adi.* p. 11. Eodem pertinet Claudian. idyll. I, 29 tulerit — umbras.

9. φρύγοντος] Nic. Eug. II, 296 *ἐξ ἡλίου φλέγοντος ὡς ὁδοιπόρος ὡς σκιερόν τι δένδρον ἐξεύρηκά σε.* Ibid. VI, 262 *ἐξ ἡλίου φλέγοντος ὡς ὁδοιπόρος ὑπὸ σκιὰν ἔπιπτον.* „Voc. *φρύγοντος* dant codd. Burn. Phill. Cant. et codd. plerique [k. a. p. cet. Ahr. p. 90] pro vulg. *φρύττοντος*, quod habet ed. Mediolanensis [et Ald. Iunt. Valck. Mein. I. al.], cuius rarissimi libri exemplar in bibliotheca Bodleiana consuluimus. Cf. id. IX, 12." Ita Wordsw. Recte autem Boiss. I. II. Mein. II. III. Ahr. al. *φρύγοντος* reposuerunt. Cf. id. VI, 16, ubi *φρύγει* est in codd. s. D. cet. (Ahr. p. 50) eodemque ducunt lectt. varr. φρύγῃ (codd. 9. M.), φρύγῆ (cod. k.), *φρυγῆ* codd. a. 9. L. Q. — Theocr. IX, 12 nulla videtur esse lectt. varietas. — ἔδραμεν] Vide adn. ad v. 8. Personam tertiam *ἔδραμεν* commendatam ab Ameisio p. XIII. receperunt Ahr. II. Hart. Quam lectionem ad intelligendum difficiliorem, sed veram, servavit cod. D. *corr.* (nam in cod. k. *ἔδραμον*, non *ἔδραμεν*, videtur legi: cfr. Ahr. p. 90 et Ziegler. p. 72, a quo nulla lectionis varietas significatur, id quod dico propter Meinek. p. 283), quum sit in cod. D. *pr.* reliquisque codd. et edd. prr. persona prima *ἔδραμον*, quae ut in superioribus edd. ita in edd. Mein. II. III Ahr. I. Pal. mansit. Nihili aestimanda lect. var. codicis v. *ὅστις* pro *ὥς τις*.

10. ὁμαλοὶ] „*utinam esset mihi pars aequa amoris tecum* ac pariter fieret ut idem tibi doleret ac mihi." Ter. Eun. I, 2, 11. — πνεύσειαν] Apoll. Rhod. III, 936 *οὔτε σε Κύπρις οὔτ' ἀγανοὶ φιλέοντες ἐπιπνεύουσιν Ἔρωτες.* Tib. II, 1, 80, at ille felix cui placidus leniter *afflat* Amor. Eur. Iph. Aul. 69 *ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.* Vide etiam Theocr. XVII, 51—52. Odyss. IX, 381.

11. ἐπεσσ. κτλ.] Odyss. VIII, 580 *ἵνα ᾖσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή.* Iliad. VI, 358 *ὡς καὶ ὀπίσσω ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι.* Artificiosa ratione explicari quidem possit, sed damnandum ab interprete hoc est, quod et cod. D. habet et quod in suo libro invenit schol. p. 347, 19 Ahr., ἐπ' ἐσσομένοις (schol. enim ita scribit: *ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐσομένοις καὶ μέλλουσιν ἔσεσθαι*). Maxime huic lectioni obstat voc. *πᾶσιν*. Quod autem legitur in codd. L. a.[2] et in lemmate schol. Call. *ἐπεσσομένοισι*, id, si deleretur proxima particula δ', funderet quidem sensum aliquem, sed tacite refellitur voto pio v. 17 repetito (*εἰ γὰρ τοῦτο — πέλοι κτλ.*). — ἀοιδή] *ut canamur*, talibus scil. versibus, quales in proximis, v. 14

*„Δίω δή τινε τῶδε μετὰ προτέροισι γενέσθην
φῶθ', ὁ μὲν ἴσπνιλος, φαίη χ' ὠμυκλαϊάζων,
τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἀίταν.*

sqq., subiiciuntur. Cf. schol. p. 348, 1—4. Praeterea vide Odyss. XXIV, 197. XXIV, 200. Prop. I, 15, 24 tu quoque uti fieres nobilis historia. Similiter Verg. Ecl. X, 34: o mihi tum quam molliter ossa quiescant, vestra meos olim si fistula dicat amores. De lectione var. vide arg. p. 375.

12. *Δίω κτλ.*] Iam affertur argumentum cantilenae antea, v. 11, exoptatae: „*par virorum in suo genere* (*τινέ*) *plane divinum fuit apud maiores nostros*" —. De voc. *δίω* cf. adn. ad id. VII, 89 p. 232, de pronomine *τινέ* adn. ad id. V, 89 p. 117. Scripsi *δίω* e coni. Ahr. II. pro *δοιὼ* (codd. et edd. prr. Boiss. I. II. Mein. I. Ziegl. al.), quam coniecturam praestare existimo Meinekianae edd. II. III., ab Ameis. et Pal. receptae, *οἴω*, coniecturae Ahrensianae ed. I., ab Hart. receptae, *θείω*, coniecturae Briggsianae, Gaisf. p. 282, *τοίω*. Non moverunt me scrupuli a Mein. p. 481 de coni. *δίω* moti. — *τῶδε*] demonstrativum pronomen informare nos apud animum nostrum cogit hominem, dum haec loquitur, *digito monstrantem statuam his amantibus nostris positam.* Toup. contulit Odyss. IV, 26: *ξείνω δή τινε τῶδε* —. — *μετὰ προτέροισι*] Codd. et edd. prr. Boiss. I. Mein. I. al. habent *μετ' ἀμφοτέροισι*, sed schol. p. 348, 3 interpretatur *τοῖς προγενεστέροις* et p. 348, 5 adiicit *δύο πρὸ ἡμῶν ἐγένοντο ἄνθρωποι.* Propter haec verba scholiastam legisse *μετὰ προτέροισι* probabile est. Coniecerunt *προτέροισι* Taylor. apud Briggs. p. 105 et Greverus p. 94 (id quod dico propter Mein. p. 283) idque, probatum a Kaysero, *eph. Monac.* 1850 nr. 56 p. 452, receperunt Boiss. II. Mein. II. III. Ahr. Ziegl. Am. Hart. Pal.

13. *φῶθ'*] Vide adn. ad id. X, 25 p. 328. — *ἴσπνιλος*] *amator.* Cfr. Welcker. *opusc.* II p. 93. Aelian. V. hist. III, 12 *οἱ καλοὶ δέονται τῶν ἐραστῶν εἰσπνεῖν αὐτοῖς.* E codd. p. cet. (Ahr. p. 90) *ἴσπνιλος* scripsi cum Ahr. II. pro *εἴσπνηλος* (cod. k. Ziegleri, edd. prr. Mein. Ahr. I. Pal. al.) vel *ἐσπνῖλος* (cod. Phill., ubi *ἦντε ἐσπνῖλος*). Imitatur enim poeta itacismum hominum Amyclaeorum. Vide procd. p. 141. Spernenda autem coni. Hartungii *ὁ μὲν εἰσπνίλαν ὃν φ.* scribentis. — *φαίη χ'*] Vide adn. ad id. I, 42 p. 27 et Ameis. de *art.* p. 14 coll. v. 14 (*ὥς κεν*) et v. 32 (*ὅς δέ κε*). — *ὠμυκλ.*] *civis Amyclarum sua loquens dialecto.* Cf. id. XV, 92—93. Numeri ipsi commendant emendationem Mein. III. *ὠμυκλαϊάζων* (*ὁ Ἀμυκλαϊάζων* Ahr. II.) a me receptam. Vide Mein. p. 284. — Mein. II. et Ahr. I. ediderunt *ὡμυκλαΐζων*, Mein. I. *φαίη χ' ὡ 'μυκλαΐζων*, Ameis. *φαίη χὠμυκλαΐσδων*, ut fere legitur in edd. prr. Call. Lov. al. (*χ' ὡμυκλαΐσδων*). Vide arg. p. 376, Ahr. p. 90 et ADD.

14. *τὸν δ'*] Constructionem verborum liceret quidem sic enodare: „alterum ut Thessalus dixerit *ἀίταν*, *ita fuit revera ἀίτας*", sed simplicior est ratio Meinekii p. 284 verba conflata esse statuentis ex his duabus structuris: *τὸν δ' ἕτερον ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἂν ἀίταν* et *ὁ δ' ἕτερος, ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀίτας.* Cf. Soph. Trach. 1238 *ἀνὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, οὐ νέμειν ἐμοὶ μοῖραν*, ibique Wunder. (v. 1218). — Erfurdt. ad Soph. Antig. 736 (740). Matth. gr. Gr. § 539, 2. — *ἀίταν*]

ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἰσοζύγῳ. ἦ ῥα τότ' ἔσσαν
χρύσειοι πάλιν ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς."
Εἰ γὰρ τοῦτο πάτερ Κρονίδη πέλοι, εἰ γὰρ ἀγήρῳ
ἀθάνατοι, γενεῆς δὲ διηκοσίῃσιν ἔπειτα
ἀγγείλειεν ἐμοί τις ἀνέξοδον εἰς Ἀχέροντα·

delicias, proprie *puerum audientem*, *morigerum:* nam cum verbo *αἴω* cohaeret vocabulum (cf. Curt. *etym.* I p. 253), non cum verbis *ἄω*, *ἄημι*, ut putat Wuestem. p. 185. Aeolicam formam *ἀίταν* muniunt edd. prr. et codd. excepto cod. 16., ex quo *ἀίτην* Ahr. II. recepit. Idem Ahr. I. ediderat *ἀίταν*, sicut Mein. Hart. Pal. al. Non audiendus Greverus, qui p. 95 *ἀίταν* amatorem, *εἴσπνιλον* (*ἴσπνιλον*) puerum amatum interpretatur.

15. *ἰσοζύγῳ*] Cf. Nonn. Ioann. V, 23 (84) *ὄφρα κε πάντες υἱέα τιμήσωσιν ἰσόζυγον ᾧ γενετῆρι*, ubi contra mentem poetae *ἰσόζυγον* pro adverbio habueris. Hesych. *ἰσοτάλαντος*, *ἰσόζυγος*. Plura vide in Steph. thes. ed. Dindorf. IV, p. 670 coll. Antholog. Pal. X, 16, 3: *ἤδη ἐπ' ἀκρεμόνεσσιν ἰσοζυγέων κυπαρίσσων τέττιξ θέλγει* —. His commotus locis scripsi *ἰσοζύγῳ* pro *ἴσῳ ζυγῷ* (edd. prr. Ahr. Mein. Hart. Pal. al.) e coniectura Brunckii, pro qua *ἰσόζυγες* scribi vel *ἰσόζυγοι* Warton. malebat. Nam lectio vulgata non satis probatur verbis Horatianis, quae e Theocrito deprompta putat Arnoldus, *stud. gr. Hor.* I p 22 coll. Orell. ad Hor. Od. I, 35, 28. Horatius enim l. l. dixit *ferre iugum pariter dolosi*, Od. III, 9, 18 *iugo aëneo*, Od. I, 33, 11 *iuga aënea.* Nec multum probat Val. Max. II, 1, 6: *in pari iugo caritatis.* — *ἔσσαν*] Vide arg. p. 376.

16. *χρύσειοι*] quales describuntur Hesiod. *ἔργ.* 109 sqq. — Arat. Phaen. 114 *ὄφρ' ἔτι γαῖα γένος χρύσειον ἔφερβεν.* Lucian. Saturn. 7 *ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ χρυσοῖ ἅπαντες.* — *πάλιν*] „redierant in aurum tempora priscum" (Hor. Od. IV, 2, 39), erat tum iterum aetas aurea. Theocriteum fortasse redolet Calpurn. I, 42: aurea secura cum pace renascitur aetas. Diog. L. IV, 4, 21 de Cratete et Polemone: — *θεοί τινες ἢ λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους.* E codd. optimis k. a. cet. ed. Iunt. schol. p. 349, 1. Mein. II. III. Ziegl. Ameis. Ahr. *πάλιν* revocaverunt in locum voc. *πάλαι* (Mein. I. Boiss. I. II. edd. Med. Ald. Lov. Call. al. etiam. Pal.). Nihili est quod Pal. scribit „*πάλαι*, antiquis illis temporibus, quum vixit hoc par nobile amantium". Neque ad indolem linguae Graecae Hart. illi lectioni eo succurrit, quod *χρύσειοι παλαίανδρες* („*goldene Vorwelts-Menschen*") edidit. Sed vide etiam Ameis. in *ann. antiq. stud.* 1846 p. 726.

17. *Εἰ γάρ*] Herodotus quidem I, 27: *αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν*, nec dubium quin Homerus quoque *αἲ γάρ* —, *αἴθε*, quas formas Bekkerus ex Iliade et Odyssea removit, *La Roche*, Odyss. IV, 697. VII, 331 al. retinuit, dixerit (cfr. Kayserus, Philol. XVIII p. 674). Sed defenditur hoc loco forma *εἰ* editionibus prr. et codicibus omnibus, qui etiam v. 10 *εἴθε* (cf. Odyss. II, 33 *εἴθε τελέσειεν*) offerunt. Ceterum *αἴθε*, utpote Doricae quoque dialecto conveniens, meditatus tenui id. IV, 20. V, 62. VII, 86. X, 32. III, 12. De collocatione particularum *εἰ γάρ* cf. adn. ad id. VII, 31 p. 213. — *ἀγήρῳ*] Cf. e. gr. Odyss. V, 218.

19. *ἀγγ.* — *εἰς*] Vide adn. ad id. VIII, 56 p. 284. Cf. Verg. Aen. IV, 387.

„ἡ σὴ νῦν φιλότης καὶ τοῦ χαρίεντος ἀίτεω
πᾶσι διὰ στόματος, μετὰ δ' ἠιθέοισι μάλιστα."
Ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι Οὐρανίωνες
ἔσσονθ' ὡς ἐθέλουσιν· ἐγὼ δὲ σὲ τὸν καλὸν αἰνέων

Pind. Ol. XIV, 21. — ἀνέξοδον] „*illuc, unde negant redire quemquam*" (Catull. III, 11). Cf. Theocr. XVII, 120. Verg. Aen. VI, 425 evaditque celer ripam *irremeabilis* undae. Blomf. gloss. ad Aesch. Pers. 694 (688 Dind. ἐστὶ δ' οὐκ εὐέξοδον). Vocabulum ἀνέξοδος non noverunt poetae prisci epici, noverunt Dion. Hal. Antiq. III, 59, Rhian. Anth. Pal. XII, 93, 1.

20. ἡ σὴ νῦν φ.] Adverbium νῦν cum verbis πᾶσι διὰ στόματός ἐστι coniungendum propter vim, quam praesentis temporis significatio h. l. habet, longe ante haec verba positum est. Cf. Soph. Antig. 598 νῦν γὰρ ἐσχάτας κτλ., ubi νῦν cum verbis κατ' — ἀμᾷ coniungendum. Cf. etiam Antig. 330 καὶ νῦν — ὀφείλω (non καὶ νῦν σωθείς). Soph. Electr. 1335 sqq. καὶ νῦν — παρέλθετε. — φιλότης] *amorem* (Theocr. XVIII, 54. Od. V, 126 al.) an *amicitiam* (Iliad. IX. 630. Fritzsch. ad Arist. Eth. Nic. VIII, 5, 5) interpreteris hoc quidem loco parum interest. — χαρίεντος] Cf. adn. ad id. IV, 38, p. 148. — ἀίτεω] Ionicam hanc genetivi formam dixeris coll. Herod. VII, 99, 1 (νεηνίεω), Iliad. I, 1 (Πηληιάδεω), Theocr. XXV, 4 al.

21. πᾶσι δ. στ.] Cf. interpp. ad Aristaenet. p. 247. Lucian. *pro lapsu in sal.* 6 πᾶσι διὰ στόματος. Apoll. Rhod. III, 793 καί κέν με διὰ στόματος φορέουσαι Κολχίδες. Eur. Andr. 95 ἀνὰ στόμ' ἀεὶ καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν. — — ἠιθέοισι] Cf. adn. ad id. II, 125 p. 106, ubi pariter huic nomini praemissa est praepositio μετά, de qua cf. e. gr. Iliad. III, 321. XVII, 445.

22. Ἀλλ' ἤτοι κτλ.] *at vero harum rerum* „*victores*" (cf. Hor. Epist. I, 13, 11 *victor propositi*) *erunt dei, utcunque volent*, h. e. haec mea vota dei suo pro arbitrio *bonos ad exitus* perducent. De consociatis particulis ἀλλ' ἤτοι vide id. XXII, 118. Iliad. I, 140. VII, 35, ubi eae pariter atque hic sententiam ordiuntur. Ceterum ἤτοι nusquam in carminibus habetur bucolicis, saepe in carminibus Theocriti epicis: id. XXII, 95. 189. XXIV, 23. 44. 53. XXV, 223. Quam sententiam autem h. l. e vocabulo ὑπέρτερος elicio, eam et comparatio vocabuli καθυπέρτερος, Theocr. XXIV, 98, vel versus Euripidei, Med. 925 (ἐχθρῶν ὑπέρτερος). et locus Horatii, quem supra memoravi, probabilem reddunt. Wuestemannus quidem sic explicavit: „harum rerum *domini* erunt dii, i. e. hae res sunt in potestate deorum". Meinekius: „τούτων ὑπέρτεροι nove, si quis ita velit, dixit poeta pro κύριοι τούτων ἔσονται, *liberam de his*, prout volunt, *statuendi potestatem habent*". Piccolos. *suppl. anth.* p. 301 coniecerat ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὕπερ θεοὶ οὐρανίωνες θήσονθ' ὡς ἐθέλουσι, peius etiam Graef. ἀλλ' ἤτοι . . οὐρανίωνες. ἔσσονθ' ὡς ἐθέλουσιν. Contra hos disputavit Mein. p. 285. — Οὐρανίωνες] hoc loco solo habet voc. Theocritus. Cf. Iliad. I, 570. XXI, 509 al.

23. ὡς ἐθέλουσιν] ut feret ipsorum divina voluntas curabunt superi. Eob. Hess. Necessario scribendum ἐθέλουσιν cum codd. 6. 16. Y. edd. Comm. Ahr. I. II. Mein. I. II. III. al. Quamquam ἐθέλοντι, quod Ameis. revocavit, est in codd. k. a. cet. (Ahr. p. 91)

ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς οὐκ ἀναφύσω.
ἢν γάρ καί τι δάκῃς, τὸ μὲν ἀβλαβὲς εὐθὺς ἔθηκας,
διπλάσιον δ' ὤνησας, ἔχων δ' ἐπίμετρον ἀπῆλθον.
Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς,

cdd. prr. Call. Lov. al. Doricum si haberemus carmen, hiatus (ἐθέλοντι — ἐγὼ δὲ) comparationem haberet Theocr. XXII, 116 (οἶσθα — ἐγώ). VII, 8 (ubi vide adn.). XIII, 24. Odyss. VIII, 215 al. Spitzner. *de vers. her.* p. 144. Theocritus ἐθέλουσιν hic fortasse in gratiam dialecti Ionicae (nam ἐθέλω Herodotus quoque constanter dixit, non θέλω) posuit. Cf. adn. ad id. VIII, 7 p. 265. Ceterum vide Lobeck. ad Soph. Ai. 24. Schneider. ad Plat. Rep. III p. 391. Iliad. XIX, 274. Eur. Hipp. 1327. Plat. Legg. VII, 799, E al. De compositione huius versus, cuius hemistichium prius, caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον admissa, versus proximi sententiam absolvit, cf. e. gr. id. XIII, 49. XIII, 65. Odyss. XIX, 183. — σὲ] Ita cum Mein. Ahr. I. aliisque scribo pro σε (Ahr. II.) coll. Aesch. Prom. 944. Theocr. XI, 39 al. Vide etiam adn. ad id. II, 72 p. 95. — αἰνέων] Vide arg. p. 377.

24. ψεύδεα κτλ.] ἤγουν οὐ ψευδῆ εἴπω, ἀλλ' ἀληθῆ. ψεύδεα, τὰ εἰς τὸ ἄκρον τῆς ῥινὸς φυόμενα ψυδράκια, ἐξ ὧν τοὺς ψευδολόγους τεκμαίρονται. Gloss. cod. M. Cf. id. IX, 30 et praecd. p. 142. — ἀραιῆς] Ineptum hoc Meinekio p. 285 videtur epitheton. Contra Wordsw. haec scripsit. „Mihi ἀραιῆς verum videtur, sed reddendum esse non *exilis*, sed *tenerae*, ut saepius apud Oppianum, Hal. II, 522 λαγόνεσσιν ἀραιαῖς. I, 293 ῥινῷ δὲ περιτρομέουσιν ἀραιῇ". In app. additur Philet. frg. 6 ed. Bach. ἀραιὴ ἴξύς. *Extremam partem nasi* ego significari puto. Cf. Iliad. XVI, 161. Odyss. X, 90.

25. δάκῃς] Cf. *mordendi* verbum apud Cic. ad Att. XIII, 12 vel Ovid. Trist. I, 1, 25 (tu cave defendas, quamvis mordebere dictis). Philod. in Anth. Pal. V, 107, 2 γιγνώσκω τόν με δακόντα δακεῖν. Iliad. V, 493 δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος. Batrach. 181 τοῦτο ἔδακε φρένας. Arist. Eqq. 1372. Cf. et adn. ad id. VIII, 74. — ἀβλαβ.] — ὡς ὁ λόγος „ὁ τρώσας ἰάσεται". Schol. Non habet hoc voc. Homerus (ἀβλαβέως exstat hymn. Hom. in Merc. 83): activam significationem ei subiecit Theocritus etiam id. XXIV, 96. — ἔθηκας] De significatione verbi cf. id. II, 41, de aoristo id. II, 137. XII, 26. 33.

26. διπλάσ.] Hoc voc., quod Theocrito est ἅπαξ εἰρημένον, Homerus non usurpavit (διπλόος vel διπλῆ habetur Iliad. IV, 133 vel Od. XIX, 226): Herodotus (VII, 103. VI, 57) dixit διπλήσιος. Videtur igitur poeta ad Atticorum dialectum imprudens esse delapsus. Cf. etiam Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 527. — ὤνησας] absolute positum, item ut Iliad. VIII, 36. VIII, 467. — Accusativus verbo ὀνίνημι additur id. VII, 36. XVI, 57. V, 69. Iliad. XXIV, 45. Passivum est id. XV, 55, cui cf. Iliad. VII, 173. VI, 260 (ὀνήσεαι). — ἐπίμετρον] Hoc voc. tam ab Homero quam a poetis Atticis spretum inde ab Alexandri temporibus coepit esse in usu. Cf. Theoph. de caus. pl. IV, 13, 7. Polyb. VI, 46, 6. — ἀπῆλθον] discessi, *a te* videlicet. Cf. id. XXVII, 34. Plat. Alc. I. p. 115, B. Phaedr. p. 242, A κἀγὼ ἀπέρχομαι. Cum v. 33 (ἐς ματέρ' ἀπῆλθεν) cf. id. XI, 64. Soph. Antig. 818. Eur. Ion. 583 al.

27. Νισαῖοι Μεγ.] τοὺς πλησίον τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέας Νισαίους καλεῖ.

ὄλβιοι οἰκείοιτε, τὸν Ἀττικὸν ὡς περίαλλα
ξεῖνον ἐτιμήσασθε Διοκλέα τὸν φιλόπαιδα.
αἰεί οἱ περὶ τύμβον ἀολλέες εἴαρι πρώτῳ

ἐπίνειον γὰρ Μεγαρέων ἡ Νίσαια. Schol. cod. k. et Ahr. p. 351, 10. Non aliter Nonnus, Dion. XXV, 155: *λαῷ Νισαίῳ Μεγαρῆι Κυδωνιὰς ἔβρεμε σάλπιγξ.* Cf. Strab. VIII, 1, 3 p. 334 sqq. IX, 1, 2 p. 391 sqq. Diod. S. XII, 66 sqq. XIII, 65. Thuc. I, 114 sqq. Plut. Phoc. 15. Inutiliter Palmerius, *exercitt.* p. 804, coniecit *Νισαίαν.* — *ἀριστεύοντες ἐρ.*] Iliad. XI, 627 *βουλῇ ἀριστεύεσκεν ἁπάντων* coll. Iliad. XI, 409 *ὅς δέ κ' ἀριστεύῃσι μάχῃ ἔνι.* Theocr. XVII, 45.

28. *ὄλβιοι*] Cf. id. XXIV, 9. — *οἰκείοιτε*] Cfr. Hesiod. theog. 330 (*ἔνθ' ἄρ' ὅγ' οἰκείων* —), cuius versu (nam Iliad. IV, 18 est *οἰκέοιτο*) *οἰκείοιτε* defenditur, quod Ahr. II. Mein. I. II. al. post Brunck. scripserunt codicibus a. cet. (Ahr. p. 91) consentientibus (*οἰκοίοιτε* codd. k. cet., *οἰκείητε* codd. v. 6. et schol. Arist. Ach. 874). — Mein. III. Ahr. I. cum edd. prr. al. et codd. 16. D. M. Y. ediderunt *οἰκοίητε.*

28—29. *περίαλλα — ἐτιμ.*] plane ut Pind. Pyth. XI, 5 Momms.: *ὃν περίαλλ' ἐτίμασε Λοξίας.* Cf. Hom. hymn. in Pana 46 (in Iliade et Odyssea non habetur haec *ῥῆσις*), Soph. Oed. R. 1219. Apoll. Rhod. II, 217. III, 529. Recte Ahr. al. *περίαλλα*: in edd. prr. Call. Lov. al. et in codd. D. cet. est *πέρι ἄλλων* et versu proximo *ξείνων τιμήσασθε* in iisdem edd. atque in cod. M.: at *ξεῖνον ἐτιμ.* codd. k. p. cet.: correxit Valck. — *φιλόπαιδα*] De hoc vocabulo cf. Plat. Rep. V p. 474, D. Athen. XIV, p. 603, A. Lucian. Amor. 4. Anth. Pal. X, 16, 5. XII, 81, 1. XII, 20, 4. XII, 255, 3. „De Diocle haec tradunt scholia, quibus fides haud derogganda videtur, donec certiora et meliora aliunde allata fuerint. Diocles ex Athenis profugus venit Megara, ubi puerum, quem amaret, invenit. In proelio quodam amasium clypeo suo protegens ab hostium impetu tutum praestitit, ita ut puer quidem salvus evaderet, ipse vero interficeretur. Mortuum Megarenses sepulcro ornaverunt et heroum in numerum retulerunt: quin in eius honorem reique praeclare ab eo gestae sempiternam memoriam ludos, Dioclea nominatos, instituerunt, qui quotannis primo vere celebrabantur. Pueri formosi in iis certabant de praemio, quod suavissime alterum exosculanti dabatur. Sed neque gymnica certamina a Diocleis abfuisse puta. Vid. Boeckh. *explicatt.* ad Pindar. Olymp. VII, 86, p. 176. Quanto in honore Diocles fuerit Megaris, patet etiam inde, quod per eum Megarenses iurabant. Aristoph. Acharn. 740 [774 Mein. *ναὶ τὸν Διοκλέα*]. Id praecipue in hac re notabile, quod Atticus fuit, cui Megarenses tantum honorem tribuerunt. Welcker. de Sapph. p. 39 et praef. ad Theogn. p. LXXVIII." Wuestem. Cf. etiam Plut. Thes. 10. Post v. 29 excidisse versum falso existimat Hermann. *de arte poes. buc.* p. 13.

30. *ἀολλέες*] Vide arg. p. 377. — *εἴαρι*] Homerus dixit *ἔαρ, ἔαρος* (Odyss. XIX, 519), perinde atque Herodotus, VII, 162. coll. Theocr. XVIII, 27 et id. XII, 3: ad analogiam adiectivi *εἰαρινός* (Odyss. XVIII, 367 al.) Alexandrini dixerunt etiam *εἶαρ, εἴαρος, εἴαρι*: cf. id. VII, 97. XIII, 26. XXIII, 29. Bion. III, 1. 17. 15. Nic. Alex. 87. Oppian. Cyneg. I, 116.

κοῦροι ἐριδμαίνουσι φιλήματος ἄκρα φέρεσθαι.
ὅς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη,
βριθόμενος στεφάνοισιν ἑὴν ἐς μητέρ' ἀπῆλθεν.
ὄλβιος, ὅστις παισὶ φιλήματα κεῖνα διαιτᾷ.
ἦ που τὸν χαροπὸν Γανυμήδεα πόλλ' ἐπιβῶται

31. ἄκρα] Greverus propter Iliad. XXIII, 413 (φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον) locosque similes ἆθλα voluit. At cf. id. XV, 142. — De simili pulcritudinis certamine vide Athen. XIII p. 609, F.

32. προσμάξῃ] qui vero dulcius labris labra *alleverit* (cf. adn. ad id. III, 28—30 p. 128), non *applicuerit* (Ameis.), Haec propria significatio est etiam Arist. Eqq. 815 (τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν, ubi schol. προσεκόλλησεν explicat) et Soph. Trach. 1053 (πλευραῖσι προσμαχθὲν ἀμφίβληστρον). — γλυκ.] *prae ceteris dulciora.* Cf. id. XVII, 4. Testis locuples huius versus est Iulianus, cuius, Misop. p. 338, haec verba sunt: γλυκερωτέροις χείλεσι χείλη προσμάττειν, ὅπερ ἤδη τις ἔφη τῶν ἐργασαμένων σὺν τῷ Πανὶ καὶ τῇ Καλλιόπῃ εἰς Δάφνιν (Theocr. id. I. VIII. cet.) ποιήματα.

33. στεφάν.] „De spectatoribus ludorum flores in caput victoris fundentibus omnia vulgata sunt post notas Casauboni Sueton. Ner. p. 607, interpp. ad Arist. Eqq. 502, Ruhnken. ad Tim. p. 246 v. περιαγειρόμενοι, Phot. Lex. sub eadem voce, Ter. Maur. 166 Santen., Sophr. in Mus. Crit. XXVII [frg. 44 Ahr.], Chrysostom. II, 884 ed. Savil.“ Wordsw. — ἐς μητέρ'] Praepositionem ἐς pro πρὸς (codd. p. cet. edd. prr. Call. Lov. cet. usque ad Reisk.) restituit Valck. cum codd. k. cet. (εἰς a. L.). Cf. e. gr. Iliad. XV, 402 (σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα), Odyss. XIV, 127 (ἐλθὼν ἐς δέσποιναν ἐμήν) et Spitzner. excurs. ad Iliad. XXXV vol. I. sect. 4 p. CXIX sqq. — Lenzius libri supra p. 198 a nobis laudati p. 160 sine causa idonea coniecit βριθ. στεφ. γελῶν ἐς μ. ἀπ.

34. ὄλβιος] Omittitur verbum ἐστί plane ut apud Pind. Ol. VII, 10 (ὄλβιος, ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί) et ut saepe omittitur a Theocrito (id. IV, 20. XIV, 61. X, 52 coll. id. XV, 45. XIII, 66), saepissime autem ibi, ubi alicui praedicata ὄλβιος, μακάριος (Ev. Matth. V, 3 sqq.), τρίσμακαρ (Odyss. VI, 154. 155), *beatus* (Hor. Epod. II, 1), *felix* (Verg. Georg. II, 490) tribuuntur, omittitur. Scholiasta cod. k. p. 77—78 Ziegl. versu 35 ἐπιβωτᾷς legisse videtur (nam sic scripsit: δοκεῖς μοι ὦ μάκαριε κριτὰ ἐπικαλεῖσθαι πολλὰ τὸν Γανυμήδην κτλ.): quod si legit, legit etiam v. 34 διαιτᾷς pro διαιτᾷ, et ὄλβιος explicavit ὄλβιος εἶ. Quae si vera esset lectio, propter omissam secundam personam verbi εἰμί si minus id. VII, 120, at certe id. XIV, 3 vel Apocal. XV, 4 posset comparari. — διαιτᾷ] *felix, qui pueris oscula illa diiudicat*, qui est osculorum illorum pueris arbiter. De dativo huic verbo addito cf. Demosth. Mid. p. 541, 21: οὑτοσὶ διαιτῶν ἡμῖν Στράτων: de accusativo (φιλήματα) Plut. Camill. 10 (κρῖναι καὶ διαιτῆσαι ταῦτα), Dion. Hal. antiqq. VII, 52 (τὰ νείκη διαιτᾶν).

35. χαροπὸν] Cf. adn. ad id. XXV, 142. — Γανυμ.] τὸν Γανυμήδην παρέλαβεν ὡς θεὸν καὶ τὰ περὶ γλυκύτητα τῶν φιλημάτων εἰδότα. Schol. cod. k. Cf. Lucian. dial. d. 4. — ἐπιβῶται] invocat. Cf. Odyss. I, 378 (θεοὺς ἐπιβώσομαι) et arg. p. 377—378.

Λυδίῃ ἶσον ἔχειν πέτρῃ στόμα, χρυσὸν ὁποίῃ

36. *Λυδίῃ*] τῇ λίθῳ τῇ διακριτικῇ τοῦ χρυσοῦ. Gloss. cod. M. Vide schol. Plat. Gorg. p. 486, D: ἰστέον ὅτι τὴν λίθον, δι' ἧς δοκιμάζουσι τὸν χρυσόν, οἱ μὲν ἰδίως βάσανον, οἱ δὲ Λυδίαν καλοῦσιν. Hesych. Λυδία λίθος, ἡ βασανίζουσα τὸν χρυσόν. Bacchyl. apud Stob. flor. XI, 7 Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν· ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν — ἐλέγχει ἀλάθεια.

36—37. *Λυδίῃ* κτλ.] „Ἀργυραμοιβοί, *nummularii*, ut verbis Tertulliani utar, de Poenitent. 6, *nummum examinant ne scalptus neve rasus neve adulter* (φαῦλος) sit. [Locos patrum eccles. alios ad sententiam celebratissimam spectantes vide in Suiceri thes. eccles. Amst. 1682 p. 1281 s. v. τραπεζίτης. FR.] Nummus adulterinus, teste Polluce, III, 86, vulgo vocabatur παρατετυπωμένος, et nummulariorum erat lapide Lydio adhibito nummum ἐξετάζειν ἀργυραμοιβικῶς (de qua locutione vide Casaub. ad Theophr. char. IV p. 4 ed. Needham. Hemsterh. ad Lucian. I p. 253. Blomf. ad Aesch. Agam. 383) et falsis apponere σημεῖον, ὃ τὴν φαυλότητα δηλοῖ (ut ait Harpocrat. in v. παράσημος ῥήτωρ), vel, ut loquitur Lucian. de conscr. hist. 10, ἀργυραμοιβικῶς ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα εὐθὺς ἀπορρίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα καὶ ἔννομα καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον. Hinc Eurip. Electr. 554 [558 Nauck.] τί μ' εἰσδέδορκεν ὥσπερ ἀργύρου σκοπῶν λαμπρὸν χαρακτῆρα; Iam vero litterae *T* et *X*, *M* et *Π* facile inter se mutantur. Hinc μαθών et παθών confusa, Demosth. Aphob. p. 850, 21. Hinc Bion XV, 22 [II, 22 Mein.] inter μερίζετο et παρίζετο fluctuant [vide Ahr. p. 235]: hinc Theocr. XXII, 113 inter πάσσονα et μάσσονα [μάσσονα codd. 18. M. πάσσονα codd. 9⁴. 23. D. Ald. pr.], XXV, 15 inter Πηνειοῦ et Μηνίου [πηνειοῦ codd. 9. 18. M. et apographum Aldi Manutii, πηνείου cod. w.², at Μηνίου cod. D. edd. Iunt. Call.]. Vide etiam Bast. pal. p. 738. Gregor. Cor. p. 580. p. 660. p. 670 Schaef. [at ὄππατα et ὄμματα comparari non licet. FR.]. Hinc κατάπεμπτ' pro κατάμεμπτ' habet cod. Laur. Soph. Oed. Col. 1695: hinc μάθης pro πάθης plures libri Soph. Electr. 1029: παθεῖν pro μαθεῖν Phil. 999. Quare, ut rem brevi praecidam, in Theocriti loco pro *ETHTYMON* reponendum puto *EXHI TYΠON*, h. e. nummum explorant nummularii num falso signatus sit. S. Ambros. in Div. Lucam c. 19: *argentum examinatum reconde nec adulteram imaginem* (φαῦλον τύπον) *impia commutatione suscipias.*" Wordsw. „At Lydio lapide non typus auri exploratur, sed aurum". Mein. p. 285. Nobis quid videatur adn. ad v. 37 exponetur.

37. *φαυλόσ'*] Iudex ille sedulo pueros exosculatur ac basia singula accuratissime examinat ne, quod basium vere egregium fuerit, in tanta basiorum multitudine habeat pro insuavi idque iniuria reprobet, sicuti trapezitae diligenter aurum examinant ne cum detrimento suo quod probum aurum est, id habeant pro reprobo neve id abiiciant in *acervum nummorum reproborum.* Hoc dicitur μὴ φαυλόσε, scil. ἀποβάλωσι, *ne abiiciant illuc, in hanc mensae partem, ubi pravum iacet aurum.* Scribo φαυλόσε ad analogiam adverbiorum κυκλόσε (Il. IV, 212, al.), πεδόσε (Eur. Bacch. 137. 600), similium, quod in optimo codice k. scriptum est φαῦλος, id quod legit etiam schol. p. 353, 4, quia non possum acquiescere in interpretatione Briggsii vel Ameisii, qui post Schaeferum, approbantibus Mein. II. III. Ziegl. Ahr. I. II. Pal., φαῦλος

πεύθονται μὴ φαυλόσ᾽ ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί.

receperunt pro *φαῦλον*, lectione codd. reliquorum et edd. prr. Call. Lov. Mein. I. Boiss. I. II. al., idque, voc. *ἐτήτυμον* pro adverbio habito (Odyss. IV, 157), sic interpretati sunt: — *quo lapide aurum num vitiatum sit accurate* („*vere*“ Ameis.) *explorant argentarii.* Neque vero satisfacit interpunctio Ahr. II., quam se negat intelligere Hartungius p. 429, *χρ. ὅπ. πεύθονται, μὴ φαῦλος ἐτήτυμον, ἀργ.* Codices nihil variant, excepto cod. Phill., ubi *ἐτ΄λυμον* legitur. Lectionem vulgatam (*φαῦλον*) sic interpretatus est Vinsemius, quem Heins. al. sequuntur: „— quo aurum purum explorant argentarii, ne sit vitiatum“. Kiesslingius: „— explorant reprobum probumve [sic] sit“. Contra *ἐτήτυμον* adverbium putaverunt Steph. Wintert. al. („*vere*“), Harl. Dahl. („*accurate*“). Wuestemannus cum Fr. Iacobsio *ἐτήτυμον* arcte cum *χρυσόν* iungendum et „pro prolepsi habendum“ putat: genuinum aurum explorant, *ut non falsum et adulteratum esse illud certo experimento constet.* Graefius l. l. coniecit *πεύθοντ᾽ εἰ μὴ φαῦλος*, Meinekius p. 285 *φαῦλος ἐτήτυμοι* (*erroris expertes*). Reiskius e coni. edidit *μὴ φαῦλοι ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί*, Hartungius *πεύθονται, φαῦλον καὶ ἐτήτυμον, ἀργυραμοιβοί.* De Wordsworthio vide adn. superiorem, ad v. 36—37 p. 390.

LIPSIAE TYPIS O. WIGAND.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΕΙΔΥΛΛΙΑ.

FASC. II.

XIII.

ARGUMENTUM.

En tibi primum carmen epicum Theocriti, in quo poeta pauca de Amoris in deos hominesque potentia praefatus (v. 1 sqq.) ad fabulam de *Hylae* raptu aditum sibi parat a consuetudinis, quae inter *Hylam* fuerit et *Herculem*, descriptione (v. 5—15). Argonautae quum ad terram Cianorum (v. 30) appulissent, Hylas ad aquam hauriendam proficiscitur. Quam dum ex fonte quodam amoenissimo haurit, a Nymphis fontinalibus, eximia pueri pulcritudine captis, in aquam detrahitur (v. 16—52). Tum Hercules, puero diutius moranti aliquid accidisse suspicatus, ad eum quaerendum properat (v. 55 sq.). Frustra puero iterum iterumque vocato (v. 58) longius Hercules animo perturbato per invia locorum vagatur ac frustra ab Argonautis, illum navem ultro deseruisse existimantibus, exspectatur. Qui tandem sine Hercule solvunt ancoras, ille vero pedes ad Colchos pervenit (v. 61—75).

Fabulam saepe a veteribus tractatam esse, docent verba Vergilii, Georg. III, 6: *cui non dictus Hylas puer?* Cf. adn. ad v. 58—59. Variis eam modis tractarunt Apoll. Rhod. I, 1207 sqq. Orph. Arg. 647 sqq. Valer. Flacc. III, 549 sqq. Apollod. I, 9, 19. Antonin. Lib. Met. 26. Strab. XII, 4 p. 564. Prop. I, 20, 6 sqq. Picturam habes apud R. Rochette *peint. de Pomp.* t. 15.

De *dialecto* huius carminis egit Zieglerus in actis philol. Ulm. 1842 congr. p. 38—39, formas Ionicas quasdam (cf. v. 20 ed. nostrae) elegantissime Doricis admixtas esse ostendens.

Imitandi materiam hoc carmen praebuit Propertio eleg. I, 20, de quo supra diximus. Vide adn. ad v. 32. 36. 43. 46. 59—60. De Vergilio vide adn. ad v. 18. 50. 58: de Catullo adn. ad v. 18: de Ovidio v. 50: de Calpurnio adn. ad v. 12: de Meleagro adn. ad v. 2: de Quinto Smyrn. adn. ad v. 21: de Nonno v. 36. 53. 54. 13. Versibus elegiacis Latinis Theocritea persecutus est M. Ant. Flaminius (ed. Schlueter, p. 60) carmine cui *Hercules et Hylas* inscriptum et cuius hoc est exordium:

Quid mirare, tuo si regnat corde Lycinna,
Nec cessat tantis te cruciare malis?
Crede mihi, *non solus* (cf. v. 1) amas. *Veneris puer* omnium
Est divum atque hominum maxime pernicies.

Audistine, humeris coelum qui sustulit altis
    Ausus et inferni regna subire dei,
Ille etiam tanto *puerum* (v. 6) dilexit amore,
    Ut *seu* (v. 10 sqq.) nox alto surgeret Oceano,
Seu roseo terras vestiret lumine Titan,
    Hercule cum magno (v. 10 *χωρίς*) candidus esset Hylas.
Nulla dies miserum puero sine vidit amantem,
    Nec quum tergemini corpora Geryonis
Sterneret atque alios invictus mille labores
    Imperio duri susciperet domini.
Quin etiam Colchos peteret quum pulcher *Iason* (v. 16),
    Amphitryoniadae tunc *comes* (v. 21) *ibat Hylas.*
Et iam *Pleiades* (v. 25) coelo caput attollentes
    Linquebant sacras Nereidum choreas,
Quum Pagasae curvis e littoribus digressi
    Currebant celeri per vada salsa rate,
Quos comitabantur cinctae fulgentibus armis
    Pallas et ipsa potens coelicolum domina.
Hic iuvenes pictis e puppibus *egredientes* (v. 32)
    Deponunt altis membra sub arboribus,
Et molles sibi quisque *toros* (v. 34) bene olentibus herbis
    Exstruit: intonso creverat herba solo (v. 34).
At formosus Hylas (v. 36) taciti per devia montis
    Ibat luciduli sumere fontis aquam.

Reliqua vide adn. ad v. 39 sqq. De Stigelio vide v. 41.

Latinis versibus hoc idyllium expressit Dan. Heinsius p. 405: Anglica exstat idyllii interpretatio poetica in l. *Dublin University Magazine*, 1833 mens. Ian. p. 42 sqq. Legitur etiam hoc carmen in Stollii anthol. p. 174 sqq.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Ὕλας. πάλιν δὲ τῷ Νικίᾳ προσδιαλέγεται ὡς καὶ ἐν τῷ Κύκλωπι· ἐκτίθεται δὲ τὰ περὶ τὸν Ὕλαν καὶ Ἡρακλέα, τοῦ μὲν Ὕλα τὴν ὑπὸ τῶν Νυμφῶν ἁρπαγήν, τοῦ δὲ Ἡρακλέους τὴν πλάνην καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ Ὕλα βάσανον. ἰστέον ὅτι ὁ Ὕλας παῖς ὑπῆρχε Θεοδάμαντος τοῦ Δρύοπος, οὗ ἤρα Ἡρακλῆς· πεπαιδεῦσθαι δὲ αὐτὸν φασὶν οἱ μὲν ὑπὸ Ῥαδαμάνθυος, οἱ δὲ ὑπὸ βουκόλων Ἀμφιτρύωνος καὶ Θεστιάδου. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀπολλωνίῳ. ἀμφιβάλλουσι) τίνος υἱὸν εἶπε τὸν Ἔρωτα· Ἡσίοδος μὲν γὰρ Χάους καὶ Γῆς, Σιμωνίδης Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης, Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος, Ἀλκαῖος Ἴριδος καὶ Ζεφύρου, Σαπφὼ Ἀφροδίτης καὶ Οὐρανοῦ, καὶ ἄλλοι ἄλλων.*

---

*) Haec ex scholio v. 2 huc male translata esse vidit Boiss. I. p. 252. Ceterum cf. Ahrens tom. II p. 540.

ΙΓ.

ΥΛΑΣ.

Οὐχ ἁμῖν τὸν Ἔρωτα μόνοις ἔτεχ', ὡς ἐδοκεῦμες,
Νικία, ᾧτινι τοῦτο θεῶν ποκα τέκνον ἔγεντο·
οὐχ ἁμῖν τὰ καλὰ πράτοις καλὰ φαίνεται εἶμεν,
οἳ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες·

1. ἐδοκεῦμες] *ut putabamus* (ὡς ἐνομίζομεν, gloss. codd. Č. M.), quoties scil. de hac re cogitabamus. Haec vis temporis imperfecti. Cf. Xen. Cyrop. I, 1 init. Falso Hartungius „wie man glaubt" vertit, Wartonus, *not.* p. 136, οὐχὶ δοκῶμες, „ne ita in animum inducamus" scribendum esse statuit.

2. Νικία] Vide adn. ad id. XI, 2 p. 345. — ᾧτινι] Vide arg. Gr. supra p. 2 exscriptum, coll. schol. Apoll. Rhod. III, 26. Preller. myth. Gr. I p. 238. Ovid. Met. I, 32 *quisquis fuit ille deorum.* Fortasse ad hunc versum spectans (cfr. Wierdsma *obss. in Mosch.* I p. 8) Meleager dixit, Anth. Pal. V, 177, 5: κηρύσσω τὸν Ἔρωτα —. πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τινός.

4. τὸ δ' αὔριον] *diem crastinum,* non *quid sit cras futurum* (Hor. Od. I, 9, 13). Cf. Theocr. II, 144 τὸ ἐχθές. — Anacr. VII, 9 τὸ σήμερον μέλει μοι· τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν; Ceterum comparare Hor. Od. IV, 7, 17 non abs re est. — οὐκ ἐσορῶμες] Eur. Alc. 784 οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Soph. Oed. R. 567—568. Epigr. in Iacobsii anth. VII, 14 πῖνε καὶ εὐφραίνου. τί γὰρ αὔριον; ἢ τί τὸ μέλλον; οὐδεὶς γιγνώσκει. De verbo ἐσορᾶν (ob oculos habere, *conspicere*) vide Odyss. IX, 251. Theocr. XXV, 44. VI, 31. XXV, 115. I, 87. V, 3. Soph. Trach. 394. Neutiquam ferendum οὐκέθ' ὁρῶμες, in quod incidit Mein. p. 286. Valckenarius (scil. in ed. II.: nam in ed. 1773 hoc id. non est receptum) coniecit ἐσορεῦμες (cf. adn. ad id. VI, 31 p. 191), id quod etiam lectio varia cod. v. ἐσορῶντες falsum arguit. Argutiorem sensum (*cras non vivimus*) Casaubonus *lectt. Theocr.* p. 268 frustra excutere conatur.

ἀλλὰ καὶ ὡμφιτρύωνος ὁ χαλκεοκάρδιος υἱός,
ὃς τὸν λῖν ὑπέμεινε τὸν ἄγριον, ἤρατο παιδός,
τῶ χαρίεντος Ὕλα, τῶ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος,
καί νιν πάντ' ἐδίδαξε, πατὴρ ὡσεὶ φίλον υἱέα,
ὅσσα μαθὼν ἀγαθὸς καὶ ἀοίδιμος αὐτὸς ἔγεντο.
χωρὶς δ' οὐδέποκ' ἦς, οὔτ' εἰ μέσον ἆμαρ ὄροιτο,
οὔθ' ὁπόχ' ἁ λεύκιππος ἀνατρέχοι ἐς Διὸς Ἀώς,

5. *ὡμφ. ὁ*] h. e. *ὁ Ἀμφιτρύωνος ὁ* —, ut Mein. II. Ahr. I. II. Recte geminari articulum senties, ubi explicationis causa posueris virgulam: *ὁ Ἀμφιτρύωνος*, scil. *υἱός*, *ὁ χ. υἱός*. Thuc. I, 126, 2 *ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ*. Thuc. VII, 23, 3. Thuc. VIII, 13, 1. Confer etiam articulum v 6 et 7 iteratum similiter atque Theocr. IV, 33. Thuc. VIII, 90, 5. Darpe *de verb. apud Thuc. colloc.* (Warendorf 1865) p. 24. Dedi quod est in cod. k. *ὡμφιτρύωνος* (*ὠ 'μφιτρίωνος* cod. v.). Omisso, ut in reliquis codd. et edd. prr. Call. Lov. al., articulo, *Ἀμφιτρύωνος ὁ χ.* Valck. Gaisf. Mein. I. III. Ziegl. Hartung. Pal. al. ediderunt. Corrigendum Mein. III p. 286 *ὡμφ. ὁ χ. ἥρως* non probabiliter existimat.

7. *χαρίεντος*] Vide adn. ad id. IV, 38. — *Ὕλα*] filii Theodamantis, regis Dryopum, ab Hercule interfecti (Apoll. Rhod. I, 1213, Muncker. ad Antoninum Lib. 26. schol. Theocr. p. 354, 16). — *πλοκ. φ.*] intonsam gestantis vertice flavo (v. 36) caesariem. Cunich. Cf. id. I, 34. Vocabulum *πλοκαμίς* (Anth. Pal. VI, 59. Bion. I, 20) non est epicorum veterum: cf. adn. ad v. 36. Orph. Lith. 433 *αἰζηοῦ ποθέων δουρικλυτοῦ, εὐπλοκάμοιο, τοὔνεκα καὶ μετὰ θήρας ἀλωμένου οὔποτε νόσφιν* (cf. v. 10 *χωρὶς* —) *ἔσθενεν Εὐφόρβοιο μένειν*.

8. *πατὴρ*] Hoc voc. positum post caesuram perinde atque Theogn. 1049 (*σοὶ δ' ἐγὼ οἷά τε παιδὶ πατὴρ ὑποθήσομαι αὐτὸς ἐσθλά*) et Nonn. Dion. XXIX, 34 (*καί οἱ ἀεὶ παρέμιμνε πατὴρ ἅτε παῖδα φυλάσσων*). Valckenario p. 130 versus 8 et 9 post versum 13 transponendos existimanti (Meinek. p. 286) contra leges rei criticae paruit editor Hartungius.

9. *αὐτὸς*] Cf. id. XXIV, 103 sqq.

10. *ἦς*] Cod. Burn. Wordsworthii *ἦσαν*, qua lectione var. confirmatur certe forma Dorica *ἦς*, etiam v. 67 a codd. omnibus defensa. — Quod cum Ameis. Mein. III. Ahr. *οὔτ'* pro *οὐδ'* (codd. edd. prr. Mein. I. II al.) edidi, emendavit Sauppius, *epist. cr.* (Lips. 1841) p. 109. Imperite versus 10 sqq. vituperaverunt Moerik. et Notter. p. 18 sq.

11. *οὐδ' ὁπόχ' ἁ*] Hanc principem fuisse scripturam Graef. *epist. cr.* p. 52, quem. Ameis. Ahr. I. Mein. III. Hart. sequuntur, intellexit. Vehementer quidem inter se dissident codd. (cf. Ahr. p. 93): sed *οὐδ'* habent codd. k. cet., *ὅκα* codd. k. p. cet. (*ὀκχ'* edd. Med.? Ald., *ὄκχ'* Call. Lov. al., *ὅκχ'* ed. Iunt.). Mein. I. II. Ziegl. Wordsw. Pal. al. post Valck. *οὔθ' ὅκα* vulgaverunt, Ahr. II. e coni. *οὐδ' ἄρ' ὅχ'* posuit. — *λεύκιππος*] Cf. adn. ad id. II, 147. Soph. Ai. 673 *τῇ λευκοπώλῳ ἁμέρᾳ*. Eur. Troad. 848 *τᾶς λευκοπτέρου ἁμέρας*. — *ἀνατρέχοι*] Hanc Schaeferi, ed. 1809, et Graefii, *epist. cr.* p. 52, coniecturam ab Ahr. I. II. Mein. I. II. al. receptam et a Cobetio, *Mnemos.* X, I p. 352, probatam Mein. III. lectione codd. et edd.

οὐδ᾽ ὁπόκ᾽ ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν,
σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ᾽ αἰθαλόεντι πετεύρῳ,
ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεπονημένος εἴη,
αὐτῷ δ᾽ εὖ ἕλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ᾽ ἀποβαίη.
ἀλλ᾽ ὅτε τὸ χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων

prr. cet. ἀνατρέχει mutavit et v. 12, ubi ὁρῷεν et ipse edidit, ὁρῶσι scribendum existimavit. Sed praesentis temporis optativus ἀνατρέχοι, quem eadem vi praeditus sequitur opt. ὁρῷεν, de re repetita vel fieri solita ponitur velut e. gr. Odyss. IX, 208. Theocr. XXIV, 32. — ἐς Διός] Cf. Iliad. II, 48. Theocr. II, 147. Quod Heins. *lectt. Th.* p. 359 legendum censuit ἐκ Διὸς —, id habent quidem ed. Med., cod. Q. et glossa cod. r., sed refutavit Palmerius *exercitt. crit.* p. 804. — Blomf. coniecturam suam ad Aesch. Pers. 392 prolatam, ἐξ ἁλός, in addendis ipse damnavit. — Versum 11 Pal. nescio cur uncis incluserit.

12. μινυροί] μινυρίζοντες (Odyss. IV, 719) λεπτῇ φωνῇ θρηνοῦντες (schol.) *pipientes*, the *chirping*, the *twittering* chickens. — ποτὶ κ. ὁρ.] „quum *somnos captare cogitarent*", ut loquar cum Calpurnio, V, 64.

13. σεισαμένας] πτερυσσομένης ὅπως ὑπὸ τὰς πτέρυγας τοὺς νεοσσοὺς λάβῃ. Schol. cod. k. Verbis Nonni, Dion. III, 102 (καὶ πτερὰ σεισαμένη φιλοκέρτομον ἴαχε φωνήν), imitationem huius versus inesse non existimo. — αἰθαλόεντι] in trabe fuligine obducta. Cfr. voc. αἱματόεις, id. XXII, 7 et Ant. Goebel. *de epithet. Hom. in εις desin.* (Vind. et Monast. 1858) p. 29.

14. κατὰ θ.] Cf. id XIV, 57. — πεπονημένος] *factus* (Hor. Sat. I, 5, 33), *fictus* (Hor. Od. III, 6, 22), *perfectus* (Cic. de Fin. I, 6, 20). Eurip. Iph. Aul. 207 Ἀχιλῆα Χείρων ἐξεπόνασεν. Eurip. Ion. 375. Vide etiam id. XXIX, 24.

15. αὐτῷ εὖ ἕλκων] *sibi ipsi constans, sui semper similis* (contrarium esset *male dispar*, Hor. Od. I, 17, 25). Imago a iumentis sumpta est sibi paribus et aequaliter incedentibus (Verg. Georg. III, 169). A Theocriti manu profectum videtur αὑτῷ, id quod in suo libro legit auctor scholii cod. k. p. 79 Ziegl.: αὑτῷ —, ἑαυτῷ δ᾽ εὖ βιῶν, ἐπ᾽ εὐδοξίᾳ τῇ ἑαυτοῦ ζῶν (ἢ ψιλῶς τὸ αὐτῷ, ἵν᾽ ᾖ τῷ Ἡρακλεῖ). In codd. omnibus Ahrensii et in edd. Ald. Iunt. Lov. Mein. Ahr. I. al. est αὐτῷ, quam lectionem coll. Iliad. XIII, 704 post Toupium Ameisius *ephem. stud. antiq.* 1841 p. 235 defendere studuit: sed vide Mein. p. 287. Neque vero αὐτῷ (ut placet Zimmermanno) ad vocabulum ἀποβαίη referri patitur verborum collocatio. Lectio altera αὐτῶ, quae est in edd. Med. Call. (Reisk.) et ad quam spectat schol. p. 358, 1 Ahr. (ubi αὐτόθεν explicatur) et fortasse schol. Genev. p. 41 Adert. (ἐκ νέου, pro quo male Adert. ἐν νέῳ coni.) a Casauboni, *lectt. Theocr.* p. 268, explicatione (*iam in illa aetate*) nullum habet praesidium. Denique in cod. Toletano pro εὖ ἕλκων Andr. Schottus ἐξέλκων invenit, in cod. Canon. αὐτω δ᾽ εὖ ἕλκων omissis accentibus legitur. Alii alia tentarunt. Ahr. II. e coni. αὐτοῦ δ᾽ εὖ εἴκων, Hartung. αὐτῷ δ᾽ εὖ ἀρκέων ediderunt. Praesule Heinsio, *lectt. Theocr.* p. 360, Greverus p. 97 et Rauchensteinius in Iahnii *annal.* 1855 p. 281 coniecerunt scriptum fuisse αὐτῷ δ᾽ εὖ ἥκων, quod non potest comparari cum Herod. I, 30 et V, 62, ubi vide Abicht et Krueger. Graef. *epist. crit.* p. 52 harum optionem dat coniectu-

Αἰσονίδας, οἱ δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνέποντο
πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι, ὧν ὄφελός τι,
ἵκετο χὡ ταλαεργὸς ἀνὴρ ἐς ἀφνειὸν Ἰωλκόν,
Ἀλκμήνης υἱὸς Μιδεάτιδος ἡρωίνης,

rarum: αὐτῷ δ' εὖ ἀλκῶν (i. e. ἀλκέων), αὐτῷ δ' εὖ θάλλων, αὐτῷ δ' εὐεκτῶς, αὐτῷ δ' οἱ εἰκών. Meinekius p. 287 profert αὑτῷ δ' εὖ ἐλθών, h. e. ἑαυτοῦ εὖ ἔχων, Unger. *elect. cr.* p. 27 αὔλακα δ' εὖ ἕλκων, Kayser. *ephem. doct. Mon.* 1850 nr. 56 p. 452 σὺν δέ οἱ εὖ ἕλκων. Brunckius εὖ εἴκων (coniecturam Is. Vossii, *epist. ad Salmas.* CCLX. p. 330) receperat in editionem suam, postea (*anal.* III, 2 p. 76) improbasse videtur. Frid. Iacobs. ed. 1822 praefert αὐτῷ δ' ἐξ (*ab ipso sumens exemplum*), coniecturam Henr. Stephani et Koehleri, *not.* p. 45. Idem Fr. Iacobs. apud Wuestem. p. 192 mavult αὐτῷ δ' εὖ ἰκελῶν (*se ipsum ei similem reddens*), Wakefield. αὐτὸς δ' εὖ ἕλκων, Wordsworth. ἐξ αἴκλων (*eius consortio*, proprie *ex mensa communi*). — ἀποβαίη] Cum hoc voc. alio atque Homerico significatu posito cf. Plut. de plac. phil. V, 19 προβαινούσης τῆς ἡλικίας ἀποβαίνειν (τὰ ζῷα τὰ ἐν ὑγρῷ γεννηθέντα) ἐπὶ τὸ ξηρότερον.

17. οἱ — ἀριστῆες] De vocabulo, quod articulo ac substantivo suo interiectum est, cf. Theocr. III, 1. VII, 43. VII, 121. Bion. I, 9. Theocr. I, 82. Iliad. I, 348. XXIII, 392. 500. Odyss. XXIV, 325 al. Simul de voc. ἀριστῆες cf. id. XXII, 99, Quint. in adn. ad v. 21, Apoll. Rhod. I, 911. Iliad. VII, 73 al. Homerus non dixit συνέπεσθαι, dixit tamen Odyss. X, 436 σὺν δὲ θρασὺς εἵπετ' Ὀδυσσεύς.

18. προλελ.] propter dignitatem *electi prae ceteris*. Iliad. XIII, 689 οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι. — Diod. IV, 41 Ἰάσονα . . ἐκλέξαι τοὺς ἐπιφανεστάτους ἀριστεῖς. Hoc autem fonte derivata verba Catulli, LXIV, 4: quum *lecti* iuvenes, Argivae robora pubis (θεῖος ἄωτος v. 27) auratam cet. Verg. Ecl. IV, 35: erit altera, quae vehat Argo *delectos* heroas. Aen. X, 837 stant *lecti* circum iuvenes. Ceterum cf. Pind. Pyth. IV, 189. Non apte Ameis. vertit *secundum ordinem electi* commotus Viger. p. 860 not. 417 ed. IV. — ὄφελος] Plat. Crit. 54, B εἴπερ γέ τι ὄφελος αὐτῶν ἐστι τῶν σοι φασκόντων ἐπιτηδείων εἶναι. Stallbaum. ad Plat. Apol. p. 28, B. Cf. et id. XVII, 35 atque id. XVI, 22.

19. Ἰωλκόν] quo convenerant Argonautae. Pind. Pyth. IV, 188 ἐς δὲ Ἰωλκὸν ἐπεὶ κατέβα ναυτᾶν ἄωτος. Strab. IX, 15 p. 436. Diod. IV, 41 al. Versum ad auctoritatem codicis k., cui alii suffragantur (Ahr. p. 93), constitui cum Boiss. I. II. Mein. III. Ahr. I. II. al., quamquam „minus numerosum" eum vocat Hermannus, *opusc.* V p. 92, et — ἀνὴρ ἀφνεὰν ἐς Ἰωλκόν scribendum iudicat. Paleyus revocavit, omisso vocabulo ἀνὴρ (quod omittunt codd. D. cet.), lectionem edd. prr. Call. Lov. Steph. Heins. Valck. Mein. I. II. al. — ταλαεργὸς ἐς ἀφνειὰν Ἰαολκόν. Idem probare videtur Cobet. *Mnem.* X, 1, p. 352.

20. Μιδεάτ.] Ita Alcmena etiam id. XXIV, 1 vocatur ab Argolidis urbe Midea, ubi pater eius Electryon regnavisse dicitur Paus. II, 25, 8. — ἡρωίνης] Idem est exitus versus spond. id. XXVI, 36. Callim. in Del. 161. Formas Ionicas Ἀλκμήνης — ἡρωίνης e codd. k. cet. (Ahr. p. 93) recte pro Doricis (edd. prr. Mein. Hart. Pal. al.) Ahr. repetivit. Cf. proecd. p. 17.

σὺν δ' αὐτῷ κατέβαινεν Ὕλας εὔεδρον ἐς Ἀργώ,
ἅτις Κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς,
ἀλλὰ διεξάιξε — βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν —
αἰετὸς ὣς μέγα λαῖτμα· ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν.

21. **κατέβαινεν**] Eodem utitur verbo Quint. Sm. XII, 267: *οἷον ὅτ' Αἴσονος υἱὸς ἔσω νεὸς ὠκυπόροιο Ἀργῴης καλέεσκεν ἀριστέας* (v. 17), *ὁππότ' ἔγωγε πρῶτος ἀριστήων καταβήμεναι ὁρμαίνεσκον.* — **εὔεδρον**] *transtris bonis insignem* significat, non *firmam*, ut Kiessl. al. vertunt cum Hermanno, *opusc.* V p. 92. Munitum est hoc voc. auctoritate Eustathii, Iliad. II, 170 p. 191, 12, pro quo *εὔ δρον* est in ed. Med., *εὔενδρον* in cod. k., *εὔανδρον* (id quod Ahr. II. Hartung. receperunt) in margine cod. D. (*ἐς Ἀργὼ εὔανδρον* cod. 6). At malam esse *εὔανδρον* correctionem alterius lectionis *εὔεδρον* (edd. Ald. Call. cet. — *εὐεδρον* Iunt. —) Mein. p. 482 intellexit. Ahr. p. 93 malit *εὔανδρον ἐπ' Ἀργώ.*

22. **Κυανεᾶν**] Tamquam vocabulo proprio *Κυάνεαι* ab Herodoto (IV, 85), Strabone (I, 21, 10), Plinio (H. N. IV, 27, 13), aliis nominantur rupes Bosporo Thracio et Ponto Euxino adiacentes, Argonautarum fabulis celebratissimae, quae olim inter se concurrisse, post Argus adventum immotae perstitisse dicebantur (Apoll. Rhod. II, 598 sqq. Orph. Arg. 680). Scripsi igitur *Κυανεᾶν* littera maiuscula, sicuti e. gr. Nauckius Eur. Andr. 864 scripsit *Κυανέας ἀκτάς*, quamquam idem Med. 2 (coll. Med. 1263) maluit *κυανέας Συμπληγάδας.* Eadem ductus ratione *Πλαγκτάς* cum aliis nunc scripsit *La Roche*, Odyss. XII, 61 (cfr. Nitzsch. *symb. hist. poes. ep.* p. 147) *Κυανέας πέτρας* Apoll. Rhod. II, 318, Orph. Arg. 685, Dion. per. 144 al., *montes Cyaneos* Valer. Flacc. II, 382 legimus. — **συνδρομάδων**] Ovid. Amor. II, 11, 3 *concurrentes cautes* dicit. Versus 22—24 elegantissimos et aptissimos iam a Grevero p. 98 in suspicionem vocatos minore religione eiecit Ahr. II., idem Ahr. I. et Pal. uncis incluserunt. Vide procd. p. 145.

23—24. **ἀλλὰ — λαῖτμα**] *sed tanquam aquila* (propter celeritatem suam: cf. Odyss. XIII, 86—87) *per magnam voraginem* Cyanearum *micans* (Verg. Aen. VIII, 392) *pervolitavit ac vere in profundum Phasin ingressa est.* Quod addidi *vere*, respondet Graecae particulae *δὲ* (*βαθὺν δ'* —), de qua vide id. IV, 13. Hor. Sat. V, 60. Nam interiecta illa sententia *β. δ' εἰσέδρ. Φ.* faustus successus indicatur navigationis (Hermann. *ephem. stud. antiq.* 1837 p. 229: „die Worte sind eine das Resultat anticipirende Parenthese"). De verbo *διεξάιξε* cf. Democrit. apud Diog. L. IX, 31: *τὰ λεπτὰ (σώματα) χωρεῖν εἰς τὸ ἔξω κενὸν ὥσπερ διαττόμενα.*

24. **λαῖτμα**] *vorago Cyaneis interiecta nautis perniciosissima* (non *fluctus Phasidis* — Lobeck. ad Soph. Ai. p. 269 — vel *Ponti* — Hermann. l. l.). De hiatu vide adn. ad id. XII, 23 p. 387. Nihili est, quod Hartung. e coni. dedit, *ὥς, μέγα λαῖτμά τ'.* Reiskianum *μεγάλαιχμος* Toupius vol. II p. 397 explosit. Nec tolerabiliores coniecturae Mein. p. 287 *μεγάλαιμος*, Graef. *μεγάλαυχος* — scil. *Ἀργώ*, Ziegler. p. 75 *μεγάλ' οἶδμα τ'.* Versum pro spurio non debebant habere Stoll. et Mein. II p. 177. Vide etiam adn. ad v. 22. — **ἀφ' οὗ τότε**] *ex quo tunc tempore.* Parmenid. apud Simplic. ad Arist. de Coel. III fol. 138, b: *καὶ*

ἆμος δ' ἀντέλλοντι Πελειάδες, ἐσχατιαὶ δὲ
ἄρνα νέον βόσκοντι, τετραμμένω εἴαρος ἤδη,
τᾶμος ναυτιλίας μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος
ἡρώων, κοίλαν δὲ καθιδρυνθέντες ἐς Ἀργώ
Ἑλλάσποντον ἵκοντο Νότῳ τρίτον ἆμαρ ἀέντι,
εἴσω δ' ὅρμον ἔθεντο Προποντίδος, ἔνθα Κιανῶν
αὔλακας εὐρύνοντι βόες τρίβοντες ἄροτρα.
ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο

μετέπειτ' ἀπὸ τοῦδε —. Nihil mutandum. Hermann. l. l. coni. *καὶ ἔκτοτε*, Mein. III. e coni. *ἄφνω δέ τε* edidit.

25—26. *ἐσχατ. — νέον*] Bene Mabl. contulit Eurip. Cycl. 27: *παῖδες κλιτύων ἐν ἐσχάτοις νέμουσι μῆλα νέα.*

27. *ἄωτος*] Pind. Nem. VIII, 9 Momms. *ἡρώων ἄωτοι.* Pind. Pyth. X, 53 Momms. Neque enim audiendus Hartung., qui et hic *ἄωτον* e coni. edidit et neutrum *ἄωτον* Pindaro obtrusit. Vide etiam adn. ad v. 19. Poeta apud Cic. Brut. XV, 58 *flos delibatus* populi. Cic. XII. Phil. 15, 39 al.

28. *κοίλαν*] Cf. e. gr. Iliad. VIII, 98. Ahr. II. e codd. L. P. F. *καθιδρυθέντες* (cf. Arist. Av. 45): nos Homericum (Iliad. VIII, 56) praetulimus, quod dant codd. k. cet.

29. *Νότῳ — ἀέντι*] Pind. Pyth. IV, 203 *σὺν Νότου αὔραις.* Cum casu dativo recte Cobet., *Mnem.* X p. 352, comparat Herod. VI, 139 *ἐπεὰν Βορέῃ ἀνέμῳ νηῦς ἐξανύσῃ.* Vide Theocr. XVII, 127. XV, 135. Soph. Oed. R. 156. Antig. 335. Iliad. II, 781.

30. *ὅρμον ἔθεντο*] *posuerunt, fecerunt sibi stationem* (non „*finem navigationis*", Herm. *opusc.* V p. 81). Polyb. XVI, 8, 2 *ἐδόκει τὸν ὅρμον πεποιῆσθαι ἐπὶ τῶν ναυαγίων.* — Valck. ne ipse quidem videtur probasse id, quod coniecit p. 132, *εἴσω δ' ὅρμῳ ἔθεντο.* — *Κιανῶν*] Apoll. Rhod. I, 1354 *τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοί, κοῦρον Θειοδάμαντος.* Ahr. II. edidit *Κιανάν* (*κιανᾶν* codd. B. D.).

31. *τρίβοντες*] Nam „assiduo vomer *tenuatur* ab usu" (Ovid. ex Ponto II, 7, 43) vel usus multus „tenuat dentem terram findentis aratri" (Ovid. Trist. IV, 6, 13). Haec considerantes damnent necesse est coniecturam Meinekii p. 282 *τείνοντες* ab Hartungio receptam. *Lati* autem *sulci* humi bonae colonique boni signa sunt. Similes habes locorum descriptiones Hor. Sat. II, 1, 35. Tibull. IV, 1, 142. Verg. Aen. III, 14. VII, 798. Lucan. Phars. VI, 356. VI, 382 sq. al. Quare non recte Ahr. II. Hartung. *εὐθύνοντι* e coni. Heinsii (*εὐρύοντι* cod. p.). Denique *ἄροτρα* (Mein. II. III. al.) habent codd. k. L. ed. Iunt., pro quo *ἀρότρῳ* scripsit Ahr. II. e coni. Hemsterhusii. At *ἀρότρῳ* legisse auctorem scholii p. 362, 5 probari non potest. Codd. reliqui et edd. Med. Ald. Camer. Lov. Valck. Mein. I. al. habent *ἄροτρον.*

32. *ἐκβάντες κτλ.*] Idem est versus initium id. XXII, 32. — Propert. I, 20, 21: „hic manus heroum placidis ut constitit oris, mollia composita littora fronde tegit." — *κατὰ ζ.*] *bini, par couples.* Mire Cunichius sic vertit: hinc *suspensa boum propter iuga* vespere sero corpora curabant.

δειλινοί, πολλοὶ δὲ μίαν στορέσαντο χαμεύναν.
λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα στιβάδεσσιν ὄνειαρ,
ἔνθεν βούτομον ὀξὺ βαθύν τ' ἐτάμοντο κύπειρον.
κῷχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
αὐτῷ θ' Ἡρακλῆι καὶ ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι,
οἳ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν,
χάλκεον ἄγγος ἔχων. τάχα δὲ κράναν ἐνόησεν

33. δειλινοί] „vespertini" (Hor. Epod. XVI, 51). Cf. id. XVI, 93. Odyss. IX, 336. Hor. Sat. I, 3, 117. Calpurn. I, 38. III, 73. Masculinum δειλινοί (cod. 9. *pr.* edd. prr. Mein. I. III. Hartung. Pal. al.) defendit Cobet. *Mnem.* X, 1 p. 347. — Ahr. II. e cod. k.[4] et 9 *corr.* δειλινήν, Ahr. I. Mein. II. Ameis. ob cod. k.[2] δειελινόν dederunt. — πολλοὶ μ.] Plane ut Plat. Rep. II p. 369 C: πολλοὺς εἰς μίαν οἴκησιν ἀγείροντες. Theocr. XXII, 30. IV, 34. Iliad. XVI, 44. Cic. I. Cat. 7, 18. Cic. II. Verr. 4, 56, 123. Ovid. Met. XIV, 36. XIII, 730. Verg. Aen. XII, 272. XII, 514.

34. ἔκειτο] Sen. Hipp. 10 qua *prata iacent.* Tibull. I, 3, 67: at scelerata *iacet* sedes —. Verg. Aen. VII, 801. Aen. I, 224. — στιβ. ὀν.] Comparare iuvat Iliad. IV, 383. II, 697. Fortasse poetae animo obversabatur versus Hesiodi, ἔργ. 41 et 344 (346), — μέγ' ὄνειαρ, quo convellitur lectio var. (codd. a. cet. apud Ahr. p. 94. edd. Med. Ald. Lov. Reisk. Boiss. I. II. al.) μέγας, στιβ. (μέγα codd. k. al. edd. Iunt. Call. Steph. Valck. Mein. Ahr. al.).

35. ἔνθεν] non ἔνθα dixit: cf. id. III, 10 τηνῶ. XXII, 120. — βούτομον] *butomum umbellatum* Linn. Vide proecd. p. 146. — βαθύν] Cf. adn. ad id. I, 27 p. 21. — κύπειρον] Cf. adn. ad id. V, 45 p. 165. Cobet., *Mnem.* X p. 352, existimavit scribendum esse κύπαιρον, formam Doricam, neglectis versibus Theocriti, id. I, 106 et V, 45, ubi codices omnes κύπειρος defendunt (codd. D.[a] Q. priore loco, cod. Q. p.[1.2.] posteriore loco κύπειρον).

36. κῷχεθ'] Propert. I, 20, 23 at comes invicti iuvenis processerat ultra raram sepositi quaerere fontis aquam. — ἐπιδόρπιον] aquam, *qua uterentur vel ad parandam coenam vel ad bibendum.* Hoc voc. non habent prisci poetae epici. Cf. similia v. 7. 15. 12 (ὀρτάλιχοι μινυροί). 13 (πετεύρῳ). 23 (διεξάιξε). 37 (ἀστεμφεῖ, quod hic de homine, in Iliade — III, 219. II, 344 — de rebus dicitur). 75 (πεζᾷ). 73 (λιποναύταν). — Apoll. Rhod. I, 1208 Ὕλας δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον, ὥς κέ οἱ ὕδωρ φθαίη ἀφυσσάμενος ἐπιδόρπιον. Vel haec vel Theocritea expressisse videtur Nonnus, Dion. X, 227 (— ὅπως ἐπιδόρπιον ἧχοι αὐτὸς ἑῷ βασιλῆι φέρων γλυκερώτερον ὕδωρ) et XXII, 128. Cf. Koechl. praef. Nonn. I p. XLVI et Mein. p. 288.

38. τράπεζαν] *coenam* epulabantur unam eandemque, δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα (Odyss. III, 66). Cf. id. XVI, 27. Epist. ad Diogn. 5 p. 16 Krenk. Cic. ad Att. XIV, 6 haec scripsi apposita *secunda mensa.* Hor. Sat. II, 2, 121—122. Ita cadit ἀμφ' ἑτάροι, quod secundum coni. Hemsterhusii Ahr. II. edidit.

39. ἔχων] Vide adn. ad id. I, 53 coll. id. VII, 33. 88. XIII, 70. Bion. I, 9. Apoll. Rh. IV, 1703. Verg. Aen. X, 715. X, 886. XII, 759. XI, 351.

ἡμένῳ ἐν χόρτῳ· περὶ δὲ θρύα πολλὰ πεφύκει,
κυάνεόν τε χελιδόνιον χλωρόν τ' ἀδίαντον
καὶ θάλλοντα σέλινα καὶ εἱλιτενὴς ἄγρωστις.
ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χορὸν ἀρτίζοντο,
Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις,

Hor. Sat. I, 3, 13. — *κράναν*] Flaminius: ,,Fons erat in silva puris argenteus undis, quem bicolore tegit populus alta coma. At circum Paphiae densant umbracula myrtus, et parit assiduas aura benigna rosas, narcissumque, crocumque, immortalemque amaranthum, et te flebilibus scriptum, hyacinthe, notis."

40. *ἡμ. ἐν χ.*] *in pascuo demisso* (Caes. B. C. III, 49) *ac palustri*, *ἐν ταπεινῷ τόπῳ* (schol. cod. k.). Scripsi *ἡμένῳ*, quod est in codd., ut videtur, omnibus (lemma codicis k. habet *ἡμῳ*) et in edd. Call. Bas. I. Steph. Mein. III. (quem vide p. 482) Ahr. al. In edd. Med. Ald. est *εἱμένῳ*, in ed. Iunt. *εἱμένῳ* (in ed. Lov. spiritus nullum omnino signum est). Vocabulum *χόρτῳ*, cui cf. Pind. Ol. XIII, 43, cum Reisk. Brunck. Mein. II. III. Ameis. Ziegl. Ahr. I. revocavi, cuius auctores edd. Med. Ald. Iunt. et codd. p. cet. (Ahr. p. 94). Altera est *lectio χώρῳ* (codd. L. al. edd. Call. Lov. Bas. I. Steph. Valck. Mein. I. Ahr. II. al.). Musgravio scribendum videbatur *νημένῳ ἐν χώρῳ*, Hermanno, *opusc.* V p. 92, *εἰαμενᾷ χόρτω*, Hartungio *ἰκμίῳ ἐν χώρῳ*. — *θρύα*] *iunci* ripis vicini, ut ex Iliad. XXI, 351 intelligitur (non *carex acuta*, ut putat *Fée*, *flor. Verg.* p. XXXI).

41. *χελιδ.*] Fortasse *arum maculatum* Linn. significatur (Theophr. H. Pl. VII, 12), nullo pacto *chelidonium maius*. Cumulantur autem nomina plantarum sicut Theocr. VII, 68 et aliquoties apud Stigelium, qui huius loci memor *Phryx. et Menalc.* (Ien. 1553 fol. H) haec scripsit: ,,pingue *chelidonium* molli cum gramine mentae: hoc oculis praesens, haec vocis idonea nervis: atque eadem variis morbis medicina *selinon.*" — *ἀδίαντον*] *capillus Veneris* Linn. Vide proecd. p. 147.

42. *θάλλ. σ.*] Vide adn. ad id. VII, 68. Verg. Georg. IV, 121 et virides apio ripae. Hor. Od. II, 7, 23—24. — *εἱλ. ἄγρωστις*] *cynodon dactylon* vel *panicum dactylon*. Vide proecd. p. 147.

43. *ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ*] Flaminius: ,,In medio faciles nudato corpore Nymphae ludebant sparsis per rosea ora comis." Pluribus haec persequitur Propert. I, 20, 33.

44. *Νύμφαι*] De voc. repetito cf. id. I, 30. Iliad. VII, 137—138. II, 838—839. II, 849—850. Hes. *ἔργ.* 317—318, 579—580. — *ἀγροιώταις*] Ubique apud Homerum (Iliad. XI, 549. XI, 676. XV, 272. Odyss. XI, 293) excepto versu Odyss. XXI, 85 hoc vocabulo versus finitur, ubique etiam apud Theocritum (h. l., XXV, 23. 168). Neque anxie hic fugit exitus spond. in tribus versibus positos, id quod Homerus quoque fecit (errat enim Meinek. *anal. Alex.* p. 62) Iliad. XI, 49. 50. 51 et Iliad. II, 717. 718. 719 (ed. Spitzner. al.). Cf. Theocr. XXV, 29—31. Apoll. Rhod. IV, 1191. 1192. 1193. Bini sunt versus spond. subsequentes id. XV, 82—83. XVI, 3—4. 76—77. XVII, 26—27. 60—61. XXIV, 75—76. XXV, 98—99 coll. Iliad. XI, 548—549 al. Koechl. proll. ad Quint. Sm. p. XLVI. Ludwich. *de hex. spond.* p. 22. Haupt. *prooem.*

Εὐνείκα καὶ Μαλὶς ἔαρ θ' ὁρόωσα Νύχεια.
ἤτοι ὁ κοῦρος ἐπεῖχε ποτῷ πολυχανδέα κρωσσόν,
βάψαι ἐπειγόμενος, ταὶ δ' ἐν χερὶ πᾶσαι ἔφυσαν·
πασάων γὰρ ἔρως ἁπαλὰς φρένας ἐξεσόβησεν

lectt. aest. Berol. 1855 p. 11. Lehrs. *quaestt. ep.* p. 310.

45. *Εὐνείκα*] Nereïdos hoc nomen est Hesiod. Theog. 247, ubi *Εὐνίκη* Hermann. *opusc.* VI p. 167 scribere maluit: nec celandum *Εὐνίκα* esse in cod. M. edd. Ald. Iunt. Call. Lov. al. et id. XX, 1 in cod. Anthol. Pal. atque in edd. Ald. Iunt. Call. Lov. al. — *Μαλίς*] Latine dixeris *Pomellam* (cf. id. VII, 117) non ovium custodem, ut vult Pap. lex. Omphales servam sic appellat Steph. Byz. s. v. *Ἀκέλης*. — *ἔαρ ὁρ.*] cuius erant oculi tam hilares omniaque, quibus arriderent, exhilarantes, ut veris amoenitatem in se habere viderentur. Cf. adn. ad id. III, 18. Mus. Her. 65 *εἷς δέ τις Ἡροῦς ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τεθήλει*. E contrario homo, qui vultu truci est, *ὀρίγανον βλέπει*, Arist. Ran. 604 Mein. — *Νύχεια*] Nympha fontinalis idem habet nomen Anth. Pal. IX, 684. Recte Ahr. II. Mein. III. *Νύχεια* (codd. L. Q. Y. ed. Iunt.) scripserunt pro *Νυχεία* (cod. k. cet. edd. Med. Ald. Call. Lov. Mein. I. II. Ahr. I. al.).

46. *ἤτοι*] Transitum haec vocula parat narranti ut e. gr. Iliad. XIX, 100. Ceterum cf. adn. ad id. XII, 22. — Propert. I, 20, 43 tandem haurire parat demissis flumina palmis innixus dextro plena trahens humero. — *ἐπ. ποτῷ*] *ad potum* (h. e. ad aquam fontanam) *adhibuit* (Verg. Georg. III, 455), *admovit urnam*. Ne voc. *ποτῷ* suspectum cum Valck. p. 133 dicas, vide Soph. Phil. 21 (*ποτὸν κρηναῖον*), Aesch. Pers. 487 (*Σπερχεῖος ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ*), Sophocl. apud Aelian. H. A. XI, 18 (*ποταμίων ποτῶν* —), Soph. apud Etym. M. p. 597, 45 (*πρὸς ναρὰ κρηναῖα*) coll. Theocr. XI, 48. II, 58. De dativo verbo *ἐπέχω* addito vide Eur. Ion. 1492 coll. Iliad. XXII, 83. — Hermanno, *opusc.* V p. 92, dativus hauriendi consilium exprimere videtur. — Apoll. Rhod. I, 1234 *αὐτὰρ ὅγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισεν* (unde Pierson. *ῥόῳ* huc inferre voluit). Pro *ποτῷ* (edd. Ald. Med. Call. Lov. Camer. Bas. I. al.) *ποτῷ*, quod habent codd. k. 6 (*ποτῷ* schol. et codd. a. p. 9), cum edd. Iunt. Steph. recte Mein. Ahr. al. retinuerunt. Cf. schol. p. 365, 26 (*ἐπέβαλε τῷ ὕδατι ὑδρίαν*). Graef. *epist. cr.* p. 53 *ποτῷ πολυχανδὴς* construit.

47. *ἐν χ.*] Iliad. VI, 253 *ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί*.

48. *ἁπαλὰς*] Archil. apud Stob. Flor. LXIV, 11: *ἔρως κλέψας ἐκ στηθέων ἁπαλὰς φρένας*. Mus. Her. 69 *δύσατο δ' ἠιθέων ἁπαλὰς φρένας*. Supervacanea opinio Cobetii, *Mnem.* X p. 352, qui *ἀταλὰς φρ.* maluit coll. Mosch. II, 78. — *ἐξεσόβησεν*] Vide adn. ad id. II, 137. Recepi cum Ahr. I. II. (Philol. VII p. 427) *ἐξεσόβησεν*, coniecturam Fr. Iacobsii ed. 1821 p. 129 propositam, pro eo, quod *ἐξεφόβησεν* (lect. var. codd. 9. et 5.) vel *ἐξεφηβόβησεν* (cod. k.) scriptum accepimus. Lectio vulg. (edd. prr. Steph. Heins. Brunck. Wuestem. Ziegl. Ameis. Boiss. II. al. codd. M. *corr.* Q.) est *ἀμφεκάλυψεν* vel *ἀμφεκάλυψε* (codd. D. cet.), quam omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est illatam ex Iliad. III, 442. XIV, 294. In cod. p. est *ἀπεκάλυψεν*. In cod. Toletano Andr. Schott. *ἀμφεδόνησεν* inve-

Ἀργείῳ ἐπὶ παιδί. κατήριπε δ᾽ ἐς μέλαν ὕδωρ
ἀθρόος, ὡς ὅτε πυρσὸς ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἤριπεν ἀστήρ
ἀθρόος ἐν πόντῳ, ναύταις δέ τις εἶπεν ἑταῖρος·
„κουφότερ᾽ ὦ παῖδες ποιεῖσθ᾽ ὅπλα· πλευστικὸς οὖρος.“
Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κοῦρον ἔχοισαι
δακρυόεντ᾽ ἀγανοῖσι παρεψύχοντ᾽ ἐπέεσσιν.

nit, quod Valckenarii auctoritate commoti Schaefer. Gaisf. Mein. I. II. III. Boiss. I. (hic quidem *ἀμφεδόνασεν*) Pal. al. receperunt: sed Mein. III. p. 290 nostram emendationem praetulit.

49. *Ἀργείῳ ἐπί*] De hiatu vide e. gr. Odyss. IX, 383 et adn. ad id. II, 152, de praepositione adn. ad id. X, 31. — *μέλαν*] plane ut Odyss. IV, 359. Odyss. XIII, 409. Iliad. XVI, 161. *Κρήνη μελάνυδρος* appellatur Iliad. XVI, 160, *ὕδωρ κυανοειδές* Eur. Hel. 179.

50—51. *ἀθρόος*] *praeceps* (cf. Apoll. Rhod. I, 428) Latine sonat apud Verg. Georg. I, 366. Non aliter Ovid. Met. II, 320: volvitur *in praeceps* longoque per aera tractu fertur ut interdum de coelo stella sereno. Stat. Theb. I, 92 *lapsisque citatius astris.* De spiritu voc. *ἀθρόος*, aliter atque eo Homerus utitur adhibiti, videatur *La Roche* ad Odyss. I, 27, de significatione Theocr. XXV, 252. Flaminius: ,,Quae puerum cupido miratae lumine, quum vix illius molles tingeret unda pedes, arreptum subito vitreum traxere sub amnem: *ut quondam veris tempore purpurei stella volans, coelo noctis delapsa per umbram, emicat inque alto conditur Oceano.* Tunc laetus clamat summa de puppe magister: candida felici pandite vela noto, pandite, nam coelo superi bona signa dedere! sic ait, et placidis per mare fertur aquis.“ — In v. 51 extremo, ubi *τις* a Wordsworthio bene comparatur cum Ovid. Fast. III, 586 (,,findite remigio“ *navita* dixit ,,aquas“), Herm. *opusc.* V, p. 92 praetulit, quod Mein. II. III. Ahr. I. II. al. e cod. v. et ed. Iunt. ediderunt, *ναύταις δέ τις εἶπεν ἑταίροις.* Sed epicae narrationi magis id convenit, quod ex edd. prr. codd. Burn. Phill. Cant. reliquisque codd. exhibui servaveratque Mein. I. Nuper Pal., olim Brunck., coni. *ναύτας δέ τις*, probatum Cobetio, *Mnem.* X p. 353. Bergk. *Mus. Rhen.* IV (1836) p. 218 coni. *ἐν πόντῳ* (omisso *ἀθρόος*) *ναύταισι δὲ Τῖφυς ἔειπεν ἑταίροις.* Idem Bergkius in *ephem. stud. antiq.* 1851 p. 542 satis mire dicit versus 51—52 turbare quidem sententias, sed tamen esse retinendos (,,zwar höchst störend, aber nicht zu streichen“).

52. *παῖδες*] Cf. id. X, 52. Iliad. VII, 279.

53. *γούνασι*] Nonn. Dion. III, 399 *γούνασι δ᾽ ἄρσενα παῖδα συνίδρυε θήλει κούρῃ.*

54. *δακρυόεντ᾽*] Cf. Iliad. XXI, 506. Cobet., *Mnem.* X p. 353, numero duro *δακρύοντ᾽* scribi voluit. — *παρεψύχοντ᾽*] idem est, quod verbo *καταψύχειν* declarat imitator Theocriti Nonn., Dion. III, 407: *τέκνα καταψύχουσα.* Auctor schol. cod. k. haec adnotavit: *βουκολικῶς τὸ παρεψύχοντο ὡς ἐπὶ τῶν πηγῶν.* Hic igitur legit *παρεψύχοντ᾽*, quod est etiam in lemmate codicis k. (ubi textus habet *παραψύχοντ᾽*) et in codd. p. cet. (Ahr. p. 95) et quod in edd. Heins. Wintert. Iun. Valck. Gaisf. Mein. Boiss. I. (Boiss. II. *παρεψήχοντ᾽*) aliasque recentiores (non apte Ahr. ,,*vulg.*“ dixit) transiit. Lectio var. *παρεψυχῶντ᾽*

Ἀμφιτρυωνιάδας δὲ ταρασσόμενος περὶ παιδί
ᾤχετο, Μαιωτιστὶ λαβὼν εὐκαμπέα τόξα
καὶ ῥόπαλον, τό οἱ αἰὲν ἐχάνδανε δεξιτερὴ χείρ.
τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν, ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμός·
τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνά
ἐξ ὕδατος, παρεὼν δὲ μάλα σχεδὸν εἴδετο πόρρω.
ὡς δ' ὁπότ' ἠυγένειος ἀπόπροθι λῖς ἐσακούσας
νεβρῶ φθεγξαμένας τις ἐν οὔρεσιν, ὠμοφάγος λῖς,
ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα,

est in codd. a.[2] M. et in edd. Med. Ald. Iunt. Call. Lov. Steph. Bas. I. Crisp. Apel. Reisk. (non apte Ahr. „*Antt.*" dixit). Contra Ahr. II., qui e coni. *παρέψηχον μελέεσσιν* edidit, Mein. p. 482 disputavit. Hartung. *παρεψιθύριζον ἔπεσσιν* suo Marte posuit. O. Schneider. *Philol.* IV, p. 562 *παρεψυχόωντ'* coniecit.

55. *ταρ. π. παιδί*] Plato quidem, Soph. p. 242, C: *μὴ τεταραγμένοι ὦμεν περὶ ταῦτα.* Sed vide adn. ad id. I, 54 p. 32. *Equos ταράττεσθαι* dicit Homer., Iliad. VIII, 86. Flaminius: „At miser Alcides casu *perculsus* acerbo amissum toto littore clamat Hylam: littore Hylam, furibundus Hylam per devia quaerit."

56. *Μαιωτιστὶ*] *more Scythico* (schol. Apoll. Rhod. IV, 322), quia fama erat Teutarum Scytham, Amphitryonis bubulcum, Herculi artem sagittandi tradidisse. Vide schol. p. 366, 18 coll. Lycophr. 56. — *εὐκ. τόξα*] Plane ut Hom. hymn. in Dian. 12 coll. Iliad. I, 45.

58—59. *τρὶς κτλ.*] Verg. Ecl. VI, 43: his adiungit Hylam nautae quo fonte relictum clamassent ut littus „*Hyla Hyla*" omne sonaret. Ceterum his in versibus imago cerni videtur versuum Iliad. XI, 462—463: *τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤυσεν, ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός, τρὶς δ' ἄιεν ἰάχοντος ἀρηίφιλος Μενέλαος.* Eadem est voc. *τρίς* anaphora Odyss. XI, 206—207 et voc. *ter* Verg. Aen. II, 792—793. — In codd. k. D.[b] est *βαρὺς*, sed magis plausibile *βαθὺς* (codd. rell. edd. prr.).

59. *ὑπάκ.*] Cf. adn. id. VII, 95.

59—60. *ἀραιὰ κτλ.*] Propert. I, 20, 49 cui procul Alcides iterat, responset: at illi nomen ab extremis fontibus aura refert.

61. *ἠυγέν.*] Iliad. XVII, 109. XVIII, 318 *ὥστε λῖς ἠυγένειος.* Quae exempla deterrere debebant Hartungium ne haec e coni. proferret: *ὡς δ' ὁπότ', ὢν χαροπὸς καὶ ἀπόπροθι, νῆστις ἀκούσας.* Vide adn. ad v. 62. Versus casu excidit in cod. k.

62. *ὠμοφάγος λῖς*] *λῖς* repetitur, sed addito adiectivo, ut id. XVIII, 50 dicitur *Λατώ — Λατὼ κουροτρόφος.* Et ante haec duo vocabula et post ea locavi virgulam, quam omittunt Mein. II. III. (Mein. III. Ziegl. verba *ὡς δ' ὁπότ'* usque ad *δαῖτα* v. 63 sine ulla interpunctione exhibuerunt). Pal. propter codd. D. Q. (*ὠμοφαγοίσας*) et codd. 6. 16. Y. (*ὠμοφαγήσας*) pro *ὠμοφάγος λῖς* coni. *ὠμοφαγῆσαι*, scil. *ἔσπευσεν*, vel *ἀπόπροθεν ὠμοφάγος λῖς ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν.* — Ahr. p. 96 versum 61 posteriori tempore additum et v. 62 sic scriptum fuisse putat: *νεβροῦ φθεγξαμένας χαροπὸς λῖς νῆστις ἀκούσας.*

Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
παῖδα ποθῶν δεδόνητο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.
σχέτλιοι οἱ φιλέοντες· ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν
οὔρεα καὶ δρυμώς, τὰ δ' Ἰήσονος ὕστερα πάντ' ἦς.
ναῦς γέμεν ἅρμεν' ἔχοισα μετάρσια τῶν παρεόντων,

64. Ἡρ. τοιοῦτος] *fortis ille et infractus Hercules tali modo* —. Praemittitur vocabulo τοιοῦτος nomen proprium, quia sic mores Herculis, a quibus eiusmodi anxietas, qua hic agitatus dicitur, aliena videbatur, bene significantur. Cf. Aen. XII, 689: disiecta per agmina *Turnus sic* ruit ad muros. Hor. Sat. I, 3, 132. Hermannus igitur non recte *de arte poes. buc.* p. 12 et *opusc.* V p. 93 perversum vocat Ἡρ. τοιοῦτος: fuisse enim dicendum τοιοῦτος Ἡρ. Idem locum totum falsa, quam sibi finxit, stropharum, ab hoc carmine plane alienarum, conformatione nixus, hoc pacto constituit: ὡς ὁπότ' ἠυγ. ἐν ὤρεσιν ὠμοφάγος λῖς (v. 61!) νεβρῶ φθεγξαμένας ὄπ' ἀπόπροθεν ἇς ἐσακούσας (v. 62) ἐξ εὐνᾶς ἔσπ. ἑτ. δ' ἐπὶ (v. 63), iam deesse versum et sequi Ἡρακλέης, τημοῦτος ἐν ἀτρ. ἀκ. κτλ. Hartung. de suo versum addidit: ὣς ἄρα κινηθείς, ὄπ' ἀραιὰν παιδὸς ἀκούσας Ἡρακλῆς τημοῦτος κτλ. — ἀκάνθαις] Vide adn. ad id. I, 132.

65. δεδόνητο] Vide adn. ad id. VII, 74. Flaminius: „*errabat dubio per loca sola pede*". Cobet., *Mnem.* X p. 353, coni. δινεῖτο, male comparans Odyss. IX, 153. — πολὺν κτλ.] Hinc sibi Nonnus, imprudens fortasse, illa appetivisse videtur, quae sunt Dion. XI, 227: οὐ τόσον Ἡρακλέης δρόμον ἤνυεν, ὁππότε Νύμφαι ἁβρὸν Ὕλαν φθονεροῖσι κατεκρύψαντο ῥεέθροις.

66. σχέτλιοι] *importuni, vehementes, qui ferantur praecipites.* Cf. Odyss. XI, 474. IX, 494. *Miseros* dici Vins. al. putant: quorum explicatio non sublevatur opinione Schmitzii (*adn. ad Bion. et Mosch.* p. 38), Bionem VIII, 1 huic Theocriteae sententiae quodammodo respondisse verbis illis: ὄλβιοι οἱ φιλέοντες.

66—67. ἀλ. — δρυμώς] Construe ὅσσ' ἐμόγησεν ἀλώμενος οὔρεα κτλ. (non ὅσσα ἐμόγησεν οὔρεα, ut vult Wagner. ad Aen. IX, 605). Cf. Soph. Ai. 30 ibique interpp. Callim. Dian. 193—194. Hom. hymn. Apoll. 142. Pal. non multum ipse tribuit coniecturis suis ἀλ. ὅς μὲν ἐπῆλθεν vel οἷος ἐπῆλθεν. Spernendae etiam coniecturae Ilgenii, ὤρεα κ' ἂν δρυμώς, Mitscherlichii, ὡς ἐμόγησεν vel ἂν ῥία (pro οὔρεα) vel ἐπέρησεν ὤρεα. De voc. δρυμώς vide adn. ad id. I, 117.

67. ὕστερα π.] „*posthabita*" (Verg. Aen. I, 16. Ecl. VII, 16). Thuc. VIII, 41. Cic. II. Verr. 4, 50, 111: omnia se cetera negligere dicebant. Cf. id. XI, 11.

68. ναῦς κτλ.] *navis, armamenta* (ἅρμενα, cf. id. XXII, 13) *habens sublata* (μετάρσια) et ad proficiscendum parata, *plena erat* sociis navalibus excepto Hercule *praesentibus.* De verbo γέμω cf. e. gr. Io. Chrysost. I p. 472 ed. Paris. 1839. Versum emendavit Hermannus, *opusc.* V p. 94, quem Ameis. Ziegl. Mein. II. Hart. sequuntur. Vestigia sunt huius lectionis in schol. cod. k. p. 81 Ziegler.), ubi haec exstant verba: ναῦς μέν γ' ἅρμενα ενπρ . . πρω . . κ . . ναῦν Ἀργώ φησι κατασκευάσασθαι. Ab hoc propius abest, quod dant edd. prr. Lov. Bas. I. Salam. Farr. Brub. I. Reisk. Ahr. I. Mein. III. et quod est in codd. k. a. p. cet. (Ahr. p. 96) et Cant. Phill. Canon. Wordsw., ναῦς μὲν ἅρμεν' κτλ. Ex hoc Callierg. finxit ναῦς μένεν —,

ἱστία δ' ἡμίθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον
Ἡρακλῆα μένοντες. ὁ δ' ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει
μαινόμενος· χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν.
Οὕτω μὲν κάλλιστος Ὕλας μακάρων ἀμιθρεῖται·
Ἡρακλέην δ' ἥρωες ἐκερτόμεον λιποναύταν,

quem sequuntur Camer. Steph. Heins. Wintert. Valck. Gaisf. Mein. I. Wordsw. al. Denique ναῦς μὰν offerunt codd. s. 9., μὴν cod. D. Excogitatum a Wartono ναῦς ἔμεν' Brunck. dedit, Ahr. II. autem ναῦς μὰν ἄρμεν' ἔχοισα μεταρσία ᾇπερ ἰόντων. Hermannus *de arte poes. buc.* p. 13 ναῦς γε μὲν ἄρμεν' ἔχοισα fuisse scriptum putavit, versus exitum τῶν παρεόντων aut pro absurdo alicuius scribae supplemento habendum esse aut excidisse lacerato codice aliquos versus, quorum unus his vocibus terminaretur. Pal. p. 71 coni. μετάρσια τῶν κελεόντων. Graef. *epist. cr.* p. 54 in haec incidit: ναῦς δ' ἔμεν', ἄρμεν' ἔχοισα, μεταρσία, οὐ παρεόντος. Wordsworthii coniecturam μετάρσι' ἐτῶν παρεόντων, *sociis praesentibus*, refutavit Hermann. *annal. Vindob.* 1848 p. 217.

69. ἡμίθεοι] Hoc, quod in cod. k. ἡμιθέοι scriptum videtur (k.[2]), pro vulg. ἠίθεοι, Ahr. I. II. Mein. III. secutus, Theocrito reddidi, favetque ei glossa cod. M. οἱ ἔνδοξοι ἥρωες. — ἐξεκάθαιρον] ut otium fallerent, ut aliquid saltem agerent. Haec sententia cui displicet, is non me castiget, sed scriptorem. Ahr. II. e coni. scripsit μεσονύκτιον ἔστε καθεῖργον. Kayserus *annal. Monac.* 1850 nr. 65 p. 453 id probat, quod Hermannus l. l. p. 13 coniecit: εἰσέτι δ' ἠίθεοι μεσ. ἐξεκάθευδον Ἡρ. μ. collato Xenoph. Hell. II, 24: ἐξεκάθευδον οἱ ἵπποι. Vossius, *Anm. u. Randgl.* p. 188 praefert id, quod Reiskius *animadv.* p. 221 coniecit, ἴκρια — ἔστ' ἐκάθαιρον (*purgabant tabulata navis, foros, usque ad noctem*), ἴκρια Dahl. et Kiessl. receperunt. Cobetius, *Mnem.* X p. 347, coni. μεσονύκτιοι, id quod Hartung. scripsit, mutans etiam αὖτε καθῄρουν, Eldik. et Wordsworth. αὖτε καθεῖλον, Ziegler. ἐξεχάλαινον, Toup. οὖρον — ἐξεκάθαιρον, Graef. ἱστὸν — μεσσοδμίου ἐξεπάειραν.

70. ᾇ π. ἆγ.] Cf. id. XIV, 42.

71. μαινόμενος] Ahr. p. 96 coni. μαινόμενοι, Cobet., *Mnem.* X p. 354, μαιόμενος. Cui obstat proximum χαλεπά. — θεὸς] Venus. Soph. Ant. 800 ἄμαχος θεὸς Ἀφροδίτα. Iliad. V, 339 αἷμα θεοῖο (Veneris). Quibus exemplis redarguitur id, quod Kiessling. Boiss. II. (non item Boiss. I). Ahr. II. Hartung. e codd. L. cet. (Ahr. p. 96) et ed. Call. Steph. Heins. al. dederunt χαλεπὸς γὰρ —. Cf. Ziegler. p. 78, qui cum Reisk. Brunck. Valck. Mein. Ahr. I. al. χαλεπὰ γὰρ —, quod est in codd. a. p. edd. prr. Lov., edidit. — ἧπαρ] Cf. id. XI, 16.

72. κάλλιστος] Articulum ne requiras cf. adn. ad id. VIII, 43 p. 280. — μακάρων ἀμιθρ.] De constructione cf. Eur. Bacch. 1317 (τῶν φιλτάτων ἔμοιγ' ἀριθμήσει), de verbo ἀμιθρεῖται, quod e margine cod. 20. etiam ab Ahr. II. Mein. III. pro ἀριθμεῖται (codd. edd. prr. Mein. I. II. Ahr. I. cet.) receptum est, Phoenic. apud Athen. XII p. 530, E (οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν', οὐκ ἀμιθρῆσαι).

73. Ἡρακλέην] Molossum hoc vocabulo effici iudico, ut Apoll. Rhod. II, 767, non choriambum, qui Anth. Plan. 97, 4 habetur, e quibus exemplis inutilem esse Ahr. II. coniecturam Ἡρακλέα intelligitur. — Wordsworthius haec adno-

οὕνεκεν ἠρώησε τριακοντάζυγον Ἀργώ,
πεζᾷ δ' ἐς Κόλχως τε καὶ ἄξενον ἵκετο Φᾶσιν.

tavit. „*Ἥρωες* in *ἥρωα* mutandum arbitror. *Ἡρακλέα* Argonautae salsis dicteriis vellicabant, *λιποναύταν ΗΡΩΑ* vocitantes, *οὕνεκεν ΗΡΩΗΣΕ*. Dictitabant inter iocandum *Ἡρακλῆς ἥρως ἠρώησε* vel, ut nonnulli codices [qua de lect. var. Ahr. nihil memoriae prodidit], *ἡρώησε*, ubi lusus est non iniucundus in verbis *ὑπηχητικοῖς* inter se faceta collatione oppositis. [Hermannus in *annal. Vind.* 1848 p. 218: „daran hat der Dichter nicht denken können, da alle Argonauten *ἥρωες* waren, wie sie auch v. 28 benannt sind.] Notum est in codd. *ἥρωα* sic scribi *ἥρῶ*, *ἥρωες* vero sic *ἥρω'*, et omnino in ultimis verborum syllabis non diserte ipsis litteris sed per tachygraphica compendia repraesentatis saepissime oscitantur librarii. Ceterum *α* et *ες* crebro confunduntur: sic in id. I, 28 pro *ἀμφῶες* habet *ἀμφῶα* cod. P. Marii Victorini, p. 157 Gaisf. Denique hiatum, ut fiebat, reformidabant librarii, quem non tantopere metuendum esse docet id. XIII, 24 *λαῖτμα*.“ — Pal. p. 71 coni. *Ἡρακλέην ἥρωα δ'* —, idemque versus 72—75 ab interpolatore profectos esse suspicatur. — λιποναύταν] *καθάπερ λιποτάκτην*. Schol. p. 369, 13 Ahr.

74. οὕνεκεν] Cf. adn. id. XXV, 167. — ἠρώησε] *κατέλιπεν, ἐξέφυγεν*. Schol. (non *retardaverat*, Ameis.). Vide id. XXIV, 99 (XXII, 174). Rectius Hermanno, *opusc.* V p. 94, de etymologia vocis iudicant Buttmann. *lexil.* I p. 70 sqq. Curtius, *etym.* I p. 319. Hartungius libidine *τριακονταζύγου Ἀργοῦς* corrupit. Manifestum vitium habet cod. y. *ἐς ἀργώ*.

75. Κόλχως] Flaminius sic conclusit elegiam suam. „Interea curvo solvens de littore funem *Colchorum* fines iverat Aesonides: quem desiderio pueri confectus inani mox sequitur lacrimans Amphitryoniades. *Hos tu sollicitos heroum doctus amores disce libens durae ferre iugum dominae: nec te iam pigeat quemvis perferre laborem! omnis amor longo vincitur obsequio!*“

XIV.

ARGUMENTUM.

Hoc mimo (mimum enim hoc carmen et carmen XV. vere appellamus: cf. *de poet. buc.* p. 15) congredientes finguntur *Aeschines* quidam et *Thyonichus*, quorum alter, iuvenis fervidus (v. 10. 34), *Thyonicho*, tristitiam hominis miranti (v. 1 sqq.), narrat de discidio suo et *Cyniscae* (v. 8 sqq.) amicae. Hanc enim, de cuius perfidia iam pridem monitus fuerit (v. 27), eo processisse fastidii, ut in quadam accubitione epulari amicorum, quae 12 sqq. describitur, *Aeschine*, amatore suo, plane neglecto (v. 21), *Lyci* cuiusdam (v. 23 sqq.) amorem aperte prae se tulerit eumque nunc post divortium *Aeschinis* (v. 44 sqq.) plane pro viro habeat (v. 47). Cuius ignominiae tanto se dolore dirumpi, ut, quum aliud in perdita re non habeat solatium, consilium ceperit patriae ad tempus relinquendae et in terris peregrinis stipendia merendi (vs. 50 sqq.). Quibus auditis *Thyonichus* (vs. 57 sqq.) suadet amico, ut, si illud fixum animo consilium sit, in Aegyptum se conferat ad Ptolemaeum, regem dignissimum sub quo homo liber (v. 59) militet. Hunc enim esse virum uno verbo talem, qualem esse regem deceat (v. 64). Ita finitur carmen, in quo ficta sunt nomina hominum et quod apparet scripsisse Theocritum eo consilio, ut tecte (vs. 59 sqq.) praėdicator esset Ptolemaei, eodem usus artificio, quo id. XV, 46 sermocinationi mulierum eiusdem laudes regis venuste intexuit. Eadem est sententia Paschkii p. 11. *progr. gymn. Brandenburg.* 1836 editi, quo hoc idyllium in vernaculum sermonem conversum et adnotatione illustratum est. Plura tamen, quam quae scire vere possumus, alii in hoc carmine invenire sibi visi sunt. Fr. Aug. Guil. Spohnius quidem, *lectt. Theocr.* I (1822) p. 5, Alexandriae hoc carmen a Theocrito aliquot annis ante a. 270 a. Chr. n. scriptum esse iudicat, ut Siculos homines turbis civilibus misere afflictos invitaret ad Siciliam relinquendam Laresque suos in Aegyptum conferendos vel stipendia sub Ptolemaeo merenda. Sed neque haec habent veritatis speciem, neque illa, quae posuit Haulerus *vit. Theocr.* p. 29. Hic enim *Thyonichi* nomine significare *Theocritum* semet ipsum existimans agi rem in Sicilia auctori hypotheseos Graecae, qui ex vano hanc opinionem hausit, credere non debebat. Simili in errore Bergkius, *Mus. Rhen.* VI, 1 (1838) p. 26, Zimmermannus p. 33 alii versantur. Cadunt igitur omnia, quae Haulerus disputat, Theocritum Alexandria relicta conciliati sibi Ptolemaei amoris quasi quoddam documentum edidisse hoc carmine paullo ante annum 248 a. Chr. n.

Recte in cod. a. carmini inscribitur *Κυνίσκας ἔρως*. Praefixis personarum nominibus *Αἰσχίνας ἢ Θυώνιχος* est in cod. p., *Αἰσχίνης ἢ Θυώνιχος* in cod. Y., *Θεοκρίτου Αἰσχίνης καὶ Θυώννχος* in cod. 23, *Αἰσχίνας Θυώνιχον* in cod. D. Minus apte edd. prr. habent *Κυνίσκας ἔρως ἢ Θυώνιχος*.

Vergilius v. 22 imitatus esse creditur. Vide etiam v. 39. Eundem Vergilium in captanda fautorum benevolentia agendisque gratiis ,,paullo pinguius'' hoc idyllium imitatum esse scribit Gebauer. 1861 p. 26. Qua de re suum quisque sequatur iudicium. De Moscho vide v. 31: de Horatio v. 42. 70. 47: de Calpurnio v. 34: de Gregorio Naz. 59: de Agathia v. 61: de auctore incerto v. 52. Goethium in quibusdam partibus *Hermanni et Dorotheae* secutum esse Theocritum sunt qui arbitrentur. Idem maiore cum veri specie contenderis relegens Hebelii carmen *Hans und Verene* p. 108 ed. 1838 et huius idyllii v. 54.

In *anthologiam* suam hoc idyllium recepit Burchard. p. 242, quod separatum a ceteris ediderunt Paschkius l. l. p. 2 et Doederlinus programmate cui inscriptum est *interpretatio Thyonichi Theocritei sive id. XIV*. Erlang. 1850, 4.

Teutonicis versibus hex. verterunt Paschkius l. l. et Doederlinus l. l.: Anglicis versibus homoeotel. W. Bowles in *Drydenii misc. poems* ed. IV. Lond. 1716 vol. II. p. 337.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διήγησίς ἐστι καταστάσεως ἐρωτικῆς, τοῦ Κυνίσκας ἔρωτος. ἡ γὰρ γυνὴ τοῦ Αἰσχίνου μᾶλλον προσέκειτο Λύκῳ τινί, καταφρονοῦσα τοῦ Αἰσχίνου. Θυωνίχου δέ τινος ἑταίρου προσιόντος αὐτῷ διὰ χρόνου . . . δικαίως εἰσάγεται. προλέγει ὁ Αἰσχίνης. χαίρειν φησὶ πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον. τὰ πράγματα ἐν Σικελίᾳ.

ΙΔ.

ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ ΚΑΙ ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Χαίρειν πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ἀλλὰ τοιαῦτα Αἰσχίνᾳ;

De inscriptione carminis vide arg. p. 18.

1. τὸν ἄνδρα] *hunc quem video* (Plaut. Capt. IV, 2, 8). Ita alloquitur amicum casu obviam factum. Plat. Ion. init. p. 530, A: τὸν Ἴωνα χαίρειν. Arcessitum per nuncios ab Aeschina missos venire Thyonichum neque ex his verbis sequitur neque ex versu 2. Statuunt ita Hermann. *opusc.* V p. 95 (*eccum quem exspectabam*), Ameis. *ephem. gymn.* 1842 p. 205, al.

1—2. ἀ. τ. Αἰσχ.] *at quid tu es tristis, amabo?* (Plaut. Cas. II, 2, 6). Proprie: *at talia —?* scil. vultus conturbatus, vox moesta, cultus squalens (v. 3 sqq.). De correpta voc. τοιοῦτος syllaba prima cf. id. XV, 11. XVIII, 32. Soph. Phil. 1049 al. Haud pauca sunt in hoc carmine, quorum vim non intelligimus, nisi *agi* rem ut in scaena existimamus. Cf. v. 22. 60. 4. 36. 44—45. Itaque percontationis signo posito scripsi ἀλλὰ τοιαῦτα Αἰσχίνα; pro ἀλλὰ τοι αὐτὰ Αἰσχίνα (codd. k. p. D.), τοι αὐτῷ (codd. 23. *sec.* Y. edd. Ald. Call.), τυ αὐτό (cod. a.[4]), τοι αὐτῷ (ed. Iunt. Lov. Bas. I. Camer. Steph. Heins. al.), τοι αὐτό (cod. M.), τοὶ αὐτῷ (codd. s. 6. edd. Med. Comm.), τυ αὐτα (codd. 23. *pr.* L.), τὺ αὐτά (cod. v.), τὺ αὐτὸς (cod. Burn.). Boiss. I. II. ἀλλὰ τοιαῦτα, Αἰσχίνα. ὡς κτλ. edidit, Ahr. II. ἄλλα τοιαῦτα Αἰσχίνᾳ e coni. Reiskii, item e coniecturis Ziegler. ἀλλὰ τοιαῦτα Αἰσχίνᾳ, Ameis. cum Wordsw. ἀλλά τοι αὐτά (Mein. III. ἀλλὰ τοὶ) Αἰσχίνα, Doederl. ἀλλά τυ αὐτά, Reisk. ἀλλά τυ αὐτόν, Αἰσχίνα, quem sequuntur Brunck. Valck. II. (nam in ed. I. non habet hoc idyllium), Gaisf. Mein. I. II. al. Ahrens. dial. Dor. p. 254 coniectavit ἀλλὰ τεὶ αὐτᾷ, Αἰσχίνα, Wordsw. etiam τά αὐτά.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

ὡς χρόνιος.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

πράσσομες οὐχ ὡς λῷστα Θυώνιχε.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ταῦτ' ἄρα λεπτός,
χὠ μύσταξ πολὺς οὗτος, ἀνσταλέοι δὲ κίκιννοι.
τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγορικτάς,
ὠχρὸς κἀννπόδητος· Ἀθηναῖος δ' ἔφατ' ἦμεν.
ἤρατο μὰν καὶ τῆνος, ἐμὶν δοκεῖ, ὀπτῶ ἀλεύρω.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

παίσδεις ὠγάθ' ἔχων· ἐμὲ δ' ἁ χαρίεσσα Κυνίσκα

— *Αἰσχίνα* habent codd., *Αἰσχίνη* edd. prr. Call. Lov. Cfr. Ahr. p. 97.

2. ὡς χρόνιος] *quam diu te non vidi.* Nihil habent haec verba opprobrii („*quam serus*", Ameis. al.). Cf. Odyss. XVII, 112. Lucian. Tim. 55 *παπαῖ, χρόνιος ἡμῖν Θρασυκλῆς.* — χρόνιος;] Sic, qui miratur, interrogat. Signum interrogationis Paschk. al. contra mentem poetae tollunt pleneque interpungunt.

3. ταῦτ' ἄρα] *propterea igitur.* Aristoph. Nub. 319. Xen. Cyrop. I, 4, 27. Burch. — λεπτός] Cf. adn. ad id. XI, 69 p. 369 et XII, 34 p. 389.

4. μύσταξ π.] Calpurn. VI, 13 venit et hirsuta spinosior histrice barba. Cic. Tusc. III, 12, 26. — οὗτος] tangit barbam alterius. — ἀνσταλέοι] barba inculta horret *squalentque* in fronte *capilli.* Zam. Cf. Odyss XIX, 327. Quum codd. optimi k. p. habeant *αὐ αλεοι* paucis literis erasis, Wartonus tom. II p. 152 *ἀνσταλέοι* vere emendasse videtur, quem quidem Brunck. Mein. Ahr. I. Pal. al. sequuntur. Sed quia legitur *ἂν* (*ἀν'* cod. Burn., *ἀρ* ed. Med., *ἂρ* edd. Ald. Lov.) *αὐαλέοι* in codd. Burn. s. cet. Ahr. p. 98 et edd. Med. Iunt. Call. Valck. al (*αὐγαλεοὶ* quidem edd. Ald. Lov. Iunt.), Ahr. II. e coni. Graefii edidit *ἄμ' αὐαλέοι,* quamquam Graef. ipse, quem vide *epist. cr.* p. 56, totum versum sic conformabat: *ἄμ' αὐαλέοισι κικίννοις*; Paschk. malebat *ἀνάσιλλοι δὲ κ.* Vossius, *Anm. u. Randgl.* p. 188 praefert coniecturam Reiskii, *animadv.* p. 222, *ἀναυγαλέοι.*

5. Πυθαγ.] *Pythagorissans quidam* (*πυθαγορίζων,* Antiph. apud Athen. IV p. 161, A), Pythagorae asseclam cultu externo affectans. Cf. Diog. L. VIII, 20, 37—38. Schol. cod. k. p. 82 = schol. p. 371, 20 Ahr. Certum quendam Theocriteae aetatis hominem notari ego nego, vix dubitari posse dicit Gebauer. 1861 p. 21.

6. ὠχρὸς] Lucian. Iup. trag. 1: *τί λαλεῖς, ὠχρός, περιπατῶν, φιλοσόφου τὸ χρῶμ' ἔχων;* Cf. ibid. cap. 2. Ar. Nub. 103.

7. ἤρατο κτλ.] Lepide Didot.: s'il était amoureux, lui, c'était d'un potage. — Doederl. sic verba distinxit: *Α. ἤρατο μ. κ. τῆνος; Θ. ἐμὶν δοκεῖ — ὀπτῶ ἀλ.* Quae ferri non posse Mein. p. 292 declaravit.

8. ἔχων] *iocaris, ut est mos tuus*

ὑβρίσδει· λασῶ δὲ μανείς ποκα, θρὶξ ἀνα μέσσον.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ᾽ Αἰσχίνα, ἅσυχος ὀξύς,
πάντ᾽ ἐθέλων κατ᾽ ἄκαιρον· ὅμως δ᾽ εἶπον, τί τὸ καινόν;

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

ὡργεῖος κἠγὼν καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας
Ἆπις καὶ Κλεύνικος ἐπίνομες ὁ στρατιώτας
ἐν χώρῳ παρ᾽ ἐμίν. δύο μὲν κατέκοψα νεοσσώς
θηλάζοντά τε χοῖρον, ἀνῷξα δὲ Βίβλινον αὐτοῖς,

(non *tu semper habes materiam iocandi*, Ameis.). Cf. Lucian. Icaromen. 24: *παίζεις ἔχων, ἔφη.* Interprett. ad Lucian. tom. VI p. 528 Lehm. — *χαρίεσσα*] Cf. id. IV, 38 adn. — Nihil inest ironiae, quam inesse putat Ameis. *ephem. gymn.* 1842 p. 206. — *Κυνίσκα*] Cum forma nominis deminut. compara nomina *Lyciscae* (Verg. Ecl. III, 18. Iuvenal. VI, 123), *Lycisci* (Hor. Epod. XI, 24), *Pardaliscae* (Plaut. Cas. III, 5, 9), *Olympisci* (ibid. III, 6, 13) al.

9. *θρὶξ ἀ. μ.*] vix pili intervallo a furore absum. Arsen. Paroem. II p. 458. Aristaen. Ep. II, 1 *ἐκ τριχὸς κρέμαται.* Lucian. Iup. trag. 3 *τὸ τοῦ λόγου, ἐπὶ ξυροῦ νῦν ἕστηκεν.* Erasm. *Adag.* I, 9, 72.

10. *ἅσυχος ὀξύς*] *modo tranquillus ac mitis, modo iracundus atque animo calido* (Ter. Eun. II, 3, 29 = 380). De voc. *ὀξύς* cf. Theophr. de sens. 11, de coniunctis sine voc. *καὶ* epithetis Heracl. apud Hippol. Ref. haer. IX, 10: *ὁ θεὸς ἡμέρη εὐφρόνη, χειμὼν θέρος, πόλεμος εἰρήνη, κόρος λιμός.* Heracl. apud Lucian. Vit. auct. 14: *τωυτό ἐστι τέρψις ἀτερψίη, γνῶσις ἀγνωσίη, μέγα μικρόν, ἄνω κάτω περιχωρέοντα κτλ.* Plat. Gorg. p. 493, A *μεταπίπτειν ἄνω κάτω.* Hor. Epist. I, 7, 72. Sat. II, 1, 59. Verg. Aen. XII, 811. Martial. XII, 47 difficilis facilis, iucundus acerbus es idem. Revocavi nunc e codd. 23. *sec.* M. *pr.* edd. prr. (Iunt. *ἄσυχος*) Mein. I. II. Pal. Hart. al. *ἅσυχος*, pro quo *ἀσυχᾷ* Ameis. Ahr. Mein. III. e coni. ab Ahrens. *emendat. Th.* p. 13. capta, sed rei plane contraria (cf. v. 34) scripserunt, quum sit *ἄσυχα* in codd. M. *corr.* 23 *pr.* k. al.

11. *κατ᾽ ἄκαιρον*] Ita Ahr. Greverus, Ameisius (*ephem. stud. ant.* 1841 p. 239) al. emendaverunt. Nam *κατὰ καιρόν* est in codd. et edd. prr. Mein. I. II. Ahr. I. Pal. al. Cf. Schmidt. *anal. Soph. et Eur.* p. 8 sq. — Mein. III. et Hartung. e coni. Mein. *παρὰ καιρόν* scripserunt. Frustra lectionem vulg. Herm. *ephem. antiq. stud.* 1837 p. 229 defendit his verbis: du willst alles haben, wie es dir gelegen ist. — *ὅμως*] *verumtamen* —. Praemisso *μὲν* subiicitur *ὅμως δ᾽* perinde atque e. gr. Lucian. Prom. s. Cauc. 5.

12. *ὡργεῖος*] A patria sua homo ille nominatur ut *Myndius* Delphis id. II, 96. Cf. id. XV, 97. XIV, 30.

14. *ἐν χώρῳ*] *ruri, in agello meo.* Ita recte Kiessl. al. Cf. Xen. Oec. V, 9 al. (Paschk. et alii explicant „*domi meae*"). — *νεοσσώς*] *pullos* (Hor. Sat. II, 2, 121) h. e. *pullos gallinaceos* (Varr. R. R. III, 9, 10).

15. *θηλ. χοῖρον*] *bimestrem porcum* vocat Hor. Od. III, 17, 15. Cf. et Plaut. Capt. IV, 2, 69. — *Βίβλινον*] scil. *οἶνον* (id. XVIII, 11), *vinum Bibli-*

εὐώδη, τετόρων ἐτέων, σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανῶ.
βολβός, κτείς, κοχλίας ἐξηρέθη. ἦς πότος ἁδύς.

num, Thracium. Cf. Eur. Ion. 1195, Athen. I p. 31, A et quae collegit Lorenz. Epicharm. fragm. p. 280.

16. *τετόρων ἐτ.*] Vide Horat. in adn. ad id. VII, 147. — *σχεδὸν κτλ.*] *odorum prope tanquam recens a torculari.* Hoc pacto ut verba cum Paschkio, Ameisio aliis coniungamus quum res ipsa suadeat, tum Nonni versus, Dion. XIX, 131: (*κρητῆρα*) *ληνὸν ἔτι πνείοντα νεώτερον ὄγκος ὀπώρης*. Doederlinus sic interpunxit: *εὐώδη, τετ. ἐτ. σχ. ὡς ἀπὸ λ.* („vier Jahre vielleicht von der Kelter"), quasi id non certo sciverit Aeschines. Wuestemannus aliique: *εὐώδη, τετ. ἐτ. σχεδόν, ὡς ἀπὸ λ.* — Ahrensius in ed. II.: *εὐώδη τετόρων ἐτέων. σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανῶ βοῦβος* (vide adn. v. 17).

17. *κτείς*] Pro certo habendum *κτείς*, quod pro *τις* (codd. et edd. Iunt. Call. L o v. cet. — *τις* omittunt edd. Med. Ald. —) coniectura assecutus est W o r d s w o r t h i u s, cuius haec adnotatio est. „De *bulbis* et *cochleis* in conviviis appositis vide viros doctos ad Martial. IV, 46, 11 (*cum bulbis cochleisque caseoque*). *Afra cochlea* satis nota ex Hor. Sat. II, 4, 58. Adde Valck. Adon. p. 221. Sed de importuno *τις* (*βολβός τις*, vulg.) quid faciendum? *Βολβός* sex codd. [potius plerique], *βολβότης* cod. Reg. Paris. 335 [= cod. P. Ahrens.], *βολβὸς τις* (sic) Vat. 3 Sanctamandi [= cod. 3 Ahrens.]. Valckenario placet Heraldi ad Martial. IV, 46 coni. *βολβὸς καὶ κοχλίας*. Sic autem coniectare secare nodum est, non solvere. Tum vero hac ratione *unum* bulbum, *unam cochleam* sex convivis appositam non sine magna admiratione videremus. [At vide de numero singulari adn. ad id. VII, 66. FR.] Et tamen manifestum est *singularem* numerum in his substantivis recte servari, non autem addi debere *καί*, quod et a lectione codicum nimium quantum recedit et seriem verborum turbat, quae *ἀσυνδέτως* debent efferri ut illa Philemonis apud Athen. II p. 64, E: *σήσαμον, ἔλαιον, χρύμμνον, ὄξος, σίλφιον*, ita ut non *unum* bulbum, sed *generaliter bulbos, cochleas*, apponi dictum sit. Quare repudiandum *καί*, in quo nemo unquam librarius poterat haerere, et quod ne in una quidem membrana exstat. [Cf. etiam Plat. Rep. X p. 597, C. Cic. Tusc. V, 27. Hor. Sat. II, 8, 10. II, 8, 27 al.] *I* et *EI* inter se saepissime permutari ut *eodem fere sono prolatas* nemo nescit. Hinc, ut uno idyllio contentus sim, in XXI, 12 inter *ἐρίσμασι* et *ἐρείσμασι* [codd. Vat. C. 10. apud Gaisf.], v. 64 inter *ἴσαι* et *εἶσα* [*ἴσαι* edd. Iunt. Call., *εἶσα* Ald., *εἶσα* cod. 11.] variant vel codd. vel edd. antiquae. Quare, ut ad nostrum locum revertar, pro *ΒΟΛΒΟΣ ΤΙΣ ΚΟΧΛΙΑΣ* vix dubito quin legendum sit *ΒΟΛΒΟΣ, ΚΤΕΙΣ, ΚΟΧΛΙΑΣ* [„eine gute Aenderung", Hermann. l. l.]. *ΚΤΕΙΣ* est *pecten, pectunculus marinus*, ex genere *τῶν ὀστρακοδέρμων ζῴων*, Arist. H. N. IV, 3. Sunt autem *κτένες*, pectines, *εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι*. Vide ad Hor. Sat. II, 4, 33: *ostrea* Circeiis, Miseno oriuntur echini: *pectinibus* patulis iactat se molle Tarentum. Athen. III p. 86, E. Ibidem p. 86, D: *κόχλους, κτένας, μῦς, πίνας κτλ.* Iam vero *pectines*, ostrea et cetera conchylia vulgo una cum bulbis et cochleis, ut hic apud Theocritum, mensae apposita legimus. Vide modo coenam Alexidis Athen. II p. 63, F. *πίνας, κάραβον, βολβούς, κοχλίας, κήρυκας*, et Xenarchi ibid. p. 64, A. Cui accedat Alexis, Athen. VIII p. 356, A *ἐρῶντι δὲ Κτήσων τί μᾶλλον συμφέρει ὧν νῦν φέρων πάρειμι κήρυκας, κτένας,*

ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ᾽ ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον
ὥτινος ἤθελ᾽ ἕκαστος· ἔδει μόνον ὥτινος εἰπεῖν.
ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο·
ἁ δ᾽ οὐδέν, παρεόντος ἐμεῦ. τίν᾽ ἔχειν με δοκεῖς νῶν;
„οὐ φθεγξῇ;“ „λύκον εἶδες;“ ἔπαιξέ τις. „ὡς σοφός“ εἶπε,
κἤφἁπτ᾽· εὐμαρέως κεν ἀπ᾽ αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψας.

βολβούς, μέγαν τε πουλύπουν, ἰχθῦς θ᾽ ἁδρούς.“ — Wordsworthii coni. Ameis. Mein. III. Hart. receperunt. Hermannus, *opusc.* V p. 95, βολβός τις *aliquam multus* explicari voluit. Ziegler et Briggs. coni. βολβός τοι κοχλίας τ᾽ vel βολβὸς τᾶς κόγχας, Ahrens. *emend. Theocr.* p. 14 βολβότις ἢ κοχλίας ἐξήρεθεν. Vocabulum βολβός quum et aptum sit et fixum fundatumque omnibus subsidiis, tamen Ahr. II. e coni. edidit βοῦβός τις locumque ed. minor. 1856 p. V sic interpretatus est: „ein ochsiger Rother (κοχλίας = οἶνος καχλάζων, πορφύρων) wurde vertilgt!“ — ἐξηρέθη] *prompta* erant haec cupedia. Cf. Ar. Pac. 1145. — πότος] *compotatio.* Cf. Lucian. Asin. 24 al.

18. πρ.] *progressa compotatione.* Vide v. 29. Herod. VI, 129. Comparari non potest id. IX, 20 (χειμ.), id quod comparat Burch.

19. ὥτινος] Cf. adn. ad id. II, 151.

20. ἄμμες] Male haec ἀσυνδέτως proferri scribendumque χἀμὲς — dicit Cobet., *Mnem.* X p. 354. At cf. adn. ad id. IX, 22, p. 312.

22. οὐ φθ.] *nihilne dicis?* Haec ipsa verba sunt Aeschinis, quibus in convivio usus est. Cf. v. 36. — λύκον εἶδ.] Haec quidam dixit conviva ut ambiguo vocabulo (λύκος, Λύκος) pungeret puellam tacentem: *an vidisti lupum, quia silentium obtines?* Lupi enim adspectu subito quasi fascinantur homines, obstupefacti tenentur, rigescunt, stant pavore defixi, *obmutescunt.* Plin. H. N. VIII, 22 (80): in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius *vocemque homini*, quem priores contemplantur, *adimere ad praesens.* Cf. Verg. Ecl. IX, 53 ibique Serv.: *vox quoque Moerim iam fugit ipsa: lupi* Moerim *videre* priores. Sed non licuit Schaefero 1809 p. 192 e verbis, quibus Theocritum Vergilius imitatus esse creditur, colligere hic fuisse scriptum λύκος εἶδέ σ᾽; Cuius coniecturam qui receperunt, Ahr. II. Hartung., eos certe elisionem pronominis σε in fine *relatae ab alio* orationis munire exemplis oportebat. Accedit hoc, quod Donatus ad Terent. Ad. IV, 1, 21, ac Suidas quoque s. v. λύκον εἶδες verba sic habent scripta ut scripta servaverunt codices. Ceterum cf. Geopon. XV p. 1038. Apost. X, 89. 92. Donat. ad Terent. Ad. IV, 1, 21. Themist. or. XXI p. 253. Verba οὐ φθ. λ. εἶδ. vulgo uni eidemque convivae assignantur: Hermannus, *opusc.* V p. 95, *alium* convivam dixisse putat οὐ φθεγξῇ; alium Λύκον εἶδες. — ὡς σοφός] *quam tu sapiens es* (Plat. Rep. I p. 337, A σοφὸς εἶ), scil. qui animum meum perspexeris et acumen in λύκου nomine posueris. Puella nimirum haec dicit, ac falso ante Mein. II. a Wuestem. al. interpungebatur Λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν („ut sapiens ait, h. e. ut in proverbio aiunt“, Wuestem.).

23. κἤφἁπτ᾽] *erubuit quasi incensa.* Emendavit Hermannus l. l. p. 95, quem Ahr. I. II. Mein. II. III. al. sequuntur, quod est κἤφαι᾽ ἔτ in cod. k., in aliis codd. κἤφατ᾽ εὖ, κἤφατ᾽ cet. (vide Ahr. p. 99), in ed. Med. κἤφα, in ed. Ald. κἤρα, in ed. Iunt. κἤφαι᾽ ἔτ᾽. Steph. Crisp.

ἔστι Λύκος, Λύκος ἐστί, Λάβα τῶ γείτονος υἱός,
εὐμάκης, ἁπαλός, πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμεν.
τούτω τὸν κλύμενον κατετάκετο τῆνον ἔρωτα.
χἀμῖν τοῦτο δι' ὠτὸς ἐγεντό ποθ' ἁσυχᾷ οὑτῶς·
οὐ μὰν ἐξήταξα μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν.
ἤδη δ' ὦν πόσιος τοὶ τέτταρες ἐν βάθει ἦμες,
χὡ Λαρισαῖος „τὸν ἐμὸν Λύκον" ᾆδεν „ἀπ' ἀρχᾶς",
Θεσσαλικόν τι μέλισμα, κακαὶ φρένες· ἁ δὲ Κυνίσκα
ἔκλαι' ἐξαπίνας θαλερώτερον ἢ παρὰ ματρί

Heins. κῆφθα ediderant (non accurate Mein. p. 294 loquitur), Winterton. Valck. Piln. Mein. I. Duc. al. χῆφθα, Brunck. χἄφθη, Reisk. κῆρα ἐϋμαρέως, Boiss. I. II. κῆφατο. Wordsw. coni. κήθετο.

24. *Λύκος*] Notus est *Lycus* Alcaei (schol. Pind. X, 15) vel ex Hor. Od. I, 32, 11. — *Λάβα*] Apud Aristoph., Vesp. 836, *Λάβης* nomen canis est (*Packan*). Quod si meminimus, nominum *Λύκος* et *Λάβας* h. l. graphice facta necessitudo est.

25. *ἁπ.*] Cf. adn. id. VIII, 59.

26. *κλύμενον*] acerbe hoc dicitur. Cic. I. Verr. XIV, 42 o *commemoranda* iudicia *praeclaramque* existimationem nostri ordinis. — *κατετ.*] Cf. id. I, 66. VII, 76.

27. *δ' ὠτός*] „*ad aures meas* istius rei suspicio pervenerat" (Cic. pro Sulla V, 12). Eur. Rhes. 294 δι' ὤτων γῆρυν ἐξεδεξάμεσθα. — *ποθ'*] *alicunde.* Cf. id. V, 62. Ita codd. k. cet. (Ahr. p. 99) Mein. ποχ' cum codd. s. cet. — *ἁσυχᾷ οὑτῶς*] *sic clamculum.* Restituit haec (ἅσυχα codd. k. cet.) e coni. Ahrensius, quem vide *emend.* p. 13 et edit. p. 99. Edd. prr. habent ἥσυχα οὑτῶς, Brunck. Mein. I. II. al. ἅσυχον οὕτως vel οὑτῶς. Ahrensii iudicium Ameis. Ziegl. Mein. III. sequuntur.

28. *εἰς*] Cf. adn. id. V, 98.

29. *ἐν βάθει*] *probe potaveramus* (non de cratere ad profundum hausto loquitur, ut vult Mablin.).

30. *Λαρισαῖος*] idem, qui v. 12 Thessalus dictus est. — „*τὸν ἐμὸν — ἀρχᾶς*"] *Lycum meum* (amo) *dudum* vel *a principio* (ἀπ' ἀρχᾶς, Herod. II, 104. Pind. Pyth. VIII, 28). Hoc existimo esse initium carminis popularis, cui *Λύκος* nomen fortasse hic cantor de industria substituit. Cf. id. IV, 32. Reiicio nunc explicationem proecd. p. 152, ubi τὸν ἐμὸν Λ. *meum* interpretatus sum, id est *hunc*, *quem dixi.* Iam Brunckius verba τὸν ἐμὸν Λύκον maiusculis litteris exprimenda curaverat. Ahr. Mein. al. sine signis ullis versum sic scribunt: χὡ Λ. τ. ἐ. Λ. ᾆδ. ἀπ' ἀρχ. (*et L. istum meum Lycum denuo repetebat*, Ameis. coll. Hermann. l. l. p. 96).

31. *μέλισμα*] *cantilenam* ego interpretor sensu proprio: Hermann. l. l. p. 96 et Ameis. *eph. antiq. stud.* 1841 p. 239 scomma seu dicterium (Stichelei). Mein. p. 294 coni. πάλαισμα (!). — *κακαὶ φρ.*] *malus ille homo.* Eadem sunt verba in versus sede eadem Mosch. I, 8. Brunckius haec quoque (κακαὶ φρ.) cantilenae Thessalicae partem esse putavit. At cf. Herm. l. l. — *ἁ δὲ Κυν.*] Pariter conformata oratio est id. III, 41.

32. *ἔκλαι'*] Hoc e coni. posui pro ἔκλα' (codd. 23. L.) vel ἔκλαεν (cod. 6.), vel ἔκλαεν (codd. k. cet. edd. prr. Call. Lov. Ziegl. Mein. Ahr. Pal. al.). Cf.

παρθένος ἐξαέτης κόλπω ἐπιθυμήσασα.
τᾶμος ἐγώ, τὸν ἴσας τὺ Θυώνιχε πὺξ ἐπὶ κόρρας
ἤλασα, κἄλλαν αὖθις. ἀνειρύσσασα δὲ πέπλως
ἔξω ἀπῴχετο θᾶσσον. „ἐμὸν κακόν, οὔ τοι ἀρέσκω;
ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος; ἄλλον ἰοῖσα
θάλπε φίλον. τήνῳ τὰ σὰ δάκρυσι μᾶλα ῥέοντι.“

Parthen. 11 p. 16 Herch., ubi ἔκλαι' ἀδονίδων Mein. emendavit. — Mein. p. 294 coni. κλάιεν coll. Ahr. ad Epit. Adon. p. 44, id quod Hartung. recipere voluit. Graef., *epist. cr.* p. 59, et Cobet., *Mnem.* X p. 35, ἔκλα' praetulerunt. Ceterum compara Iliad. XVI, 7 sqq.

33. κόλπω ἐπ.] De hiatu cf. Odyss. XIII, 429. IV, 52. XVI, 172. Theocr. XXV, 212. XXIV, 27. Verg. Georg. III, 155. Ego, Ahr. Mein. I. II. Pal. al., κόλπω edidimus, stantque pro nobis codd. k. al. edd. prr. Hiatus fuga peperit lectionem κόλπων (codd. p. s. 6. Y.) a Boiss. I. II. Ameis. Mein. III. receptam. — Recte autem Ahr. II. ἐξαέτης permissu codd. 23. cet. pro ἐξαέτις (Mein. al.). Cf. Anth. Pal. VII, 11, 2: ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς.

34. τᾶμος κτλ.] Calpurn. III, 28 sqq.: *haec ego quum vidi*, fateor, *sic intimus arsi ut nihil ulterius tulerim:* nam protinus ambas deduxi tunicas et pectora nuda *cecidi* cet. — τὸν ἴσας] Quam sim irae impotens. — πὺξ ἐπὶ κ.] πυγμῇ τὴν σιαγόνα αὐτῆς ἔπαισα. Schol. cod. k. Lucian. Iud. voc. 9 ἔπαισέ μέ ποτε ἐπὶ κόρρης. Lucian. As. 10 ἐπὶ κόρρης πλήξασά με.

35. ἤλασα] *pulsavi*. Cf. Odyss. X, 293. — κἄλλαν] scil. πληγήν. Cf. Lucian. Tim. 53. Aesch. Ag. 1384 — 86 Dind. — πέπλως] Vide adn. ad id. VII, 17 p. 208.

36. ἐμὸν κακόν] *pernicies mea*, cuius ego amore consumor. Cf. Iliad. V, 831. Lucian. As. 39 ἡ γυνή, κακὸν ἐξαίσιον ἐμόν, εἶπεν. At id. XV, 10 κακόν maledictum habetur e trivio arreptum (*malum* — Plaut. Truc. II, 6, 20 — vel *mala res* — Plaut. Cas. III, 2, 12—). Post v. ἀρέσκω (cum Mein. Ahr. I.) et v. 37 post ὑποκόλπιος (cum Ahr. I.) interrogationis signa posui: utrobique coli signa Ahr. II. — Doederlin. verba ἐμὸν κακόν coniunxit cum sententia priore, magis mire Ahr. II. in initio versus ἐξ ὧ e coniectura scripsit.

37. ὑποκόλπιος] Cf. Nonn. Dion. VIII, 78.

38. θάλπε] „hunc *teneas tepido* mollis amica *sinu*“ (Ovid. Her. III, 114). Iliad. III, 406. — δάκρυσι μ. ῥ.] scripsi δάκρυσι pro δάκρυα e coni. Wordsworthii, cuius haec verba sunt: „Sensus est: apage! alium quaere amasium, me enim ludibrio habes, *illi* tuae fluunt lacrimae, non mihi: illi non *color tuus certa sede manet, humor et in genas furtim labitur* [Hor. Od. I, 13, 6], illi *manat* multa tuas *lacryma per* genas [Hor. Od. IV, 1, 34]. Quare pro δάκρυα lege δάκρυσι, et locum interpretare: *illi tuae genae lacrimis madent . . ., non mihi*. Nam in codd. σι (i. e. CI) in α facillime et creberrime abiit. Hinc in Bion. I, 61 pro θηρσὶ παλαίειν hoc ipso errore, quo nunc δάκρυα pro δάκρυσι habes, habet cod. M. θῆρα παλαίειν. Dativi post ῥέοντι exemplum praebet Eurip. Bacch. 142 ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσῶν νέκταρι.“ Hactenus recte Wordsw., qui praeterea μᾶλα genas seu *malas* h. l. significare contendit.

μάστακα δοῖσα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
ἄψορρον ταχινὰ πέτεται βίον ἄλλον ἀγείρειν,
ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τήνα
ἰϑὺ δι᾽ ἀμφιϑύρω καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον.
αἶνός ϑην λέγεταί τις· ἔβα Κένταυρος ἀν᾽ ὕλαν.

Sed vere Ribbeck. *Mus. Rhen.* XVII p. 561 monuit, ubicunque voc. *μᾶλα* vel *μῆλα* ad genarum significationem adhibeatur, *pomorum subesse comparationem.* Atque hoc valet de locis a Wordsw. in medium prolatis, LXX. Cant. Sal. IV, 3. VI, 6. Lucian. Imag. 6 (p. 464). Vide etiam Theocr. XXVI, 1. Anth. Pal. IX, 556, 4. Emendationem Wordsworthii probavit Bergk. *ephem. stud. ant.* 1851 p. 542. Ahr. II. e coni. edidit *τηνῶ τεὰ δάκρυσι μ. ῥ.*, Hart. *τήνῳ τεὰ δάκρυσι μ. ῥ.* Lectionem vulg. *τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥ.* aliter a me proecdos. p. 153 coll. schol. cod. k. p. 83, aliter a Fr. Iacobsio apud Wuestem. p. 209, aliter a Doederlino („lacrimas fundis tam crebras quam arbor poma“) explicatam Mein. Pal. retinuerunt (Reisk. *μάλα* contra metrum). Mein. p. 295 coni. *τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα λαβρεύονται*, Ahr. *emend.* p. 15 *τῆν᾽ ᾧ τεὰ δάκρυα μαδαρέοντι*, Warton. *δάκρυα καλὰ ῥέοντι* (probatum Briggsio p. 128) vel *μᾶλα ἔρωτος*, Bindem. *κατὰ δάκρυα μᾶλα ῥ.*, Fr. Iacobs. *τὰ σὰ δάκρυα μάχλε ῥ.*, Musgr. *μάχλα*, Paschk. p. 23 *μαλά* vult idque idem quod *μαλακά* significare non recte iudicat.

39. *μάστακα*] Cf. Iliad. IX, 324. Vel Homerum vel Theocritum vel utrumque Verg. Aen. XII, 475. Georg. IV, 17 imitatur. — *δοῖσα*] Pro *δ᾽ οἷα* cum Ahr. I. II. Boiss. II. Ziegler. Ameis. Mein. III. recepi Medenbachi Wakkeri coniecturam *δοῖσα*. Rei additur fides verbis schol. p. 379, 2 et schol. cod. k. p. 83. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 241 coni. *τέκνοισιν ἐπεὶ προφέρῃσι.* Mehlhornius apud Lobeck. ad Soph. Ai. p. 557 scripturam vulgatam defendi posse existimat, si ad voc. *μάστακα* ex sequentibus *πέτεται ἀγείρειν* repetatur *ἀπὸ κοινοῦ.* — Pal. *δ᾽ οἷα*, post v. 39 versum excidisse ratus, retinuit.

41. *μαλακᾶς*] Cf. id. II, 139.

42. *ᾇ πόδ. ἆγ.*] Eadem est locutio id. XIII, 70. Lucian. Herm. 28 *οὐδὲ τὸ τοῦ λόγου ποιήσομεν, ἔνϑα ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν, ἐκεῖσε ἄπιμεν.* Hor. Epod. XVI, 20 ire, *pedes quocunque ferent.* Hor. Od. III, 11, 49. Claudian. Rapt. III, 432 ibo, ibo, quocunque pedes, quocunque iubebit casus. Cic. ad Att. XV, 16. — Ahr. II. e coni. improbanda *εὐϑὺ* —.

43. *ἔβα Κέντ.*] Sententia est proverbii: „*abiit, excessit, evasit, erupit.*“ Comparare possis Schillerianum illud, *Johanna geht und nimmer kehrt sie wieder!* — *Κένταυρος* legit auctor scholii cod. k. p. 84, idque ductu Ahrensii, *emend.* p. 16, cum Zieglero, Ameisio, Doederlino repetivi e codd. D. B.[3] Cod. k. habet *ἔβακεν ταῦρος*, a manu secunda *ἔβακέν ταῦρος*, cod. Burn. *ἔβα κεν ταῦρος.* Edd. prr. cum codd. aliis offerunt *ἔβα καὶ ταῦρος*, quod vulgatum usque ad Mein. I. II. Boiss. Wordsw. diversis modis Briggs. p. 129, Kiessl. p. 373, Wuestem. p. 209 explicaverunt. Sed nihil probat Apost. X, 92 (*βέβηκε ταῦρος ἀν᾽ ὕλαν*). Eundem errorem (*κεν ταύρου, Κενταύρου*) Schuchius Hom. hymn. Merc. 224 notavit. — Wordsw. coniecit *τι βέβακεν ταῦρος.* Ahr. II. e coniectura edidit *τὸ βεβάκει ταῦρος*, Pal. Hart. Mein. III. e coni. *ἔβα ποκὰ ταῦρος.*

εἴκατι, ταίδ' ὀκτώ, ταίδ' ἐννέα, ταίδε δέκ' ἄλλαι,
σάμερον ἐνδεκάτα, ποτίθες δύο, καὶ δύο μῆνες,
ἐξ ὧ ἀπ' ἀλλάλων, οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.
οἷ δὲ Λύκος νῦν πάντα, Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται·
ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθμητοί,
δύστηνοι Μεγαρῆες ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.

44—45. εἴκατι] scil. ἡμέραι. Similes sunt enumerationes Theocr. XVII, 82 sqq. Demosth. Olynth. III p. 29 § 5 μετὰ ταῦτα ἑκατομβαιών, μεταγειτνιὼν κτλ. Cic. II. Verr. 4, 29, 66 dies unus, alter, plures: non referri. Versus 44—45 Ahr. II. e coni. sic scripsit et interpunxit: εἴκατι· ταὶ δ' ὀκτώ, ταὶ δ' ἐννέα, ταὶ δὲ δέκ' ἄλλαι, σάμερον ἐνδεκάτα· ποτιδεῖ δύο, καὶ δύο μῆνας (μᾶνας sane codd. v. F., sed vide adn. ad id. XI, 41 p. 361).

45. σάμερον ἐνδ.] scil. *ex illis septem et quadraginta diebus iam nominatis*, quos digitorum auxilio Aeschines computavit. Revera igitur duobus mensibus (sexaginta diebus) duo tantum dies desunt. Burch. Sine causa iusta Greverus p. 104 (ed. 1850) haesit in numero ordinali atque χἀμέρας legendum contendit. Ceterum cf. Paschk. p. 23. Eberz. p. 271.

46. ἐξ ὧ ἀπ' ἀλλ.] *ex quo sumus disiuncti*. Plat. Gorg. p. 524, B. Parmenid. frg. v. 116 Mullach.: χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων. — οὐδὲ Θρ.] h. e. *et plane, tanquam Thrax, intonsus sum* (non, ut certatim vertunt, *ne Thracum quidem more tonsus sum*). Nam barbari intonsi Thraces putantur. Doederl. Cf. schol. p. 380, 5 Ahr. — Non defenditur Arist. Vesp. 352 οὐδ' εἰ, quod e codd. 23. cet. pro οὐδὲ Ahr. II. recepit. Ex coni. ὧ δὲ Hartung., Ahr. I. κοὐδὲ scripserunt.

47. οἷ δὲ Λ. ν. π.] *illi vero nunc unus Lycus „omnia"*, illi Lyco nihil potius (L. ist ihr Ein und Alles). De pronomine οἷ in initio versus locato vide Odyss. XXI, 304. XXII, 14. Iliad. V, 64. De voc. πάντα cf. Herod. VII, 156. III, 157. Ovid. Her. XII, 162 coniux, qui nobis *omnia* solus erat. Liv. XL, 11. Plin. Ep. IV, 27 unus Plinius est mihi priores. Quum sit in codd. k. cet. (Ahr. p. 101) et ed. Iunt. οἶδε, correctionem Toupii, probatam Vossio, *Anm. u. Randgl.* p. 189, receptam a Brunckio, Valck. Mein. Ahr. I. al., feci meam. Ducit eodem l. v. ἡ δὲ (codd. Burn. p. cet.), ἁ δὲ (cod. Cant. ed. Med.), ἁδὲ (Ald. Call. Lov. Steph. Heins. — quorum alii Λύκω, alii Λύκῳ —). Ahr. II. Hartung. scripserunt οἶδα, quod tamen nullo modo probatur glossa cod. M. (Ahr. II p. 380, 33). Doederl. ἁ δὲ Λύκω νῦν πάντα, Lykus besitzt sie nun ganz. Propius a genio Theocriti Taylor. coni. ἁ δὲ Λύκω νῦν πᾶσα. Cf. id. II, 96. — Mein. p. 296 τᾷ δὲ Λύκος dubitanter offert. — ἀνῷκται] Ringw. comparat Hor. Od. III, 9, 20: *patet ianua* Lydiae.

48. οὔτ' ἀριθμ.] Plaut. Men. I, 3, 1 extra numerum est mihi. Ceterum vide adn. v. 49.

49. δύστ. κτλ.] Utitur sententia oraculi, quae in proverbium abiit. Vide schol. cod. k. p. 84 et schol. p. 381 Ahr.: ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Similia sunt de contempta conditione Megarensium Arist. Eth. Eud. VII, 10 (οὐκέτι γιγνώσκουσιν Ἀθηναῖοι Μεγαρῆας), Callim. Epigr. XXVI, 5—6 (τῆς δὲ ταλαίνης νύμφης

κεἰ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι.
νῦν δὲ πόθεν; μῦς, φαντί, Θυώνιχε γεύμεθα πίσσας.
χὤτι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος,
οὐκ οἶδα. πλὰν Σῖμος ὁ τᾶς Ὑποχάλκω ἐρασθείς·
ἐκπλεύσας θ' ὑγιὴς πάλιν ἦνθ', ἐμὸς ἁλικιώτας.
πλευσοῦμαι κἠγὼν διαπόντιος, οὔτε κάκιστος
οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ὤφελε μὰν χωρεῖν κατὰ νῶν τεόν, ὧν ἐπεθύμεις

ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος, οὔτ' ἀριθμός). — ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ] De hiatu cf. Iliad. VI, 13. V, 543. Odyss. XII, 411. XIII, 10. Theocr. XXV, 267. Restitutas ab Ahr. II. formas Ionicas (Mein. Doricas posuit) optimi codd. tutantur.

50. ἀποστέρξαιμι] Cf. Theocr. epigr. IV, 14.

51. νῦν δὲ πόθεν;] scil. γένοιτο (vel ἀποστέρξαιμι): *nunc vero quibus auxiliis, qua ratione fiat* ut leniam desiderium? Demosth. de Cor. p. 241 § 47: οὐκ ἔστι ταῦτα. πόθεν; Iulian. Orat. 6 p. 203, C. Ruhnken. ad Longin. 22 p. 400. Hor. Sat. II, 7, 114. Recuperavit priscam Theocritus lectionem auxilio Hermanni, *opusc.* V p. 95, cui adstipulantur Mein. II. III. Ahr. al. Nam habent codd. k. cet. πόθεν μῦς. Cum cod. M. edd. prr. Mein. I. al. νῦν δέ ποθ' ὡς μῦς —. Non satis pensitatis verbis codicum Doederl. scripsit νῦν δὲ ποθῶ —! ὡς μῦς κτλ. („aber die Sehnsucht, ach!"), verba nos apud animum addere iubens κατατάκομαι καὶ διόλλυμαι. Reisk. et Brunck. e coniectura ποθῶ. μῦς, Wintert. νῦν δέ ποχ' ὡς μῦς —. — μῦς] infixus animo haeret dolor, ultra ferre non possum puellae desiderium, imbutus eo et infectus ut pice gustata musculus. Ne ὡς requiras (est potius voc. μῦς appositio) cf. Soph. Antig. 113 Dind. Theogn. 347. 1249 (ἵππος ἐπεὶ κριθῶν ἐκορέσθης). Hor. Sat, I, 1, 101. Hor. Epod. I, 34. — γεύμεθα] Cf. id. XXX, 16.

52. τὸ φ.] Cf. id. XI, 17 adn. — Auctor nescio quis in Crameri anecd. IV p. 383, 11: ἄκος εἰς ἔρωτ' ἀκούω ἀποδημίαν (vide v. 54) γενέσθαι. — ἀμηχανέοντος] Cf. id. XXII, 103. Mosch. IV, 119. Verbum Lobeck. Rhem. p. 178 defendit (cod. 1. Gaisf. ἀμηχανόεντος).

53. πλὰν Σ.] scil. ἐξέπλευσε. Extremo versu interpunxi. Vide v. 54. — Ὑποχάλκω] παιδός scil. Recepi hoc e codd. k. B. D. et schol. cod. k. p. 84 (ubi sane mire ὑπόχαλκον λέγει τὴν ἀσπίδα) pro Ἐπιχάλκω (vulg.). Ahr. II. Hartung. ὑποχάλκω.

54. θ' ὑγ.] Addidi θ' e cod. k. Vide Zieglerum in Iahnii annal. 1866 p. 104. Idem cod. a manu secunda habet πόλιν ἦνθ'. Ahr. II. e cod. D.b πάλιν ἦνθ' edidit atque v. 55 βασεῦμαι pro πλευσοῦμαι, sed repugnante v. 54.

56. ὁ στρατ.] De vi articuli vide adn. ad id. III, 19 p. 125 coll. Mein. p. 297. Ita in reprehensionem incurrit ἀσπιδιώτας, quod pro ὁ στρατ. Ahr. II. e coni. scripsit, in maiorem etiam reprehensionem, quod invito metro e Wordsworthii coni. Doederl. et Hartung. ediderunt, τίς οἱ στρατιώτας. Wordsworthius ipse praeterea δέ γέ οἱ στρ. vel δ' ἔτι οἱ στρ. profert.

57. ὤφελε μὰν] *Utinam cessisset tibi*

Αἰσχίνα. εἰ δ' οὕτως ἄρα τοι δοκεῖ ὥστ' ἀποδαμεῖν,
μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις;

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος!

amor tuus *ex sententia* (Ter. Heaut. IV, 3, 5. IV, 5, 17). Ita vertendum cum Leon. Spengelio. Vitiose vulgo ,,*utinam succedant* —'', neque scribi e cod. v. *ἐπιθυμεῖς* a Kiessl. Mein. I. II. al. (Mein. III. *ἐπεθύμεις*) debebat. Cobet., *Mnem.* X p. 355, coni. *ὤφελε μὲν* —, quia constanter (e. gr. Xen. Anab. II, 1, 4 *ἀλλ' ὤφελε μὲν Κῦρος ζῆν* —) in talibus *μὲν* — et *εἰ δὲ* — vel *εἰ δ' ἄρα* — inter se opponantur. — *χωρ. κ. νῶν*] Dion. Hal. ant. Rom. IV, 59 *οὐ μὴν ἐχώρησέ γε αὐτοῖς κατὰ νοῦν.* Arist. Pac. 940. Similiter id. XIII, 14 dicitur *κατὰ θυμὸν* (cf. id. XXII, 11), XV, 38 *κατὰ γνώμαν* (Paus. VIII, 3, 1 al.), cui contrarium est *ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς* Soph. Ant. 330.

59. *ἐλ. οἷος ἄρ.*] Hunc versus exitum assumpsit Gregor. Naz. tom. II p. 540 Caill. Cf. id. VII, 139. 128. Et v. 59 et v. 60 Vossius, *Anm. u. Randgl.* p. 189, legi vult *ἐλεύθερος.* In cod. s. teste Zieglero, Iahn. *ann.* 1867 p. 31, personae sic distinguuntur: *μισθοδότας Πτολεμαῖος. Αἰσχ. ἐλευθέρῳ οἷος; Θυων. ἄριστος.* In edd. prr. sic: *μισθοδότας πτολεμαῖος. Αἰ. ἐλευθέρω οἷος. Θ. ἄριστος.*

60. *ἐλ. οἷος ἄρ.*] Alta voce (cf. adn. ad v. 1—2) repetit idem, quod 59 dixerat, ut faciunt homines severe et acriter aliquid contendentes eaque de causa verbis iisdem iterum iterumque utentes. Cf. e. gr. Plaut. Cas. II, 2, 19, ubi versus 15 iteratur. Quintil. IX, 3, 31. Cic. pro Tull. § 34. Pridem *de poet. buc.* p. 19 et *ephem. stud. antiq.* 1848 p. 750 causam egi huius versus a Dahlio p. 197, Gaisfordio p. 113 al. in suspicionem vocati, a Zieglero, Ameisio, Mein. III. Ahr. plane sublati, a Pal. uncis inclusi, sed omnino necessarii, quia ,,non erat cur Thyonichus, postquam v. 59 Ptolemaeum tanquam *μισθοδότην* optimum commendasset, in generalem tam longam huius regis laudem v. 62—64 evagaretur, nisi provocatus esset Aeschinis curiositate'' (Doederl.). Propter similitudinem versus proximi (59) hic versus facile poterat totus (codd. 16. D.) omitti aut omitti ex parte aut confundi cum versu proximo. Nam, ut refert Ziegler., Iahn. *ann.* 1867 p. 31, cod. a. (Ambr. 32) haec habet vss. 59—60: *μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος. Αἰσχ. τὰ δ'* (haec quidem linea eadem), *ἀνὴρ ποῖός τις ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος* (haec linea proxima). Codex p. haec habet: *μισθοδότας Πτολεμαῖος. Αἰσχ. ἐλευθέρῳ οἷος; Θυών. ἄριστος. τὰ δ' ἄλλ' ἀνὴρ τίς ποῖος* et tum nova linea *εὐγνώμων κτλ.* (v. 61): verba autem *τὰ δ' ἄλλ' ἀνὴρ τίς ποῖος* in margine scripta sunt, sed ita ut *contigua* tangant verbum *ἄριστος,* quasi unam cum hoc et superioribus seriem efficientia. Vide etiam Ahr. p. 103, qui tamen de cod. s. non satis accurate retulit (cf. adn. ad. v. 59). At vero servatus est versus integer in cod. optimo k., ubi plane sic scribitur, ut editur a nobis, consentientibus codd. v. cet. et in universum consentiente Stobaeo, Flor. XLVIII, 11 (ubi sane *τὰ δ' ἄλλα·* cf. cod. p. et cod. a.). Legitur versus etiam in edd. prr. (ubi *ἐλευθέρω ὅστις*

εὐγνώμων, φιλόμουσος, ἐρωτικός, εἰς ἄκρον ἁδύς,
εἰδὼς τὸν φιλέοντα, τὸν οὐ φιλέοντ᾽ ἔτι μᾶλλον,
πολλοῖς πολλὰ διδούς, αἰτεύμενος οὐκ ἀνανεύων·
οἷα χρὴ βασιλῆ᾽· αἰτεῖν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί
Αἰσχίνα. ὥστ᾽ εἴ τοι κατὰ δεξιὸν ὦμον ἀρέσκει
λῶπος ἄκρον περονᾶσθαι, ἐπ᾽ ἀμφοτέροις δὲ βεβακώς
τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν,
ᾇ τάχος εἰς Αἴγυπτον. ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα
πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει
λευκαίνων ὁ χρόνος· ποιεῖν τι δεῖ, ἆς γόνυ χλωρόν.

pro ἐλευθέρῳ οἷος — ὅστις etiam Mein. I. Ringw. al. cum cod. L. et 6. *sec.* —), a quibus edd. prr. ille totus *Aeschini* tribuitur. Primus Call. personas ita distinxit, ut nos fecimus (posito tamen puncto post ποῖός τις). Hunc sequuntur edd. Lov. (quae quidem Thyonicho tribuit versum 61), Steph. Crisp. Heins. (Heins. interrogationis signum posuit, quod Wintert. Valck. cet. tenuerunt). Boiss. I. II. verba sic ut in cod. p. factum est distinxit. Doederl. haec coniecit: *Α. τἄλλα δ᾽ ἀνήρ ποῖός τις; Θ. ἅπαντά τοι —.*

61. εὐγνώμων] Vide quae adnotavi ad Eth. Eud. V, 11. p. 141, 19. — ἐρωτικός] *ami des Muses et des amours.* Gail. Nos diceremus *Freund der Minne*, ut de Friderico II. B. Naubert. scripsit. Cf. Plat. Rep. V p. 474, D. Lucian. Dial. mort. XIX, 3. Imitatur haec Agathias, Anth. Pal. V, 216, 7. — ἁδύς] Significatur, ut Plat. Rep. I p. 337, D, homo *suavis, iucundus* (Cic. Off. I, 31, 113), *commodus* (Plaut. Most. I, 3, 98 = 255 R.), *humanus.* Cum orationis ubertate cf. Aesch. Sept. 610. Cic. Brut. LXII, 221. LXX, 246.

63. πολλοῖς] Cf. id. XVII, 106 sqq. Post voc. ἀνανεύων interpungendum est, id quod Ahr. Mein. II. III. non fecerunt.

64. βασιλῆ᾽] De elisione cf. Iliad. V, 252. V, 341. Tenui autem βασιλῆ᾽ cum Stob. Flor. XLVIII, 11 et cum cod. D.b et edd. Med. Iunt. Call. Bas. I. Steph. Mein. I. II. Ziegler. (quem vide p. 83) Pal. al. Codd. k. cet. habent βασιλῆα, edd. Ald. Lov. βασιλῆι, codd. L. cet. βασιλέα, quod Ahr. Mein. III. Hartung. amplexi sunt. — Ahr. p. 103 coni. βασιλῆ.

66. ἐπ᾽ ἀμφ.] Cf. id. X, 35.

68. ᾇ τάχος] ,,*quanta poterit adhiberi festinatio*'' (Liv. XLI, 1). Cf. Pind. Ol. VI, 23. Theocr. II, 36.

70. ἆς γ. χλ.] ,,*dum virent genua*'', ut haec putatur expressisse Hor. Epod. XIII, 4, ,,*quoad aetas viridis*'', ut dicit Plin. Ep. I, 12, 5. Itali *la verde età.* Cf. id. XXVII, 66. Ovid. ex Ponto IV, 12, 29. Interpp. ad Hor. Od. I, 9, 17. Dec. Laber. Mim. p. 252 Ribb. vigebam membris praeviridantibus. De voc. ἆς (ἕως) cf. id. II, 60. Epicharm. p. 228 Lorenz.

XV.

ARGUMENTUM.

Venimus ad mimum — nam scaenica quadam venustate res hic a Theocrito pertextae sunt — praestantissimum, quum rerum varietate et artificiosa tractatione, tum personarum descriptione insignem, sale et sapore vernaculo facetiisque Aristophane non inferiorem. Agitur res Alexandriae tempore *Ptolemaei Philadelphi* (v. 46 sqq.), primae sunt partes *Gorgonis* et *Praxinoae* mulierum humili genere Syracusio (v. 90) ortarum, tunc temporis cum viris suis (v. 8 sqq.) Alexandriae degentium. Harum altera, Gorgo, visit amicam Praxinoam (v. 1). Primo pauca de viarum Alexandrinarum longitudine (v. 7) colloqui, de maritorum suorum — ut mos est inferioris loci feminarum — animo malevolo et stupore inter se conqueri (v. 8 sqq.). Tum Gorgo amicam hortari ut secum veniat spectatum pompam et apparatum splendidum, quo festum *Adonidis* ab *Arsinoë* (v. 110) in aula regia celebretur (v. 21 sqq.). Aliquamdiu haesitat, denique comit se Praxinoa (v. 27 sqq.) rebusque domesticis vix tandem compositis — ,,nam dum mulier exit annus est" — ambae cum famulis in plateam procedunt, ingenti, quacumque eunt, eodem tendentium incidentes turbae (v. 44 sqq.). Variis afflictatae impedimentis ad aulam regiam pergunt, ad cuius portas confertas innumeris mortalibus paene suffocatae, lacerata etiam veste (v. 69), denique eniso studio per homines undique urguentes perrumpunt auxilioque misericordis hominis (v. 70 sqq.) in eum, ubi spectaculum est, locum penetrant. Ibi dum Veneris et Adonidis imagines expositas, stragulae vestis reliquique ornatus magnificentiam admirantur et de rebus singulis aniliter blaterant, altercationem cum spectatore quodam intolerabilem ipsarum garrulitatem aegerrime ferente (v. 78 sqq.) movent, quum prodit cantrix nobilissima, hymnum recitatura in honorem Adonidis compositum (v. 96 sqq.). Illico hae nostrae conticescunt, arrectis auribus auscultantur, finito carmine laudes eximiae cantrici iustas tribuunt (vs. 100—146) repetuntque domum: nam impransus est *Dioclides*, vir *Gorgonis*, cui, quando fame irritatus est, non sine damno occurritur (vs. 147 sqq.).

Haec quae levia videntur et futilia, plus habent in recessu quam gerunt in fronte. Nam mirae hic quoque (cf. *arg.* id. XIV p. 17) artis in laudandis Ptolemaeo huiusque coniuge Arsinoë est Theocritus, quippe qui rem ita instituerit ut per cantus (v. 107) audiremus et per colloquia voces muliercularum intimos animorum suorum sensus loquaciter aperientium (v. 46 sqq. v. 78 sqq.) honoresque regis ac reginae effuse

celebrantium, ut auctor non quaesivisse ipse encomia et affectasse, sed rerum sermonumque serie tractus ad haec posset videri. Cf. arg. Gr. (*ἔστι δὲ κεχωρισμένον τοῦ ποιητικοῦ προσώπου*).

Adonidis ab apro exanimati et a Venere luctuose (Theocr. III, 46 sqq. Bion. I, 1 sqq.) deplorati sollemnia quum aliis in regionibus tum Alexandriae magna fuerunt in caerimonia ibique per plures dies continuos, certe per biduum, agebantur. Nam quum Iupiter Veneri Adonidis vicem dolenti hoc crederetur gratificatus esse, ut ex Orco Adonis quotannis (v. 103 *μηνὶ δυωδεκάτῳ*) in breve quoddam tempus ad auras reverteretur superas (v. 136), caerimoniis eius diei, quo res nostrae scaenae aguntur, reditus ille Adonidis celebratur (*ζώειν τὸν Ἄδωνιν μυθολογέουσι καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι,* ut scribit Lucian. de dea Syr. 6). In aula regia (v. 60 sqq.) imago Adonidis in lecto (v. 127) positi, item imago Veneris (v. 128) sub umbraculis amoenissimis (v. 119) conspiciebatur inter apparatus magnificentissimos (v. 114 sqq.), ubi maxime memorabilis florum copia tenerrimorum (v. 113 *ἁπαλοί*) in vasis pretiosis (v. 114 *ἀργυρέοις ἐν ταλαρίσκοις*) satorum, intra paucorum spatium dierum educatorum, sed spe maturius caducorum, quibus floribus humanae flos aetatis significaretur fragilis atque caducus. Hi sunt illi *κῆποι Ἀδώνιδος* (v. 113), quos legimus in Phaedro Platonico, p. 276, B.: *ὁ νοῦν ἔχων γεωργός, ὧν σπερμάτων κήδοιτο καὶ ἔγκαρπα βούλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν χαίροι, θεωρῶν καλοὺς ἐν ἡμέραισιν ὀκτὼ γιγνομένους; ἢ ταῦτα μὲν παιδιᾶς τε καὶ ἑορτῆς χάριν δρῴη ἂν ὅτε καὶ ποιοῖ, ἐφ᾽ οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ χρώμενος τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον ἀγαπῴη ἂν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἔσπειρε τέλος λαβόντα;*

Huius igitur diei, quo redivivus Adonis colebatur, splendor eo cantu, quem v. 100 sqq. Argiva mulier recitat, celebratur. Sed fit ibi etiam mentio diei proximi inferiis Adonidis consecrati, v. 132: ,,*cras*, inquit, cum primo rore Adonidem ad fluctus in littore spumantes efferemus passisque crinibus cultu lugubri mortuum cantabimus''. Nam illo die effigies Adonidis a matronis ad mare deportabatur et in fluctus immittebatur (cf. schol. p. 405, 7) ibique solemne erat epiphonema *αἰαῖ Ἄδωνιν* (schol. Arist. Lys. 393), cuius ritus imaginem in Bionis epitaphio Adonidis v. 1 sqq. habemus. Mansit autem haec superstitio ethnica usque ad tempora Cyrilli, qui de ea in comm. in Iesai. II, III tom. II. p. 275 ed. Lugd. 1638 memoriae prodidit.

Scribi haec fabula non prius quam anno 266 a. Chr. n. potuit, quia hoc fere anno Ptolemaeus Philadelphus incestum matrimonium cum Arsinoë (v. 110—111) iniit. Vide Haulerum *vit. Theocr.* p. 21.

Sophronis fuit mimus *Ἰσμιάζοισα* vel *ταὶ θάμεναι τὰ Ἴσθμια*, cuius fragmenta nuper Lud. Botzon. libello Marioburgi 1867, 4 edito p. 5 sq. diligentissime collegit. Vide etiam Ahrens. *dial. Dor.* p. 469. Blomfield. *Mus. crit.* tom. II p. 346. Bod. *hist. poes. Gr.* III, 2 p. 90. Ad huius exemplar mimi, quo mulieres Isthmiorum ludorum splendorem sermonibus suis efferebant, hoc a Theocrito carmen adumbratum esse auctor argumenti Gr. (vide p. 34) tradidit.

Carmen v. 100 sqq. recitatum Bion condens Adonidis, Moschus Bionis condens epitaphium una cum id. I. ob oculos habuerunt. De Catullo imitatore vide v. 100: de Vergilio v. 53. 58. 87. 100: de Horatio v. 106: de Calpurnio v. 101: de Longo v. 121: de auctore epigrammatis Anth. v. 122.

Placuit omnibus semper hoc poëma tam vividis coloribus pictum, ut eius auctor actor verius veritatis quam imitator veritatis dicatur. Vide imprimis Bohtzii iudi-

cium in *Erschii et Gruberi encycl.* sect. II vol. 30 p. 384. Praecipuum Theocriti opus (*son chef d'oeuvre*) hoc idyllium ab Aderto, *Théocr.* p. 21, et a *Dauphino, Théocr.* p. 15, vocatur. Stievenartius, de quo infra dicetur, quum alia tum haec p. 7 scripsit de moribus mulierum hic loquentium. ,,Rien n'est plus gai, plus naturel que ce babil de femmes. On voit qu'elles étaient, il y a plus de deux mille ans, aussi curieuses de voir et d'être vues, aussi occupées des mêmes soins qui les occupent aujourd'hui. Ces Syracusaines aimaient assez légèrement leurs maris; mais, en revanche, elles aimaient beaucoup la parure. Celle que sa compagne est venue chercher s'habille (v. 27 sqq.): de là mille prétextes pour traiter sa *femme de chambre* à peu près comme la comtesse d'Escarbagnas fait Andrée, sa suivante. L'autre, de son côté, y trouve l'occasion de parler toilette (v. 34). L'opération terminée, avec l'intrépidité de nos Parisiennes, elles se mettent en campagne etc. — Enfin il faut regagner tristement le logis!''

Permulti homines docti animum adiunxerunt ad studium huius idyllii, quorum subsidiis ita sumus usi, ut haec, quae ad verborum conformationem et interpretationem maxime necessaria viderentur, hoc in volumine adnotaverimus, reliqua volumini tertio reservaverimus. Ut omittamus curas Scaligeri, Casauboni, Heinsii, Hermanni, *opusc.* V p. 97, Ringwoodii, aliorum, nobilitata maxime est Valckenarii *comm. de Adoniazusis* ed. Theocr. 1773 p. 188 sqq. (ed. Berol. Heindorf. 1810 II. p. 3 sqq.). Ante hunc prodierat Toupii *de Syracusiis ad Wartonum epistola* in ed. Theocr. Warton. II. p. 327 (ed. Heindorf. II. p. 339). Huc accedunt haec scripta. Alb. Bayer. *adnott. in Theocr. id XV.*, Erlang. 1783, 4. Alb. Bayer. *comment. perpetui in Theocriti Charites* et *Adoniazusas,* Erlang. 1790, 8. Fr. Aug. Guil. Spohn. *lectt. Theocr. spec.* I—III. Lips. 1822—1823, 4. Io. Gottl. Zetzschii *disp. de Theocriti loco id. XV,* 24 sqq. Altenburg. 1843, 4. De eodem loco egerunt Fr. Ameis. *ephem. stud. antiq.* 1841 nr. 30 et nr. 91: M. Fuhr. in iisdem *ephem.* 1841 nr. 91: A. Sander. in Seebodii *bibl. crit.* 1820 I. p. 308 sq. II p. 779 sq. Sunt etiam A. Moebii *obss. crit.* ad id. *XV.* in Seebodii *bibl. crit.* 1820 vol. I p. 469 sq. et vol. II p. 572 sq. Guil. Olshausen. *lectt. Theocr. particula.* Slesv. 1826, 4. Franc. Weissgerber. *curae Theocriteae ad Adoniazusas spectantes* cet. (Rastad. 1848, 8), *part. altera* Friburg. 1851, 8, *part. altera* Friburg. 1852, 8. Denique non sunt silentio transmittendae observationes hominis docti in *suppl. ephem. Ien.* 1829 nr. 89 p. 325 sq. et Chr. G. Schuetzii, *opusc.* p. 149.

Latina interpretatio huius idyllii, quam fecit Eob. Hessus, recepta est etiam in ed. Valck. 1773, quam cave putes esse Wetstenii. Latina eiusdem idyllii interpretatio exstat M. Fuhrii in Iahnii *annal. supplem.* vol. VI p. 498 sq., Teutonica, pedestri oratione scripta, I. P. Hebelii, poetae elegantissimi, in l. *Theokritische Studien.* Vide arg. id. III p. 119. Vossiana translatio recepta est in hunc librum: *Bibliothek der gr. u. röm. Classiker.* Lips. 1852, 16. Ex parte hoc idyllium conversum est in libro Guil. Waegneri, cui *Hellas* inscriptum, Lips. 1867 vol. II p. 292 sqq. Praeterea hoc programma exstat: *Theocrit's Adoniazusen, metr. übers. von* Mor. Wilh. Döring, Friberg. 1829, 4. Lobeckii translatio in Leutschii *Philol.* vol. XXII, 1 (1865) p. 363 habetur. Gallica est interpretatio: *une comédie de Théocrite, étude sur la quinzième idylle de ce poëte, intitulée ,,les Syracusiennes''* par J.-F. Stievenart. *Par. Hachette* 1859, 8. Pridem vertit Chaba-

non. ed. 1777 p. 115. Graeca etiam in anthologias Bachii p. 160, Burchardi p. 247, Stollii p. 178, Buchholzii II p. 140 recepta sunt.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Συρακόσιαι ἢ Ἀδωνιάζουσαι· ὑποτίθεται δέ τινας Συρακοσίας τὸ γένος ἐπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ κατὰ σύνταξιν ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς πομπῆς τοῦ κοσμηθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις καλουμένοις (ἑορτὴ δὲ ἦν ὑπὲρ τοῦ Ἀδώνιδος τελουμένη) κοσμήσαντες εἴδωλον τοῦ Ἀδώνιδος μετὰ τῶν νομιζομένων ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν. ἔρχεται δὲ Γοργὼ πρὸς Πραξινόην, καὶ παραλαβοῦσα αὐτὴν ἐξέρχονται ἐπὶ τὴν θέαν. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θαμένων τὰ Ἴσθμια. ἔστι δὲ κεχωρισμένον τοῦ ποιητικοῦ προσώπου· καὶ γὰρ πρόσωπα εἰσάγονται ἥ τε Γοργὼ καὶ ἡ Πραξινόη καὶ ἡ τῆς Πραξινόης θεράπαινα. ἄρχεται δὲ Γοργώ. προιόντος δὲ τοῦ εἰδυλλίου καὶ ἕτερα πρόσωπα παρεισάγονται, γραῦς τις, ἀνήρ, καὶ γυνὴ ἀοιδός. αἱ δὲ Συρακόσιαι ἐξελθοῦσαι τῶν οἴκων θαυμάζουσι τὸν ὄχλον καὶ ὅσα ἐν τῷ ὄχλῳ. διαγράφει δὲ ὁ Θεόκριτος ἐπιδημήσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, χαριζόμενος τῇ βασιλίδι, τόν τε σκυλμὸν καὶ βιασμὸν τῶν ἀνδρῶν καὶ ᾄδουσάν τινα καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς Ἀρσινόης δι' ᾠδῆς ἀπαγγέλλουσαν.

ΙΕ.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΑΙ Η ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΓΟΡΓΩ (*foris*).

Ἔνδοι Πραξινόα;

ΕΥΝΟΑ.

Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ! ἔνδοι.

In inscriptione carminis *Συρακόσιαι* (cf. v. 90), habent schol. cod. k. p. 86 lin. 15. 16. 24 Ziegler. Vulgo *Συρακούσιαι.*

1. *Ἔνδοι*] Ter. Andr. V, 2, 10 (851) anne est *intus* Pamphilus? Mulier ditionis Brunsvicensis diceret: *is Proxinoa inne?* Arist. Ach. 395 *ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης;* Aesch. Choeph. 654 *τίς ἔνδον ἐν δόμοις;* — *Πραξινόα*] Ita de industria (cf. Donat. ad Ter. Ad. init.) Theocritus vocavit mulierem telae operosaeque Minervae studio deditam (v. 35) et in re domestica acrem et industriam. Adoptasse hoc nomen Sannazarium adn. ad id. X, 15 diximus. — *Γοργοῖ*] Trucis personae et asperae nomen *Γοργώ* poeta esse voluit (Frau Unhold). Cf. Ar. Ran. 477. Mire a Weissgerb. *cur. Theocr. part. alter.* p. 7 explicatur *γοργὴ ἰδεῖν, ἑλίκωψ, alacris.* — *ὡς χρόνῳ*] *quam tandem, quam longo intervallo venis* (Cic. pro Mur. IX, 21). Plat. Hipp. mai. *init.* *ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.* Eur. Phoen. 306 *χρόνῳ προσεῖδον.* Soph. Ant. 422 *ἐν χρόνῳ μακρῷ.* Cf. id. XIV, 2. — *ἔνδοι*] Terminatur versus utrimque eodem vocabulo, quod raro fieri voluit Theocritus, id. I, 80. XIV, 23 (id. XV, 93), id. II, 21, ubi vide coll. id. VIII, 3 p. 262, et *symb.* meis *ad Theocr. et Verg.* p. 6—7. Odyss. X, 18. Verg. Aen. XI, 392. Georg. IV, 66. II, 536. Prop. I, 4, 5. Tib. II, 4, 51. Ovid. Met. II, 494. I, 576. V, 586. Hor. Epist. I, 1, 25. Anaxim. rhet. 25 p. 51, 14 Spengel. Soph. Ant. 13. Eurip. Rhes. 579. Verba *Γοργοῖ — ἔνδοι* in codd. D. k. al. et in edd. prr. cet. usque ad Reiskium. *Eunoae* assignata sunt, idemque factum est in his codicibus, quibus usi sunt auctores argumenti Graeci (vide p. 34) et scholii cod. k. p. 87: *ἡ Γοργὼ δέ φησι πρὸς τὴν θεράπαιναν ὅτι „ἔνδον ἐστὶν ἡ Πραξινόα;" πρὸς ἣν ἡ δούλη ὡς χρονία λέγει —, εἶτα μικρὸν διαστήσασα ἐπάγει.* Valck. I., quem Ahr. Mein. et reliqui recentiores sequuntur, Praxinoae invitis libris haec verba tribuit. In cod. 23. adscri-

ΠΡΑΞΙΝΟΑ (*Gorgone ingressa*).

ϑαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦλϑες. ὅρη δίφρον Εὐνόα αὐτῇ.
ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον.

ΓΟΡΓΩ.

ἔχει κάλλιστα.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

καϑίζευ.

ΓΟΡΓΩ.

ὢ τᾶς ἀλεμάτω ψυχᾶς! μόλις ὔμμιν ἐσώϑη

ptum est Θεράπνα Εὐνόα, in codd. L. M. Θεράπαινα, in codd. Y. Θεραπευτρίς.

2. ϑαῦμ' ὅτι] Non salutant inter se mulierculae, sed pro morositate sua (cf. v. 24. 26) Praxinoa absentiam longam amicae tecte exprobrat. — ὅρη] *vide* (Ter. Heaut. III, 1, 50), *circumspice* (Iuvenal. VIII, 96), *affer* sellam, *see for a chair*. Cf. Soph. Ai. 1165. Kuehner. ad. Cic. Tusc. III, 19, 46. Sed non potest comparari Odyss. VIII, 443. — δίφρον] Hemsterhusius scribi maluit δρίφον propter Etym. M. p. 287, 50: δρίφος Συρακούσιοι. φέρ' ὦ τὸν δρίφον, quae verba Botzon. l. l. aliique ex Isthmiazusis Sophronis sumpta esse quum probabiliter existiment, tamen mutandi huius loci causam idoneam in se non continent, quum etiam Attica forma αὐτῇ in extremo versu habeatur atque mulier conversa ad servam, sermonem elegantiorem affectet (*se spräckt mössingsch* ut dicunt Megalopolitani). Vide proecd. p. 17 coll. et Boiss. II p. 226. — Εὐνόα] Nomen idem aliquoties in inscriptionibus Graecis invenitur, *Eunoen* Mauram, Bogodis uxorem, Sueton. Iul. 52 commemorat. — Pro αὐτῇ (codd. k. cet.) Mein. al. αὐτᾷ e coniectura Wintertoni ediderunt, Ahr. et Hartung. αὐτεῖ e coniectura Ahr. plena quidem ante αὐτεῖ interpunctione facta. In edd. Ald. Iunt. aute voc. ϑαῦμ' scriptum est Θ. (h. e. Θεράπαινα), v. 3 Εὐ. (Εὐνόα) ante ἔχει κ., ac denique v. 3 ante καϑίζευ positum est Π. (Πραξινόα). In edd. Call. Lov. Camer. Bas. I. Brub. Steph. Heins. versui 2 Π. praefixum, v. 3. Εὐ. aute ἔχει κ., tum Π. ante καϑίζευ scriptum est. Conformaverunt haec Brunck. Valck. cet.

3. ποτίκρ.] ποτίκρανον, πρόσκρανον, τὸ προσκεφάλαιον. Hesych. „De hoc sedilia sternendi more vide Blomfield. ad Aesch. Pers. p. III sq." I. Wordsw. Plaut. Stich. I, 2, 37: PI. mane *pulvinum*. AN. bene procuras mihi: *satis sic fultum est mihi*. Cf. proxima. — ἔχει κάλλιστα] *optime habet* (Cic. pro Mur. VI, 14), *c'est très-bien comme cela*. Verba sunt amicae gratias agentis et apparatum non necessarium deprecantis. Cf. Plaut. Stich. III, 2, 18: *tam gratia est*. Hor. Epist. I, 7, 16. 62: *benigne*. Ter. Eun. II, 3, 50: *recte*. Fritzsch. ad Ar. Ran. 508. Quidam vertit *sie hat's Beste*, quasi esset καλλίστα (!).

4. ὢ τᾶς ἀλ. ψ.] *o animam vanam!* h. e. spiritus interclusus est neque reciprocare animam queo (scil. ob lassitudinem) vel *me vix misereque sustento* (Cic. ad Att. III, 6). — Callimach. Cer. 91 ἀλεμάτως κατέρρεεν. — De genetivo cf. e. gr. Io. Chrysost. III, 4 p. 467 ed. 1839. Xen. Ephes. I, 9 p. 337, 13. 15. Herch. Cum Mein. II. III. Ahr. al. recepi coniecturam Henr. Stephani et Scaligeri ἀλεμάτω (illi quidem ἀλεμάτου)

Πραξινόα πολλῷ μὲν ὄχλῳ, πολλῶν δὲ τεθρίππων.
παντᾷ κρηπῖδες, παντᾷ χλαμυδηφόροι ἄνδρες·
ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος· τὺ δ' ἑκαστέρω ὦ μέλ' ἀποικεῖς.

pro ἀδεμάτω (codd. k. cet. et schol. cod. k. p. 87 Ziegl. nec non ed. Iunt.) vel ἀδεμάτου (cod. D. edd. Med. Ald. Call. Lov. Steph. al.) vel ἀδαμάτω (codd. a. L. *sup*. Valck. I. II. Mein. I. al.) vel ἀδαμάτου (codd. p. Burn.) vel ἀδειμάντου (codd. 6. Cant. al.) vel ἀδαμάντου (cod. 6 *sup*.). Cf. Hermann. *opusc*. V p. 97. Vulgatum ἀδαμάτω praeter Kiessl. p. 385, Wuestem. p. 218, Eberz. p. 101 („was doch der Mensch zu ertragen vermag!) defendere studuit Karsten. *spec. litt. ad Pind*. Ol. VI, 54 p. 48. Sophronis verba (Apoll. de pron. p. 83) ἔτι μεθὲν ἁ καρδία παδῇ Botzon. *Sophron. fragm*. p. 5 apte huic loco assimilavit. — ἐσώθη] scil. ἡ ψυχή μου. Recepi nunc ἐσώθη (cod. L.) cum Ahr. II. pro ἐσώθην (Mein. Hart. Pal. Ahr. I. al.).

5. πολλῷ κτλ.] *quam sit turba plurima* cet. Plerique interpretes (Vins. Mein. p. 299, Ameis. in ephem. schol. 1842 p. 206, al.) verba ἐσώθην — πολλῷ ὄχλῳ κτλ. coniungunt *(vix salva evasi ex turba —)*. Pro exclamatione (denk' dir das Menschengewühl! — Hartung.) quin habeas impediunt particulae μὲν — δέ. — Ahr. I. II. plene cur post voc. Πραξινόα interpunxerit colique signum post τεθρίππων posuerit, non liquet. — De verborum collocatione vide adn. id. II, 38 p. 86.

6. π. κρηπῖδες] *ubique* — in plateis — *sunt calcei* (homines nimirum opulenti calceamentis elegantioribus ornati) *et viri chlamyde*, h. e. *veste Macedonica splendidissima, induti*. Expedivit rem Mein. p. 482—483. Milites significari Spohnius I p. 13, Fr. Iacobs. al. existimaverunt.

7. ἄτρυτος] *immensa* (non *molesta*, Briggs.), ἀπέραντος (Plat. Theaet. p. 147, C). Plut. Caes. 17 ἀτρύτοις ὁδοιπορίαις. Ex vano hausta coni. Briggsii est ἁ δ' ὁδῷ ἄτρυτος. — τὺ δ' ἑκ. κτλ.] *tu vero, o bona, nimis a me remotam habes habitationem*. Comparativus ἑκαστέρω legitur etiam Herod. II, 169, Odyss. VII, 321 al. Contrarium est ἀσσοτέρω, Odyss. XVII, 572. Cum Mein. II. III. Hartung. Ahr. I. scripsi ἑκαστέρω e codd. k. 23. *pr*. pro ἑκαστοτέρω (codd. 23. *corr*. Burn. Canon. al. edd. Med. Ald. Call. Lov. Ameis. al. — ἑκαστοτέρῳ ed. Iunt. —). Vide proxima. Dicitur autem de femina ὦ μέλ' ut e. gr. Arist. Lys. 157 vel ὦ οὗτος, ὦ τάλαν, similia: cf. Lobeck. *rhemat*. p. 332. Maxime enim placet, quam cum Mein. III. Pal. recepi, ὦ μέλ', coniectura Meinekii, ita ἔμ' (ἑκαστέρω ἐμ' ἀποικεῖς) vel ἐμεῦ (ἐμεῦ οἰκεῖς), quod esse in cod. Canon. scribit Wordsworthius, emendantis. Ameisius lectionem vulgatam ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς interpretatur *tu remotius a me habitas*, sed non satis eam defendit verbis Soph. Oed. R. 997—998. Vide quae dixi in *ephem. antiq. stud*. 1848 nr. 94 p. 751. — Briggs. p. 134 coni. ἑκαστέρω, ὦ ἔμ', ἀποικεῖς, Pal. p. 78 ἑκαστέρω ἢ πρὶν ἀποικεῖς. Mein. I. Hartung. al. e coni. Valck. I. p. 169 ἑκαστέρω ἄμμιν ἀποικεῖς, Ahr. II. e coni. μασσοτέρω ἐμ' ἀπῴκεις, Ziegler. e coni. Hermanni, *opusc*. V p. 98, ἑκαστ ατέρω μευ ἀποικεῖς ediderunt. — ἀποικεῖς] Cf. Aesch. Suppl. 958 (δεδωμάτωμαι) Hebr. XI, 9. — Wordsw. haec adnotavit. „Scaligeri coniecturam μεῦ probaverunt Stephanus, Salmasius, Hemsterhusius [et Hermannus in ed. Soph. Schaefer. 1810 p. XV, ubi ἑκαστοτέρω plebeii sermonis signum dicitur]. Her-

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος· ἐπ' ἔσχατα γᾶς ἔλαβ' ἐνθών

mannus coniecit *ἐμεῦ ἄφ' ἑκαστέρω οἰκεῖς* [Hermann. *opusc.* V p. 98]. Voc. *ἑκαστοτέρῳ* recte tuentur Kiessl. et Wuestemannus. Nam in his comparativis formandis multa poetis licentia permittenda et praesertim iis, qui, ut Sophron, quem in hoc idyllio expressit Theocritus, familiarem *τῶν χυδαίων* sermonem imitantur. Notum enim est Sophronem in mimis *ἐκ προαιρέσεως σολοικίζειν*. Vide Valck. Adon. p. 201, A. Iam si in lectione Canon. *ἐμεῦ οἰκεῖς* quis acquiesceret, non valde repugnarem, sed tamen hoc mihi videtur dicere Gorgo: *via est laboriosa: simul et tu longius ab urbe habitas.* Nihil erat, vel inficetum potius, dixisse: *tu longe a me habitas, μεῦ ἀποικεῖς*, sed hoc ait: *ruri lates* [potius *in extremo vico*], quod fatetur mox ipsa Praxinoa: *ταῦθ' ὁ πάρ. κτλ.* Quare equidem pro *ἔμ'* lego *ἅμ'*, *praeterea*, *simul*, *insuper* [,,Eine den Gedanken sehr schwächende Conj.'' Ita Hermannus in *annal. Vindob.* 1848 p. 219]. Voce *ἅμα*, ultima quoque elisa, in hoc idyllio usus est Theocritus versu 68. Habet quoque *ἅμα* decem aliis in locis [Hoc nihil probat. *FR.*]. Hiatus idem est qui infra v. 123. Et *ἅμα, praeterea*, ut Lat. *simul*, passim legitur. Vide Soph. Alet. VII, 3 (fragm. 94 Dind.]. Soph. Philoct. 1150 Herm. Thuc. I, 37. Xen. de re eq. 10, 17. Heliodor. I, 8. Quod ad confusa *ἔμ'* et *ἅμ'* spectat, optime *θαμένων τὰ Ἴσθμια* pro *θεμένων* reposuit Blomf., Mus. Crit. II, 346. Bothii *ἑκών* pro omnium codd. lectione *ἄκων* recepit Dindorfius Soph. Oed. Col. 521 [*ἄκων* Nauck.] ut et Elmsleii *ἐνδώσειν* Oed. Col. 1076 pro *ἂν δώσειν* [quod Nauck. servat]. Sic *ἀφίσταμαι* et *ἀμφίσταμαι* habent codd. Laurentiani Electr. 192 pro *ἐφίσταμαι* [quod nunc Nauck. retinet]. Vide etiam Porson. Eur. Phoen. 1076. Dobraei *advers.* I, p. 93. Denique *ἐμόν* pro *ἀμόν* confusa videbis a librariis Soph. Electr. 279. 588. 1496. Philoct. 1314, et *ε* et *α* permutatas centies in Theocriti codicibus. Vide id. XIII, 68. Habes, inquam, *ἐπαχθῇ* pro *ἐπεχθῇ* I, 141. *ἀτρακὶς* [sic!] pro *ἀτρεκές* II, 151. *λεγελαῦντι* [sic] pro *λαλαγεῦντι* V, 108. Infra XVII, 37 *ἐσεμάξατο* et *ἐπεμάξατο* praebent libri. In quarto iam supra huius ipsius idyllii versu habes in nonnullis codd. *ἀδεμάτω* et *ἀδαμάτω* pro *ἀδαμάτου*, habes denique *ἁμᾶς* pro *ἐμᾶς* II, 146, *ἁμῖν* pro *ἐμὶν* III, 49.''

8. *ταῦθ' ὁ π.*] *hoc est excors* (Cic. N. D. II, 2, 5) *ille*, maritus meus, *causa domicilii in ultimo terrarum angulo exquisiti* non a me, sed *a vervece illo repetenda est, qui —.* ,,*C'est mon mari*, qui m'est venu loger au bout du monde.'' Cf. Soph. Oed. R. 1329 *Ἀπόλλων τάδ' ἦν*, ubi falso *τάδε κακὰ τελῶν* Dindorfium aliosque verba coniungere numeri ipsi clamant. Aliter sunt comparati loci Thuc. VI, 77, 1 (*οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσίν*) vel Eur. Cycl. 63 (*οὐ τάδε Βρόμιος κτλ.*). Interpunxi cum Mein. III. Hartung. post voc. *τῆνος*. In edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Mein. I. Ziegl. al. demum post *ἐνθών*, in edd. Boiss. I. II. Mein. II. Ahr. I. II. Pal. v. 9 post *εἰλεόν* (*ἰλεόν*) interpungitur. Hart. al. verba *ταῦτα ἔλαβε* coniungunt, Ameis al. *ταῦτα propterea* interpretantur. Contra disputavit Spohn. I p. 15. Nostra interpretatio ingenio mulieris magis convenit. — *ἔσχατα γᾶς*] Vicum extremum dicit, non Alexandriam vel Aegyptum, ut Valck. I p. 240 et Burch. interpretantur. Vide Ameis. in *ephem. gymnas.* 1842 p. 206. — V. 9. Cum Hartung. et Ahr. II. e coni. *εἰλεόν* edidi pro *ἰλεόν*. Cf. schol. cod. k. p. 87, ubi

εἰλεόν, οὐκ οἴκησιν, ὅπως μὴ γείτονες ὦμες
ἀλλάλαις, ποτ' ἔριν, φθονερὸν κακόν, αἰὲν ἑτοῖμος.

ΓΟΡΓΩ.

μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα φίλα Δείνωνα τοιαῦτα
τῶ μικκῶ παρεόντος· ὅρη γύναι ὡς ποθορῇ τυ. —
θάρσει Ζωπυρίων, γλυκερὸν τέκος· οὐ λέγει ἀπφῦν.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

αἰσθάνεται τὸ βρέφος, ναὶ τὰν πότνιαν.

ΓΟΡΓΩ.

καλὸς ἀπφῦς. —

ἀπὸ τοῦ τὰ ἑρπετὰ ἐνειλεῖσθαι ἐν αὐτῷ adscriptum est.

10. κακὸν] Vide adn. ad id. XIV, 36. — ἑτοῖμος] Quamquam ὁμοῖος, id quod Mein. Ahr. al. ducibus Brunckio et Valck. II. e codd. k. cet. (Ahr. p. 104) et ed. Iunt. receperunt, per se significare potest *sui similem* (Hesiod. ἔργ. 114. Anaxag. apud Simpl. in Arist. Phys. fol. 35, a. Aesch. Ag. 609), tamen hoc adiectivum h. l. propter addita verba ποτ' ἔριν ferri nequit. Itaque recepi ἑτοῖμος, quod Mein. Philol. XVIII (1861) p. 535 eruit e lectt. varr. ἐμοῖο (codd. 23. *sec.* D. edd. Med. Ald. Call. Lov. Camer. Bas. I. Brub.) vel ἐμεῖο (codd. Cant. 6. *marg.* edd. Steph. Heins. Inn. Valck. I. al.). Valck. II p. 148 coni. ἐμείως, Ursinus (teste adnotatore Vimar.) ὁμοῖον. Reiskius e coni. ποτ' ἔραν pro ποτ' ἔριν edidit („*in terram*“).

11. μὴ λέγε τὸν] Cf. Arist. Ach. 593 ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγόν; al. — Δείνωνα] Doricum esse nomen Δείνων e Xenoph. Hell. V, 4, 33. VI, 4, 14 intelligitur. Hoc igitur cum Brunck. Valck. II. Boiss. I. II. Mein. III. e coni. Toupii, *ep. de Syrac.* p. 330, recepi pro Δίνωνα (Ahr. I. II. Mein. I. II. ed. Iunt. al. codd. 6. 23. cet.) vel δίκωνα (cod. L. al.) vel δίχωνα (cod. k.), vel δίωνα (cod. s.). In edd. Med. Ald. Call. Lov. Camer. al. atque in cod. D. est τοιαῦτα διώνα, unde τοιαῦτα Διώνα Steph. al. dederunt. Ahr. p. 105 coni. Δίκκωνα τοιαῦτα, Mein. p. 300 (quem Hartung. sequitur) τοιαῦτα Δίκωνα, quia hoc sit nomen Syracusanum (cf. Anth. Pal. XIII, 15. Diod. XV, 14. Paus. 3, 11).

12. τῶ μικκῶ] *parvo* (Cic. post red. ad Q. II, 5 Quintil. I, 1, 19 al.) vel *parvulo* (Quintil. I, 1, 24) h. e. *puero tuo praesente.* Cf. v. 42. — ὡς π.] scil. ore vultuoso vel „coniectis oculis“ (Cic. de Or. II, 55, 225), quia maledici patri aegre fert.

13. Ζωπυρίων] Hoc nomen quum alibi (Lucian. de merc. cond. 23) tum apud Lucilium (Non. p. 210, 28) invenitur. — ἀπφῦν] *papam* blandiens puero vocitat. Cf. Callim. Dian. 6 ἄππα. Odyss. VI, 57 πάππα φίλ' —. „Sie meint nicht den *Pappe*“, Hebel.

14. αἰσθ.] Submissa voce ad Gorgonem conversa loquitur. — ναὶ τὰν π.] *per Proserpinam* iurat mulier Sicula (schol. cod. k. p. 87). Cf. Hom. hymn. in Cer. 203 al. et huius id. v. 94. — καλὸς ἀπφῦς] Puero haec, ut consoletur eum, dicit *Gorgo*, cui cum Ahr. I. Mein. II. III. al. verba assigno. Cf. Hermann. *opusc.* V p. 89. Praxinoae haec verba tribuit Ahr. II. cum Spohnio I, p. 19—20, Gorg. vers. totum Mein. I. al.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

ἀπφῦς μὰν τῆνος τὰ πρόαν — λέγομες δὲ πρόαν θην
πάντα — νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων
κῆνθε φέρων ἅλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς.

ΓΟΡΓΩ.

χὠμὸς ταὐτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίω, Διοκλείδας·
ἑπταδράχμως κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,

15—16. *ἀπφῦς κτλ.*] *ἡ Πραξινόα φησὶ τὸν ἄνδρα μεμφομένη.* Schol. cod. k. — Ahr. II. e coni. *κέπφος* edidit: recte Hartung. Pal. al. quod codd. habent servaverunt. — *τῆνος*] *iste*, qui quondam erat, minime vero noster papa. — *λεγ. τὰ πρ. θ.*] *dicimus videlicet omnia tempore praeterito* h. e. tanquam praeterita. Haec ad decipiendum puerum interiiciuntur. De voc. *τὰ πρόαν* cf. adn. ad id. I, 15, de voc. *θην* adn. ad id. II, 114. Ahr. II. sic novata interpunctione edidit: *τὰ πρόαν — λέγομες δὲ πρόαν θην βάντα* (e cod. O. *corr.* pro *πάντα*) *ν. κ. φ. ἀ. σ. ἀγοράσδειν* (e coni.). — *ἦνθε φέρων κτλ.* Mein. III. e coni. Seidleri *τὰ πρῴαν* (*λέγομες δὲ προαθρεῖν πάντα*) *νίτρον κτλ.* Hartung. e coni. sua *πράν* (*οὖ λέγομες δὲ μακρὰν θήν*) ediderunt. Mein. p. 300. pro *λέγομες* malit *ἔλεγον*. — Bis scribendum *'πρόαν* ex auctoritate cod. k. cet. (Ahr. p. 105), quamquam, quod Ameis. Wordsw. al. ediderunt, *πρῴαν* habent codd. D cet. idque defendit Hermann. *opusc.* V p. 99.

16. *ἀπὸ σκ.*] quum *ad tabernam profectus et ibi* salem alcalinum (*νίτρον*, Spohn. I p. 21) et fucum emere a me iussus esset. — Cum usu praepositionis *ἀπὸ* cf. e. gr. Plaut. Pseud. II, 2, 23 *hinc a nobis* est mercatus mulierem. Fleckeisen. *exercc. Plaut.* p. 49. Vix digna quae memoretur mutatio Hartungii, *βάς τι νίτρον — ἀγοράσων* (sic!).

17. *κῆνθε*] Cf. id. IV, 60—61 *ἐπενθὼν καὶ* —. Iliad. XXII, 247. His similibusque exemplis (Herm. Viger. pag. 771 nr. 219) *κῆνθε* defenditur, quod e cod. D. edd. prr. cum Reisk. Kiessl. Mein. I. II. al. scripsi pro *ἦνθε* (codd. k. Cant. al. edd. Call. Lov. Steph. Mein. III. Ahr. I. II. Hart. Pal. al.) vel *ἦλθε* (codd. 23. L.). — *ἀνὴρ τ.*] tantus ille asinus, longurio (Varro apud Non. p. 131, 29)! *that great gawkey fellow! (bêtise pyramidale!* Stiev.).

18. *χὠμὸς κτλ.*] *meus quoque* (maritus: cf. Arist. Lys. 104. 105) *hoc* proprium, hanc consuetudinem habet. Cic. pro Planc. VIII, 20 *habemus* hoc nos, *habent* nostra municipia. Hor. Sat. I, 3, 3. — Mabl. cum Mor. Reisk. Valck. Mein. I. al. *ταὐτά γ'*, Mein. III. Ahr. I. e coni. Reiskii *ταυτᾷ*, Ahr. II. Hartung. *ταὐτᾷ*, sed aptius Mein. II. Ziegl. al. *ταῦτά γ'* e codd. M. Y. edd. Med. Ald. Iunt. Call. Lov. ediderunt pro vitioso *ταῦτ'* quod est in codd. k. p. — *φθόρος*] *exitium*, *labes*, *pernicies*, *vorago* pecuniae. Cf. Cic. in Pis. XVIII, 41. Hor. Od. I, 15, 21. — Cic. I. Verr. 1, 2. — II. Verr. 1, 17, 44. Verg. Georg. III, 419. Catull. LXXVII, 5—6. Plaut. Most. I, 1, 3. Pseud. I, 3, 130 al.

19—20. *ἑπτ. κτλ.*] *septem drachmis heri emit quinque vellera* (quibus ad texendum uterer: cf. id. XXVIII, 12 — non *pelles ovillas*, ut vult Spohn. I p. 23 —), *quae* revera non vellera erant, sed *sordes caninae*, *vellumina vetularum perarum*,

πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές, ἅπαν ῥύπον, ἔργον ἐπ' ἔργῳ. —
ἀλλ' ἴθι, τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λάζευ.
βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω
θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι
κοσμεῖν τὰν βασίλισσαν.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

ἐν ὀλβίω ὄλβια πάντα.

ΓΟΡΓΩ.

ὧν ἴδες, ὧν εἶπες καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι. —

h. e. pili potius e pera vetere evulsi, quam lana e tergo ovium detonsa. Voc. κυνάδας, quod *pilos caninos* vulgo interpretantur, *stercus caninum* siccatum recte explicat Pal. coll. Arist. Pac. 790 (σφυράδων ἀποκνίσματα). Vide etiam Athen. IX p. 409, D. — Hartungium π. π. κυνάρας γραίας — e coni. Meinekii p. 301 male edidisse, ex hoc quoque intelligitur, quod ipsum Meinekium p. 483 poenituit huius coniecturae. Ne vero cum Meinekio p. 301 verba transponas (πέντε πόκως κυνάδας — et ἑπταδράχμως ἔλαβ' ἐχθές), vide prooedosin nostram p. 157. — γραιᾶν] Cf. adn. ad id. VII, 17 p. 208.

20. ἔλαβ'] *emit.* Vide Valck. I p. 240. — ἔργον ἐπ' ἔργῳ] διὰ τὸ δὶς πλύνεσθαι. Schol. cod. k. Ceterum cf. Hesiod. ἔργ. 380 (382). — Cic. II. Phil. XXII, 55 cuius tamen scelus in scelere cognoscite.

21. τὠμπέχονον] amiculum chitoni superiniectum. Vide Guhlii et Koneri librum *de vita Gr. et Rom.* ed. II p. 184. — περονατρίδα] vestem eandem, quae v. 34 ἐμπερόναμα vocatur, *chitona fibulis* (Herod. V, 87 ibiq. interpp.) *in latere et in humeris connexam.* Cf. Wachsmuth. antiq. Gr. II, 2 p. 32 sq. Guhl. et Koner. l. l. p. 181. Millin. *peint. d. vas.* I. t. 36. — λάζευ] Vide adn. ad id. VIII, 84 p. 295.

22. βᾶμες] *eamus.* Ita codd. k. cet. Cf. Ahr. dial. Dor. p. 23 et Sophronis verba infra adn. ad v. 23 exscribenda. — Boiss. I. II. e codd. s. 16. 6. Y. βῶμες, Bach. e coni. Hermanni, opusc. V p. 99, βᾶμ' ἐς — ediderunt.

23. θασόμεναι] *visurae, spectaturae.* Cf. id. II, 72. Plat. Rep. in. κατέβην τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι Mulieres Sophronis (Ahr. fragm. 42) τουτῶ θάμεθα. Vitiose est in cod. Cant. Wordsw. θασόμεθ' ἄρ (cf. l. v. apud Ahr. p. 106) scriptum. — Bach. e coni. Herm. l. l. θασεῦμαι edidit. — Ἄδωνιν] Ahr. hic et in sequentibus (v. 96) Ἀδωνιν e coniectura non probabili edidit. — ἀκούω] De tempore praesenti cf. Odyss. XV, 403. Eur. Bacch. 216 κλύω. Lucian. Char. 4. Lucian. Gall. 13 al. Cic. ad Att. VI, 1, 25 ut *audio.* Liv. XLV, 22. Ochsner. *ecl. Cic.* p. 263 ad Cic. de off. I, 6, 19. — χρῆμα κ.] spectaculum magnificum et sumptuosum (Caes. B. G. VI, 19).

24. τὴν βασίλ.] Arsinoën. Vide *arg.* p. 31—32 et v. 111. — ἐν ὀλβ.] „*reginam regie apparare et splendide nil mirum* (nostri homines: wer lang hat, lässt lang hängen): sed quid ista ad me?" Ita loquitur Praxinoa, quia, operi suo intenta, non vult exire.

25. ὧν ἴδες] Ut velit Praxinoa una ire, Gorgo proverbio pro more suo utens haec dicit: „*quae contemplata es* (quae tu spectavisti), *de his etiam contemplata*

ἕρπειν ὥρα κ' εἴη.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά. —

Εὐνόα, αἶρε τὺ νᾶμα καὶ ἐς μέσον αἰνόθρυπτε

(posteaquam ea spectavisti) *potes narrare* (proprie *narrare mos est*) *aliis*, scil. his, qui non contemplati sunt spectaculum." Loquitur mulier quasi quaedam adversaria Gorgiae, Aristot. de Xenoph. 6 p. 980, a, 20: ὃ γὰρ εἶδε, πῶς ἄν τις τοῦτο εἴποι λόγῳ; ἢ πῶς ἂν ἐκείνῳ δῆλον ἀκούσαντι γίγνοιτο, μὴ ἰδόντι. Cf. etiam Plaut. Truc. II, 6, 9: qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt. De genetivo (ὧν) verbo εἶπες addito vide exempla Schneidew. ad Soph. Ai. 1236 et Ameis. *ephem. stud. antiq.* 1841 nr. 91: de attractione pronominis Eur. Med. 296. Eur. Orest. 259 al., quae collegit R. Foerster. *de attract.* (Vratisl. 1866) I. p. 7 sqq. Cum pronomine relativo bis posito (ὧν — ὧν) cf. Pind. Nem. IV, 4—5 Momms. Callim. Del. 94 (τόσον — τόσσον) et, quae nostri homines dicunt, *je* länger *je* lieber, vel Saxoniae inferioris incolae, *wer* nich waget, *wer* nich winnet (audaces Fortuna iuvat) vel Gothicum *than* — *than* (Grimm. *gr. T.* III, 165). De aoristo εἶπες vide adn. ad id. II, 137 p. 108, de voc. καὶ adn. ad id. I, 95 p. 46. Versum ad fidem codicum expedivit Hermannus, *opusc.* V p. 100: ὧν ἴδες ὧν habent codd. a. s. cet., εἶπες καὶ codd. k. p. s. cet. (cf. Ahr. p. 106). Nobiscum faciunt Mein. II. Bach. Ameis. al. Ceterum vide scripta *arg.* p. 33 commemorata et Spohn. I p. 25, Kaercher. libelli arg. id. XI p. 343 l. p. 5. sqq., Weissgerber. *cur. Theocr.* p. 14, Valck. I p. 323, Kiessl. p. 397 sqq. Versum cum Mein. II. Ameis. Pal. al. Gorgoni tribuo, quem Brunck. Mein. I. III. Ahr. al. Praxinoae assignant. E coni. Mein. III. Pal. ὧν ἴδες, ὧν εἴπαις κεν —, Ahr. II. ἠνίδ' ἐγών. εἴπαις κεν — (posterius praeeunte Brunckio, *anal.* III, 2 p. 75) ediderunt. Illud ἠνίδ' ἐγών Ahr. ed. min. 1856 p. V explicat *prompta sum*, provocans ad Callim. Del. 132. Hartung. e coni. ὧν κλύες ὧν εἶδές τ' εἴποις κα — scripsit. Wordsworthius ὧν ἴδες, ὧν εἴποις κατιδοῖσα — coniecit, Herm. praef. Soph. Schaef. 1810 p. XV ὧν ἴδες, ὧν εἰπάς κεν —, Bornemann. ad Xen. Symp. p. 148 ὧν εἶδες, τῶν εἶπ' ἐσιδοῦσα —. In edd. prr. cet. usque ad Brunck. (etiam apud Valck. I. II.) versus sic est scriptus: ὧν εἶδες, χὢν εἶπας ἰδοῖσα —, idem Harl. Kiessl. Gaisf. al. servaverunt E Toupii et Eld. coniectura Brunck. ὧν ἴδες, ὧν εἴπαις ἂν — edidit.

26. ἕρπειν] *Sit*, opinor, *nobis* „*tempus abire*" (Hor. Epist. II, 2, 215): *si vis omnino mecum ire, age, quaeso*. Tacentem adhuc amicam his verbis tandem Gorgo denuo excitat. — ἀεργοῖς κτλ.] *otiosis* (qualis tu es) *semper feriae*, mihi non item, h. e. *mihi lente festinandum* (Suet. Octav. 25), mihi est unum et alterum, antequam domum relinquam, curandum. Non apte Wuestem. Mabl. al. explicant *nobis festinandum est*. Nec melius Burch.: *recte admones: eamus*. A Gorgone haec verba efferri qui (Wuestem. al.) putant, sales sermonis exstinguunt.

27—28. αἶρε — θές] *tolle aquam*, h. e. *aquiminarium, malluvium, et pone in medio* (Call. epigr. XXXI, 6 Mein.), *ut sit ad manum*. Nam lavare se vult, antequam exit. Voc. νᾶμα cum gloss. cod. 6. (ad v. 30) *vas aqua impletum* interpretor. Cf. id. XIII, 46 (ποτῷ). Qua recepta explicatione tolluntur omnes de

θές. πάλιν αἱ γαλέαι μαλακῶς χρῄζοντι καθεύδειν:
κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ. ὕδατος πρότερον δεῖ. —
ἃ δὲ σμᾶμα φέρει. — δὸς ὅμως. — μὴ δηράδ' ἄπληστε!

h. l. dubitationes. De verbo *αἶρε* cf. Ar. Pac. 1. Soph. Ai. 545. (Pal.) Ameisius et al. *αἶρε aufer*, Wordsw. *affer*, Vins. al. *νᾶμα telam*, Valck. *aquae laticem*, Dahl. *vestem* Praxinoae, Ahlw. al. *mantele* interpretantur. Ipse antea *νῆμα* e coniectura Kaercheri al. etiam ab Hartung. recepta edideram, Ahr. II. e coni. *βῆμα*, quod Ahr. quidem *gressum* (Eur. Troad. 342), Mein. vero *scabellum* significare vult (Mein. p. 301). — *αἰνόθρυπτε*] *nimium delicata atque mollicella*. Cf. verbum *ἐνδιαθρύπτεσθαι*, adn. ad id. III, 36 p. 131. Cum Mein. Ameis. al. scripsi *αἰνόθρυπτε*, quod dat cod. 6. *sup.* dantque edd. Med. Ald. (*αἰνόδρυπτε* codd. k. cet. ed. Iunt., *οἰνόδρυπτε* cod. 6.). Ahr. II. e coniectura *ἀνιόδρυπτε*, quod Graecum esse nego, Hartung. e coniectura *οἰνόθρυπτε* ediderunt. Briggs. *ὀκνόθρυπτε* vel *ὑπνόθρυπτε*, Graef. *αἰολόθρυπτε* scriptum fuisse suspicati sunt. Vulgo (Mein. al.) coniuncta verba *ἐς μέσον θὲς πάλιν* ab Ameisio cum Vossio, Frankio, Hermanno sic explicantur: *ne pone iterum in medio*. Vide Iahn. *ann.* XLV (1845) p. 107 coll. Cic. pro Rosc. Am. XXVIII, 78 (dubitate, *si potestis*), Cic. II. Phil. 20, 49 (aude dicere), Verg. Aen. VII, 546. Iliad. IV, 29 al. Vir doctus in *ephem. Ien.* l. l. aposiopesin statuens sic interpungit: *αἶρε τὸ νᾶμα καὶ ἐς μέσον — αἰνόθρυπτε, θὲς πάλιν· αἱ γαλ. κτλ.* Nam, dum iubeat ancillam aquam apportare, Praxinoam videre feles vestimento cuidam incubare: has igitur ante omnia abigendas esse.

28. *πάλιν κτλ.*] *rursusne* (ut saepe) *feles* (h. e. tu, Eunoa) *molliter dormire volunt?* Cunctanti ancillae exprobrat segnitiem proverbiali quadam usa locutione. *Ὥσπερ αἱ γαλαῖ μαλακαί, οὕτω καὶ σὺ εἶ μαλακή.* Schol. cod. r. Praeeuntibus Mor. Kiessl. p. 400 et Ahr. *θές* ad versum superiorem plena facta interpunctione refero, idem ego percontationis signum in extremo versu pono (Ahr. II. plene post *καθεύδειν* interpunxit). Cf. Odyss. IX, 196 et adn. ad id. X, 25 p. 328. Verbo *θές* sic in principio versus locato ridicula quaedam emphasis paratur: cf. v. 40 *ἀμφίθες*. — *γαλέαι*] *feles* (non *mustelae*). Cf. Batrach. 49. 114. Arist. Vesp. 1182.

29. *θᾶσσον*] Cf. Odyss. XX, 154.

29. *ἃ δὲ σμ.*] viden'? *haec vero saponem affert!* Consternata imperiis herae puella, quoniam lavare eam manus velle videt, ne novam conviciis materiam praebeat, ultro officiosa, prius *saponem* quam aquam affert. Sed tamen usura eo Praxinoa addit: „*da* tamen“. Quod edidi, emendatrici manui Hermanni, *opusc.* V p. 103, debetur, qui *ἃ δὲ σμᾶμα* correxit, quod est in cod. k. *ἁδὲς νᾶμα*, in aliis codd. *ἅδ' ἐς νᾶμα, ἅδ' ἐς νᾶμα, ἅδδὲς νᾶμα* cet. (Ahr. p. 107, *ἅδ' ἐς* codd. Cant. et L., *ἀδ' ὡς* cod. Burn. cum rasura) in edd. Med. Ald. *ἅδωἕς νᾶμα* (sic certe in ed. Ald.), in ed. Lov. *αδ' ὧς νᾶμα*, in edd. Iunt. Call. Camer. *ἁδ' ὡς νᾶμα*, in edd. Bas. I. Brub. Valck. I. II. Mein. I. Duc. al. *ἅδ' ὡς νᾶμα*, in edd. Steph. Heins. Wintert. al. *ἃ δ' ὡς νᾶμα*. Ceterum inspice tabulam Gail. 1828, ubi verba e cod. E accurata depicta sunt, ut illud *ἃ δὲς νᾶμα* vere ab Herm. emendatum intelligas. Wordsworthius *ἅδ' ἐς νᾶμα* edidit. Hermannum Mein. II. III. reliquique editores recentiores secuti sunt. Wordsworthius coni. *εἶδες; vidistine? mantele fert!* — *μὴ δηράδ'*] Saponem ne multum ancilla

ἔγχει ὕδωρ. — δύστανε, τί μευ τὸ χιτώνιον ἄρδεις; —
παῦε, ὅχ' οἷα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι. —
ἁ κλᾷξ τᾶς μεγάλας πᾷ λάρνακος; ὧδε φέρ' αὐτάν.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα
τοῦτο πρέπει· λέγε μοι, πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ;

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

μὴ μνάσῃς Γοργώ. πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

illinat, Praxinoa clamat: *ne clivum* saponis manibus imponas! Plaut. Mil. IV, 2, 73 (1065) argenti *montes*, non massas habet. Ovid. Her. XVIII, 122 *clivus* aquae. Δηράδας certe Cretenses dixisse clivos seu colles testis est Hesychius. Itaque e coni. scripsi μὴ δηράδ', quod contineri puto vitiosa lectione μὴ δὴ πολὺ (cod. k.) vel μὴ δὲ πολὺ (codd. a. p. 23. L.) vel μὴ πουλὺ (codd. reliqui et edd. prr. cet.). Illud πολύ glossa haud dubie est vocabuli pridem scripti et pro hoc postea in textum recepti, tandem metri causa in πουλύ, quod quidem Theocrito inauditum, mutati. Ahr. I. et Mein. III, μή δὴ πολὺ ἄπληστε invito metro, Ziegler. et Pal. μὴ πουλὺ δ' ἄπληστε e coniectura ab Hermanno capta, Hartung. μὴ δὴ πολυπληθὲς ἔγχει ὕδωρ item e coniectura, Ahr. II. σμῆ δή ποκ'. ἄπληστε, ἔγχει ὕδωρ e coniectura sensui repugnante. — Ahr. *emendatt. Theocr.* p. 16 μὴ δὴ πόδ' scriptum fuisse suspicatus erat. Post voc. ἄπληστε plene interpungunt Mein. II. III. al. cum edd. prr. Call. Lov. al., Stephanus duce Vinsemio interpunctionem sustulit, quem Heins. Wintert. al. sequuntur: Brunck. Mein. I. Wuestem. al. virgulam locaverunt.

31. μευ τὸ χ.] Vide adn. ad id. II, 55. Xen. Cyrop. I, 3, 7 ὅτι μου τὴν μητέρα τιμᾷς.

32. παῦε] De hiatu in pausa excusabili cf. Anth. Pal. IX, 70, 4: παῦε, ἐπεί σε μένει — et quae Mein. p. 302 coll. Ahr. p. 107 (παύε') disputavit. — ὅχ' οἷα κτλ.] *nam satis munda sum, ut potui* (Cic. I. Cat. VII, 18) *lavi*. Proverbialem hanc esse locutionem schol. cod. k. (εἴτε καλῶς εἴτε κακῶς) intellexit. Assimilari licet Plat. Crit. p. 43, D: εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ ἔστω. Non audiendi Valck. I. p. 331, Wuestem. p. 225, Kiessl. p. 402, Stievenart. p. 21 („les dieux soient contents, me voilà bien lavée“). Scripsi ὅχ' οἷα ex emendatione Ahr. II. pro ὀχοῖα (cod. p.), ὁκοῖα (codd. k. cet. — Ahr. p. 107 — edd. Iunt. Brunk. al.), ὁποῖα (cod. D. edd. Med. Ald. Call. Lov. Mein. al.) cet. Ahr. I. e coni. παῦέ ποχ' · οἷα —.

33. πᾷ] Vide adn. ad id. I, 66 p. 38.

34. ἐμπέρ.] Vide adn. ad. v. 21.

36—37. πλέον — δύο] Recte sic explicat schol. cod. k. p. 88: πλέον ἠνάλωσα ἢ δυοῖν μνῶν καθαροῦ ἀργυρίου, *plus solvi* (neque enim accurate continuatur constructio v. 35 inchoata — πόσω —, id quod vir doctus *ephem. Ien.* l. l. intellexit) *quam quod est duarum minarum*. Vide Lys. Arist. (XIX) § 46 et § 31 coll. Klotz. ad Devar. p. 584 sqq. Olim hic pleonastice ἢ positum Valck. I. p. 162 et p. 340, Toup. *de Syr.* p. 334 al. existimaverunt.

37. τοῖς δ' ἔργοις κτλ.] opus *in animum institui meum* (Ter. Ad. I, 1, 13 = 38), vestem „aeque ac me ipsam

ΓΟΡΓΩ.

ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

τοῦτο κάλ' εἶπες. —

τὠμπέχονον φέρε μοι, καὶ τὰν θολίαν κατὰ κόσμον

ἀμφίθες. — οὐκ ἀξῶ τυ τέκνον. Μορμώ —! δάκνει ἵππος!

amo" (Plaut. Bacch. II, 2, 36). Quandam habent comparationem Plaut. Truc. prol. 21: ad eam cum *anima* habentiam everrit. Neque vero cum Wuestem. al. vertendum: „animam operi conficiendo impendi." De voc. ἔργοις cf. Iliad. VI, 289. Od. VII, 97. Aesch. Choeph. 231 ὕφασμα σῆς ἔργον χερός. Etiamnunc veram iudico coniecturam Valck., *ep. ad Roev.* p. XXXVII, ποτέθηκα, a Reisk. Valck. I. II. Mein. Pal. al. receptam. In codd. D. a. *corr.* et edd. Med. Ald. Call. Lov. Steph. al. est προτέθηκα, id quod Kiessl. Ziegl. tenuerunt, in ed. Iunt. et in codd. k. cet. (Ahr. p. 107) προτέθεικα, id quod Ahr. II. Hart. scripserunt: at vide proecdosin nostram p. 159.

38. κατὰ γν.] Vide adn. ad id. XIV, 57 p. 29. — ἀπέβα] Demosth. Ol. I p. 14 ἄν τι κατὰ γνώμην ἐκβῇ. Vide etiam Herod. II, 82. Theocr. XIII, 15. — τοῦτο κ. εἶπ.] *hoc lepide fabulare* (Plaut. Mil. III, 3, 51), *recte autumas.* Nam decora esse vestis beneque sedere ipsi quoque videtur. — Neutrum καλά (κάλ') quod a fide cod. Cant. (*marg.*) et cod. 4., in quo id superscripto vocabulo καλῶς grammaticus interpretatur, dependet et quod adiuvat etiam mancum illud codicis k. τοῦτο κα εἶπες (quod legit etiam auctor schol. huius codicis p. 88 Ziegl.: nam ἀληθές explicat), ex quo τοῦ τοκα εἶπες in ed. Iunt. factum est, et quo praeterea ducunt l. var. cod. L. κἄειπες, cod. M. κ' ἄειπες, item l. var. codd. a. p. 6 Y. s. *sec.* D. edd. Med. Ald. Call. καλὸν, edidi cum Ahr. I. II. Hartung. Ziegler. Wordsw. Ameis. Cf. id. XXVII, 47. Iliad. VI, 626. XIII, 116. Odyss. XV, 10. Odyss. XVII, 460. 483. Callim. Iov. 55. Ameis. in *ephem. stud. antiq.* 1841 p. 245 sq. In edd. Med. Ald. Call. Lov. al. et in cod. D. verba sic scribuntur: ναὶ καλὸν εἶπας vel ναί. καλὸν εἶπας eaque Praxinoae tribuuntur: quam rationem sequuntur Steph. Heins. Wintert. Valck. I. Brunck. (hic quidem εἶπες) Dahl. Boiss. I. II. Mein. II. III. Pal. al. A Wordsw. et Ahr. II. voc. τοῦτο Gorgoni tribuitur (ἀλλὰ κ. γ. ἀ. τοι τοῦτο. ΠΡ. κάλ' εἶπας), quod quum Hermannus *annal. Vindob.* 1848 p. 219 graviter reprehendat, ipse quidem hunc sensum, „wirklich? meinst du dass es schön sei?", verbis subiicit quidem, sed non inde elicit. Valck. I. coni. καλόν ἐντι vel καλὸν ἔμπας. Idem Valck. in ed. II. recepit coniecturam Eld. πᾷ ποχ' ἔλειπες τὠμπέχονον, quam Schaef. Geel. Gaisf. Mein. I. al. repetiverunt. Brunck. alio tempore ναί, καλόν· εἶα τὠμπ. φέρ' ἐμίν coniectavit, nuper Pal. in adn. p. 80 τοῦτό κεν εἶπαις. Schuetzius l. l. p. 156 sic scribere personasque ordinare voluit: ΓΟΡ. ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι; ΠΡ. ναί. ΓΟΡ. καλὸν εἶπες.

39. τὠμπέχ.] Vide v. 21. — θολίαν] *petasum e iuncis plexum (ma calèche,* Brunck.). Cf. Ringwood. p. XIX. Schneider. ad Vitruv. p. 295. — κατὰ κ.] „*more et modo*" (Cic. pro Mur. XXXIV, 72).

40. τέκνον] filiolo hoc dicit (v. 12). — Μορμώ —!] Μορμώ ἐστιν ἐν ὁδῷ (Glossa cod. r.). *Mummanz —! Knecht*

δάκρυ' ὅσσα θέλεις, χωλὸν δ' οὐ δεῖ τυ γενέσθαι. —
ἕρπωμες. — Φρυγία, τὸν μικκὸν παῖσδε λαβοῖσα,
τὰν κύν' ἔσω κάλεσον, τὰν αὐλείαν ἀπόκλᾳξον. — (Exeunt in plateam.)
ὦ θεοί, ὅσσος ὄχλος! πῶς καί ποκα τοῦτο περᾶσαι
χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι. —
πολλά τοι ὦ Πτολεμαῖε πεποίηται καλὰ ἔργα,
ἐξ ὧ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών· οὐδεὶς κακοεργός
δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί,
οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροτημένοι ἄνδρες ἔπαισδον,
ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρινοί. —

Ruprecht ist draussen! Pferd beisst! — *Bugbear* —! Horse bites! — *Croquemitaine* —! Cf. schol. Aristid. p. 42, 19 Dind.: ἡ δὲ Μορμὼ Κορινθία ἦν, ἣ καταφαγοῦσα αὐτῆς τὰ παιδία ἐν ἑσπέρᾳ ἀνέπτη κατά τινα πρόνοιαν. καὶ τοίνυν ὅτε βούλονται τὰ σφῶν παιδία αἱ γυναῖκες φοβῆσαι ἐπιβοῶσι· Μορμώ. φησὶ δὲ καὶ Θεόκριτος ,,Μορμὼ δάκνει.“ Verum his non probatur interpunctio Ahr. II. (μορμὼ δάκνει· ἵππος — δάκρυ', ὅσσα θ. —) vel. Mein. (μορμὼ δάκνει ἵππος). Contra Mein. p. 484 μορμὼ δάκνει ἵππον scriptum fuisse existimantem Eberz. p. 278 disputavit. — V. 41 Mein. ὅσσ' ἐθέλεις (codd. s. 6. Y.), Ahr. ὅσσα θέλεις cum codd. k. cet. Tu vide id. VIII, 7.

42. Φρυγία] servam compellat. — τὸν μικκὸν] Cf. v. 12. — παῖσδε λ.] prends l'enfant et amuse-le. Lec.

43. τὰν αὐλ.] scil. θύραν, quod Plat. Symp. 212, C additur. Cf. id. XXIX, 39.

44. καί ποκα]. Ita pro καὶ πόκα e coni. Io. Wordsworthii Ameis. Mein. III. Ahr. scripserunt. Cf. Plat. Phileb. p. 59, B.

46. καλὰ ἔργα] De hiatu, qui videtur, cf. id. XVII, 13. XXII, 118. XVII, 6. Iliad. XVIII, 77 al. Plenam post voc. ἔργα interpunctionem (edd. prr. Mein. I. al.) sustulerunt Hermann. *opusc.* V p. 104, Passovius apud Wuestem. p. 226. Mein. II. al.

47. ἀθαν.] Cf. id. XVII, 13—16.

47—48. κακ. δαλ.] Herod. I, 41 μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες κακοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν. Plut. Thes. 6. I. Wordsw.

48. Αἰγυπτιστί] per versutias Aegyptiacas et calliditates. Vide procd. p. 160.

49. ἐξ ἀπ. κ.] *homines ex fallaciis conflati* (Kiessl.), *astu exercitati* (Harl.). — Ahr. I. II. ἐξαπάτας e codd. D. G. K.

50. κακὰ παίγνια] *male ludificantes.* Abstractum dictum pro concreto. Cf. Anth. Pal. XI, 275, 1. Interpunxi ita ut fecerunt Mein. Ahr. I. Ringw. Pal. Hebel. al. — Ahr. II. verba κακὰ παίγνια coniungit cum verbis sequentibus (vide infra), Hartung. Eobanum Hessum aliosque secutus cum verbis praegressis (ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια), Spohn. I. p. 37 al. cum verbo versus 49 ἔπαισδον. — ἐρινοί] *caprifici*, h. e. homines inutiles, inanes, *natio ventosa* (Plin. Paneg. XXXI, 3). Scripsi ἐρινοί e coni. Spohnii p. 38, Ringwoodii p. 29, Mein. praef. p. VI, qui Soph. apud Athen. III, p. 76, D comparant. Vide etiam id. X, 45. — Mein. dedit ἐρειοί, quod est in codd. D. F. et in edd. prr. cet. Ziegler. Ameis. al. Praeterea legitur in codd. k. a. p. cet. (Ahr. p. 109) ἐριοί, in codd. r. t.

ἁδίστα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; τοὶ πολεμισταὶ
ἵπποι τῶ βασιλῆος. — ἄνερ φίλε, μή με πατήσῃς. —
ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πυρρός· ἴδ' ὡς ἄγριος. — κυνοθαρσὴς
Εὐνόα, οὐ φευξῇ; διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα. —
ὠνάθην μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδον.

ΓΟΡΓΩ.

θάρσει Πραξινόα· καὶ δὴ γεγενήμεθ' ὄπισθεν,
τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

καὐτὰ συναγείρομαι ἤδη.

ἐρείοι, in cod. 4. ἐρίοι. Corruptum est vulgatum hic voc. ἐρειοί, quod Reiskius explicat *servos* (Bauern — Pöbel — Canaille), Aem. Port., Weissgerber. p. 27 al. *litigiosos homines* (*bullies* Hick.), Ameis. al. *homines nequam*. Doederlinus, *Reden u. Aufs.* II. p. 118, haec dixit: „ist vielleicht das unerklärte Schimpfwort ἐρειός eine Vocalisation von ἐρερός?“ Ego nego. Ipse antea ἔρειοι scriptum fuisse credebam: cf. proecd. p. 161. Hesychii glossam ἔριοι, καινοί Hermannus in *Annal. Vind.* 1848 p. 220 huc pertinere existimat et eam scriptam fuisse suspicatur ἐροιοί, κενοί esseque ἐροιοί hic reponendum. At de Hesychio vide Schmidt. ad Hes. p. 194. Idem Hermannus in scholis anno 1832 publice habitis ἔροιοι („*Preller*“: cf. *opusc.* V p. 94 et *eph. stud. antiq.* 1841 nr. 30 p. 247), idem *opusc.* V p. 104 ἔριθοι putavit esse scriptum. Sunt etiam hae coniecturae: H. Weberi (*de part.* κα p. 90) ἐριστοί, Boissonadii (ed. II.) ἐρισταί, Wordsworthii et Seidleri Ἐπειοί, Scaligeri ἐρεμβοί, Auberii ἐρεμνοί (posterius Hartung. scripsit), Casauboni ἄρειοι, Wartoni al. ἀραῖοι, Musgravii ἀγρεῖοι, Briggsii ἀχρεῖοι, Brunckii et Toupii ἀεργοί, Ungeri ἄωροι, Io. Henr. Vossii ἐλειοί, Moebii (libri supra p. 33 laudati p. 469) ἔριθοι, Spohnii πάντ' ἐριθυμοί, Graefii πάντοσε ῥεμβοί vel παντὸς ὀρεκτοί vel ὀρεκταί, M. Schmidtii (*Mus. Rhen.* 1865 p. 468) Πανὸς ἔριθοι, Ahrensii (in ed. II.) πάντ' ἐς ἀρείω, Ziegleri ἐρυνοί vel παντ' ἐριηροί, Fuhrii παντεπίθυνοι, Eld. παίσδεν ἄριστοι. Valckenarius I p. 360 quum alia (πάντες ἀγαυοί vel π. ἀγητοί) tum πάντες ἔλειοι tentavit, h. e. *paludis incolae*, id quod vir doctus *suppl. ephem. litt. Ien.* 1829, nr. 90 p. 332 (Diebsgesindel), Rauchensteinius in Iahn. *annal.* 1855 p. 281 coll. Thuc. I, 110, Bergkius in *ephem. stud. antiq.* 1851 nr. 69 p. 545 repetiverunt.

51—52. τοὶ πολ. ἵπποι] *voici la Garde à cheval.* Stievenart. Vide proecd. p. 161. De verbo omisso cf. v. 40 et id II, 36.

53. ὀρθὸς ἀν.] „*tollit se arrectum* quadrupes et calcibus auras verberat“ (Verg. Aen. X, 892). — κυνοθαρσής] Similiter Aesch. Suppl. 759 κυνοθρασύς legitur. Cf. Iliad. I, 225. Odyss. IV, 145.

55. ὠνάθην] Vide adn. ad id. XII, 26 p. 387. — ἔνδον] Cf. v. 1. (Ahr. e coni. ἔνδοι).

57. εἰς χ.] *in locum destinatum abierunt* (Schol.), sie sind auf den Platz geritten (Hebel). Superius γεγεν. ὄπισθεν impedit ne vertas cum Wuestem. et aliis *in suum quisque ordinem recesserunt* (ils sont rentrés dans leurs rangs, Lec.). Articulus omissus est ut e. gr. Ar. Eqq. 1354. — συναγείρομαι]

ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δεδοίκω
ἐκ παιδός. — σπεύδωμες· ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπιρρεῖ.

ΓΟΡΓΩ.

ἐξ αὐλᾶς ὦ μᾶτερ;

ΓΡΑΥΣ.

ἐγὼν ὦ τέκνα.

ΓΟΡΓΩ.

παρενθεῖν
εὐμαρές;

ΓΡΑΥΣ.

ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί.
καλλίστα παίδων, πείρᾳ θην πάντα τελεῖται.

ΓΟΡΓΩ.

χρησμὼς ἁ πρεσβῦτις ἀπῴχετο θεσπίξασα.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην.

ΓΟΡΓΩ.

θᾶσαι Πραξινόα περὶ τὰς θύρας ὅσσος ὅμιλος.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

θεσπέσιος. — Γοργώ, δός τὰν χέρα μοι· λάβε καὶ τύ
Εὐνόα Εὐτυχίδος· πότεχ' αὐτᾷ, μή τι πλαναθῇς.

me colligo (Cic. Tusc. IV, 36, 78), *animum redintegro* (Caes. B. G. II, 25).

58. τὸν] infamen frigore (Verg. Ecl. VIII, 71. III, 93. Theogn. 602) penetrabili. Cf. Odyss. III, 145.

60. ἐξ αὐλ.] *an ex aula* regia venis? Anum quandam, cui occurrunt, alloquitur. De ellipsi verbi cf. Plat. Menex. p. 234, A: ἐξ ἀγορᾶς ἢ πόθεν Μενέξενος; Plat. Phaedr. init. Theocr. V, 3. XV, 147. Hor. Sat. II, 4, 1 al.

61—62. Ἀχαιοί. καλλ.] Plene post v. Ἀχαιοί interpungendum, ut factum est in edd. Ald. Iunt. Call. Camer. Bas. I. Kiessl. al. Virgulam locaverunt cum ed. Lov. Mein. I. II. III. Ahr. al. verba versus 62 καλλ. παίδων cum versu 61 coniungentes. At duo proverbia duobus versibus absolvenda erant. — καλλίστα] Vocativus est numeri singularis, non dualis (Ameis. *pulcherrimae filiarum*). Ahr. κάλλισται e codd. D.[b] O. Nos codd. k. cet. sequimur.

64. Ζεὺς κτλ.] Iliad. XV, 295 sqq. Plaut. Trin. I, 2, 171 (Schultz. in *Muetzell. eph. Gymn.* 1865 p. 474).

66. θεσπέσιος] *ita vero: „miranda est multitudo"* (Cic. ad Att. IV, 1). Hoc voc., de quo vide id. XXV, 70, Ameis. et Ahr. cum superioribus (ὅσσος ὅμ. θεσπ.) copulantes festivitati sermonis nocuerunt.

67. Εὐτυχίδος] εἰκὸς τὴν Εὐτυχίδα Γοργοῦς εἶναι θεράπαιναν. Schol. — πότεχ' αὐτᾷ] ne la quitte pas des yeux. Ita recte Stievenart. secutus Kiesslingium (Harl. al. *adhaereto illi*). — μή τι] Cf. id. III, 5. Ante Mein. II.

πᾶσαι ἄμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ Εὐνόα ἁμῶν. —
οἴμοι δειλαία, δίχα μευ τὸ θερίστριον ἤδη
ἔσχισται Γοργώ. — ποτ τῶ Διός, εἴ τι γένοιο
εὐδαίμων ὤνθρωπε φυλάσσεο τὠμπέχονόν μευ.

ΞΕΝΟΣ.

οὐκ ἐπ' ἐμὶν μέν, ὅμως δὲ φυλάξομαι.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

ἀθρόος ὄχλος.
ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὗες.

ΞΕΝΟΣ.

θάρσει γύναι· ἐν καλῷ εἰμές.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

κεἰς ὥρας κἤπειτα φίλ' ἀνδρῶν ἐν καλῷ εἴης
ἄμμε περιστέλλων. χρηστοῦ κοἰκτίρμονος ἀνδρός. —
φλίβεται Εὐνόα ἅμιν· ἄγ' ὦ δειλὰ τὺ βιάζευ.

μή τὺ (μή τυ Ald. μήτυ Lov.) edebatur. Cf. Herm. *opusc.* V p. 105.

68. ἀπρὶξ ἔχευ] *mordicus* (Cic. Fin. IV, 28, 78), *firmiter nobis adhaere.* Cf. Sophr. apud Apoll. Dysc. pron. p. 122, A: ὑμέων ἀπρὶξ ἔχονται. Quae verba Botzon., *frgm. Sophr.* p. 6, cum loco Theocriteo apte consociavit. Lucian. Men. 5. Soph. Ai. 310 al.

69. δίχα μευ] De adverbio bisyllabo ante arsin pedis quarti, ubi hic est vox enclita, posito vide Gisekium *quaestt. Hom.* p. 74 coll. Odyss. XIII, 364. Odyss. X, 189. XI, 111. Iliad. XI, 96 al. — θερίστριον] Significatur περονατρίς v. 21, non ἀμπέχονον v. 71 (Spohn. p. 43 al.) vel velamen quoddam capitis (ut putat Eberz. oblitus v. 39). — Magna autem vis est longarum syllabarum et in huius et in versus 70 priori hemistichio cumulatarum. Cf. id. XXV, 98. Verg. Georg. III, 275 al.

72. φυλ. κτλ.] Servavi codd. plerorumque lectionem inde a Call. Lov. Camer. Bas. I. vulgatam. Nam edd. prr. habent φυλαξεῦμαι ab Ameisio revocatum (cf. *ephem. stud. ant.* 1848 p. 752). Ziegler. φυλαξεῦμαι e coni., Ahr. I. II. e coni. ὄχλος ἀθαρέως ὠθεῦνθ' —, cum cod. k. Ziegl. et Ameis. ὄχλος ἄθρως (Boiss. I. II. ὄχλος ἀθρόος), e coni. Hartung. ὄχλος ἀθραής. Sed ἀθρόος eodem hic iure ponitur quo v. 132. Cf. et id. XXV, 252.

73. ὠθεῦνθ'] *impellunt sese* (Cic. pro Planc. VII, 17). — ἐν καλῷ] *tuto* (Cic. ad Fam. XIV, 3, 3). Spohn. al. interpretantur *in loco* ad res omnes visendas *opportuno.* Cui repugnant v. 76 sq.

74. εἰς ὥρας] ,,*hunc in annum et plures*" (Hor. Od. I, 32, 3), ,,in aevum" (Hor. Od. IV, 14, 3). Cf. v. 143. — ἐν κ. εἴης] *sis tuto* (quod e v. 73 redit) h. e. εὐδαιμονοίης (Arist. Ach. 457).

76. τὺ] Cf. adn. ad id. V, 25 p. 162. — βιάζευ] *vi perrumpe*, obstantes cubitis depulsa (Plaut. Stich. II, 1, 13). Chrysost. tom. I p. 473 βιάζονται ἑαυτοὺς εἰσωθεῖν. Ziegler. in Iahnii *annal.* XCIII (1866) p. 104 ἄγ', ὤθει καὶ τὺ βιάζευ corrigendum existimat.

κάλλιστ᾽· „ἔνδοι πᾶσαι", ὁ τὰν νυὸν εἶπ᾽ ἀποκλάξας.

ΓΟΡΓΩ (*in aula*).

Πραξινόα, πόταγ᾽ ὧδε. τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον·
λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν χερνήματα φασεῖς.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

πότνι᾽ Ἀθαναία, ποῖαί σφ᾽ ἐπόνασαν ἔριθοι,
ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ᾽ ἔγραψαν.
ὡς ἔτυμ᾽ ἑστάκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ᾽ ἐνδινεῦντι,
ἔμψυχ᾽, οὐκ ἐνυφαντά. σοφόν τοι χρῆμ᾽ ὤνθρωπος.

77. *ὁ τὰν ν.*] „*Non egemus pluribus*" inclusae secum novae nuptae dixit sponsus gaudia aditurus. *Ἀποκλείσας τὴν νύμφην τις „καλῶς τά γε ἔνδον ἡμῖν ἔχει" φησί. διὸ καὶ ἡ Γοργὼ οὕτως ἐπεφώνησεν.* Schol. cod. k. Aliter Hermann. *opusc.* V p. 106, Mein. p. 305 proverbium explicant.

78. *πόταγ᾽ ὧδε*] Cf. adn. ad id. I, 62 p. 36. — *τὰ ποικίλα*] „textilia, magnificis operibus picta" (Cic. Tusc. V, 21).

79. *λεπτὰ κτλ.*] Recte Vossius: *fein! und wie anmuthsvoll!* Cf. Odyss. V, 231 et X, 544: *λεπτὸν καὶ χαρίεν.* Odyss. X, 223 — *οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται.* Eberz. secutus Vins. Mein. p. 305 al. „sieh doch, *wie* reizend und fein". Sed alia ratio est id. I, 95. X, 35. XVII, 93 locorumque reliquorum, quos Mein. comparat, ut facilius feratur, inutilis quidem, coniectura Porsoni *ὡς λέφθ᾽* —. — *θεῶν*] Cf. id. I, 32. — *χερνήματα*] *manufacta* (Sen. Ep. XCI, 10). Hoc ductu Hermanni, *opusc.* V p. 106 (qui quidem *χερνάματα* vel *χερονάματα*), e coniectura scripsi. Cf. Iliad. XII, 433 (*χερνῆτις*). Hartungio placuit *θεάων ἔργματα φ.* Cf. etiam Spohn. p. 45, Aug. Iacobs. p. 121. — Mein. p. 305 *ποικίλματα* vel *δαιδάλματα* vel *τεχνάματα* scriptum putat fuisse, Ahrens. *emend.* p. 17 *θεῶν περ ὀνάματα* vel *ὀναίατα* vel *ὀνάατα*; Pal. in adn. *φάσαις* pro *φασεῖς*.

80. *π. Ἀθ.*] Plane ut Iliad. VI, 305. Cf. id. XVI, 82, adn. ad id. II, 69 p. 94.

81. *τἀκριβέα γράμμ.*] accurate „expictas" (Cic. Tusc. V, 39, 114) „picturas textiles" (Cic. II. Verr. IV, 1, 1).

82. *ἔτυμ᾽*] Similiter Ovid. Met. VI, 104: *verum* taurum, freta *vera* putares. Cfr. etiam Claud. Rapt. II, 43. De verbis ex initio versus repetitis vide adn. ad id. II, 113 p. 103. — *ἐνδινεῦνται*] Hoc nunc e codd. s. 16. Y. posui pro *ἐνδινεῦντι* (Ahr. I. II. Mein. al.) haud dubie ob proximum *ἑστάκαντι* olim scripto. Cf. Cobet., *Mnem.* X p. 356. Ob sententiam compara Hor. Sat. II, 7, 98—99, ob versus exitum spond. e. gr. Odyss. XVI, 63 (*δινηθῆναι*), Arat. Phaen. 455 (*δινεύονται*).

83. *ἔμψυχ᾽*] „*spirantia*" (Verg. Georg. III, 34). Verg. Aen. VI, 848: *vivos* ducent de marmore vultus. Stat. Silv. I, 3, 48. Gregor. Naz. II p. 848: *μορφὰς ἀτρεκέας ἔμπνοα δερκομένας.* — *σοφόν*] Cf. Soph. Ant. 365. — *χρῆμ᾽*] Cf. v. 145. Plin. Paneg. 38 misera *res* est pater filio solus heres. „Sen. Epist. 95 *homo sacra res.* Ruhnk. ad Ter. Eun. II, 2, 17. Wex. ad Soph. Antig. 334. Plat. Ion. p. 534, B *κοῦφον χρῆμα ποιητής ἐστι.* Strab. XIII, 2,3 p. 617 *Σαπφὼ θαυμαστόν τι χρῆμα.*

αὐτὸς δ' ὡς θαητὸς ἐπ' ἀργυρέας κατάκειται
κλισμῷ, πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων,
ὁ τριφίλητος Ἄδωνις, ὁ κὴν Ἀχέροντι φιλητός.

ΕΤΕΡΟΣ ΞΕΝΟΣ.

παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι
τρυγόνες! ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

ΓΟΡΓΩ.

μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος; τί δὲ τίν, εἰ κωτίλαι εἰμές;

Vocabuli πρᾶγμα eodem modo de homine usurpati rariora sunt exempla. Vide Popp. ad Xen. Cyrop. VI, 1, 36." I. Wordsworth. Quandam etiam comparationem habet Shaksp. *Winter's Tale* II, 3 extr. de infante: ,,*poor thing*, condemn'd to loss." — ὤνθρωπος] Similes sunt versuum exitus Iliad. XVII, 572 (— αἷμ' ἀνθρώπου), Iliad. IX, 460 (— πόλλ' ἀνθρώπων) al.

84. ἀργυρέας] Genus femin. vocabuli κλισμός defendi *ephem. stud. antiq.* 1848 nr. 94 p. 752. Scripserunt mecum e codd. k. p. cet. Ameis. et Ahr. II. ἀργυρέας (ἀργυρέης superscripto η cod. 6.) pro ἀργυρέῳ (Mein. Ahr. I. Hart. Pal. ed. Call. al.) vel ἀργυρέῳ (edd. prr. Lov. Camer. Bas. I.) vel ἀργυρέου (cod. a. — ἀργυρε° cod. 9. —).

86. φιλητός] Hoc, quod legendum esse Reiskius *animadv.* p. 241 vidit et quod lectio var. cod. k. L. codd. Vat. Reg. Gregorii Cor. dial. Dor. 141 φιλῆται coarguit, pro φιλεῖται (codd. rell. edd. prr. cet.) cum Mein. III. Hartung. recepi. — Nec auspicato nec litato Hartung. p. 446 haec in medio posuit: χρῶια τρυφηλὸς Ἄδωνις ὁ κὴν Ἀχέροντι φιλητός, Ahr. II. item e coniectura ὁ τρ. Ἄδων, ὅς —.

87—88. παύσασθ' ὦ κτλ.] Homo quidam prope adstans fastidio garrulitatis, qua mulieres omnia edissertant, correptus sibi moderari amplius non potest quin haec exclamet: *desinite, o miserae, infinita tinnientes* (Plaut. Pseud. III, 2, 99) *turtures* (*lingulacae*, Plaut. Cas. II, 8, 62)! *omnia hae patulo suo ore enecabunt.* Hos nunc versus ita ut est in edd. Lov. Reisk. Valck. I. II. Kiessl. Boiss. I. II. Mein. II. Ziegler. Ameis. Ahr. I. II. Pal. al. interpunxi. Meinekius in ed. III. post κωτίλλοισαι virgulam addidit. Idem in ed. I. hoc, quod est in edd. Ald. Iunt. Call. Steph. Heins. al. et a Spohnio I p. 48 commendatur, ediderat: παύσασθ', ὦ δύστανοι, ἀν.. κωτίλλοισαι· τρυγόνες· ἐκκν. κτλ. Sed v. 88 Ahr. II. e coni. haec scripsit sane incredibilia: ἐκ νασσᾶν τε πλατειάσδοισαι ἅπαντα. Hartungius etiam incredibiliora: τρυγόνε σαικωνεῦντε, πλατειάσδ. ἅπ. — ἀνάνυτα] Nescio an Vergilium, Ecl. I, 58, moverit hoc voc. ut scriberet: ,,*nec* gemere aëria *cessabit* turtur ab ulmo". Cf. id. VII, 141.

88. τρυγόνες] Proverbium erat τρυγόνος λαλίστερος. Cf. Aelian. H. an. XII, 10. Zenob. VI, 8. — πλατ.] Hermog. περὶ ἰδ. I, 6: ὁ Θεόκριτος ἀχθόμενόν τινα πεποίηκε Δωριζούσαις γυναιξὶ διὰ τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν τῷ α τὰ πλεῖστα χρωμέναις.

89. μᾶ] *vah!* (Plaut. Most. III, 1, 111): *hui!* (Plaut. Rud. I, 2, 65): *ohe!* (Hor. Sat. I, 5, 12): *satin'?* (Lorenz. ad Plaut. Most. I, 1, 76). — Συρακόσιον τὸ μᾶ ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον. Hoc scholio codd. r. E. N. eorum, qui *μᾶ per Tellurem* explicant (Wuest.), opinio re-

πασάμενος ἐπίτασσε. Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;
ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο· Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν,
ὡς καὶ ὁ Βελλεροφῶν· Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες·
Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι.

ΠΡΑΞΙΝΟΑ.

μὴ φύη Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη,
πλὰν ἑνός. οὐκ ἀλέγω. μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

ΓΟΡΓΩ.

σιγᾷ Πραξινόα· μέλλει τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν
ἁ τᾶς Ἀργείας θυγάτηρ πολύιδρις ἀοιδός,

fellitur. Lepide Hebelius vertit: „mei! wo ist denn Er her?" — τί δὲ τίν, εἰ —] *quid vero tua refert, si —?* Cf. Fritzsch. ad Arist. Thesm. 498, et de coniunctis verbis τί δὲ idyll. X, 9, Odyss. XXI, 259, Iliad. XV, 247. Kvičala in *ephem. gymn.* Austr. XV (1864) p. 324 sqq. Versus 89—95 Praxinoae, quod sane ad codicum p. 6. 23. M. exemplum factum, Brunck. Ameis. Ahr. tribuerunt. At moribus earum, quae describuntur, feminarum unice apta est ea partium, quam ex edd. prr. cet. Mein. al. servarunt, distributio.

90. πασ.] „ancillasque tuas potius parere iubeto". Zam. Vide proecdosin p. 164. Soph. Oed. Col. 839. Iliad. I, 295. De productione syllabae ultimae vide id. XXV, 69. id. XV, 123. Odyss. XV, 104. Iliad. V, 462. Verg. Georg. I, 138 al. Quare retinenda lectio codicum, pro qua Ahr. ex Etym. M. p. 681, 54 posuit ποτίτασσε, quod ita placuerat Hermanno, ut etiam ποτιτάσσεις in extremo versu vellet scribi. Verum ipsa conversionis figura (cf. id. I, 144) ἐπίτασσε commendat, cuius sunt exempla id. XI, 71. VIII, 20. XVII, 42. XX, 30. Odyss. XVII, 218.

91. ὡς] Cf. adn. ad id. II, 142 p. 109. — Mein. e cod. Y. ὡς δ' εἰδῇς. — Κορίνθιαι] Strab VI, 2, 4 p. 296 τὰς Συρακούσας Ἀρχίας (Theocr. XXVIII, 17) ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (Olymp. XI, 3) οἷς ᾠκίσθησαν ἥ τε Νάξος καὶ τὰ Μέγαρα. — ἄνωθεν] Cf. id. VII, 5 p. 203.

94. Μελ.] *Proserpinam*, ut v. 14 invocat, quae et Μελιτώδης (Porphyr. Nymph. antr. 18) et Μελίβοια (Las. apud Athen. XIV p. 624, E) nominabatur. Cf. Schneidewin. *de Laso Herm.* (ind. lectt. Gott. 1842) p. 10. Schuch. — ἁμῶν] Cf. adn. ad id. I, 130 p. 61. — κάρτερος] Odyss. XV, 534.

95. πλὰν ἑνός] *rege* uno excepto. — Ahrens. *emend.* p. 17 coniungere voluit πλὰν ἑνὸς οὐκ ἀλέγω, *at unum non curo*, h. e. εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. Nunc id ipse in ed. sprevit. — κενεάν] scil. χοίνικα. Cf. Lucian. Navig. 25: χοίνικα ἀπομεμαγμένην. Schol. cod. k. enarrat μή μοι κενὸν τὸ μέτρον ἀποψήσῃς. Nostri homines: drescht doch nicht leeres Stroh! — Wordsworth. coni. μή μοι κενεὰν ἀποκλᾴξῃς, h. e. ne vacuam arcam, in qua nihil est quod custodias, *obsera.* Reiecit hoc Hermannus, *annal. Vind.* 1848 p. 220.

96. σιγᾷ] *in silentio esto!* fac silentium! Odyss. XV, 440 σιγῇ νῦν. Ziegl., quem Ahr. I. II. Hartung. sequuntur, σιγᾷ e codicis k. (σιγῇ) vestigiis elicuit. Mein. Pal. al. cum reliquis codd. σίγα (Ameis. σίγη).

97. Ἀργείας] mulier quaedam Argis oriunda haud dubie ipsa artibus instituta.

ἅτις καὶ πέρυσιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε.
φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλόν· διαθρύπτεται ἤδη.

ΓΥΝΗ ΑΟΙΔΟΣ.

Δέσποιν', ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,
αἰπεινάν τ' Ἐρύκαν, χρυσῷ παίζοισ' Ἀφροδίτα·
οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν ἀπ' ἀενάου Ἀχέροντος

Cf. id. XIV, 12 (quamquam nulla inter homines hic et illic commemoratos intercedit necessitudo).

98. ἅτις] quae talis, tali praestantia est, ut nuper vicerit. Eadem vis est huius pronominis id. VII, 127. VIII, 87. XIII, 22, pariterque id, quod proprium est alicui homini, forma mascul. id. V, 28. VII, 45. XII, 34. coll. Odyss. XV, 401 al. significatur. — πέρυσιν] Hanc Reiskii, *emend.* p. 244, coniecturam nunc cum Ahr. (Mein. III. Hart. πέρυτιν) recepi pro lectione vulgata Σπέρχιν (pro quo cod. k. πέρχην suppeditat).

99. διαθρ.] Cf. adn. ad id. III, 36.

100. Δέσπ.] Cf. id. II, 162. Hor. Od. I, 30, 1 o Venus, *regina* Cnidi Paphique. — Γολγώς] *Golgis*, in urbe Cypri, antiquitus Venus colebatur. Strab. VIII, 5, 2. — Ἰδάλιον] πόλις καὶ αὐτὴ Κύπρου. Schol. Apud Vergilium, Aen. I, 693, Venus Ascanium tollit in altos *Idaliae* lucos. Cf. Aen. I, 681. X, 52. Ovid. Art. am. III, 106. Latine hoc reddidit Catull. LXIV, 96: *quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum.* Hic versus Catulli (cf. Gebauer. 1861 p. 140), ubi voc. *Idalium* eandem atque in Graeco versu sedem habet, et comparatio idyllii VIII, 15 (ubi vocabulum χαλεπὸς eandem ultimae syllabae productionem habet) atque idyllii VII, 60 (ubi aoristus perinde atque Arist. Ran. 229 — ἔστερξαν — coll. Cic. pro Flacco XI, 25 — *adamavi* — ponitur) docent temere et Cobetium, *Mnem.* X p. 356, hic scribere voluisse πεφίληκας, et Bergkium, *Mus. Rhen.* VI (1838) p. 35, Ἰδαλίαν.

101. Ἐρύκαν] Hinc, ut videtur, Calpurn. IX, 57: *quae iuga celsa tenes Erycis.* In *Eryce,* monte Siciliae, nobilissimum fuit fanum Veneris ,,*Erycinae*''. Cf. Liv. XXII, 9, 10. XXIII, 30, 13. Cic. II. Verr. II, 8, 22. Hor. Od. I, 2, 33 al. — Stat. Silv. I, 2, 160 non secus alma Venus, quam si Paphon aequore ab alto *Idaliasque* domos *Erycinaque* templa subiret. E codd. k. h. Cant. cum Hartungio et Ahr. I. Ἐρύκαν, exemplis Ahrensii, *emend.* p. 9, et Lobeckii, *paral.* p. 145 sqq., abunde munitum, revocavi pro Ἔρυκα (quod codd. plerique — Ahr. p. 114 — dant atque edd. prr. Mein. Pal. al.). Ita Graeci nostri ἡ θυγατέρα, ἡ φλέβα, ἁ λαμπάδα (λαμπαδούλα), similia a tertiae declinationis nominibus duxerunt. Forma femin. αἰπεινάν comparet in codd. tantum non omnibus et in edd. prr. — Ahr. II. quidem e coni. scripsit αἰπεινόν τ' Ἔρυκ' ἂν Χρυσῶ π. Ἀφρ. Sed recte se habet χρύσῳ (χρυσῶ cod. p.ᵃ et edd. prr. Call. Lov.), quod inde a Steph. editum est. Cf. Wernsdorf. poet. Lat. min. IV, 1 p. 302: *pretioso stamine ludis.* (Warton. vestibus templisque pretiosis gaudentem explicat: cf. Ameis. Iahn. *ann.* XLV p. 223.) Damnandae etiam reliquae coniecturae Bergkii (quam Hartung. recepit) χρυσῶπις δῖ' Ἀφρ., Meinekii p. 307 χρυσῷ χαίροισ' Ἀφρ., Fr. Iacobsii χρυσῷ στάζοισ' Ἀφρ. ceterae, quas Aug. Iacobs. p. 125 enumerat.

102. ἀεν. Ἀχ.] Cf. adn. id. II, 46.

μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαὶ πόδας ἄγαγον Ὧραι,
βάρδισται μακάρων Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναὶ
ἔρχονται πάντεσσι βροτοῖς αἰεί τι φορεῦσαι.
Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς,
ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν,
ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός·
τὶν δὲ χαριζομένα, πολυώνυμε καὶ πολύναε,
ἁ Βερενικεία θυγάτηρ Ἑλένῃ εἰκυῖα
Ἀρσινόα πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.
πὰρ μὲν ὀπώρα κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρονται,

103. μ. δυωδ.] Vide arg. p. 32. — μαλακαὶ π.] quarum vestigiis molliter ac leniter impressis, verno praesertim tempore (schol. p. 401, 10), copia haeret et laetitia. Iliad. XXI, 450 πολυγηθέες Ὧραι, Hymn. in Apoll. 194 εὔφρονες Ὧραι vocantur: Alcaeus autem apud Athen. X p. 430, D haec cecinit: ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπάιον ἐρχομένοιο: et χρόνου πόδα dixit Euripides Bacch. 889 (cf. Arist. Ran. 100 ibique Kock.). Vide etiam Hor. Od. I, 4, 13. Tibull. I, 10, 34. Equidem hoc, quod iam Is. Vossio, Sanctamando, Valckenario I. placuerat, μαλακαὶ πόδας cum Kiessl. Boiss. I. Ahr. I. II. e cod. k. edidi pro μαλακαίποδες (edd. prr. Mein. Pal. al.) vel μαλακάποδες (cod. D.) vel μαλακοὶ πόδες (cod. M.). Barbarum e poeta Graeco Hartungius fecit scribendo μαλακαὶ πόδες ἄγαγον Ὡρᾶν.

106. Κύπρι Δ.] Orph. Arg. 1331 Διωναίῃ Ἀφροδίτῃ. *Dione* hic quidem et id. XVII, 36 (cf. id. VII, 116) mater habetur Veneris sicuti Iliad. V, 370. Theocritum ab Horatio Od. II, 1, 39 (*Dionaeo sub antro*) effictum putat Arnold. *stud. Gr.* Hor. I p. 18. — ἀθανάταν] Cf. id. XVII, 46 sqq. — ἀπὸ] Cf. v. 117. id. XXII, 112. Pro θνατῶν, quod est in codd. D. L. Y. et edd. prr., θνατᾶς, quod habent codd. k. cet. (Ahr. p. 114), Brunck. restituit, v. 107 ἀνθρώπων reponens distinctionemque veram inferens (vide v. 107). Brunckium Mein. Ahr. al. sequuntur.

107. ἀνθρώπων] Cf. Pind. Pyth. III, 112: ἀνθρώπων φάτις. Ahr. I. II. quidem ὠνθρώπων e codd. k.[1] a. (ὠνθρώπων, codd. k.[2] edd. Med. Ald.) edidit pro ἀνθρώπων, quod habent codd. p. 6. cet. edd. Iunt. Call. Steph. Heins. Reisk. al., in quibus editionibus praeterea sic scripta et sic interpuncta leguntur verba: ἀπὸ θνατῶν ἀνθρώπων, ὡς μῦθος, ἐπ. Vide v. 106. — Valck. I. ἀπὸ θνατᾶς ἀνθρώπω e coniectura scripserat, in ed. II. ad Brunckianam rationem se applicavit. — Βερενίκαν] Ptolemaei I. uxorem, Ptolemaei Philadelphi Arsionoësque matrem. Cf. id. XVII, 34 sqq. XVII, 123 sqq.

108. ἀμβροσίαν] quae gustata hominem reddit immortalem. Pind. Ol. I, 62 sqq. Ovid. Met. XIV, 606.

110. ἁ Βερ. θ.] *Berenices filia.* Cf. Theocr. XXVIII, 9 XVIII, 5. XXII, 5. Eur. Iph. Aul. 1532 ὦ Τυνδαρεία παῖ, Κλυταιμνήστρα. Eur. Or. 1154. Callim. in Dian. 83. Pind. Ol. II, 12. Odyss. III, 190. Iliad. V, 108—109. II, 528. Verg. Aen. VII, 364. — Ἑλένῃ εἰκ.] De hiatu, qui videtur, vide adn. ad id. I, 41.

112. πὰρ μὲν ὀπ.] *apposita est* (παράκειται, Iliad. XXIV, 476) *maturarum frugum copia, quotquot „bacae arborum“*

πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
ἀργυρέοις, Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα.
εἴδατα δ' ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται,
ἄνθεα μίσγοισαι λευκῷ παντοῖα μαλεύρῳ,
ὅσσα τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ,
πάντ' αὐτῷ πετεεινὰ καὶ ἑρπετὰ τᾷδε πάρεστι.

(Cic. Cat. mai. II, 5) *nascuntur*. E coniectura mea Meinekiique p. 307 cum Hartungio scripsi id, quod etiam auctor scholii cod. k. p. 91 Ziegl. legisse videtur, *πὰρ μὲν ὀπώρα* (cf. Soph. Trach. 703. Plat. Legg. VIII p. 844, D). Nam codicum et edd. prr. cet. (Ahr. Mein. al.) lectio *πὰρ μέν οἱ ὥρια*, quum ubique quasi littera Aeolica praeditum *οἷ* dativum Theocritus usurpet (cf. adn. ad id. I, 18 p. 18), ferri non potest (vide Hermann. l. l. et *opusc.* V p. 107) erratque Wuestem. p. 237 tanquam dactylum verba *πὰρ μέν οἱ* cum Spohnio *spec.* III p. 15 et Fr. Iacobsio defendens. Sauppius, *epist. crit.* p. 112, corrigendum iudicavit *πὰρ μέν θ' ὥρια*, id quod Ameis. recepit, Hermannus l. l. *πὰρ μέν οἱ τόσα*. Eidem Hermanno *de arte poes. buc.* p. 10 excidisse versus ante v. 112 visus est pariter atque v. 112 incipiens: *πὰρ μὲν.. πὰρ δέ οἱ ὥρια κτλ.* Pal. quoque *πὰρ δέ οἱ* commendavit. — *δρυὸς ἄκρα*] *fructus arborum: ἀκρόδρυα* explicat auctor schol. cod. k. Eustath. ad Iliad. VI, 88 p. 481, 7 *παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ δρυὸς ἄκρα ἤτοι ἀκρόδρυα.* Posterius Athen. III, 81, A (p. 147 tom. I. Mein.), Geopon. X, 66. X, 78. Anth. Pal. IX, 377, 6 al. eo, quo hic sumimus significatu, legitur. — *φέρονται*] Nihil habet difficultatis passiva forma verbi *φέρειν*, id quod dictum active est Odyss. IV, 229 al. De numero plurali vide adn. ad id. IX, 17 p. 310. — Mein. p. 308 coni. *λέγονται*.

113. *ἁπαλοί*] Cf. adn. ad id. V, 55. Odyss. V, 72 et IX, 132—133: *λειμῶνες μαλακοί.* — *κῆποι*] *horti Adonidis*, h. e. *herbae et flores tenerrimi*, de quibus *arg.* p. 32 dictum est. — *πεφυλ.*] *diligenter servati et accurate culti.* Nullam hoc verbum suspicionem habet, pro quo ponere Cobet., *Mnem.* X p. 356, *πεφυτευμένοι* voluit.

114. *Συρ.*] Cf. interpp. ad Hor. Od. II, 7, 8. — *ἀλάβαστρα*] *alabastra* (Martial. XI, 8, 9) vel *alabastri* (Cic. apud Non. p. 545, 15), h. e. vasa unguentaria ansis carentia, de quibus videatur O. Iahn. libri adn. ad id. I, 27 laudati p. CXV. n. 669 coll. eiusdem libri tab. II. figura 70.

116. *ἄνθεα*] *suci florum* variorum. Cf. adn. ad id. II, 59 p. 90 et id. VII, 81. — *μαλεύρῳ*] h. e. *ἀλεύρῳ* (Etym. M. p. 373, 41. Phot.), *farinae.* Pro inepto *παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ* (codd. excepto cod. *Vat.* apud Ahr. et edd. prr. cet. Ahr. I. Mein. I. II.) scribendum esse *παντοῖα μαλεύρῳ* vidit Bergkius, cuius emendationem Ahr. II. Mein. III. Pal. Hartung. receperunt.

117. *ὅσσα κτλ.*] *liba* significantur vel *bellaria.* — *ἐν.. ἐλ.*] „*ex oleo fricta*“ (Plin. H. N. XXIX, 3, 44). *Ὑγρὸν ἔλαιον* Odyss. VII, 107 al. legimus. — Ahr. I. e coni. Reiskii *ἐνύγρῳ ἐλαίῳ* scripserat, sed in ed. II. ad librorum omnium lectionem regressus est, id quod dico propter *Assmus. quaest. buc.* I. p. 7.

118. *πετ. κτλ.*] Avium et quadrupedum simulacra illae placentae referunt.

χλωραὶ δὲ σκιάδες — — — — — — — —
— — — — — — μαλακῷ βρίθοντες ἀνήθῳ
δέδμανθ'· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερπωτῶνται Ἔρωτες,
οἷοι ἀηδονιδῆες ἀεξομενᾶν ἐπὶ δένδρων
πωτῶνται πτερύγων πειρώμενοι ὄζον ἀπ' ὄζω.
ὦ ἔβενος, ὢ χρυσός, ὢ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
αἰετοὶ οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντες,

119. *σκιάδες*] *trichilae*. Vide Athen. IV, 141, F et arg. p. 32. Post hoc verbum mea quidem sententia excidit hemistichium proximique versus initium, et masculini generis participium *βρίθοντες* (de quo verbo vide adn. ad id. I, 46 p. 28) ad nomen, quod in perditis illis scriptum erat, pertinet. Indicio sunt glossae codicum r. E. N., *εἶδος βοτάνης*, quae ad voc. *σκιάδες* (Ahr. schol. p. 403) referri non possunt. Legitur autem masculinum participium *βρίθοντες* in codd. optimis k. cet. (Ahr. p. 115), unde a Ziegiero, Ameisio, Mein. III. Ahr. Hartung. Pal. revocatum est in locum feminini *βρίθουσαι*, quod est in cod. D. et edd. prr. Valck. al. (*βρίθοισαι* Brunck. Mein. I. II. al.). At *βρίθοντες* mascul. coniungi cum voc. *σκιάδες*, ne dicam plura, vetat additum femin. *χλωραί*. Alioquin ob vitium vapularet Theocritus, neutiquam excusatus satis a Bernhardyo ad Dion. II p. 504. Matth. gr. Gr. § 436, 2 — Bernh. synt. p. 429 — Hermann. ad Aesch. Ag. 540.

120. *δέ τε*] Vide adn. ad id. I, 74 p. 41 (Ahr. *οἱ δ' ἔτι* cum codd. 23. L.). — *Ἔρωτες*] Pluraliter et hic et id. VII, 117. 96 Theocritus loquitur, recentioris aetatis (Bion. I, 2. I, 80 sqq. Mosch. III, 66) secutus mythologiam. Cf. Preller. *myth.* I p. 240.

121. *οἷοι ἀηδ.*] Ramis interposita erant Amorum simulacra, quae quasi novellis alis volitare (*πειρώμενοι πτερύγων ἀεξομενᾶν*) videbantur. Pal. Hic versus exemplum et ortum ei dedit descriptioni, quae est Long. Past. II, 6 p. 39 Sch.: *ταῦτ' εἰπὼν ἀνήλατο (ὁ Ἔρως) καθάπερ ἀηδόνος νεοττὸς ἐπὶ τὰς μυρρίνας, καὶ κλάδον ἀμείβων ἐκ κλάδου* (cf. v. 122) *διὰ τῶν φύλλων ἀνεῖρπεν εἰς ἄκρον.* — Cum Pal. propter codicis k. sane falsam lectionem *ἀεξαμένων* recepi coniecturam Ahr. II. *ἀεξομενᾶν* pro *ἀεξομένων* (codd. a. p. cet. Mein. II. III. al.) vel *ἐφεζόμενοι* (edd. prr. Mein. I. al. et marg. cod. 11 = Vat. C. Ziegler. — *ἀεζόμενοι* cod. L., *ἀεζομένων* cod. 23. —). Boiss. I. II. cum Spohnio e coni. *ἀεζόμενοι*. — Ahr. II. e coni. *δένδρει* (Mein. p. 484 *δενδρέων* mavult vel *δενδρέῳ*).

122. *ὄζ. ἀπ' ὄζ.*] Auctor Anth. Pal. IX, 209: *τίπτε μετοκλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου;*

123. *ὦ ἔβ.*] De vocabuli *ἔβενος* syllaba ultima vi arseos secundae producta vide adn. ad v. 90, de repetita et tertio loco correpta *ὦ* interiectione adn. ad id. I, 115 p. 54.

123—124. *ἐκ λ. ἐλ.*] *o aquilae ex candido ebore factae* —. Ita recte Ameis. Incredibiliter Mein. p. 485 verba *ἐκ λ. ἐλ.* refert ad voc. *οἰνοχόον*. De praepositione *ἐκ* vide adn. ad id. I, 129 p. 59.

124. *αἰετοὶ*] Rem proecd. p. 168 expedivimus. Numerum pluralem tutantur codd. k. cet. apud Ahr. p. 115, qui eum recepit pro *αἰετὼ* (edd. prr. Mein. I. al. — Mein. II. III. e coni. Eld. *αἰετῶ.. φέροντος* —). Vide etiam Ameis. p. XVI., qui idem *αἰετοὶ* posuit.

πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω!
— — — — — — — — — —
ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν κάτα βόσκων·
„ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἁμά“.
τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.
ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός·
οὐ κεντεῖ τὸ φίλημ', ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυρρά.
νῦν μὰν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα·
ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω

125. μ. ὕπνω] Cf. id. V, 51. Fere ex sententia Spohnii *spec.* III p. 20 et Bernhard. *synt.* Gr. p. 332 Wuestem. Pal. al. sic ediderunt: — φέροντες, πορφύρεοι δὲ τ. ἄνω („μαλακώτεροι ὕπνω“ ἁ Μιλ. — καταβόσκων).

126. ἁ Μίλ.] Ante hunc versum unus certe versus, quo lectus Veneri destinatus describebatur, excidisse mihi videtur. Ille fortasse ad similitudinem versus 127 factus cum versus 126 initio erat coniunctus. Potuit enim hoc scribi: „ἔστρωται κλίνα τᾷ Κύπριδι τᾷ καλᾷ ἁμά“ ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ κτλ. Cfr. Graef. *epist. cr.* p. 69 et Lobeck. l. l. p. 368, qui post v. 124 lacunam esse statuerunt. — *Mileti* (id. XXVIII, 21) purpurae ob lanae etiam praestantiam erant pretiosissimae. Cf. Verg. Georg. IV, 334. Martial. VIII, 28, 10 nec *Miletus* erat vellere digna tuo. De lanis *Samiis* vide Athen. XII p. 540, D. Versum totum auctore Ameisio ad Meinekii ed. III. conformationem consentientibus codicibus optimis edidi (κάτα βόσκων legit auctor schol. cod. k.). Ahr. e coni. ἁ Μιλατὶς — καταβόσκων (καταβόσκων etiam Mein. I. II. Pal. vulg.), Hartung. horribiliter ἇς (sic!) Μίλ. ἐρᾷ — κατακοσμῶν.

127. ἔστρ.] Vide arg. p. 32. — ἁμά] „*noster est lectus Adonidi stratus*, lecti stragula ex optima lana Samia facta sunt“. Ita explico verba cum Ahr. ed. min. 1856 p. VI, cuius sagacitate ineptum ἄλλα edd. prr. Mein. cet. (ἀλλὰ cod. K.) in ἁμά (cf. id. V, 108) mutatum est. Contra Wordsworthium, ἔστρωται δὲ κλίνα Ἀδώνιδι scriptum fuisse suspicantem, Hermannus *annal: Vind.* 1848 p. 220 disputavit. Scilicet in edd. Med. Ald. et in codd. D. Burn. Canon. Cant. ἔστρωται δὲ exaratum et teste Wordsworthio in codice Burn. additum est γρ. τῇδε δ' αὖ ἄλλα.

128. ὁ ῥοδ.] Vide adn. ad id. XI, 10 p. 347. Ahr. II., qui τὰν μὰν propter cod. k.[2] [ubi μὲν teste Zieglero], ὁ ῥοδόπαχυς ὁ γαμβρός scriptum fuisse iudicat.

129. ὀκτ. κτλ.] *decem et octo vel decem et novem annorum est sponsus*, h. e. Adonis. Ita recte Vins. Cf. Theocr. XXVI, 29. Odyss. III, 306 — 307. Odyss. IX, 82—83. Iliad. XXII, 349, e quorum collatione locorum non esse necessariam Hartungii mutationem (ὀκτωκαίδεκ' ἐτῶν) manifestum est. — Ahr. II. versum totum ἀθετεῖ.

130. οὐ κεντεῖ] Tibull. I, 8, 31 carior est auro iuvenis, cui laevia fulgent ora nec *amplexus aspera barba terit.* — πυρρά] propter lanuginem. Cf. id. VI, 3. Repudianda Mein. III. coniectura πυρραί.

131. νῦν μὰν] Cf. id. XI, 60. XXVIII, 19. — ἄνδρα] Adonidem. Cf. Bion. I, 29. Theocr. II, 3. Bion. I, 24 Ἀσσύριον βοόωσα πόσιν. — Mein. al. νῦν μὲν pro νῦν μὰν cum libris deterioribus (Ahr. p. 116).

132. ἀῶθεν] *cras* (Odyss. XV, 308.

οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' αἰόνι πτύοντα,
λύσασαι δὲ κόμαν καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι
στήθεσι φαινομένοις λιγυρᾶς ἀρξεύμεθ' ἀοιδᾶς.
ἕρπεις ὦ φίλ' Ἄδωνι καὶ ἐνθάδε κεἰς Ἀχέροντα
ἡμιθέων, ὡς φαντί, μονώτατος. οὔτ' Ἀγαμέμνων
τοῦτ' ἔπαθ', οὔτ' Αἴας ὁ μέγας βαρυμάνιος ἥρως,
οὔθ' Ἕκτωρ Ἑκάβας ὁ γεραίτερος εἴκατι παίδων,
οὐ Πατροκλῆς, οὐ Πύρρος ἀπὸ Τροίας ἐπανελθών,
οὔθ' οἱ ἔτι πρότερον Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,
οὐ Πελοπηιάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγῶ.

I, 372). — *νιν*] simulacrum Adonidis. Vide arg. p. 32.

135. *λιγυρ.* — *ἀοιδ.*] lugubre tum carmen cantabimus (vide arg. p. 32). Neque vero versus proximi, 136—144, pro illo carmine habendi sunt, quae est opinio Ahr. II. al. — Futurum *ἀρξεύμεθ'*, coniecturam Boissonadii I p. 257 et Kiesslingii p. 440, pro coniunctivo *ἀρξώμεθ'* (Ahr. Mein. I. II. al.) cum Mein. III. Pal. recepi.

136. *ἐνθάδε*] Arist. Ran. 82 de Sophocle mortuo: *ὁ δ' εὔκολος μὲν ἐνθάδ', εὔκολος δ' ἐκεῖ.* Ceterum vide arg. p. 32.

137. *ὡς φ.*] Cf. id. VIII, 2. — *μονώτατος*] Hunc superlativum, non sane Homericum, habes e. gr. Arist. Plut. 182.

139. *γεραίτερος*] *honoratior ceterisque auctoritate praestantior* (cf. id. XXV, 48). Haec vis est comparativi, quem pro superlativo („*honoratissimus*" Kiessl. al.) cave credas positum. Eodem modo explana id. III, 47, ubi verbis *τὸ πλέον λύσσας* proprie *maior quam quis existimet furor* significatur. Cf. id. XV, 145. XVII, 4.

140. *Πύρρος*] Neoptolemus, Achillei filius. Cf. e. gr. Nonn. Dion. XLIII, 367. — *ἐπανελθών*] scil. *οἴκαδε*, ut plene dicitur Plat. Leg. XI p. 925, C. Nihilo secius Ahr. II. e coni. *πάλιν ἐνθών.*

141. *Δευκαλ.*] *Deucalionis posteri,* Hellen (Thuc. I, 3) et Amphictyo (Herod. VII, 200). De hac forma patron. plane singulari cfr. Angermann. *de patron. Gr.* (Lips. 1868) p. 57. Lobeck. *parall.* p. 303. Non apte Kiessl. *Δευκαλίωνες* homines Deucalionis similes interpretatur. Mein. *πρότεροι* cum codd. p. cet. (Ahr. p. 117).

142. *Πελ.* — *Πελασγῶ*] Edidi hunc versum ex emendatione Ahrensii (Philol. VII p. 410), qui *Πελασγῶ* ed. I. II. scripsit pro *Πελασγοί* (codd. edd. prr. Mein. I. al.). Legitur *Πελασγὸν Ἄργος* Eur. Or. 1296. Artem *Pelasgam* Verg. Aen. II, 152, urbes *Pelasgas* Ovid. Met. VII, 49, classem *Pelasgam* Met. XIII, 268 dixerunt. Hermannus, *opusc.* V p. 108, scribere voluit *Πελοπηιαδᾶν* — *Πελασγοί*, idque Mein. II. III. Ziegl. Ameis. Pal. receperunt. — *τε καί*] Cf. adn. ad id. II, 77 p. 96. Neque enim propter codd. a. 6. Y., ubi *τε* omissum est, cum Mein. p. 309 *καὶ τὤργεος* scribendum. — *ἄκρα*] „*summa*" (Ovid. Amor. I, 9, 37) *Argivorum*, *Ἄργεος οἱ πρῶτοι, οἱ ἐξοχώτατοι* (schol. cod. M.). Cf. id. XII, 31. Eurip. Suppl. 118 *ἀπώλεσ' ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους.* De genere neutro *ἄκρα* compara Herod. VI, 100 ibique Abicht. (*τῶν Ἐρετριέων πρῶτα Αἰσχίνης*), adn. ad id. II, 124 p. 105. II, 158 p. 114. XIV, 47 p. 27.

ἵλαθι νῦν φίλ' Ἄδωνι καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις.
καὶ νῦν ἦνθες Ἄδωνι, καὶ ὅκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἥξεῖς.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον! ἁ θήλεια
ὀλβία ὅσσα ἴσατι, πανολβία ὡς γλυκὺ φωνεῖ.

143. ἵλαθι] Homerus (Odyss. III, 380. XVI, 184) dixit ἵληθι, poetae aetatis posterioris etiam ἵλαθι: cf. Apoll. Rhod. IV, 1014. IV, 1600. — εἰς νέωτ'] εἰς νέον ἔτος, εἰς ὥρας (v. 74). Schol. cod. Genev. Attici quoque (nam poesis epica prisca non usurpavit Aeolicum hoc vocabulum) paene constanter dicunt εἰς νέωτα. Cf. e. gr. Xen. Cyrop. VIII, 6, 15. — εὐθυμήσαις] Similiter exitus versuum spond. formae optativi efficiunt Iliad. XXI, 462. X, 78. Odyss. XXII, 78. Arat. Dios. 412.

144. καὶ νῦν ἦνθες] scil. φίλος. Vide adn. ad id. VIII, 45 p. 277.

145—146. τὸ χρ. κτλ.] *haec mulier* (τὸ χρῆμα, cf. adn. ad v. 83) *sapientior est* nobis omnibus (vel exspectatione mea): *haec femina felix est ob hanc tantarum rerum scientiam.* De vi articuli vide adn. ad id. I, 1—2, de voc. θήλεια adn. id. XVII, 35. Dedi scripturam codd. et edd. prr. cet., quae tamen distinctione vocabulorum et interpretatione differunt. Plane ut nos interpungunt Valck. Gaisf. Did. Mein. I. II. Duc. Sed χρῆμα Duc. al. *cantum* interpretantur, Wuestem. vocabulum ἁ θήλεια vocabuli χρῆμα appositionem dicit. In ed. Iunt. sic interpungitur: *Πραξινόα, τὸ χρ. σ. ἁ θήλεια ὀλβία. ὅσσα ἴσατι. πανολβία —.* Iuntinam sequitur Brunck. (*coli* quidem signis ante verba ὅσσα ἴσατι et post ea posito). In edd. Med. Ald. sic interpungitur: *Πραξινόα, τὸ χρ. σ. ἁ θήλεια* (hic punctum est ut in cod. k.). Hanc rationem sequuntur Toup. *app. not.* p. 31, Wuestem. Ziegler. Ameis. (hic quidem vertens „res doctior *viro* est femina") Ahr. I. al. Idem fecit Wintert., sed virgula post θήλεια posita („sapientissima res est mulier"). Edd. Call. Camer. Bas. I. Steph. Crisp. Heins. al. sic interpungunt: *Πραξινόα, τὸ χρ. σοφώτερον, ἁ θήλεια ὀλβία* (hic quidem punctum vel signum coli). Ed. Lov. sic interpungit: *Πραξινόα. τὸ χρ. σ. ἁ θήλεια, ὀλβία, ὅσσα ἴσατι, π.* Ahr. II. e coniectura Aderti, *Théocr.* p. 22, scripsit *Πραξινόα, τὶ χρ. σ. ἁ θήλεια.* Mein. III. item e coniectura *Πραξινόα, τί χρ. σ. ἦ θήλεια;* Hartung. *Πραξινόα, 'στὶ χρ. σοφώτατον ἁ θήλεια.* Pal. p. 86 coni. τό γε χρῆμα. — Spohn. *spec.* III^r p. 23 haec voluit: *Πραξινόα, τί χρῆμα σοφώτερον; ἁ θ. ὀλβία! ὅσσα ἴσατι! ΠΡΑΞ. πανολβία! ὡς γλ. φωνεῖ!* De versus exitu spond. cf. adn. ad id. I, 65 p. 38.

146. ὅσσα] Potuit etiam dici ὅτι τόσσα. Cf. id. II, 9 Odyss. IV, 75. Iliad. V, 758 al. — πανολβία] Repetitur hic post caesuram (cf. adn. ad id. I, 12 p. 17) nomen compositum, quod a nomine in *principio* versus posito ducitur, quemadmodum Bion dixit, I, 29: ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος. Similiter id. IV, 42 verba ἐλπίδες — ἀνέλπιστοι sibi respondent. Vide Gebauer. 1861 p. 41 Hesiod. ἔργ. 355 (δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν) comparantem. — γλυκὺ φωνεῖ] Ita Ahr. II. (γλυκυφωνῆ Brunck.) cum codd. a. p.[4] Valck. Mein. I. Wuestem. Wordsw. al. (γλυκύφωνος codd. D. Cant. edd. Med. Ald. Call. Lov.). Plus apud me (Mein. II. III. Ameis.

ὥρα ὅμως κεἰς οἶκον. ἀνάριστος Διοκλείδας.
χὠνὴρ ὄξος ἅπαν, πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτένθῃς.
χαῖρε Ἄδων ἀγαπητέ· καὶ ἐς χαίροντας ἀφίκευ.

Ziegl. al.) et ratio ipsa pollet et auctoritas codd. k. cet. (Ahr. p. 117) atque ed. Iunt. Cf. id. XVI, 44.

147. *ὥρα*] omisso verbo ut e. gr. in fine sermonis Plat. Prot. p. 362, A: *νῦν δ' ὥρα ἤδη ἐπ' ἄλλο τι τρέπεσθαι.* — *εἰς οἶκον*] Cf. adn. ad v. 60. Kock. ad Arist. Ran. 1279: *ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι.* — *Διοκλ.*] Cf. v. 18.

148. *ὄξος*] Plaut. Truc. II, 2, 60 si hic homo sinapi victitet, non censeam tam tristem esse posse. — *ἅπαν*] Cf. id. III, 18. Soph. Phil. 927 *ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα.* Plaut. Truc. II, 2, 14 rus *merum* hoc quidem est.

148. *χαῖρε Ἀδ.*] De hiatu vide id. XVII, 135. De forma *Ἄδων* a Ziegl. Ameis. Mein. III. Pal. Ahr. I. pro *Ἄδων'* (edd. Med. Ald. Call. Lov. Mein. I. II. al. — *ἄδων'* ed. Iunt. —) posita cfr., quae Mein. II p. 180 laudavit exempla, Noss. in Anth. Pal. VI, 275, 4 (*καλὸν Ἄδωνα*), Hesych. (*Ἄδωνα, τὸν Ἄδωνιν*), Athen. XIV p. 624, B (*οἷός ἐστιν ὁ παρ' Ἀλκμᾶνι Σάμβας καὶ Ἄδων*). De formis similibus (*κίνδυν, κίνδυνος*) vide Theod. Ameis. *de Aeolism. Hom.* p. 45. — Ahr. II. *χαῖρ' ὦ Ἄδων* edidit. — *καὶ ἐς χ. ἀφ.*] *tu quoque adventu tuo gaudia nobis attulisti.* Hanc esse verborum sententiam vidit Ahr. *emend.* p. 19, qui *ἀφίκευ* (Ziegl. Ameis. Ahr. I. II. Mein. III. Pal. Hart.) restituit e codd. p.[4] cet. pro *ἀφικνεῦ* (edd. prr. Call. Lov. Mein. I. II. al.), quod sane similitudinem habet cum Verg. Aen. VIII, 302: et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.

XVI.

ARGUMENTUM.

Gratiam quidquid in vita suave sit parare mortalibus dicit Pindarus (Ol. I, 30), idemque alio loco (Pyth. IX, 3) *Gratiarum* auxilium implorat ad amabile carmen condendum: nam hortos *Gratiarum* coli a poetis (Ol. IX, 27). Idem sensit Theocritus v. 108 idyllii XVI. nihil sine *Gratiis* gratum hominibus evenire contendens. Cum his deabus, quibus se deditum profitetur, quum alibi (ubi terrarum, incompertum) frustra rerum suarum praesidium quaesivisset et perfugium (v. 9 sqq.), primo conquestus de turpi plurimorum hominum avaritia (v. 14 sqq.) animoque a cultu Musarum alieno (v. 20) offert se *Hieroni* II., Hieroclis filio, regi Syracusanorum, ut ab hoc in fidem et necessitudinem recipiatur (v. 68). Cadunt autem omnia, quae in hoc carmine legimus, in annum a. Chr. n. 265. (cfr. Hauler. *vit. Theocr.* p. 29). Late tunc vastata ac vexata Sicilia a Poenis Mamertinisque (v. 85 sqq. coll. Polyb. I, 8) spes omnis insulae posita erat in virtute Hieronis, qui Messanam, quam Poeni tenebant, oppugnaturus erat (cf. adn. ad v. 76) animosque Syracusiis refecerat (v. 78 sqq.). Huic viro, cuius propediem vim Poeni experturi sint (v. 76), quem Siciliam ab omni parte firmaturum (v. 88), pacemque et ruris tranquillitatem pristinam revocaturum esse (v. 90 sqq.) vaticinatur, quum nulla re alia nisi poetarum ore egregia facinora immortalitati consecrentur (v. 40 sqq. v. 58 sqq.), Theocritus praeco esse cupit laudum bellicarum ad astra ferendarum (v. 98): ad huius ita adspirat favorem, ut antea Hiero I. earundem rex Syracusarum amplexus favore est *Simonidem Ceum* (cfr. Xenoph. Hier. 1 sqq. Cic. de Nat. D. I, 22. Athen. XIV p. 656, D. al.), cuius aliquoties in hoc carmine (v. 10. 19. 34. 36) tecte fit mentio, qui *Ceus* poeta nominatim v. 44 dicitur et cuius carminibus adhuc eorum vivit memoria virorum nobilium, qui v. 34 sqq. commemorantur.

Nam quod v. 19 dicitur, θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς, id in mentem revocat narrationem M. Tullii, qui (de Or. II, 86) Tyndaridarum numine servatum esse scribit *Simonidem Ceum*, quum coenaret *Crannone* in Thessalia (cf. v. 38) apud *Scopam* (cf. v. 36), fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent. Tum enim nimis eum sordide *Simonidi* dixisse, se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque lau-

dasset, peteret, si ei videretur. Paullo post esse nuntiatum Simonidi ut prodiret, iuvenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magno opere evocarent: surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur *Scopas*, concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse: *Simonidem* fuisse incolumem. Strophas quasdam carminis *Simonidei* in *Scopam* scripti apud Platonem Protag. p. 339, A sqq. legimus. Itaque sperat Theocritus se ab Hierone II. ad exemplum Hieronis I., qui insigni Musarum ac poetarum favore nobilitatus est (Pind. Ol. I, 16 al.), hospitaliter atque amice exceptum iri modesteque*) huic sese offert suasque Gratias (v. 106). Recte igitur huic carmini inscriptum est *Χάριτες ἢ Ἱέρων* (schol. Ahr. p. 407, 1 coll. *arg. Gr.* et Ahr. p. 118. atque Hermog. *περὶ ἰδ.* II, 9 p. 355 Walz.).

Ex hoc quoque idyllio quaedam in Romanorum poetarum carmina manavisse videntur, alia miram certe habent cum Graecis similitudinem. De Horatio vide v. 24. 42. 43. 44. 46. 59. 63. 65. 87: de Catullo v. 43: de Vergilio v. 41. 79: de Tibullo v. 42. 96: de Ovidio v. 48—49. 99: de Nonno v. 96: de Antiphilo v. 94.

Praeter eum libellum Alb. Bayeri, de quo arg. id. XV. p. 33 diximus, huiusque *adnott. perp. in id. XVI.* (Erlang. 1790) hic sunt commemorandae *φροντίδες* Fr. Passovii, qui scripsit de hoc idyllio in Seebodii *bibl. crit.* I (1821) p. 86 sqq. Cf. eiusdem *opuscc.* (*vermischte Schriften.* Lips. 1843) p. 133 sqq. Multa etiam debemus O. Kreusslero, *obss. in Theocr. part. II.* Misn. 1865 p. 1 sqq.

Peculiares sunt huius idyllii hae editiones. *Theocriti — Charites sive Hieron: Εἰδύλλιον decimum sextum, Quod in usum scholae Elect. Saxon. Misnensis separatim evulgavit* Io. Bechmannus. Fribergae 1625, 4. *XVI. Theocriti idyllion suethice redditum, quod consensu facult. phil. Upsal. prop.* Io. Paul. Em. Tellbom. Upsal. 1822, 4. Ibi Graeca quoque leguntur, quae exstant etiam p. 60 sqq. libri, cuius hic titulus est: *Epigrammata Graeca veterum elegantissima eademque Latine ab utriusque linguae viris doctissimis versa — cet. per Ioannem Soterem* collecta. Colon. 1525, 8 min. et 1528, 8 min. Ibidem p. 64 sqq. habetur interpretatio Latina Iacobi Mycilli elegantissimis versibus hex. concepta. Teutonice hoc carmen reddidit Car. Phil. Conz. in hoc l.: *Analekten,* Lips. 1793 p. 129. Io. Henr. Vossii interpretatio exstat etiam in l. *Horen*, VI (1796), Finkensteinii interpretatio in l. *Berliner Monatsschrift* I (1794). Gallice expressum dicitur in hoc l.: *Charites. Idylle de Théocrite, traduite en vers par* Claude Turrin, Toulouse 1561, 4. De Suethica interpretatione Tellbomii supra memoravimus. Is vs. 88 sqq. sic vertit.

Må af förra bebyggare se'n å nyo befolkas
Ståderna, hvilka i grund fiendtliga hånder förhårjat;
Må de odla de blomstrande fålt; otaliga hopar
Får, hvar och en till tusend, af våxterna nårda till fettma,
Bråka fåltet omkring, och till stallet oxarne hjordvis
Vanka manande på den i skymningen tågande vandrarn;

*) Nec credibilia sunt nec digna *Gratiis* Theocriteis, quae de huius carminis consilio Ahrens., *emendd.* p. 20—21, scripsit, deas „mendicas" *Χάριτας* finxisse Theocritum velleque eum ita res gestas Hieronis celebrare, *si dignum praemium accipiat.*

Må ploglanden redas till sådd, når den surrande hoppan,
Vaktande middagstid sig för herdarna, sjunger i trådens
Grenar, och spindlarne upp de skira våfvarna spånna
Till sitt vårn; må ej krig ens vidare kånnas till namnet!

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον γέγραπται εἰς Ἱέρωνα τὸν Ἱεροκλέους, τὸν ἔσχατον Σικελίας τύραννον. κατέσχε δὲ τὴν ἀρχὴν στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ φθείρας τὰς [τῶν πολεμίων] δυνάμεις, ὥστε τύραννον αὐτὸν ἀγορευθῆναι (μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξεν Ἱέρων ὁ Γέλωνος). μηδὲν οὖν εἰληφὼς παρὰ τοῦ Ἱέρωνος ὁ Θεόκριτος διὰ τοῦτο τὸ εἰδύλλιον τοῦτο πεποίηκε καὶ Χάριτας αὐτὸ ἐπέγραψεν· ἐν ᾧ καὶ τὰ τοῦ Σιμωνίδου ἐμφαίνει κιβώτια. λέγουσι γὰρ αὐτὸν ἔχειν δύο κιβώτια, τὸ μὲν χαρίτων, τὸ δὲ τῶν διδόντων. ὅτε οὖν τις παρ᾽ αὐτὸν παρεγένετο χάριν αἰτούμενος, ἐκέλευε φέρειν τὰ κιβώτια· εὑρίσκετο οὖν τὸ μὲν τῶν χαρίτων κενόν, τὸ δὲ τῶν διδόντων πλῆρες· καὶ οὕτως ὁ τὴν δωρεὰν αἰτούμενος ἀνεκόπτετο.

Ιϛ.

ΧΑΡΙΤΕΣ Η ΙΕΡΩΝ.

Αἰεὶ τοῦτο Διὸς κούραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς,
ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.
Μοῦσαι μὲν θεαὶ ἐντί, θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι·
ἄμμες δὲ βροτοὶ οἵδε· βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμεν.
τίς τ᾽ ἆρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ᾽ Ἠῶ,

De inscriptione id. cf. arg. p. 62.

1. *Δ. κούραις*] Musis. Cf. v. 70. — *αἰὲν*] Cf. Odyss. III, 147. VIII, 306 *La Roche*. Theocr. II, 151. XV, 26. XV, 10. XXIV, 31. XXIV, 43.

2. *κλέα*] *laudes* (Verg. Ecl. IV, 26). Odyss. VIII, 73 *Μοῦσ᾽ ἄρ᾽ ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν*, ubi idem est versus exitus atque hic et Iliad. IX, 524. IX, 189. Cf. etiam adn. ad v. 29.

3—4. *θεοὺς θεαὶ*] Cum hac metaclisi, cui respondet v. 4 *βροτοὺς βροτοί*, cf. e. gr. Iliad. XVI, 111. Odyss. I, 313. Iliad. II, 821. Hesiod. scut. 6. Cic. II. Verr. 4, 50, 112 *deam deae detrahere conatus es?* Ibid. § 123 *deos deorum* spoliis ornare noluit. Vide etiam adn. ad id. VIII, 73 p. 290. — *ἀείδοντι*] De huius versusque proximi exitu cf. adn. ad id. VII, 41 p. 215.

4. *οἵδε*] qui *hic*, in terra, vivimus. Compara adn. ad id. I, 120 p. 56 et id. VI, 9. Odyss. I, 185 atque adn. ad id. XV, 136. Auctore Naekio, *opusc.* II p. 109, revocavi *οἵδε*, quod posuerunt etiam secuti editiones prr. et codd. a. cet. (Ahr. p. 118) Ahr. I. II. Pal. Mein. I. al., pro *οἱ δὲ* ad verba sequentia relato, ut est in codd. k. cet. edd. Mor. Mein. II. III. al. utque scribit Hermann., *opusc.* V p. 109. Nobiscum faciunt Henr. Voss. *not.* p. 41 et Cobet., *Mnem.* X p. 356, qui quidem *ἀμὶς* invitis codd. ponere voluit. — Mein. II. III. *ἀείδοντι* ut edd. prr. Lov. al. pro *ἀείδωμεν* (Call. Camer. Ahr. II. — *ἀείδωμες* codd. k. cet. —).

5. *τίς τ᾽ ἆρ*] Hoc, cui cf. Iliad. I, 8 (XVIII, 182 al. Bekk.) et adn. ad id. I, 66 atque id. XXII, 144. XXV, 45, e coni. pro *τίς γὰρ* (id. XXII, 68. Arist. Nub. 191. 200 al.) scripsi. Kreusslero II. p. 1,

ἡμετέρας Χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτους ἀποπέμψει;
αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασι,
πολλά με τωθάζοισαι ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον,
ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐν πυθμένι χηλοῦ
ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι;
ἔνθ' αὔη σφισὶν ἕδρη, ἐπὴν ἄπρηκτοι ἵκωνται.
τίς τῶν νῦν τοιόσδε, τίς εὖ εἰπόντα φιλήσει;
οὐκ οἶδ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργμασιν ὡς πάρος ἐσθλοῖς
αἰνεῖσθαι σπεύδοντι, νενίκηνται δ' ὑπὸ κερδέων.
πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων πόθεν οἴσεται ἀθρεῖ
ἄργυρον, οὐδέ κεν ἰὸν ἀποτρίψας τινὶ δοίη,

τίς δ' ἄρ, Tellbomio p. 1 app., Wartono, vol. II. p. 195, et Grevero, ed. Old. 1850 p. 120, τίς δ' ἄρα placuit, Kaysero, *ephem. doct. Mon.* 1850 nr. 56 (p. 454), complurium versuum aut unius certe versus lacuna esse visa est. — ὑπ' Ἠῶ] Cf. Iliad. V, 267, Ameis. ad Odyss. II, 181, adn. ad id. VII, 76.

6. Χάριτας] Vide arg. p. 63. — πετάσας] scil. τὴν θύραν, id quod Lucian. Tim. 28 additur. Reiicio nunc explicationem proecd. p. 170, ubi τὰς χεῖρας cum glossa cod. r. interpretatus sum.

9. ὅτ'] *quia* (non *quando*, Kiessl. et Am.). Cf. adn. ad id. XI, 54 p. 365.

10. πάλιν] Vide arg. p. 63. — κεν. — χηλ.] Spectant haec ad dictum Simonidis (cf. arg. p. 63), de quo Stob. Flor. X, 39: *Σιμωνίδης παρακαλοῦντός τινος ἐγκώμιον ποιῆσαι καὶ χάριν ἕξειν λέγοντος, ἀργύριον δὲ μὴ διδόντος, „δύο“ εἶπεν „ἔχω κιβωτούς, τὴν μὲν χαρίτων, τὴν δὲ ἀργυρίου.“* Pers. II, 51 *fundo* nummos suspirat *in imo*.

12. αὔη] Cf. adn. ad id. I, 51 p. 30. Cum Valck. II. (nam in Valck. ed. I. hoc idyllium non receptum est) Mein. I. al. scripsi αὔη, quod edd. prr. offerunt et cod. p.[4] (cod. a. αὔει) et quod in cod. Phill. ξηρά explicatur. — Ahr. I. II. Mein. II. III. Pal. al. ediderunt αἰεί (codd. k. cet. Ahr. p. 118). Idem ἕδρη e codd. k. cet. edd. prr. cum Ahr. I. Ziegler. Ameis. Hartung. reposui pro ἕδρα (Mein. Pal. al.) vel ἕδραι (Ahr. II. cum codd. 9. al.).

13. τοιόσδε] *qui amet bene dicentem.* Virgulam pro percontationis signo (Ahr. Mein. cet.) cum Kreusslero II p. 4 post hoc voc. posui. Cf. Soph. Oed. R. 1493 Schneidew. — τίς] De re metrica vide adn. ad id. I, 141 p. 65. — εὖ εἰπ.] Hoc ex loco Theocritum certe Odyss. I, 302. III, 200 εὖ εἴπῃ, non ἐὺ εἴπῃ, legisse colligitur. Cf. id. XVII, 7. XVII, 11. Iliad. X, 384. XI, 819. XVIII, 5 al.

16. ὑπὸ κόλπῳ] De casu dativo cf. id. VII, 99. XXV, 104. E coniectura κόλπῳ scripsi cum Ahr. I. II. Hartung. pro κόλπω (codd. k. cet. Ahr. p. 119. ed. Iunt. Mein. I. Pal. al.) vel κόλπου (cod. a. edd. Med. Ald. Mein. II. III. al.). — V. 16—17 pro οἴσεται ἄργυρον (Ahr. I. II. Pal. Hartung. codd. k. cet.) Mein. I. II. III. αὔξεται ἄργυρος (edd. Med. Ald. Lov. al.) retinuit.

17. ἄργυρον] Cum vocabuli collocatione cf. v. 65. v. 23, Odyss. IV, 81, id. XVII, 97, adn. ad id. I, 48 (ἥμενος).

ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται· „ἀπωτέρω εἰ γόνυ κνάμας·
αὐτῷ μοί τι γένοιτο· θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς.
τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι; ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος.
οὗτος ἀοιδῶν λῷστος, ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν.“
Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσός
κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις,
ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν·
πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
ἀνθρώπων, αἰεὶ δὲ θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν,
μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζῃ
μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὴν ἐθέλωντι νέεσθαι,
Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας,

18. εὐθὺς κτλ.] *sed statim,* ubi quis ab eo auxilium petivit, *dicit* ad Kalendas Graecas ablegans: „accipies, *si genu tibia remotior erit*, h. e. *nunquam*.“ Nam vulgatum erat proverbium *γόνυ κνήμης ἔγγιον* (Arist. Eth. Nic. IX, 8, 2, ubi vide quae p. 133 adnotavi) vel, ut Plautus dicit, Trin. V, 2, 30, *tunica propior pallio est.* E coniectura *εἰ* pro *ἢ* posui et pro *κνάμα* (Ahr. cum cod. P.) vel *κνήμα* (Mein. cum edd. Iunt. Call.) scripsi *κνάμας*, quod est in codd. k. cet. (Ahr. p. 119) vel *κνήμας* (edd. Med. Ald. Lov.) vel *κνήμης* (codd. s. cet.). Kreussler. *obss.* II p. 4—5 olim a quibusdam *ἀπωτέρω ἢ* (cf. id. IV, 58) *γόνυ κνάμας;* scriptum fuisse suspicatur.

19. θεοὶ] Vide arg. p. 62.

22. Δαιμόνιοι] Cf. id. XXII, 145.

24. ψυχᾷ] „*sibi et suo genio praestare*“ (Sen. Ep. 65), „*genio suo bona* facere“ (Plaut. Pers. II, 3, 11, coll. Hor. Od. III, 17, 14), „*animo suo volupe facere*“ (Plaut. Cas. IV, 2, 5). Cf. Eur. Cycl. 340. Aesch. Pers. 841—842. Hor. Od. IV, 7, 19 cuncta manus avidas fugient heredis, *amico quae dederis animo.* — ἀοιδῶν] Hoc, quod versu 29 maiori vi inculcatur, de industria iam hoc loco indicatur. Nam „per poetas spiritus et vita redit bonis post mortem ducibus“. Nullus hic locus coniecturis, id quod pridem Kiessl. Wuestem. intellexerunt, nuper Kreussler. *spec.* II p. 7 ostendit, cuius ego suasu coli signum pro virgula posui. — Bergkius in *actis soc Gr.* I p. 206 *δοῦν αἰδοίων* scribere voluit, Lobeck., *parall.* p. 549, *ἐτάων*, Pass. *αἰτέων* (*αἰτῶν*), Mein. p. 485 *ἑταίρων*, Wordsw. *ὀπαδῶν*, Fr. Iacobs. *ἀέθλων*, Herm., *opusc.* V p. 109, *ἀόζων* (id quod Hartung. recepit), sed idem in *annal. Vind.* 1848 p. 220 aptum verbum nondum inventum esse scribit. Ahr. II. e coniectura *ἀοίκων*, e codd. 23. M. *πού* pro *καί* edidit.

25. πολλοὺς δὲ] Cf. adn. ad id. I, 74 p. 41.

27. τραπ.] *ξενίην τράπεζαν* vocat Homerus, Odyss. XIV, 158. Cf. Pind. Ol. I, 16—17.

28. ἀποπ. κτλ.] Haec ex Odyss. XV, 67 sqq. videntur adumbrata.

29. Μουσ. — ὑποφ.] Cf. id. XVII, 115. XXII, 116. Iliad. XVI, 235. Hesiod. theog. 99 sq. *ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων ὑμνήσῃ.* Theogn. 769 *χρὴ Μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περισσὸν εἰδείη, σοφίης μὴ φθονερὸν τελέθειν.*

ὄφρα καὶ εἰν Ἀίδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς,
μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχροῦ Ἀχέροντος,
ὡσεί τις μακέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας
ἀχήν, ἐκ πατέρων πενίην ἀκτήμονα κλαίων.
πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
ἁρμαλιὴν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται·
πολλοὶ δὲ Σκοπάδῃσιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακούς
μόσχοι σὺν κεραῇσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι,
μυρία δ' ἂμ πεδίον Κραννώνιον ἐνδιάασκον
ἐμμενὲς ἔκκριτα μῆλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις·

30. *ὄφρα κτλ.*] Initium versus conspirat cum Odyss. XI, 211: *ὄφρα καὶ εἰν Ἀίδαο* (cf. id. II, 160) *φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε —*. Hinc non recte Hermannum, *opusc.* V, p. 110, *Ἀίδεω* coniectasse intelligitur.

33. *ἀχήν*] *πτωχὸς καὶ ἀκτήμων.* Gloss. cod. r. Cf. Hesych. *ἠχῆνες, πτωχοί.* Hoc vocabulum non est poeseos priscae epicae. Habet autem etiam hoc carmen haud pauca, quae non invenimus in Homericis, invenimus apud Atticos, v. 9 (*τωθάζω*), v. 26 (*ἐπιβώμια*), v. 32 (*τυλόω*), v. 35 (*ἔμμηνον*), v. 40 (*ἐκκενόω*), v. 56 (*περίσπλαγχνος*), v. 62 (*διαειδής*), v. 87 (*ἀριθμητός*), v. 90 (*ἀνάριθμος*), v. 79 (*λιέινος*), v. 93 (*σκνιφαῖος*). Cf. etiam v. 44 (*αἰόλα*), v. 77 (*σφυρόν*). — *ἐκ πατέρων*] Cf. id. XVII, 13. XXIV, 106. De homine Homerus dicit Iliad. IX, 126 *ἀκτήμων χρυσοῖο.*

34—35.] *πολλοὶ — πενέσται*, de verborum, quibus ambo versus terminantur, collocatione cf. id. VII, 80—81. Compara etiam id. XVI, 38—39 *μυρία — μῆλα* vel XVII, 34—35. XVII, 133—134. Liv. XXI, 6 *totum* in Italiam . . intendebant *bellum.*

34. *Ἀντιόχοιο*] Antiochum dicit, Echecratidis filium, regem Thessaliae, Simonidis Cei aequalem, a quo ille carmine celebratus est. · Cf. schol. cod. k. p. 93 Ziegler. = p. 409, 9 Ahr. Schneidew. ad Sim. p. 66. — Passow. l. l. p. 135 *Εὐρυπύλοιο* scribere non recte voluit. — *Ἀλεύα*] *Aleuae*, Pyrrhi filii, a quo originem ducit gens *Aleuadarum* in Thessalia nobilissima. Vide quae collegit Stallbaum. ad Plat. Men. p. 70, B.

35. *ἁρμαλιήν*] Cf. Hesiod. *ἔργ.* 765 (767). 560 (558). — *πενέσται*] *Θεόπομπός φησι τοὺς δουλεύοντας τῶν ἐλευθέρων πενέστας καλεῖσθαι παρὰ Θεσσαλοῖς, ὡς παρὰ Λακεδαιμονίοις εἵλωτας.* Schol. cod. k.

36. *Σκοπάδ.*] Vide arg. p. 61.

38. *Κραννώνιον*] Vide arg. p. 61. — *ἐνδιάασκον*] *pernoctabant sub divo*, id quod v. 36 (*ἐλ. ποτὶ σακούς*) opponitur. Mein. III. e coniectura *ἔνδι' ἐλασκον* edidit, cui repugnat huius idyllii versus 95 (id quod dico non ignorans Apoll. Rhod. IV, 1312). Vide adn. ad v. 39.

39. *ἐμμενὲς*] Hoc e coniectura Buecheleri scripsi pro *ποιμένες* (codd. L. et 23. *ποιμένων*, cod. 23. *superscr.* — *ες*). Nam lectio vulgata, ex qua v. 38 — 39 „innumeras oves *pavisse pastores*" dicuntur, ferri non potest, quia *ἐνδιάω* non dicitur potestate activa. Cf. id. XXII, 44. — *Κρεώνδαις*] *Scopas Creontis* fuit filius. Cf. Plat. Prot. p. 339, A. De formatione patronymici ad exemplum andronymicorum facti vide Angermann. *de patron.* p. 39 coll. id. IV; 1.

ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος,
ἄμναστοι δὲ τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες
δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο,
εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήιος αἰόλα φωνέων
βάρβιτον ἐς πολύχορδον ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστούς

40. *ἀλλ' — ἐπεὶ*] Forma versus eadem est atque Iliad. XVIII, 80: *ἀλλὰ τί μοι τῶν ἦδος, ἐπεὶ* —.

40—41. *ἐξεκ. θυμὸν*] *evacuarunt, expiraverunt animam* —. Novum hoc est pro Homerico *θυμὸν ἀποπνείειν*, Iliad. IV, 524 al.

41. *σχεδ.*] Cf. Verg. Georg. IV, 506. — *στυγνοῦ Ἀχ.*] „*invisi*" (Hor. Od. I, 34, 10) *Acherontis*. Cf. Verg. Aen. VIII, 245. Ita scribo cum Mein. Ahr. I. cet. et codd. omnibus. Cum versus exitu compara v. 31 et adn. id. II, 46 p. 88. Propter id. XVII, 49 Brunck. et Ahr. II. *στυγνοῖο γέροντος* e coniectura Hemsterhusii et Toupii scripserunt.

42. *ἄμναστοι*] Hor. Od. IV, 8, 20 neque, si chartae sileant quod bene feceris, mercedem tuleris. Ad Theocriteorum versuum imitationem versus Tibulli I, 4, 63 (carmine purpurea est Nisi coma, carmina ni sint, ex humero Pelopis non nituisset ebur) factos putat Casaub. *lect. Th.* p. 274. Memorabilia sunt etiam verba Ciceronis, pro Arch. VI, 14: — plena exemplorum vetustas, quae *iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet*. Haec, quamquam Theocriteorum versuum memoriam renovant, deberi Theocrito propterea maxime nego, quod nusquam Theocriti mentio ac ne levis quidem significatio est apud Ciceronem. — *λιπόντες*] Hor. Od. II, 14, 21 *linquenda* tellus cet.

43. *δειλοῖς*] Vide adn. ad id. VII, 96, p. 234. — *μακροὺς*] Vide adn. ad id. VIII, 2, p. 261. Hinc translata videntur verba Horatii, Od. IV, 9, 26: vixere fortes ante Agamemnona multi, sed omnes illacrimabiles urgentur *ignotique* (*ἄμναστοι*, v. 42) *longa nocte*, carent quia vate sacro. Catull. V, 5: nobis, quum semel occidit brevis lux, nox est *perpetuo una* dormienda.

44. *δεινὸς*] Hor. Od. IV, 8, 27 ereptum Stygiis fluctibus (cf. v. 41) Aeacum virtus et favor et lingua *potentium* vatum divitibus consecrat insulis. Dignum laude virum Musa vetat mori. Pro *κεῖνος* (codd. k. cet. Ahr. p. 121 Boiss. I. II. Ziegl. al. — *κεινὸς* Briggs. Gaisf. —) cum Mein. Ahr. al. e codd. Canon. Cant. edd. prr. Call. Lov. *δεινὸς* recepi, quod legit Hermog. *περὶ ἰδ.* II, 9 p. 355, quamquam schol. Hermog. t. VII p. 1084 in quibusdam exemplis *θεῖος ἀοιδός* scriptum esse tradit. Hermannus apud Kreusslerum *observ.* II p. 7 defendit *κεῖνος*. Pro *φωνέων* (*φωνῶν* codd. 23. L.) Ahr. II. e coniectura Reiskii *φωνεῖν* edidit. — *ὁ Κήιος*] Simonides, cuis *Ceas* Camenas dicit Hor. Od. IV, 9, 7. De articulo vide adn. ad id. II, 148 p. 111. — *αἰόλα*] Interpretis loco est Pindarus, qui Ol. VI, 87 se dicit *ἀνδράσιν αἰχμηταῖσι πλέκειν ποικίλον ὕμνον*. Fortasse usurpavit Theocritus hoc voc. ob Iliad. VII, 222. XVI, 107, ubi varii vel variegati significationem quidam in hoc voc. inesse putaverunt. Nonn. Dion. VIII, 233 cithara, Oppian. Hal. I, 728, luscinia *αἰολόφωνος* dicitur. — *φων.*] Hor. Od. II, 13, 26 et te *sonantem* plenius aureo, Alcaee, plectro dura navis, dura fugae mala. Hor. Sat. I, 6, 43 magna *sonabit* cornua quod vincat.

ὁπλοτέροις, τιμᾶς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦλθον ἀγώνων.
τίς δ' ἂν ἀριστῆας Λυκίων ποτέ, τίς κομόωντας
Πριαμίδας ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω,
εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί;
οὐδ' Ὀδυσεὺς ἑκατόν τε καὶ εἴκοσι μῆνας ἀλαθείς
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, Ἀίδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐλθών
ζωός, καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὀλοοῖο Κύκλωπος,
δηναιὸν κλέος ἔσχεν, ἐσιγάθη δ' ἂν ὑφορβός
Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις
ἔργον ἔχων, αὐτός τε περίσπλαγχνος Λαέρτης,
εἰ μή σφεας ὤνασαν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι,
χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων.

121—122. μοῦνος κτλ.] hic solus et hominum priorum et eorum hominum, quorum adhuc calida pedum vestigia pulvis superne calcatus refert, hoc est solus et priorum et eorum, qui nunc in terra incedunt. Pro τοκέων (edd. prr. cet. Mein. I. al.) Briggs. p. 184 legendum esse vidit τε καὶ ὧν, quod Mein. II. III. Ahr. Ziegl. Pal. al. receperunt. Comparat Briggs. Anth. Pal. IX, 371, 1—2 (λαγωὸν σεῦε κύων θερμοῖς ἴχνεσιν ὠκυπόδην), Pal. Eur. Electr. 535 (ποδῶν ἔκμακτρον).

122. στειβομ.] Hor. Art. p. 158 pede certo signat humum. Pro στειβομένα Mein. p. 319 malit σειομένα.

123. ναούς] Vide schol. Genev. p. 51 Adert. = p. 426, 7 Ahr. coll. Letronn. *journ. des Sav.* 1841, Iun. p. 335 sqq. Ahr. II. p. 552 sqq.

125. ἵδρυται] Ita Ahr. Hartung. Ziegl. II. cum codd. k. 9. cet. (Ahr. p. 132). Mein. Pal. al. cum cod. s. edd. prr. Call. Lov. al. ἵδρυσεν (ἵδρυσε cod. p. teste Ziegl. II.).

126. ὅγε] Cf. adn. ad id. I, 52.

127. μησὶ] Ita pro μασὶ Mein. III. Ahr. I. II. e coniectura scripserunt. Cf. adn. ad id. XI, 41. De casu dativo vide exempla adn. ad id. XIII, 29 p. 8.

129. ἀγοστῷ] *ulna.* Apud Homerum, Iliad. XI, 425, palma significari putatur, atque ita certe cepit Apoll. Rhod. III, 120 (χειρὸς ἀγοστόν). Latiorem significationem vocabulo Theocritus aut ipse subiecit aut aliorum grammaticorum Homerici versus interpretationem secutus est. Cf. Hesych. s. v. ἀγοστός et s. v. ἀγόστους.

130. ἐκ θυμοῦ] Cf. id. XXIX, 4. Plaut. Capt. II, 3, 60 vides corde amare inter se. — κασίγνητόν τε π.] Iliad. XVI, 432 Ἥρην δὲ προσέειπε κασιγνήτην ἄλοχόν τε. Verg. Aen. I, 47. Hor. Od. III, 3, 64 (coniuge me Iovis et sorore).

ἀδνὸν δὲ στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρῃ
χεῖρας φοιβήσασα μύροις [ἔτι παρθένος] Ἶρις.
Χαῖρε ἄναξ Πτολεμαῖε· σέθεν δ' ἐγὼ ἶσα καὶ ἄλλων
μνάσομαι ἡμιθέων, δοκέω δ' ἔπος οὐκ ἀπόβλητον
φθέγξομαι ἐσσομένοις· ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς αἰτέω.

133—134. ἀδνὸν κτλ.] Sententia haec fuit: *lectum sanctum, in quo dormiant, Iovi et Iunoni manibus unguento nitidis sternit Iris.* Nam pro inepto ἔτι παρθένος (v. 134) scriptum esse existimo λέχος ὠκέα vel simile quid, velut ἐπιδέμνιον, quod Porson. Eur. Hec. 927 restituere voluit. Cf. adn. ad id. XVI, 34—35. Adiectivum ἀδνός Hesychius ἁγνός explicat. Cf. adn. ad id. IV, 17 p. 143. In edd. prr. Call. Lov. al. et in codd. D. M. Y. legitur ἐν δὲ λέχος στόρνυσιν, ex quo ed. Brub. III. al. fecerunt ἐν δὲ λ. στ., id quod Ahr. I. Mein. Pal. Ziegl. II. al. scripserunt. At in cod. 9. teste Zieglero legitur ἁγνὸν δὲ λ. στ. (non ἀδνὸν —). Quae lectio confirmat coniecturam ἀδνὸν δὲ — a Meinekio p. 487 (qui quidem lacunam esse statuit) prolatam et a Ribbeckio Mus. Rhen. XVII (1862) p. 574 (qui quidem aliter explicat) commendatam. — Ahr. II. e coniectura ἄγνον edidit. (Pro ἰαύειν in cod. 9. est ἰαύει.) Ceterum vide proecdos. p. 182. — V. 134. Hartung. εὐπάρθενος e coni. Mein. edidit.

135. Χαῖρε ἄναξ] Haec est frequens conclusio hymnorum Homericorum (in Herc. 9, in Aesc. 5, in Pana 48 al.), in qua hiatus a litterae Aeolicae (cfr. Leskin. *de digamm.* p. 9. Iliad. I, 7) memoria pariter atque in similibus versuum initiis (Odyss. III, 380. VII, 175 ἀλλὰ ἄνασσ' —) explicatur. Huc accedit vis pausae post imperativum factae (Iliad. XXIV, 364. Theocr. XV, 32). Itaque hanc formulam, χαῖρε ἄναξ, Theocritus divum salutans Ptolemaeum eodem iure, quo Theognis v. 5 atque v. 775 (Φοῖβε ἄναξ), admittere potuit, atque progressus eadem de causa longius id. XV, 149 dixit χαῖρε Ἄδων.

136. ἔπος οὐκ ἀπ.] Cf. Iliad. II, 361 οὔ τοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται ὅττι κεν εἴπω. De vocalis ο, quam Homerus produxit, correptione, quae ante litteras βλ Theocrito plane singularis est, dixit Mein. p. 330. Cf. epigr. IV, 2 (ἀρτιγλυφές) et arg. id. XX p. 107.

137. ἀρετήν] *largam felicitatis omnis copiam.* Cf. Odyss. XIII, 45 ibique Ameis. — γε μὲν] Cf. Iliad. II, 709. Odyss. IV, 195. Theocr. XXV, 127. IV, 60. Herod. VII, 234, 2. VII, 152, 2. Arat. Phaen. 68. 74. 87. 100. al. — αἰτέω] Hanc Briggsii coniecturam cum Ahr. Ziegl. II. recepi pro ἕξεις (Mein. Pal. al. cum codd. 9. cet. Ahr. p 133) vel ἕξοις (edd. prr. Lov. Brunck. Valck. al. codd. p. cet.). Nam in cod. k. et ed. Call. est αἰτεῦ, haud dubie ex αἰτέω corruptum.

XVIII.

ARGUMENTUM.

In nuptiis *Helenae* et *Menelai* primarias Spartae virgines Theocritus fingit cantavisse hoc *epithalamium*, quo illae, posteaquam per lusum ac lasciviam Menelaum allocutae sunt (v. 10 sqq.), sponso gratulantur, cui sponsa puellas omnes pulcritudine supereminens (v. 20 sqq.) artesque imprimis docta (v. 32), Iovis filia (v. 19), contigerit. Huius praestantissimae virginis, e suo nunc numero „ablatae" (Catull. LXII, 32), fidelibus se suam vicem desideriis semper ictum iri, huius sancte a se nomen cultum iri (v. 40 sqq.) significant: huic huiusque sponso felicitatem faustaque omnia imprecantur (v. 49 sqq.): denique (v. 58) nuptiale illud conclamant, quod Latino versu Catullus (LXII, 5) comprehendit: *Hymen, o Hymenaee, Hymen ades, o Hymenaee.* Cf. Catull. LXI, 4 sqq. Arist. Av. 1736. 1742. Ovid. Her. XII, 143. Plaut. Cas. IV, 3, 3.

Non esse carmini iustum exordium e particula ἄρα (v. 1) intelligitur: quod quidem mea sententia omnino non scriptum est a Theocrito, qui hoc epithalamium ad exemplum veterum epithalamiorum, Stesichori (cf. *arg. Gr.*) et Sapphus (v. 49), composuit eo fortasse consilio ut id, data occasione, ad ornandas nuptias amici vel praestantis alicuius virginis mitteret praefigenda brevi dedicatione, cuiusmodi est initium idyllii XI., ubi post praefationem (v. 1—6) v. 7 particula γοῦν posita est. Quid, quod id. XXII, 27 finito exordio (v. 1—26) ἤ μὲν ἆρα — similiter dictum est? Cf. etiam Stat. Silv. I, 2, 24. Notum fuisse hoc carmen Vergilio e v. 29. 30. 43. 47. colligitur. De Catullo vide v. 4. 7: de Ovidio v. 47: de Propertio v. 47: de Sannazario v. 48.

Sunt in manibus haec scripta ad epithalamium Helenae pertinentia. *Theocriti epithal. Helenae . . illustravit . .* Car. Guil. Siebdrat. Lips. 1796, 8. Koppiersii *obss. philol.* (Lugd. Bat. 1771) p. 60 sqq. A. Moebii *obss. crit. ad id.* XVIII, 26—27 in Seebodii *bibl. cr.* 1820, II p. 667 sq. Io. Gottl. Zetzschii *disp. de Theocr.* id. XVIII, 24 sqq. Altenburg. 1843, 4. Eiusdem viri *quaestt. Theocr. part. III., qua agitur de Theocr. id.* XVIII, 26. Altenb. 1851, 4. Eiusdem viri *quaestt. Theocr. part. IV., qua agitur de Theocr. id.* XVIII, 29. Altenb. 1857, 4. *Kleine Beiträge z. Erkl. u. Krit. der Idyllen Theokrit's* von I. P. E. Greverus, *fasc.* VII, Oldenb. 1836, 4. Repetuntur haec in libris a nobis vol. I p. 13 indicatis. Greverus epithalamium arbitratur fuisse fortasse fragmentum carminis

veteris epici, Cypriorum, si dis placet: explosit hanc opinionem Kayserus *ephem. doct. Monac.* 1850 nr. 54 p. 435. — *Akadem. Vorträge u. Reden von* Herm. Koechly, Zürich 1859, 8. In hoc libro vir ille doctissimus p. 406 sqq. epithalamium Helenae Teutonicis versibus hexametris expressit, de emendandis quibusdam versibus disputavit, carmen ad stropharum leges redigere studuit. Similiter God. Hermannus *de arte poes. buc.* p. 10, Ahr. ed. p. 134, Gebauer. 1861 p. 79 in certas stropharum partes carmen „dispescere" voluerunt. At nullo modo haec conamina posse probari neque quidquam esse cur quasdam responsiones partium in hoc cantu inesse existimemus tam dilucide exposuit Franc. Buechelerus in Iahnii *annal.* LXXXI (1860) p. 368, ut addi nihil possit supra.

Latina interpretatio Hug. Grotii exstat in ed. Heins. (ex bibl. Comm. 1604, 4) p. 412 et in ed. Valck. I p. 147, Dav. Whitfordi in huius ed. (Lond. 1659, 4). Teutonicis versibus hex. verterunt etiam I. K. L. Seckendorf in l. *Blüthen griech. Dichter*, Vimar. 1800 p. 174 et Chr. Stolbergius in eo libro, de quo vol. I p. 73 diximus. Bindemanni interpretatio primum vulgata est in l. *neuer teutscher Merkur* 1792, I, 4 p. 335. De I. G. Sam. Schwabii translatione vide arg. id. VIII p. 260. Denique hic libellus commemoretur: *Theokrit's Hochzeitsgesang zu Ehren der Königlichen Neuvermählten Menelaus u. Helena gedichtet, frei übertragen von* Fr. Weissgerber, Freiburg 1857, 4. Gallica est translatio poetica Chabanoni ed. Paris. 1777 p. 107, Anglica in Drydenii libro, *miscell. poems* ed. Lond. 1716 tom. I p. 304. Praeterea cfr. eph. *gentleman's magazine* 1733, novbr. p. 601 („*a nuptial song from Theocritus*"). De Itala interpretatione Lamberti vide arg. id. III p. 120. Cfr. etiam Hoffmann. *bibliogr.* Gr. II p. 489 coll. Gamba p. 2206.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον ἐπιγράφεται Ἑλένης ἐπιθαλάμιος, καὶ ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στεσιχόρου Ἑλένης). τῶν δὲ ἐπιθαλαμίων τινὰ μὲν ᾄδεται ἑσπέρας, ἃ λέγεται κατακοιμητικά, ἅτινα ἕως μέσης νυκτὸς ᾄδουσι· τινὰ δὲ ὄρθρια, ἃ καὶ προσαγορεύεται διεγερτικά. ᾄδουσι δὲ τὸν ἐπιθαλάμιον αἱ παρθένοι πρὸ τοῦ θαλάμου, ἵνα τῆς παρθένου βιαζομένης ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἡ φωνὴ μὴ ἐξακούηται, λανθάνῃ δὲ κρυπτομένη διὰ τῆς τῶν παρθένων φωνῆς.*

*) *E libro primo Helenae a Stesichoro scriptae* quaedam sumpta dicit. Videtur enim carmen Stesichori in Helenam compositum in libros complures fuisse divisum. Cf. Buecheler. l. l. p. 366. Bergk. *poet. Gr. lyr.* p. 983 ed. III. (Ahr. al. Ἑλένης ἐπιθαλαμίου, sed ἐπιθαλαμίου om. codd. 4. 5. 6.)

IH.

ΕΛΕΝΗΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ.

Ἐν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ
παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι
πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο,

1. *Ἐν ποκ' ἄρα Σπ.*] De collocatione verborum cf. Callim. Lav. Pall. 57: *νύμφαν μίαν ἔν ποκα Θήβαις φίλατο.* Plutarch. Cim. 7: *ἔκ ποτε τῆσδε πολῆος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς ἡγεῖτο* —. Antip. in Anth. Pal. VII, 398, 3: *κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς τύμβος ἔχει.* Iliad. VI, 323: *Ἑλένη μετ' ἄρα δμωῇσι γυναιξὶν ἧστο.* Plat. Crit. p. 50, E: *ἦ πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον καὶ πρὸς τὸν δεσπότην.* De voc. *ἄρα* vide arg. p. 90. Cum Valck. I. II. Mein. Ahr. al. lectionem, cui concentus et concordia codicum et edd. veterum omnium contigit, servavi. E coniectura Briggsii p. 186 Weis. Ameis. Pal. ediderunt *ἔν ποκα τᾷ Σπ.*, Hartung. e coniectura sua *ἐν λιπαρᾷ Σπ.* Warton. tom. II p. 222 scribere voluit *ἦν ὅτ' ἄρ' ἐν Σπ.*, Kiessl. p. 502 *ἧς ὅκα ἐν Σπ.* Erat quum suspicarer *ἐν μὲν ἄρα Σπ.* (cf. Krus. ad Aesch. Suppl. 1 p. 140), sed id nunc reiicio. — *ξανθότριχι*] Cf. adn. ad id. XVII, 103. — *πὰρ*] Cf. id. X, 16. Plat. Phaedr. p. 227, B *παρ' Ἐπικράτει.* Pal. Cf. etiam id. XIV, 14. V, 49. 52. 57. 65. XIV, 32. VII, 101. 144 al.

2. *κόμαις*] Cf. adn. id. II, 121. Hermannus apud Mein. p. 320 mutat *θάλλονθ' ὑακίνθινον ἄμπυκ' ἔχοισαι.* Sed sequimur edd. Iunt. Call., ubi versus plane ita nos ut fecimus scribitur (*ἔχουσαι* quidem Call.) et cod. s., ubi exstat *κόμαις* et *θον* a manu secunda. In cod. D. et in edd. Med. Ald. Lov. Bas. I. al. est *παρθενικαὶ θάλλονθ' ὑακίνθω κόσμον ἔχοισαι* (*κόσμον ὑακίνθινον* codd. 4. cet. Ahr. p. 134. Ziegler. II. p. 94. — *κόσμον ὑάκινθον* cod. a. M. *pr.* —).

3. *νεογράπτω*] Hanc vocem Valck. I p. 146 defendit a tentaminibus Is. Vossii (*νεορράπτω* vel *νεοπάκτω*), defendit etiam Buecheler. l. l. p. 370, disputans contra Ahr. II., qui *πρόσθεν ἐυγράπτω* e coniectura edidit, et contra Koechl., qui p. 408 *νεοκμάτω* scribendum iudicavit. E coniecturis Mein. III. *νεοδμάτω*, Hartung. *νεουρέπτω* ediderunt. — *χορὸν ἐστ.*] Plat. in Anth. Pal. IX, 823, 5

δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,
ἁνίκα Τυνδαρίδα κατεκλᾴξατο τὰν ἀγαπατάν·
μναστεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.
ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι
ποσσὶ περιπλέκτοις, ὑπὸ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.
Οὕτω δὴ πρωιζὲ κατέδραθες ὦ φίλε γαμβρέ;

(Bergk. *anth.* p. 111 ed. II) *θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐστήσαντο Νύμφαι.* Apoll. Rhod. I, 703 *εὐρὺν χορὸν ἐστήσαντο.* Philostr. vit. Apoll. I, 4.

4. *μέγα χρῆμα Λ.*] „*formae potentes*“ (Prop. II, 5, 28) Laconicarum mulierum, „*praestanti corpore*“ (Verg. Aen. I, 71), „*specie* longe inter alias insignes“ (Liv. I, 9) puellae „decus innuptarum“ (Catull. LXIV, 78), von ächtem lakonischen Schlage (Koechl.), the great wonder of the Spartan virgins (Hick.). Xen. Ephes. I, 1 *τῷ Λυκομήδει γίνεται παῖς Ἁβροκόμης, μέγα τι χρῆμα κάλλους.* Plutarch. Anton. 31 *ἔστεργε δ' ὑπερφυῶς τὴν ἀδελφήν, χρῆμα θαυμαστόν, ὡς λέγεται, γυναικὸς γενομένην.* Xen. Cyrop. I, 4, 8 *καταβάλλει τὴν ἔλαφον καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα.* Herod. I, 36 *ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ ὑὸς χρῆμα γίνεται μέγα.*

5—6. *Τυνδαρίδα — Ἑλέναν*] Tyndarei filiam Helenam. Vide adn. ad id. XV, 110 coll. Eur. Iph. Taur. 5. De ultima accusativi *Τυνδαρίδα* syllaba producta cf. v. 20. — *κατεκλᾴξατο*] inclusit secum in thalamo. Cf. id. XV, 77. Xen. Ephes. I, 8. Cum Pal. recepi *Τυνδαρίδα*, id quod est in codd. a. 4. cet. (Ahr. p. 134. Ziegl. II p. 94) et in edd. Med. Ald. Lov. (*τυνδαρέαν* ed. Iunt. *Τυνδαρέω* edd. Call. Bas. I. II. al. — *τυνδαρίδῃ* cod. s., ubi fortasse *η* a manu secunda additum, et codd. 6. Y. — *τυνδαρίδαν* codd. c. M. D.b —). Ameis. Mein. III. Ahr. I. II. Ziegl. II. Hartung. *Τυνδαριδᾶν* e coni. posuerunt (vide Ahrens. *emend.* p. 23 et Ameis. in *ephem. stud. antiq.* 1841 p. 253). Praeterea *κατεκλᾴξατο* cum Mein. III. Hartung. Ziegl. II. scripsi emendans edd. Iunt. Steph. Mein. I. II. Pal. al., ubi est *κατεκλάξατο*, et Call., ubi est *κατεκλάζετο*. Editiones Ald. Lov. Bas. I. al. habent *κατελέξατο*. Mendosae sunt scripturae codicum *κατεκλάγετο* (cod. 5. cod. D.b *marg.* et cod. a., sed codex a. superscriptum *λεξ* a manu secunda habet), *κατεγλέγετο, κατεξατο* superscript. *λέξ, κατεκλίνετο* cet. (vide Ziegler. II p. 94. Ahrens. p. 134). Ameis. Ahr. I. II. *κάσιν ἄγετο* e coniectura dederunt.

6. *υἱός*] Ita codices Ziegleri omnes et edd. Ald. Iunt. cet. — Ameis. Ahr. Mein. *υἱῶν* cum codd. D.b M.

7. *δ' ἄρα*] Cf. id. I, 100. — *ἐς ἓν μέλος*] Catull. LXI, 38 agite *in modum* dicite: „Hymen —.

8. *ποσσὶ περ.*] mit verschlungenen Füssen (Naumann.), wechselnden Fusses im Takt (Koechl.), „Complexuque pedum quatiebant praepete terram“. Eob. Hess. To the same time with cadence true they beat The rapid round *of intertwining feet.* Chapm. — Similiter de manuum nexu dixisse Christodorum Ecphr. 18 *χεῖρε περιπλέγδην συνεέργαθεν* adscripsit Mein. p. 321. Ahr. II. e coni. *ποσσί περ εἱλικτοῖς.* — Vocem *ὑπὸ* (cf. Ahr. p. 134) invenit etiam Ziegler. II. in codice c. (Mein. I. II. Pal. et editores superiores *περὶ δ' ἴαχε* habent, reponendum esse *ὑπὸ* docuit Ahrens. *emend.* p. 23, quem sequuntur Ameis. Mein. III. Ahr. Hartung. Ziegler. II.).

9. *Οὕτω δή*] Vide Iliad. II, 158.

ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;
ἦ ῥα πολύν τιν᾽ ἔπινες, ὅτ᾽ εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ;
εὕδειν μὰν χρῄζοντα καθ᾽ ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ,
παῖδα δ᾽ ἐᾶν σὺν παισὶ φιλοστόργῳ παρὰ ματρὶ
παίσδειν ἐς βαθὺν ὄρθρον, ἐπεὶ καὶ ἔνας καὶ ἐς ἀῶ
κεἰς ἔτος ἐξ ἔτεος Μενέλαε τεὰ νυὸς ἅδε.
ὄλβιε γάμβρ᾽, ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
ἐς Σπάρταν, ἅπερ ὦλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.

Iliad. II, 174. coll. Xen. Cyrop. VII, 3, 8 (οἴχῃ δὴ ἀπολιπὼν ἡμᾶς;). — πρωιζὲ] *o mature.* Per attractionem vocativus ponitur ut id. XVII, 66. Correxit Ahr. *emend.* p. 23 hoc, quod in codice c. est πρώιζε (ut scribunt Ameis. et Hartung.: cf. Ziegler. II p. 95. Ahr. p. 135). In edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Mein. I. II. al. est πρώϊζα. Ahrensium Mein. III. Ziegl. II. sequuntur.

11. πολύν τιν᾽] *an bibisti multum vini?* vel — ut vis pronominis τις significatior sit — *an nimium quiddam, vini scilicet, bibisti?* De ellipsi nominis οἶνος vide adn. ad id. II, 152, de pronomine τις voc. πολύν addito Soph. Trach. 217. Lucian. Catapl. 3. Menipp. 11. Thuc. VI, 1. Herod. I, 181. coll. adn. ad id. V, 89. Commenticium effinxit Cobet., *Mnem.* X p. 357, ἦ πολὺν οἶνον ἔπινες.

12. χρῄζοντα] Ahr. Hartung. Ziegler. II. σπεύδοντα cum codd. c. M. K.

13. παῖδα] „floridam" puellam (Catull. LXI, 57), Helenam. Cf. id. V, 105. 127. Soph. Ant. 423. 472. Soph. Oed. Col. 839 al. Attende ad annominationem παῖδα — παισὶ — παίσδειν. Cf. adn. ad id. V, 128. Non censeo hic mutandum esse verbum. Koechl. p. 409 talia fere scripta fuisse putat: παίσδειν εἰς β. ὄρθρον, ἐπεὶ πέλες ὧδε χαλίφρων, tum secutum esse versum 16 sic formatum: ὄλβιε γάμβρ᾽ ἀγαθός τις ἐπέπτα σπερχομένῳ τοι ἐς νύμφαν οἰωνός, ἐπεὶ καὶ ἐνὰς καὶ ἐς ἀῶ — tum demum secutum esse versum 15.

14. βαθ. ὄρθρ.] Plat. Crit. p. 43, A. — ἔνας] *perendie*, quod dicitur ἔνης, Arist. Eccl. 796. Cf. Hesiod. ἔργ. 408: ἔς τ᾽ αὔριον ἔς τ᾽ ἔννηφιν. — ἐς ἀῶ] *cras.* Cf. id. XV, 132.

15. νυὸς] Cf. Iliad. III, 49. Pervertit locum Meinekii p. 321 coniectura Μενέλα τεὰ ἁ νυὸς ἅδε.

16. ἀγαθός τις ἐπ.] *bonus aliquis* — scil. *deus* [non *homo*, ut vult Wuestem. p. 279] — *sternutavit tibi omen secundum.* Vide adn. ad id. VII, 96. — Ahr. I. e coniectura ἐπέπτατο ἐρχομένῳ τοι, Ahr. II. e coni. ἐπέπτα σπερχομένῳ τοι edidit, idem p. 135 ἀγαθός τοι — σπερχομένοιο coniecit. Buecheler. l. l. p. 369 excidisse versum et tale quid scriptum fuisse existimat: — ἀγαθός τοι ἐπέπτα σπερχομένοιο ἐς Σπάρταν οἰωνός, ἀρίζαλ᾽ ὡς ἀνύσαιο λέκτρ᾽ Ἑλένας ἅπερ ὦλλοι ἀριστέες οὐκ ἀνύσαντο.

17. ὡς ἀνύσαιο] omittitur obiectum, quasi dicas: *damit du es fertig bekämest* (was den anderen nicht gelang), quod Latine dicas: *ut impetrares* (quum frustra reliqui proci eam petivissent), omisso obiecto velut Cic. I. Cat. 7, 18. Plaut. Mil. IV, 4, 62 = 1199 (hilarus exit, impetravit). Rem eandem his verbis Sappho significavit, fragm. 99 p. 909 Bergk.: ὄλβιε γάμβρε, σοὶ μὲν δὴ γάμος ὡς ἄραο ἐκτετέλεστ᾽, ἔχῃς δὲ πάρθενον ἂν ἄραο. Vide etiam verba Goebbelii adn

μοῦνος ἐν ἡμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἑξεῖς.
Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν,
οἵα Ἀχαιιάδα γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα.
ἦ μέγα κέν τι τέκοιτ', εἰ ματέρι τίκτοι ὅμοιον.
ἄμμες δ' αἱ πᾶσαι συνομάλικες, αἷς δρόμος ωὑτός

ad id. I, 93 p. 46 exscripta. Mein. III. e coni. edidit *ἅπερ ὧλλοι ἀρ. οὐκ ἀνύσαντο.* Idem Mein. p. 322 ex Hermanni schedis haec vulgavit: *ὄλβιε γ. ἀγ. τοι ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ θεὸς ἐς Σπάρταν, ἅπερ τοὶ ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο μοῦνος ἐν ἁμ. Κρ. Δ. π. ἑξεῖν.* Cf. et adn. ad v. 16. (Pro *ἅπερ* cod. D. Med. Ald. Mein. I. II. al. *ὅποι*).

18. *Δ. πενθ.*] Cf. Odyss. IV, 569.

19. *Ζανός τοι θυγ.*] Iliad. III, 418 et Odyss. IV, 183 *Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα.* Stat. Achill. I, 402 al. — *ὑπὸ*] Plat. Rep. III, 417, A *ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὄροφον ἰέναι.* — *μίαν*] unam, qua tegimini. Cf. adn. ad id. VII, 125. — *χλαῖναν*] Cf. id. XXIV, 61. Prop. I, 4, 14 gaudia sub *tacita* ducere *veste* libet.

20. *οἵα κτλ.*] Similiter Odyss. XXI, 107 *οἵη νῦν οὐκ ἔστι γυνὴ κατ' Ἀχαιίδα γαῖαν.* Producitur autem hic ultima syllaba vocis *Ἀχαιιάδα* (cum qua forma cf. Odyss. III, 261. Callim. Del. 100. Apoll. Rhod. I, 284) perinde atque Odyss. III, 289 *ἐφράσατο,* ibid. III, 230 *Τηλέμαχε* et in ipsa arsi versus tertia Odyss. X, 42 *νισσόμεθα,* Odyss. XXIII, 153 *Ὀδυσσῆα,* Odyss. XXI, 26 *Ἡρακλῆα,* Iliad. VII, 462 *ἠιόνα,* Odyss. IX, 109 *ἄσπαρτα,* similia legimus. Cum Ziegl. I. et Ameisio scripsi e coniectura *οἵα Ἀχαιιάδα γαῖαν,* quo ducunt turbae codicum, maxime lect. var. *οἵα ἀχαΐδα γαῖαν,* quae est in codice 5. (teste Zieglero) aliisque codicibus. Vide Zieglerum II p. 95 errorem editionis suae I., ubi codicem 5. seu Vat. F. *Ἀχαιιάδα* habere dixerat, corrigentem. In edd. Med. Ald. et in cod. D. (Ahr. p. 135) est *οἵα γαῖαν ἀχαιίδα οὐδεμία πατεῖ ἄλλη* (quod recepit Brunckius, excepto *ἄλλα*), in edd. Iunt. Steph. Heins. Valck. I. II. Mein. I. III. Ziegler. II. al. *οἵα ἀχαιϊάδων* (*Ἀχαιϊάδων*) *γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα,* in edd. Call. Lov. *οἵα ἀχαιαΐδων γ. π. οὐδεμί' ἄλλα.* Mein. II. ediderat *οἵα γαῖαν Ἀχαιιάδων π. οὐδ. ἄλλα,* Boiss. I. II. *οἵα γαῖαν Ἀχαιϊάδα —,* Pal. *οἵα Ἀχαιϊαδᾶν γαῖαν —.* Ahr. I. II. e coni. ab re abhorrente *οἵα Ἀχαιίδα νῦν γαῖαν,* Hartung. *οἵα Ἀχαιίδα γᾶν νύμφα π. οὐδεμί' ἄλλα.* Ahrensius *emend.* p. 24 suspicatus est fuisse scriptum *οἵα Ἀχαιίδα γᾶν οὐδ' οὐδεμίαν πατεῖ ἄλλαν,* Mein. p. 322 *οἵα Ἀχαιίδα γᾶν νύμφα πατέει οὐδεμί' ἄλλα* (idem fere Hermann. apud Mein., nisi quod ille *κώρα* pro *νύμφα* vult), Ziegler. II p. 95 *οἵα Ἀχαιίδα περ γαῖαν.* — *πατεῖ*] Cf. id. V, 61.

21. *ἦ*] Cf. id. X, 38. Bekker. p. 201 l. *homer. Blätter*, Klotz. ad Devar. II p. 593. — Ahrensius, quem Ziegl. II. sequitur, e coni. *κα* pro *κεν* edidit idque Philol. VII p. 425 vindicare studuit. At *κεν,* quod Mein. II. III. Ziegl. I. Ameis. Pal. scripserunt, manifestum est in codice s. Vide Ziegler. II p. 96 et Ahr. p. 135 (nam lectiones sunt codd. variae *καί τοι, καί τέι, καίτ' εἰ, καί τι* et in edd. prr. Valck. Mein. I. al. legitur *ἦ μέγα τοι κε τέκοιτ',* cuius in *ephem. antiq. stud.* 1837 nr. 27 p. 230 Hermannus defensor exstitit, similitudine Soph. Phil. 446 pronomen *τι* omitti potuisse ostendens).

22. *δρόμος*] *curriculum*, quo virgines Spartanae exercebantur. Cf. Plut. Lycurg. 14.

χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς,
τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία,
τάων οὔτις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ.
πότνι' ἅτ' ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον
Ἀὼς ἢ ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος·
ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διαφαίνετ' ἐν ἁμῖν.

23. *χρισαμέναις*] Cf. id. IV, 7. II, 156. — *παρ' Εὐρώτ.*] Arist. Lys. 1309 *χἆτε πῶλοι ταὶ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν ἀμπάλλοντι κτλ.* Poeta apud Cic. Tusc. II, 15: apud Lacaenas virgines, quibus magis *palaestra*, *Eurotas*, sol, pulvis, labor militiae studio est quam fertilitas barbara. — Ahr. e coni. *λοετρῷ* propter lectionem var. codd. M. K. *λοετρῶ*. At *λοετροῖς* libri omnes Ziegl. II. et edd. prr.

24. *θῆλυς ν.*] Iliad. XIX, 97 *Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα.* Eur. Alc. 103 *νεολαία χεὶρ γυναικῶν.*

25. *τάων οὔτις*] Theocr. XXII, 161 *τάων εὐμαρὲς —.* Odyss. II, 121 *τάων οὔτις ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείῃ ᾔδη.* Recepi nunc emendationem Mein. p. 324 pro *τᾶν οὐδ' ἂν* — (edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Mein. Pal. Ziegl. I. II. Ahr. I. al.), quum antea e coni. Ahr. II. propter codicem N. et ed. Med. (ubi *οὐ δᾶν*) scripsissem *τᾶν οὐ Δᾶν.* Defendit lectionem vulgatam Hermannus in *eph. antiq. stud.* 1837 nr. 27 p. 229, sed. *οὐδὲ* non esse aptum Mein. l. l. declaravit. Koechl. p. 409 *τᾶν οὐ μάν τις ἄμωμος* corrigendum iudicavit. At cfr. Buecheler. l. l. p. 370.

26—27. *πότνι' ἅτ' ἀντ.*] Emendavi versus 26—27 ex sententia Hermanni, *ephem. antiq. stud.* 1837 nr. 27 p. 229. Nam in codd. et edd. prr. Mein. I. II. Ahr. I. II. Ziegl. II. al. versus 26 sic scriptus legitur: *Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε* (*διέφανε* e coni. Ahr. I. II. Ziegl. II.) *πρόσωπον*, et versus 27 (excepto Ahr. II.): *πότνια νὺξ ἅτε* (vel *νύξ, ἅτε*) *λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος.* Codicum paene nulla dissensio, nisi quod versu 26 cod. 11. habet *ἅὼς*, codd. 5. a. *ἀνατέλλοισα* et versu 27 codex 6. *πὸτνια.* Ahr. II. e coni. edidit v. 27 *πότνια νυκτὶ σελάνα, ἔαρ χ. ἀν.*, Hartung. e coni. *Ἀὼς ἀντέλλοισ' ἅτε καλὸν ἔφ. πρ. πότνα τε νὺξ φύγε, λευκὸν ἔαρ χ. ἀνέντος — ὧδε.* Lachm. statuit post v. 26 excidisse versum, cuius fuerit initium *Ἀώς* et scriptum v. 26 fuisse *ἅ ὡς* —, contra quam sententiam Hermannus l. l. disputavit. Ahrens. *emend.* p. 25 haec coniectavit: *Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον πότνι', ἄνυξέ τε λ. ἔαρ χ. ἀν.*, Koechl. l. l. p. 411 *μήνη ἅτ' ἀντ. κ. δ. π. ἐν ἄστροις, ὅτε νὺξ λευκὰ χ. ἀν.*, Buechelerus l. l. p. 370 *ἀλλ' ὡς ἀντέλλοισα κ. δ. π. πότνα Σελαναία χειμῶνος ἀνέντος ἐν ἄστροις, ὧδε κτλ.*, Hauler. *de vita Theocr.* p. 40 *ἢ ὡς ἀντέλλοισα κ. δ. π. πόντια Νύξ, ὅτε λευκὸν ἔαρ κτλ.*, Wordsworth. *Ἀὼς .. πρόσωπον πὸτ τὶν νύξ*, Maehlyus in Mus. Rhen. XX (1865) p. 146 *ἀὼς ὡς ὅτ' ἔφαινε καλὸν διὰ νύκτα πρόσωπον ἀντέλλοισ', ἅτε κτλ.* Koechl. et Buecheler. Ovidii versus, Met. II, 722 sqq., ad partes vocare poterant. Multus est de hoc loco Graef. *epist. cr.* p. 78. Aliorum coniecturas vide apud Zetsch. III p. 2 sqq. et Aug. Iacobs. p. 165 Hermanni coniecturam recepit Mein. III. dubitanterque Pal. De verbo *διέφανε* cf. Hor. Sat. I, 8, 22. Verg. Georg. IV, 232.

πιείρᾳ ἅτε λᾷον ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ
ἢ κάπῳ κυπάρισσος ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος,
ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.
οὔτε τις ἐκ ταλάρω πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα,
οὔτ᾽ ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἱστῷ
κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ᾽ ἐκ κελεόντων·

29. *ἅτε λᾷον*] *sicuti seges*, h. e. laeti culmi Cereales (non *arvum*): cf. id. X, 21. 42. Recepi emendationem Koechl. p. 411 (Buecheler. l. l. *δ᾽ ἅτε λᾷον* mavult), quam imitatio Vergiliana, de qua adn. ad id. VIII, 79 p. 293 dictum est, comprobat. Ob hiatum in arsi secunda admissum (*πιείρᾳ ἅτε*) cf. adn. id. II, 152. Lectio est inde a Brunckio vulgata (Valck. Mein. I. II. III. Pal. al.) *πιείρᾳ μεγάλα ἅτ᾽ ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ*. Edd. Med. Ald. Lov. haec habent: *πίειρα, μεγάλη, ἅτ᾽ ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ*, ed. Steph. virgula extremo versu 28, ut *Ἑλένα* subiectum priorum versus 29 verborum sit, posita *πίειρα μεγάλα· ἅτ᾽ ἀνέδραμε κτλ.*, Heins. item virgula v. 28 extremo posita *πιείρῃ, μεγάλῃ. ἅτ᾽ ἀνέδραμε κτλ.*, ed. Iunt. *πιείρα, μεγάλα ἅτ᾽ ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ*, ed. Call. *πιείρα, μεγάλῃ, ἅτ᾽ ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρα*. Codices alii *πίειρα*, alii *πιείρα* (Ahr. p. 136) habent, cod. D.ᵇ *πίειραι*, cod. c. *πιειρᾶ*, cod. 11. *πίηρα*. Ahr. I. II. Ziegl. II. e coni. *πιείρᾳ μέγα λᾷον κτλ.* ediderunt, Hartung. item e coni. *πιείρᾳ μέγ᾽ ἐλαία ἅτ᾽ ἔπρεπε —*. Alia commenta virorum doctorum vide apud Aug. Iacobs. p. 166. — *ἀνέδραμε*] *se subiicit* (Verg. Ecl. X, 74). Cf. Odyss. VI, 263. Iliad. XVIII, 56 *ὁ δ᾽ ἀνέδραμεν ἔρνει ἶσος*. De aoristo cf. v. 26 *διέφανε* (quod ab Ahr. e coni. pro *διέφαινε* positum esse diximus) et adn. ad id. II, 137.

30. *κάπῳ*] Verg. Ecl. VII, 65 (coll. v. 68) fraxinus in silvis pulcherrima, pinus *in hortis*. — *κυπάρισσος*] Cf. Catull. LXIV, 291. Verg. Ecl. I, 25. Theocr. XI, 45. XXII, 41. — *Θεσσαλὸς ἵππος*] Quia Helena ,,corporis proceritate ceteris elatior est et excelsior'' (Plin. Paneg. XXII, 2), non quia velocitate ceteras puellas superat (id quod Zetsch. putat). Nam laudatur equus non solum quum pernix celerque est (Verg. Georg. III, 195), sed etiam quum simul praeditus est membris teretibus, cervice ardua (Verg. Georg. III, 79. Hor. Sat. I, 2, 89) et arrecta, specie tota ac forma generosa, decora, conspicua. De equis Thessalis verba sunt oraculi apud schol. id. XIV, 48: *γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον, ἵπποι Θρηίκιαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες, ἄνδρες δ᾽ οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης*. Quae repetuntur a Strabone X, 1 p. 449, ab Athenaeo, VII p. 278, E, et Anthol. Pal. XIV, 73. Cf. etiam Lucian. Amor. 45. Nonn. XXIX, 16. Plut. Pyrrh. 17. Arrian. Anab. III, 11, 10.

32. *ἐκ ταλάρω*] Cf. Odyss. IV, 125 ubi Helenae Phylo ancilla *ἀργύρεον τάλαρον φέρε . . νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον*. Cum Mein. II. Ahr. Ziegl. II. scripsi *ἐκ ταλάρω*, quod est in cod. c. et in cod. D.ᵇ et superscripto *ου* in codice M. Codices reliqui et edd. prr. cet. habent *ἐν ταλάρῳ* (Mein. I. al.). Mein. III. et Pal. e coni. *ἐς ταλάρως*.

33. *ἐνὶ*] Ahr. *ἐπὶ* (cod. D.ᵇ).

34. *κερκίδι συμπλ.*] Iliad. XXII, 448. Odyss. V, 62 *χρυσείῃ κερκίδ᾽ ὕφαινεν*. (Mein. III. e coni. *συμπλήξασα*.)

οὐ μὰν οὐδὲ λύραν τις ἐπίσταται ὧδε κροτῆσαι
Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν,
ὡς Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί.
ὦ καλὰ ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη,
ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
ἑρψοῦμες στεφάνως δρεψούμεναι ἁδὺ πνέοντας,
πολλὰ τεοῦς Ἑλένα μεμναμέναι ὡς γαλαθηναί
ἄρνες γειναμένας ὄιος μαστὸν ποθέοισαι.
πράτᾳ τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
πλέξασαι σκιερὰν καταθήσομες ἐς πλατάνιστον,
πράτᾳ δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ

35. λύραν] Ahr. II. e coni. κρόκαν. (Codd. M. c. K. λύραν, edd. prr. codd. rell. οὐ κιθάραν).

36. εὐρύστερνον] Vide id. XXIV, 78 et proecdosin nostram p. 186. Ahr. II. εὐρεσίεργον, invitis libris. — Ἀθάναν] Nonn. Dion. VI, 152 sqq. ὕφαινε δὲ κερκίδι (v. 34) κούρη πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, ἀμφὶ δὲ πέπλῳ γνωτὴν ἱστοτέλειαν ἑὴν ἐλίγαινεν Ἀθήνην.

37. ἐπ' ὄμμ. ἵμεροι] Eur. Iph. Aul. 583 ὃς τᾶς Ἑλένας ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν ἔρωτα δέδωκας.

38. χ. κόρα] Cf. id. XI, 30.

39. ἐς δρόμον] *in curriculum*, ubi hactenus nobiscum te exercuisti. Vindicavit hoc voc. (δρόσον ego antea coniectabam) Buecheler. l. l. p. 371. —Ahr. II. et Koechl. hic suis blandientes certarum stropharum, quae nullae sunt, votis lacunam esse statuunt, exempli gratia Koechl. p. 411 haec finxit: ἡμεῖς δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ Εὐρώταο λοετρὸν ἐλθοῖσαι δρυμὰ πυκνὰ καὶ ἐς λ. φ. ἑρψοῦμες. — ἐς λ. φύλλα] Ob praepositionem comparavit Schuchius Coluth. 340: οἶδεν ὄρος . . οἶδε κελεύθους ἐς ῥόδον, ἐς λειμῶνα. Ceterum vide adn. ad id. IX, 4 p. 305.

40. στεφ. δρεψ.] Eur. El. 778 δρέπων τερείνης μυρσίνης κάρᾳ πλόκους.

41—42. γαλαθ. ἄρνες] Vide adn. ad id. V, 144. Crates apud Athen. IX p. 369, D παιδικῶν ἅλις ὅκως περ ἀρνῶν ἐστι γαλαθηνῶν.

43. λωτῶ] *trifolii meliloti* (Linn.). Vide proecd. p. 187. — χαμαί] Verg. Ecl. III, 92 qui legitis flores et *humi* nascentia fraga. — Et hic et v. 45 Ahr. pro πράτᾳ (Valck. Dahl. Mein. Pal. al.) cum Wart. Piln. Bod. edidit πρᾶται, ut sane est in codicibus et edd. prr. et ceteris (excepta ed. Call., ubi πράτα utroque in versu) usque ad Reiskium, qui primus πράτᾳ correxit.

44. σκιερὰν] Idem πλατανίστῳ epitheton id. XXII, 76 tribuitur. Vide etiam adn. ad id. XII, 8 p. 383 et Plin. H. N. XII, 1, 6, ubi platanum *umbrae gratia* tantum ex alieno petitam dicit. Mosch. V, 11 πλάτανον appellat βαθύφυλλον. — πλατάνιστον] Hanc formam nominis (πλάτανος dicitur id. XXII, 41), quae est Iliad. II, 307 et Iliad. II, 310, Theocritus praeter locum supra laudatum (id. XXII, 76) etiam id. XXV, 20 usurpavit. Gymnasii fingi hanc, de qua puellae loquuntur, platanum, sumimus vel ob similitudinem Arist. Nub. 1008 (εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὼν . . ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων, ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ) coll. Plin. l. l. § 9 (celebrata est primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum XXXIII radice ramos antecedente).

45. πράτᾳ] De vocabulo in versus

λαζύμεναι σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον·
γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παριὼν τις
ἀννείμῃ, Δωριστί· „σέβου μ'· Ἑλένας φυτόν εἰμι."

initio e v. 43 repetito cf. adn. ad id. I, 147. — *ἀργυρέας*] Pind. Ol. VI, 40 de Euadne: *καταθηκαμένα κάλπιδα ἀργυρέαν*. — *ὄλπιδος*] Cf. id. II, 15, 6. — *ὑγρὸν*] Cf. id. XV, 117. Odyss. VI, 215 *δῶκαν δὲ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον*.

46. *λαζύμεναι*] Ita praeter codd. D.[b] Y. etiam cod. s. et edd. Iunt. Brunck. Mein. II. III. Boiss. II. Ahr. I. II. Hartung. Ziegl. II. (*λαζόμεναι* codd. M. al. apud Ahr. p. 137 et edd. Med. Ald. Call. Lov. Steph. Heins. Inn. Ziegl. I. — *λασδόμεναι* e coni. Wintertoni Valck. I. II. Kiessl. Mein. I. Pal. — *λασδύμεναι* e coni. Boiss. I. —). De constructione verbi vide adn. ad id. VIII, 84 coll. Eur. Herc. f. 943—944. Med. 956.

47. *γράμματα κτλ.*] Callim. frg. 101 *ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι φίλην*. Lucian. Amor. 16. Aristaenet. Ep. 10 p. 45. Ovid. Her. V, 21. — *ἐν φλοιῷ*] Prop. I, 18, 22 scribitur et vestris Cynthia *corticibus*. Verg. Ecl. X, 53—54 tenerisque meos incidere amores arboribus. Cf. etiam Calpurn. I, 20—21. III, 89. — *παριών τις*] Ovid. Trist. III, 3, 71 quosque legat versus oculo properante *viator*.

48. *Δωριστί*] Carmen arbori inscribetur a nobis *Dorice*, h. e. pro hac pietate nostra, quae est hominum vere Doricorum. Cf. id. II, 156. Cum adverbii forma compara id. XIII, 56 (*Μαιωτιστί*), XIV, 46 (*Θρᾳκιστί*), XV, 48 (*Αἰγυπτιστί*). „Hunc locum procul dubio habebat in mente Sannazarius, Theocriti felix imitator, dum scribebat in sua Arcadia, ecl. 12: E vedrai scritto un verso in su lo stipite *Arbor di Philli io son, pastor inchinati.*" Palmer. *exercitt.* p. 809. Non credo abrogandum vocabulum *Δωριστί*, in quo tanquam in incili haeserunt interpretes. In edd. Med. Ald. Iunt. Lov. Brunck. Gaisf. Mein. II. al. sic interpungitur ut a nobis factum est, virgula post *γεγράψεται* et ante *Δωριστί* posita (quamquam pro *ἀννείμῃ*, quod ex ed. Iunt. primus Brunck. edidit, in edd. Med. Ald. Lov. et in codicibus D. et Cant. Canon. est l. v. *ταῦτ' εἰδῇ*). In edd. Call. Camer. Bas. I. Brub. I. Salam. Farr. virgulae post *γεγράψεται* et ante *Δωριστί* positae sunt (habent autem hae edd. pro *ἀννείμῃ ἀγνοίῃ*), in edd. Steph. Heins. Wintert. Reisk. parentheseos signa post *γεγράψεται* et ante *Δωριστί* posita sunt (at ibi quoque *ἀγνοίῃ*) Brunckium secuti Valck. I. II. Piln. Schaef. Boiss. I. II. Mein. I. Duc. al. ediderunt — *γεγράψεται (ὡς παριών τις ἀννείμῃ) Δωριστί*: *ἀννείμῃ* etiam Gaisf. Mein. II. III. al. retinuerunt. Lectionem *ἀννείμῃ*, *ut legat* (schol. Pind. Isthm. II, 47), quam habet — *ἀννείμη* — ed. Iunt., firmant ineptiae codicis 5. (ubi est *ἄννείμη*) et codicis s. (ubi *ἂν, νείμῃ*) reliquorumque codicum, de quibus nunc vide Ziegl. II. p. 97 coll. Ahr. p. 137. Verbo *Δωριστί* mutanda interpunctione succurrere studuit Ameisius, qui hoc pacto scriptum versum edidit: — *γεγράψεται, ὡς παριών τις ἀννείμῃ, Δωριστὶ σέβου μ'· Ἑλ. κτλ.* At hanc inscriptionem explere versum paroemiacum (vel alterum hemistichium) credibile est ob artem metricam Theocriti: cf. adn. ad id. X, 11 p. 324. Varias de lectione, quam inventam iam ab auctore scholii Pind. Isthm. II, 47 (*ἀννείμῃ δωριστί ὁ βουκόλος*) sanam indicamus, corrigenda viri docti

χαίροις ὦ νύμφα, χαίροις εὐπένθερε γαμβρέ.
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος, ὔμμιν
εὐτεκνίαν, Κύπρις δέ, θεὰ Κύπρις, ἶσον ἔρασθαι
ἀλλάλων, Ζεὺς δέ, Κρονίδας Ζεύς, ἄφθιτον ὄλβον,
ὡς ἐξ εὐπατριδᾶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔνθῃ.
εὕδετ᾽ ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες
καὶ πόθον, ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ μὴ ᾽πιλάθησθε.
νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδός
ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν εὔτριχα δειράν.
Ὑμὴν ὦ Ὑμέναιε, γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης.

fecerunt coniecturas. Bergkius in *ephem. antiq. stud.* 1837 p. 512 scribi *ἱρωστί* pro *Δωριστί* voluit, pro *ἀννείμῃ Δωριστί* Koechl. l. l. p. 412 *μείνας δωρήσῃ τι* (id Buecheler. l. l. p. 372 reiecit), Ahr. e coniectura edidit *δώροις τι σέβον μ᾽* —, Mein. III. e coniectura magis etiam dissona *ὥριστε σέβου μ᾽* —, Hartung. e coniectura deterrima *ὡς παριὼν τις ἂν τιμᾷ δώροισι* —. Servato vocabulo *Δωριστί* Hermannus in *ephem. antiq. stud.* 1837 p. 230 haec restituenda putavit: *σέβευ μ᾽, Ἑλέναρ φυτὸν ἐμμί.*

49. *χαίροις κτλ.*] Sappho frgm. 105 p. 911 Bergk. *χαῖρε νύμφα, χαῖρε τίμιε γάμβρε πόλλα.* — *εὐπένθερε*] Cf. v. 18.

50. *Λατὼ κουρ.*] Cfr. adn. ad id. XIII, 62 p. 13, Verg. Ecl. VI, 55—56 (Nymphae, Dictaeae Nymphae), Gebauer. 1861 p. 46.

51—52. *Κύπρις θεά*] Cf. id. XVI, 104. Abeat ac recedat, quod Mein. p. 489 coni. *δ᾽, ἀγαθὰ Κύπρις.* V. 52. Buecheler. l. l. p. 372 requirit *ἀλλάλων, καὶ Ζεύς.*

53. *ἔνθῃ*] Ahr. e coni. *ἐνθεῖν.* At vide Ziegl. II p. 97.

54. *φιλότ.*] Cf. adn. id. XII, 20.

57. *εὔτρ.*] Plut. adv. Stoic. 19 *πτερὰ ποικιλοτρίχων οἰωνῶν.* Odyss. IX, 336 *καλλίτριχα μῆλα.* Hoc exemplo ac similibus Meinekii p. 327 coniectura *εὔχροα* damnatur.

58. *Ὑμὴν*] Vide arg. p. 90. — *γάμῳ ἐπὶ*] Idem in arsi quarta iambo praepositioni *ἐπὶ* praemisso hiatus est e. gr. Iliad. XII, 168 *ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ.* Cf. etiam Odyss. XIII, 222. Theocr. XVII, 106.

*XIX.

ARGUMENTUM.

Cupido, dum mel ex alveari furatur, ab apicula pungitur atque doloris ex vulnere impatiens matri de crudelitate tam parvae bestiolae conqueritur. Cui *Venus* ridens eum simillimum esse apiculae respondet, qui et ipse parvulus sit et magna tamen vulnera infligat.

Hoc carmen, quod inde a Stephani temporibus (exceptis paucis editionibus, velut Crispiniana vel Apeliana) undevigesimum in corpore idylliorum Theocriteorum numerari solet, non esse Theocriti multi homines docti vere iudicaverunt. Nam quicunque lectione poetarum bucolicorum imbutus est, hunc Cupidinem, qui hic ,,cuppes'' (Plaut. Trin. II, 1, 14 = 239) favorum ,,despoliator'' describitur, longe diversum esse sentiat necesse est ab eo deo importuno, quem Theocritus id. III, 15 *βαρὺν θεόν* appellat et de cuius vi saeva gravibus verbis id. II, 133 sqq. conqueritur: idem vero concedet huius carminis puerum mellilegum geminum esse pueri alitis Cythereae blandi, levis, audaculi, qui a Moscho id. I. vel a Bione id. X. coloribus vividis pingitur. Ac maxime illa, quae hic v. 8 legimus in memoriam revocant verba Bionis, qui id. X, 4—5 Cupidinem vocat *ταλίκον πάντεσσι κακόν* et *μορφᾷ νόον οὐδὲν ὁμοῖον.* Moschus autem id. I, 18—19 de eodem deo haec dicit: *τόξον ἔχει μάλα βαιόν, ὑπὲρ τόξω δὲ βέλεμνον· τυτθόν οἱ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ᾽ ἄχρι φορεῖται:* et v. 13: *μικκύλα μὲν τήνῳ τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει.*

Theocriti quidem nomen in codice r. titulo carminis adscriptum est, videlicet a manu secunda, at abest auctoris nomen a codice 11. et aliis codicibus. Quae res si cui levior videtur, quod alia etiam carmina Theocritea non habent adscriptum nomen auctoris, velut id. III. IV. al., quum sit e. gr. titulo idyllii II. in codice p. nomen *Θεοκρίτου* additum, is consideret locum, qui in editionibus principibus et in codicibus huic idyllio datus est. Nam in editione Aldina *non correcta* (in ed. Mediolanensi idyllium XVIII. ultimum est, hoc idyllium ac cetera idyllia non exstant) idyllium XVIII. sequitur Moschi epitaph. Bionis (nullo sane nomine auctoris adscripto), tum Moschi Europa (sine nomine auctoris), tum Moschi *Ἔρως δραπέτης* (adscripto Moschi nomine), tum *κηριοκλέπτης* (sine nomine auctoris), tum Bionis epitaph. Adonidis (sine nomine auctoris), tum Theocr. XX. (sine nomine auctoris), tum Theocr. XXI. (Theocriti nomine adscripto). Tum folio 43

seu p. 85 post duos ultimos versus idyllii XXI (XXI, 66—67) initium est Moschi Megarae (Megar. v. 1—13) auctoris nomine non addito, tum incipiente in hac pagina confusione illa, de qua Reiskius p. VII sqq. primus dixit et de qua infra p. 103 verba faciemus, continuo in eadem pagina et in proximis usque ad p. 88 versus Mosch. III, 35—128 ed. Mein. subiiciuntur. Tum sequitur ibi p. 88—93 Theocr. XXII. (sine nomine auctoris) 1—44 et continuo eiusdem carminis vss. 92—185, quibus media p. 93 continuo subiiciuntur vss. Theocr. XVIII, 51—58. Tum Theocr. XXIII. (sine nomine auctoris), tum Syrinx, tum Anacreonteum *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη*. Reliqua carmina non habet haec ed. Aldina, sed addit p. 98 *Γένος Θεοκρίτου*, epigramma Artemidori, epigramma *ἄλλος ὁ Χῖος* et epigramma *ὥσπερ σκύφος γάλακτος κτλ.*, denique p. 99 *περὶ εὑρέσεως τῶν βουκολικῶν*. Idem est etiam ordo carminum in editione Aldina *correcta*, mutatis quidem ex parte his, quae p. 85 sqq. ad Moschi Megaram cet. pertinent, sed tamen ita collocatis carminibus: — Theocr. XVIII., Moschi epitaph. Bionis, Moschi Eur., Moschi *Ἔρ. δραπ.*, *κηριοκλ.*, Bionis epitaph. Adonidis, Theocr. XX. XXI., Moschi Meg., Theocr. XXII. XXIII., Syrinx, Anacreonteum *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη*. Eundem ordinem *correctae* editionis Ald. editiones servant Gourm. et Lov., servat etiam ed. Callierg. [in cuius descriptione erravit Ahr. vol. I p. LVI. „*Bion. V.*“ commemorans), ubi tamen post Syringa additur Theocr. XXIV. XXV. XXVI. XXVIII. XXIX, 1—25. XXVII. Epigr. I. II. III. IV. V. VI. XV. VII. VIII. X. XI. XII. XIII. XIV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXII. In editione Iuntina, quam arg. id. II p. 70 exsignavimus, hic, de quo agitur, *κηριοκλέπτης* omnium carminum est ultimum. Non aliter in codice c. hoc carmen extremum est corporis bucolicorum Anacreonteo illi *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη* subiectum (cfr. Ziegler. II. p. VII et Ahrens. tom. I p. XXVIII., ubi insignis error „*Inc. XIX.*“ pro „*Inc. IV.*“ vel „*Theocr. XIX.*“ notandus est). In codice r. hoc carmen sequitur *Ἔρωτα δραπέτην* (cfr. Ziegler. II. p. VI), item in codice 23., ubi sunt *Ἔρωτος δραπέτου* versus 18—29 (cfr. Ahrens. p. XXXV). Etiam in codice 11. hoc carmen *Ἔρωτα δραπέτην* sequitur, in quo quidem codice ordo carminum teste Zieglero II. p. IV hic est: Theocr. I—XV. XVIII. Bionis epitaph. Adonidis [si recte verba Ziegleri intelligo], Theocr. XXVIII („sine titulo“). XXIX, 1—8 („sine titulo“). XVI. XXV („sine titulo“). Moschi Megarae v. 1—13, Moschi epitaph. Bionis v. 35 — extr. Theocr. XXII. („omissis vss. 45—91: post v 184. repetuntur v. 51—80 idyllii XVIII.“). Theocr. XX. XXI. Moschi *Ἔρως δραπέτης* (ubi *Μόσχου* manus recentior addidit). Tum „sine titulis“ Theocr. XIX., Anacreonteum *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη* (si recte Zieglerum intelligo), Theocr. XXIII., Achillis et Deidamiae epithal., Theocr. XXIV, 1—86, Syrinx (Syringi soli *Θεοκρίτου* nomen superscriptum).

Quae quum ita sint, recte Ahrensius aliique Theocrito hoc carmen abiudicarunt. Sitne Bionis an Moschi an alius poetae pro certo affirmari non potest. Plerisque visum est Bionis, Valckenario II. p. 198 (nam in ed. Valck. I. non habetur), Mansoni p. 220 libri infra laudandi, Hermanno ad Bion. p. 63.

Antiquis utique temporibus scriptum esse carmen docet imitatio odarii Anacreontei, quod Graeco carmini adscripsimus. Nemo enim hodie credet Annae Daceriae, quae odarion illud a Teio Anacreonte scriptum et a Theocrito imitando expressum esse putavit. Pluribus eandem rem verbis persecutus est Nicet. Eug. IV, 313 sqq. (*κοιμωμένην μέλιτταν ἐν ῥόδοις πάλαι τῆς ποντογεννοῦς Ἀφροδίτης παῖς Ἔρως οὐκ εἶδεν, ἐτρώθη δὲ δακτύλῳ μέσῳ κτλ.*). Denique comparari

possunt epigrammata Meleagri (Brunck. *anal.* I p. 30, CVIII), Marci Argentarii (Brunck. II p. 266, II), Stratonis (Brunck. II p. 379, LXXXVIII), Agathiae (Anth. Pal. V, 287, 5).

Latine multi homines docti hoc carmen verterunt, Phil. Melanchthon, Ioach. Camerarius, Iac. Mycillus, C. Urs. Velius, quorum exstant versus Latini in Io. Soteris libro, quem arg. id. XVI p. 62 commemoravimus, p. 58 sqq. Huc accedit Henr. Stephanus l., quem arg. id. III p. 119 indicavimus.

Teutonicis versibus hexametris expresserunt Conzius, *anal.* (Lips. 1793) p. 74, Manso p. 127 l. infra l., I. F. Degenius in l. *Anakreon's Lieder* etc. Altenb. 1787, 12 et Lips. 1821, 8, Seckendorfius in l. *Blüthen griech. Dichter* p. 174, Ed. Iahnius in l. *Anakreonteia*, progr. gymn. Tropp. 1857. Alia est interpretatio in Staeudlini l. *schwäbischer Musenalmanach* (1782) p. 39. Vossiana interpretatio exstat etiam in huius viri l. *Musenalmanach* (Neustrel. 1800) p. 187.

Anglicis versibus Dryden. *misc. poems.* ed. IV. Lond. 1716. tom. II p. 230, Ed. du Bois (*the Wreath* composed of selections from Sappho, Theocr. cet.) Lond. 1799, 12. Guil. Pattison (*poet. works*, Lond. 1728) vol. I verterunt.

Itala est translatio in B. Garofali libro *considerazioni sulla poesia degli Ebrei e de' Greci*, Rom 1707, 4 II p. 73. Praeterea cfr. Hoffmann, *bibliogr. Gr.* III p. 489 et Gamba p. 600 nr. 2206.

De interpretatione Islandica dixit Hoffmann l. l. p. 490.

Graeca leguntur etiam in libro Io. Soteris, cuius modo mentionem fecimus, p. 58, in Mansonis editione Bion. et Mosch. (1807) p. 126, in Fr. Iacobsii *anthol.* (vide arg. id. XI p. 343) p. 177, in Godofr. Hermanni editione Bion. et Mosch. p. 14.

Quae ad crisin carminis spurii pertinent cum pulvisculo excutientur in addendorum volumine, ubi etiam de ea ratione, quae inter codices et inter editionem Aldinam intercedit, disputabimus. Interim, quum non sit perspicua descriptio Ahr. p. L., haec hoc loco corollarii instar addere visum est. Aldus Manucius, quum in quibusdam foliis editionis Venetiis MCCCCXCV mense februario impressae insignia apparerent menda et errata, horum foliorum loco alia folia (p. 70—80 et 85—100) typis exscribenda curavit eaque emendatiora pro foliis mendosis exemplaribus nondum divulgatis substituit, titulo et foliis non mendosis servatis, etiam foliis, quae p. 81—84 complent seu bifolium Z F III. Talia exemplaria, quae *correcta* voco, primus descripsit Reiskius l. l.: asservantur autem in bibliotheca univers. Pragensis et in bibliotheca univers. Gottingensis et in bibliotheca Bodleiana. Exemplaria *non correcta* asservantur in bibliotheca Paulina Monasterii (quo exemplo Longolius, ut mecum humanissime Winiewskius communicavit, usus esse videtur), in bibliothecis univers. Rostochiensis et Halensis, in bibliotheca regia Dresdensi, in bibliotheca Paulina Lipsiensi, in bibliotheca senatus Lipsiensis. Priora folia 42 in utriusque generis exemplaribus plane sunt eadem. Sed folium quod numero est 43 exemplaris *non correcti* pagina huius folii priore (p. 85) — id quod certa de causa repeto — haec complectitur: Theocr. XXI, 66—67 editionis meae (*Ἐλπὶς τὸν ὕπνον ζατεῖ τὸν σάρκιον ἰχθὴν μὴ σὺ θάνῃς κτλ.*), tum Moschi Megarae v. 1—13 (*Μᾶτερ ἐμὰ τίφθ᾽ ὧδε* usque ad v. 13 *σχέτλιος. ὅς τόξοισιν ἅ οἱ πόρεν αὐτὸς ἀπόλλων*). Hunc versum continuo sequuntur versus Mosch. III, 35—44 Iam pagina altera huius folii 43 (p. 86) incipit *Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος ἄρχετε μοῖσαι Ἀονίδες* (sic). *πᾶσαί τε χελιδόνες. ἅς ποκ ἔτερπεν* et desinit in versu 47 *πᾶσαν ὄπλησας φωνᾶς ἄλα*

νῦν πάλιν ἄλλον, seu continet Moschi III. versum intercalarem et versus Moschi III, 45—74. Contra in exemplari *correcto* hoc folium 43 incipit quidem pariter ab duobus versibus ultimis id. XXI. (66—67) sed ita correctis: *Ἐλπὶς τῶν ὕπνων ζατεῖν τὸν σάρκινον ἰχθῦν.* Tum sequitur Moschi Megara addito alio pampinaceolo typographi atque est in exemplari *non correcto* et addita hac inscriptione *ΜΕΓΑΡΑ ΓΥΝΗ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ* et peculiari versu litteris minutis *δωρίδι*, quod deest in exemplari altero. Pagina altera folii (p. 86) incipit ab illius carminis versu 25, desinit in versu 55 ed. Mein. Exemplar *non correctum* cognoscitur pagina folii 50 altera vacua, ubi *exemplum correctum* habet carmen *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη.*

Hactenus in universum de editione Aldina. Ibi in exemplis *non correctis* vs. 8—9 sic scripti sunt:

χἀ μάτηρ γελάξασα, τὶ δ᾿ οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις,
χὤ τυτθὸσ μὲν ἔησ, τὰ δὲ τραύματα ἅλικα ποιεῖς.

Etiam codd. c. 23. habent *γελάξασα*, sed *γελάσασα* edd. Iunt. Call. Lov. Pro *τὶ δ᾿* Aldinae exemplum *correctum* et codd. r. c. 23. 11. edd. Iunt. Call. Lov. habent *τί δ᾿*. Pro *ἴσον*, quod habet etiam cod. c., in ed. Ald. *correcta*, edd. Iunt. Call. Lov. et cod. r. est *ἴσον*, in codd. 11. 23. *ἴσος*. Hoc (*ἴσος*) recepit Steph., *τὺ* pro *τὶ* e coni. posuit atque post *μελίσσαις* signum fecit percontationis. Stephanum secuti sunt Heins. Wintert. Reisk. At Brunck. e coni. haec edidit: — *τί δ᾿; οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσᾳ, χὼς τυτθὸς μὲν ἐὼν, τὰ δὲ τρ. ἁλ. ποιεῖς;* Hinc *χὡς τυτθὸς* recepit Boiss. I. II. Valck. scripsit *τὺ δ᾿ οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις; χὼ τυτθὸς μὲν ἔῃς, τὰ δὲ τρ. ἁλ. ποιεῖς.* Hunc Mein. I. II. III. al. sequuntur. Imperfectum *ἔῃς* frustra tanquam praesentis temporis vi praeditum defendit Schaefer ed. 1809 p. 196. Hermannus partim e sua partim e Bergkii (*ἠσί*) coniectura l. l. p. 14 haec scripsit: *χἀ μάτηρ γελάσασα, τί δ᾿, οὐκ ἴσον, ἠσί, μελίσσαις; καὶ τυτθὸς μὲν ἔεισθα, τὰ τραύματα δ᾿ ἅλικα ποιεῖς.* Ahrensius e coni. haec scripsit: *τί δ᾿; οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσαις, ὡς τυτθὸν μὲν ἴῃς, τὰ δὲ τρ. ἁλ. ποιεῖς;* Hartungius: *τὺ δ᾿ οὐκ ἴσος ἦσθα μελίσσαις, ὃς τυτθὸς μὲν ἔῃς, τὰ δὲ τρ. ταλίκ᾿ ἐποίεις;* Ego v. 8 recepi emendationem a Meinekio p. 489 (qui tamen *τὺ δ᾿ οὐκ* — vult) in medio positam.

*ΙΘ.

ΚΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ.

Τὸν κλέπταν ποτ' Ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα
κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον, ἄκρα δὲ χειρῶν
δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν. ὁ δ' ἄλγεε καὶ χέρ' ἐφύση
καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε καὶ ἅλατο, τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ
δεῖξέ τε τὰν ὀδύναν καὶ μέμφετο, ὅττι γε τυτθόν
θηρίον ἐστὶ μέλισσα καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ.
χἁ μάτηρ γελάσασα· τί δ'; οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσαις,
ὃς τυτθὸς μὲν ἔφυς, τὰ δὲ τραύματα ταλίκα ποιεῖς;“

Anacr. 33. *Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι*
κοιμωμένην μέλιτταν
οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη
τὸν δάκτυλον· παταχθείς
τὰς χεῖρας ὠλόλυξεν·
δραμὼν δὲ καὶ πετασθείς
πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην
„ὄλωλα μᾶτερ“ εἶπεν,
„ὄλωλα κἀποθνήσκω·
ὄφις μ' ἔτυψε μικρός
πτερωτός, ὃν καλοῦσιν
μέλιτταν οἱ γεωργοί.“
ἁ δ' εἶπεν· „εἰ τὸ κέντρον
πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας,
πόσον δοκεῖς πονοῦσιν
Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;“

*XX.

ARGUMENTUM.

Bubulcus hic loquitur, qui puellae cuidam urbicae osculum dare voluerat. Ab hac reiectus et verbis acerbis exagitatus (v. 2 sqq.) de fastidio illo inaudito conqueritur pastoresque interrogat (v. 19), num repente a diis mutata sit forma sua, ob quam acceptus semper omnibus ruri puellis fuerit libenter ipsum exosculantibus (v. 30 sq.). Nimirum illam urbicam superbientem ignorare quanta sit dignitas conditionis pastoriciae, quum etiam multae saepe deae pastores in deliciis habuerint (v. 34 sqq.). Ideo illi, potiorem se deabus existimanti, perpetuam amatorum penuriam imprecatur (v. 44 sq.).

Non esse hoc idyllium Theocriti, cuius quidem nomen in codicibus Zieglerianis p. 99 praefixum est, sed posterioris poetae, Theocritum aemulantis, quum alii post Heinsium (*lectt. Theocr.* p. 294) et Wartonum (tom. II p. 229) obscuro quodam sensu ducti pronunciaverint, tum Meinekius praef. ed. II. p. V et p. 329 sqq. ed. III. planum fecit argumentis, quibus alia etiam addimus.

Ante omnia neque res possunt, de quibus agitur, neque persona eius, qui hic loquitur, bubulci cum rebus et cum pastoribus Theocriti comparari. Neque enim ita subiicitur oculis nostris persona et scaena quaedam certa, ut fit e. gr. in idyllio tertio, quod huius auctor carminis iuxta atque id. VI. et XI. adumbravit. Non est hic expressa ad vivum et spirans ullius hominis natura certa et indoles, non animorum, non morum ulla proprietas: non affectuum eiusmodi notatio ac varietas, qualem vides in idyllio III., ubi inter spemque metumque suspensus fluctuat amator, qui querimoniis suis vel tangit cor lectoris vel exhilarat: umbram potius hic vides pastoris exsanguem, non colorem pastoris suci pleni: delicatulum paene dixerim colonum Gesnerianum, non fortem agri cultorem Theocriteum, qualis est e. gr. Milon idyllii decimi. Nulli hic stimuli, nulli aculei, nulli sales, nullae Veneres, non Gratia vivax, unde prodatur Theocriti ingenium. Ruris autem et urbis differentia (cf. id. VII, 2) nusquam apud Theocritum verbis tam plenis invidiae significatur qualibus hic noster utitur v. 4 et 44: nusquam a Theocrito conditio agricolaram tanquam sordida sordidis verbis describitur, qualia hic legis v. 9 coll. id. VII, 16: quo v. 18 accedit *ἑταίρας* nomen et ipsum spurcum (cfr. id. IV, 59 *Ἐρωτίς*).

Nec temere factum videtur, quod agrorum colonos huius auctor carminis v. 4 *rusticos*, ἀγροίκους, appellat, id quod nunquam fecit Theocritus, qui eosdem id. XIII, 44. XXV, 23. 168 dixit *agrestes* (Liv. I, 14) ἀγροιώτας. Cf. Mosch. V, 13.

Quod si quis his, quae diximus, non movetur, moveatur argumentis ex orationis indole petitis. Primum consideretur usus praepositionis ἀνά. Namque apud Theocritum ubique haec praepositio *loci* habet significationem (vide exempla adn. ad id. I, 83 collecta, quibus adde id. I, 48. 115. 116. II, 49. VII, 87. 92.. XIV, 9. XXII, 21. 43. XXIV, 22): at *temporis* significationem habet in huius idyllii versu extremo, ubi ἀνὰ νύκτα plane ita dicitur ut a Bione id. I, 73 (οἷς μετὰ σεῦ ἀνὰ νύκτα τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμίχθη). Aliquid etiam tribuendum v. 26 plurali numero vocabuli στόματα, a quo abstinuit Theocritus, quem usurpavit Moschus id. II, 96 coll. Soph. Oed. R. 1220. Quod autem legitur v. 17 hemistichium φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν, id numero ac sententia memores nos facit hemistichii Bion. I, 17 coll. Bion. I, 56 ἔχω δ' ἀκόρεστον ἀνίαν. Neque momento caret usus adi. κρήγυος, cui v. 19 *veri*, at Theocr. epigr. XXI, 3 *probi* notio subiecta est (vide Mein. p. 332). Magis etiam memorabilis vox πλαγίαυλος v. 29, de qua cfr. Bern. Martin. *varr. lectt.* I, 10 p. 22. Nusquam enim Theocritus hoc instrumentum pastorum musicum nominat, qui aliquoties αὐλόν (id. VI, 43. V, 7. X, 34), persaepe σύριγγα (id. VIII, 18 sqq. V, 4 sqq. I, 129. VI, 43. IV, 28) commemoret: at Bion dixit id. V, 7: ὡς εὗρεν πλαγίαυλον ὁ Πάν. Eodem in versu legitur δῶναξ, a quo vocabulo Theocritus abstinuit: versus auctor fortasse recordabatur id. V, 7 (cf. epigr. II, 3). Ne βοηνόμος quidem (v. 41) bubulcus a Theocritus dicitur, qui dixit βούταν (id. I, 80. 86. 113. VI, 44. VII, 73) vel βουκόλον (id. I, 105. 116. IV, 5 al.) vel βοῶν ἐπίουρον (id. VIII, 6) vel βουκολέοντα (id. VII, 92. VIII, 1). Quod si his lectis eo inclinat animus, ut Bionem potius vel Moschum carminis auctorem existimes, ad Bionem propius etiam adduceris usu formae verbi ἐμμί, quam Bion. I, 53 firmat codicum omnium et edd. prr. suffragium (nam Bion. I, 56 codd. habent εἰμί et ἐμμί e Brunckii coniectura ab Ahrensio positum est) et quam etiam in huius carminis v. 19 et 32 codicum et edd. prr. consensus munit, sed quae absona est a sermone Theocriti. Notabilis denique v. 1 forma μιν: cf. adn. id. I, 48.

Nihil equidem tribuo illis rationibus metricis, de quibus Meinekius p. 330 et p. 333 dixit: nam correptio vocalium v. 6 et v. 13 (οἷα βλέπεις, λοξὰ βλέποισα) comparationem habet Theocr. id. XVII, 136: caesuram autem versus 6 extraordinariam (οἷα βλέπεις — ὁπποῖα λαλεῖς) non esse destitutam exemplis Theocriteis ex adn. ad id. VIII, 5 didicisti. Cf. et Iliad. VI, 181. XI, 173. Odyss. XIII, 272.

At sententiae sunt carminis multae multaque verba, e quibus legisse auctorem huius carminis vestigia Theocriti manifestum est. Vide adn. ad v. (1). 5. 8. 10. cet. Extremus vero versus cum Bioneo versu quodammodo conspirat (vide adn. ad v. 45). Contra huius carminis versum 41 et versuum 34 sqq. colorem imitando effinxit et expressit Longus IV, 17 p. 123—124 Sch., versum 41 — ut videtur — Achilles Tatius II, 37 atque Nonnus Dion. XV, 280: idem Nonnus versum 37 Dion. XV, 283: Erycius vero, Anth. Pal. VII, 174, 3, versum 28. Oppianum Cyneg. II, 411 formam versus 6 imitatum esse non contenderim cum Lehrsio, *Aristarch.* ed. II p. 416: cf. adn. ad id. VIII, 5.

Denique locus ipse, qui in editionibus principibus (vide arg. id. II p. 70 et arg. id. XIX, p. 102) huic carmini assignatus est, Moschum potius, quod putant Heinsius, Harlesius, al. vel Bionem arguit auctorem. Idemque colligitur ex ordine

codicis 11. (vide arg. id. XIX p. 102), codicis M. (Ahr. p. XXXIX) et codicis c. (Ziegler. II p. VII) atque codicis 18. (Ziegler. p. V).

Graeca exhibuerunt etiam Harles. (Bion. et Mosch. 1780) p. 326 Manso (Bion. et Mosch. 1807) p. 128, Iacobsius p. 174 libri argum. id. XI p. 343 laudati, Bachius *anth.* p. 166. Stollius *anth.* p. 188.

Latine hoc quoque carmen vertit Henr. Stephanus l., quem arg. id. III p. 119 indicavimus, et Wetstenius apud Valck. I p. 157. Teutonice carmen verterunt Conzius, *anal.* (Lips. 1793) p. 138, Manso l. l. p. 129, pedestri vero oratione Koehlerus, *not.* (Lubec. 1767) p. 81. Anglice verterunt Drydenius et du Bois in libris arg. id. XIX p. 103 indicatis: de interpretatione Itala vide arg. id. III p. 119—120: de Islandica interpretatione arg. id. XIX p. 103.

De rationibus, quas in constituendis verbis huius carminis spurii secuti sumus, dicetur in additamentorum volumine.

---

*K.

ΒΟΥΚΟΛΙΣΚΟΣ.

Εὐνείκα μ' ἐγέλασσε θέλοντά μιν ἁδὺ φιλᾶσαι,
καί μ' ἐπικερτομέοισα τάδ' ἔννεπεν· „ἔρρ' ἀπ' ἐμεῖο.
βουκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι τάλαν; οὐ μεμάθηκα
ἀγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἀστικὰ χείλεα θλίβειν.
μὴ τύ γέ μευ κύσσῃς τὸ καλὸν στόμα μηδ' ἐν ὀνείροις.
οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις,
ὡς τρυφερὸν λαλέεις, ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις·
ὡς μαλακὸν τὸ γένειον ἔχεις, ὡς ἁδέα χαίταν.
χείλεά τοι νοσέοντι, χέρες δέ τοι ἐντὶ μέλαιναι,
καὶ κακὸν ἐξόσδεις. ἀπ' ἐμεῦ φύγε, μή με μολύνῃς.“
τοιάδε μυθίζοισα τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον,
καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδε
χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα,
καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρός
καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλασσεν. ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα,
καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὤλγεος ὡς ῥόδον ἕρσᾳ.
χἁ μὲν ἔβα με λιποῖσα· φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν,
ὅττι με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσαθ' ἑταίρα.

1. *Εὐνείκα*] Cf. adn. ad id. XIII, 45.
4. *ἀγροίκως*] Verg. Ecl. II, 56 *rusticus* es, Corydon.
5. *τὸ κ. στ.*] Fons id. II, 126. I, 146.
8. *ὡς μαλ. κτλ.*] Ironiae fons fortasse id. XV, 130 coll. id. XIV, 4.
10. *κακ. ἐξ.*] Fons id. V, 52.
11. *τρὶς κτλ.*] Fons id. VI, 39.
14. *θηλ.*] Cf. id. VI, 15. — *σεσαρός*] Cf. id. VII, 19 et id. V, 116.
17. *ὑποκ.*] Cf. adn. id. XI, 15.
18. *τὸν χαρ.*] Vide id. VIII, 1. II,

ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλὸς ἐμμί;
ἆρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξε;
καὶ γὰρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζεν ὑπήναν,
χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο,
καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις·
ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας,
τὸ στόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον, ἐκ στομάτων δέ
ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κηρῶ.
ἁδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα, καὶ ἢν σύριγγι μελίσδω,
κἢν αὐλῷ δονέω, κἢν δώνακι, κἢν πλαγιαύλῳ.
καὶ πᾶσαι καλόν με κατ' ὤρεα φαντὶ γυναῖκες,
καὶ πᾶσαί με φιλεῦντι· τὰ δ' ἀστικά μ' οὐκ ἐφίλασεν,
ἀλλ', ὅτι βουκόλος ἐμμί, παρέδραμε, κοὔποτ' ἀκούει·
„χὠ καλὸς Διόνυσος ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει·"
οὐκ ἔγνω δ' ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτᾳ
καὶ Φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν, αὐτὸν Ἄδωνιν
ἐν δρυμοῖσι φίλασε καὶ ἐν δρυμοῖσιν ἔκλαυσεν.
Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βουκόλος; ὅν γε Σελάνα
βουκολέοντα φίλασεν, ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
λάθριον ἂν νάπος ἦλθε καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.
καὶ τὺ Ῥέα κλαίεις τὸν βουκόλον. οὐχὶ δὲ καὶ τύ

115. XIII, 7. XII, 20 atque id. VII, 118 (τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον).

19. τὸ κρήγυον] Cf. arg. p. 107.

21. καὶ γὰρ] Fons id. VI, 34 sqq. καὶ γάρ θην κτλ. — ἐπάνθεεν] Cf. adn. ad id. VII, 121.

24. λευκὸν — λάμπε] Fons fortasse Theocr. id. VI, 38.

26. πακτᾶς] Cf. id. XI, 20. — στομάτων] Cf. arg. p. 107.

27. μέλι] Fons Iliad. I, 249.

28. ἁδὺ κτλ.] Fons Theocr. I, 1—2. VIII, 82 coll. id. XI, 38 sqq. Erycius in Anth. Pal. VII, 174, 3 οὐδέ σευ ἐκ καλάμων κεραοὶ βόες ἁδὺ μέλισμα δέξονται.

29. πλαγιαύλῳ] Cf. arg. p. 107.

30. καλὸν] Fons id. VIII, 73 coll. II, 125. — κατ' ὤρεα] Cf. id. VIII, 2. I, 123.

31. καὶ πᾶσ.] Fons id. XI, 77.

33 sqq. ἐν ἄγκεσι] Verg. Ecl. II, 60 habitarunt di quoque silvas.

34. Κύπρις κτλ.] Fons Theocr. III, 46 sqq. coll. I, 105. — μήνατο] Cf. id. II, 48—49. II, 40. — βούτᾳ] Long. IV, 17 p. 123 Sch. βουκόλος ἦν Ἀγχίσης, καὶ ἔσχεν αὐτὸν Ἀφροδίτη. Vide v. 41.

37—38. Ἐνδυμ. κτλ.] Fons id. III, 49 sq. Nonn. Dion. XV, 282 δεῦρο, βόας ποίμαινε, καὶ ὁπλοτέρην σε καλέσσω ἄλλῳ βουκολέοντι σὺν Ἐνδυμίωνι Σελήνην.

ὦ Κρονίδα διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης;
Εὐνείκα δὲ μόνον τὸν βουκόλον οὐκ ἐφίλασεν,
ἃ Κυβέλας κρέσσων καὶ Κύπριδος ἠδὲ Σελάνας.
μηκέτι μηδ' ὦ Κύπρι τὸν ἅδεα μήτε κατ' ἄστυ
μήτ' ἐν ὄρει φιλέοις, μούνη δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις.

41. *διὰ παῖδα β.*] Long. l. l. (vide v. 34) *ποιμὴν ἦν Γανυμήδης, καὶ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἥρπασε.* Nonn. Dion. XV, 280 *καὶ Διὸς οἰνοχόος πέλε βουκόλος.* Ob praepositionem *διὰ* cf. Achill. Tat. II, 37 *διὰ γυναῖκά ποτε Ζεὺς ἐμυκήσατο.* Ceterum vide arg. p. 107.

45. *μούνη κτλ.*] Bion. II, 28 *αὐτὰρ ἐγὼ μούνα, μούνα δὲ σὺ νύμφα καθεύδεις.* — *ἀνὰ ν.*] Vide arg. p. 107.

*XXI.

ARGUMENTUM.

„Continet hoc carmen piscatorum duorum nocturnam confabulationem. Poeta Diophantum appellans nescio quem, pauca de paupertatis vi ad studia hominum excitanda praefatus, saenam describit, ubi illud colloquium habetur. Est illa in piscatorum tugurio, ad maris litus, curta suppellectili instructo (v. 7 sqq.). Alter eorum quum somnium per quietem vidisset, amicum rogat ut id sibi interpretetur (v. 29 sqq). Visus erat sibi aureum piscem cepisse, eoque capto piscatum in posterum se non exerciturum esse statuerat, idque consilium iureiurando firmaverat. Nunc, quum aurea illa spes una cum somnio avolasset, iurisiurandi, quo se obstrinxerat, religionem timet (v. 62). Bono eum socius animo esse iubet, et ut somnii speciem, ita iurisiurandi quoque per somnium temere pronunciati religionem vanam esse docet" Fr. Iacobs. (v. 63 sqq.).

Temere Henr. Stephanus hanc eclogam cum XIX. et XX. immiscuit Theocriteis, quae est et in editionibus Ald., Call. (vide arg id. XIX p. 102), Iunt. (vide arg. id. II p. 102), in codice 11. (vide arg id. XIX p. 102), et in codicibus 18 c. (vide Ziegler. II p. V. p. VI.), in codice M. (vide Ahr. p. XXXIX) media inter ea carmina, quae falso sub Theocriti nomine feruntur, non posita, ut ab his, qui etiam nunc (velut Eberzius p. 298) eam tanquam genuinam Theocriti filiolam exosculantur, Stephani sit factum probandum potius quam a nobis ostendendum, quibus eam ducti rationibus iudicemus spuriam. Nam si quis hodie habitans in his studiis aliquo in codice primus hoc carmen sine auctoris nomine inveniret, is neque primo oculorum obtutu neque considerato diutius argumento agnosceret scriptum Theocriti, neque quidquam ad huius idyllia animum eius adverteret. Cui si alius Theocritum haec scripsisse diceret, ille miraretur ante omnia, quod *amoris* in hoc carmine nulla omnino mentio fieret, quum esset nullum a Theocrito scriptum carmen pastorale, nullum mimicum, nullum lyricum, in quo non meminisset partes quasdam esse amoris. Dubitationem eidem homini moveret summa carminis universi. Dialogum quidem videret ruralis carminis similitudinem affectantuem At his, qui sunt Theocriti, dialogis ruralibus non aliud est propositum, nisi ut rebus personisque certis ad veritatem effictis vitae illius quietae imaginem quandam hilarem proponant, quae delectet lectorem, non quae doceat eum eiusque vitam prudenti

aliquo consilio moneat. Hoc vero carmen ita concluditur, ut admonitioni versuum extremorum vim quandam moralem, ad omnes mortales pertinentem, de industria admixtam esse intelligas. Quod nisi sumis, carmen totum ineptum est. Sensit hoc Fontanius, de quo vide Didotium p. 480. Fontanius quidem haec scripsit. ,,Théocrite a fait une idylle de deux pêcheurs, mais elle ne me parait pas d'une beauté qui ait dû tenter personne d'en faire de cette espèce. Deux pêcheurs qui ont mal soupé (v. 41) sont couchés dans une méchante petite chaumière qui est au bord de la mer. L'un renconte à l'autre qu'il venait de rêver qu'il prenait un poisson d'or, et son compagnon lui répond qu'il ne laisserait pas que de mourir de faim avec une si belle pêche. *Était-ce la peine de faire une idylle?*" Non erat profecto operae pretium, nisi quid morum vitaeque recte conformandae gratia monere lectorem hac ecloga poeta voluit. Non sedendo et somniis inanibus indulgendo parari res ad vitam sustentandam necessarias extremo carmine docet piscator ille, qui v. 64—67 loquitur, sed potius acquiri eas naviter agendo negotiaque strenue et impigre obeundo. Qua re factum est ut Vinsemius p. 179, cuius iudicium Bockius p. 4 libri infra laudandi, Briggsius p. 170, Hepnerus p. 16 libri vol. I p. 6 laudati, alii, sequuntur, hac *fabula* existimaverit carpi errorem eorum hominum, qui sua sorte non contenti circumspectent aliorum vitae conditiones et sibi de splendidiore atque ampliore fortuna vana somnia fingant eaque inani spe postea decepti, dum ad id quod nusquam est inhient, rebus praesentibus suisque officiis neglectis, miseriam sibi et calamitatem accersant: hanc enim insanam cupiditatem sub imagine somnii piscis aurei a poeta pingi. Quos viros doctos quamquam plus quam insit in carmine vidisse existimo (nam inferenda collatione piscis aurei longius quam poeta ipse voluerit illos res repetivisse dico), tamen in fine carminis considerando non aberravisse a vero iudico, tametsi nego comparari posse exitum idyllii XIV., praesertim quum idyllium XIV. non sit bucolicum ac sit revera ob certum quoddam, quamvis tectum, consilium a Theocrito conscriptum (vide arg. p. 17). Fuit etiam homo doctus, ceterum de litteris meritissimus, qui demonstratum hac fabula putaret, quanta fuisset apud Graecos iuris iurandi religio, quum piscator nefas esse duceret violare illud ius iurandum, quod dedisset *per somnium* (v. 62)*).

Sed utut haec sunt, morum certe et ingeniorum ea notatio, qua plurimus Theocritus pollet, frustra hic quaeritur, reprehenditurque carmen eisdem nominibus, quibus id. XX. (vide p. 106). Nisi forte illa loquacitate Asphalionis delectaris, quae etiam sodali eius v. 37 molesta est et quam auctori carminis verius quam seni personato imputamus. Compares modo, ut exemplo defungamur, naturas et mores eorum hominum, qui id. X. colloquuntur: quam diversa est ipsa vis inertiae, qua ibi Bucaeus, qua hic senex decrepitus laborat: conspicuus illic animus messoris indefessi Milonis festivitate et gravitate scatens, at hic ingenium eius sodalis, cuius sapientiam v. 26 sqq. et v. 64 sqq. audimus, habet nescio quid sicci, putidi, molesti.

Praeterea tractatio rerum non est Theocritea. Scaenam quidem idylliorum Theocritus aut verbis paucis indicat (id. VI, 3. XI, 17) aut facit sermone pasto-

---

*) In Aegypto a Theocrito scriptam hanc eclogam Warton. II p. 235 existimavit (cf. Kiessling. p. 545). Cui adstipulatur Hepnerus qui l. l. haec scripsit: ,,apparet Theocritum Aegyptiis suis hanc fabulam et cecinisse et edidisse, quia hi, quum plerique essent piscatores atque homines otio dediti, ad laborem non facile nisi inopia et necessitate perpelli poterant." Contra Zimmermannus p. 33 prope Syracusas agi res statuit. Tantum valuit opinio praeiudicata.

rum inter se colloquentium vel secum loquentium (id. III, 1) ante oculos nostros quasi nascentem (id. I, 1. I, 7. I, 12. IV, 1 sqq.). Contra auctor huius idyllii fuse nobis ac verbose exiguam illam casam hominum tenuissimo cultu viventium describit eiusque miseram supellectilem tanquam in tabula auctionaria ita in conspectu ponit, ut credas hunc terrae filium more hominis umbratilis istiusmodi piscatorum tuguria eo ipso consilio, ut haberet quod enarraret et ad veritatem non gratam adduceret, adiisse et sedulo perlustravisse.

Iam vide mihi orationem illam cani piscatoris somnium suum multis verbis (v. 39) narrantis: concedes habere eam marcidum quiddam et quasi quandam senectutem, a qua multum viriditas abhorret et sanitas Theocritea, a qua divelli aegre patimur, dum strigosum hoc dicendi genus non tenet aures auditoris, sed reddit eum morae impatientem et finis audiendi cupidum, non curiosum. Iac. Geringius quidem, *de stilo Theocr.* p. 27: stilus, inquit, est humilis huius idyllii: quid enim sublime nugantes loquerentur illi piscatores?

Quemadmodum autem hic deplorata vi paupertatis a moesto initio trahitur sermo, ita per opus totum regnat tetricum quiddam ac triste, quod respuit vis vitalis ac salubritas dictionis Theocriteae.

Denique aliquid etiam tribuendum dialecto. Nam quamquam nominum ac verborum terminationes Doricae pleraeque cum usu mimicorum carminum Theocriti consentiunt, tamen v. 60 *βασιλεύσειν* deprehenditur in codd. 18. c. edd. Call. (*βασιλεύσει* Ald. *βασιλεύειν* Iunt.), non *βασιλευσεῖν* (v. 32 *νυστάξῃ* et v. 63 *τρέσσεις* e coniectura posui).

Sophronis fuit quidem mimus ὁ *θυννοθήρας*, de quo cfr. Botzonius *de Sophr. et Xenarcho mimogr.* (Lyccae 1856) p. 15 et cuius fragmenta, quae videntur, idem Botzonius collegit *fragm.* (1867) p. 12. Theocritus autem ad Sophronis exemplum mimorum idyllia (e. gr. id. II. XV.) composuit. Verum hac ex re non sequitur, id quod post Heinsium, *lectt. Theocr.* p. 376, multi iudicaverunt, ut hi *piscatores* a Theocrito scripti sint, quippe qui ducem habuerit Sophronem. Eo minus aliquid huiusmodi contendere nobis licitum est, quia tam pauca de Sophronis illo mimo accepimus, ut nihil omnino certi de argumento illius mimi animo nostro concipere possimus. Multo credibilius est poetam Theocrito iuniorem et Theocriteae Musae ruralis aemulum, quum pastorum satis esse crederet apud Theocritum messoresque etiam productos in scaenam videret, ut occurreret lectorum satietati novumque aliquid ipse afferret, processisse ruri longius et ad piscatores devertisse horumque desolatum tugurium. Insitne versibus 19 et 26 imitatio Theocriti necne, alii viderint. Moschum quidem certe versus 14 et 6 in memoriam nobis revocant.

Omnis quidem de hac ecloga nobis dubitatio exempta esset, si sciremus, quis *Diophantus* ille, cui carmen v. 1 dedicatur, fuisset, ubi terrarum quo tempore vixisset. *Diophantum* Alexandrinum, Libanii praeceptorem, hic appellari non est probabile.

Pleno igitur pectore sapiverunt viri docti, qui hoc carmen proscribendum censuerunt, Wartonus tom. II. p. 235, Ahrensius p. 225, alii, quamquam Theocriti nomen codicibus 11. 18. c. adscriptum est. At huius nulla fides tituli, quia etiam alia carmina manifesto non Theocritea, quae in hac, quam hoc carmen in codicibus habet, vicinia leguntur, prae se ferunt precario assumptum nomen Theocriti, velut Moschi epitaphius Bionis (vide Ahr. p. 213) vel Moschi Megara

(vide Ahr. p. 243), ac librarii hic quoque a potiori fecerint denominationem: cfr. Theod. Fritzschius *de Moschi epitaph. Bion.* p. I. sq.

Carmen his litteris illustratum est. *Disput. philol. exhibens illustrationem idyllii Theocritei ΑΛΙΕΙΣ dicti, quam — defendet* Christian. El. Bock., Stolbergae ad Hercyniam 1776, 4. *Animadversiones ad Theocriti idyllium XXI. Prolusio, qua — invitat* Carol. Zeunius, Vitebergae 1776, 4. Quaedam tractavit F. Gieslerus in Iahnii l. *Archiv f. Ph.* vol. IV. (1836) p. 22 sqq. Cfr. etiam Ringwood. p. 134 sqq.

Graeca exstant etiam in hoc libro: *Idyllium XXI. Theocriti Suethice redditum, quod venia facult. philos. Upsaliensis publicae censurae deferunt* Ericus Magnus Hådén et Andr. Henr. Sjöberg. Upsal. 1813, 4.

Raim Cunichii interpretatio Latina primum prodiit in *poetarum elegiacorum stylo Catulliano scribentium collectione*, part. II. Vindob. 1785 p. 241. Teutonicae sunt interpretationes Ramleri in l. *Einl. in die schönen Wissensch.* vol. I p. 398 (ed. 1802), Stolbergii, *Ged. aus d. Gr. Hamb.* 1782 p. 174. Vossii interpretatio primum prodiit in huius l. *Musenalmanach*, Hamb. 1797, Hartungii interpretatio in libello arg. id. VI p. 183 indicato. De Briegero vide arg. id. VIII p. 259. De interpretatione Suethica supra diximus.

Vergilium Georg. I, 145—146 spectavisse ad huius carminis versum primum (cf. et adn. ad v. 5 et ad v. 28), Horatium Epist. I, 10, 18 ad v. 28 non contendo. De Ovidio vide v. 14. 42—43: de Iuvenali v. 4. Imitandi materiam hoc carmen revera praebuit Sannazario, cuius in ecloga tertia, quae *Mopsus* inscribitur, hi versus sunt v. 8 sqq. imago:

Raraque per longos pendebant retia remos:
Ante pedes cistaeque leves hamique iacebant,
Et calami nassaeque et viminei labyrinthi cet.

Cfr. Campeaux *de ecloga piscatoria qualem a veteribus adumbratam absolvere sibi proposuit Sannazarius*, Paris 1859, 8. Praeterea comparetur idyllium nauticum H. Grotii *Myrtilus* apud Heins. p. 419 et Platenii carmen *die Schiffe auf Capri* (p. 119 ed. 1839).

---

*ΚΑ.

ΑΛΙΕΙΣ.

Ἁ πενία Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδειν
ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι.
κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιμύσσῃσι τὸν ὕπνον
αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφιστάμεναι μελεδῶναι.
Ἰχθύος ἀγρευτῆρες ὁμῶς δύο κεῖντο γέροντες,
στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι,
κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ· ἐγγύθι δ' αὐτοῖν
κεῖτο τὰ ταῖν χειροῖν ἀθλήματα, τοὶ καλαθίσκοι,
τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντά τε λαίφη
ὁρμιαί, κύρτοι τε καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι,
μήρινθοι, κώπα τε γέρων τ' ἐπ' ἐρείσμασι λέμβος·
νέρθεν τᾶς κεφαλᾶς φορμὸς βραχύς, εἵματα πῦσοι

1—2. *Ἁ πενία κτλ.*] Ambiguum haeccine spectaverit Vergilius, Georg. I, 145 — 146: tum variae venere artes, labor omnia vicit improbus et duris urguens in rebus egestas. Cf. Eur. fragm. Polyid. 3 p. 326 Wagner.: *πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές.* Anaximen. apud Stob. XCVII, 22: *ἡ γὰρ πενία καὶ πρὸς τὰς τέχνας δεινοτέρους καὶ πρὸς τὸν βίον τεχνικωτέρους τοὺς ἀνθρώπους καθίστησι.* Apud Arist. Plut. 533. ipsa *Πενία* sic loquitur: *ἐγὼ γὰρ τὸν χειροτέχνην ὥσπερ δέσποιν' ἐπαναγκάζουσα κάθημαι διὰ τὴν χρείαν καὶ τὴν πενίαν ζητεῖν ὁπόθεν βίον ἕξει.* Plaut. Stich. I, 3, 24 = 175: paupertas artis omnis perdocet, ubi quem attigit.

4. *κἂν ὀλίγον*] Iuvenal. XIII, 217 nocte brevem si forte indulsit cura soporem —.

5. *μελεδῶναι*] Verg. Aen. I, 662 sub noctem cura recursat.

6. *Ἰχθύος*] Cf. Mosch. V, 10.

οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόρος, οὗτος ὁ πλοῦτος.
οὐδὸς δ' οὐχὶ θύραν εἶχ', οὐ κύνα· πάντα περισσά,
πάντ' ἐδόκει τήνοις· ἁ γὰρ πενία σφας ἐτήρει.
οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων πέλεν, ἁ δὲ παρ' αὐτὰν
θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν προσέναχε θάλασσα.
κοὔπω τὸν μέσατον δρόμον ἄνυεν ἅρμα Σελάνας,
τοὺς δ' ἁλιεῖς ἤγειρε φίλος πόνος, ἐκ βλεφάρων δέ
ὕπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον αὐδάν.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ.

Ψεύδοντ' ὦ φίλε πάντες, ὅσοι τὰς νύκτας ἔφασκον
τῶ θέρεος μινύθειν, ὅτε τἄματα μακρὰ φέρει Ζεύς.
ἤδη μυρί' ἐσεῖδον ὀνείρατα, κοὐδέπω ἀώς.
μὴ λαθόμην; τί τὸ χρῆμα; χρόνον ταὶ νύκτες ἔχοντι.

ΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος; οὐ γὰρ ὁ καιρός
αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον· ἀλλὰ τὸν ὕπνον
ἁ φροντὶς κόπτοισα μακρὰν τὰν νύκτα ποιεῖ τοι.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ.

ἆρ' ἔμαθες κρίνειν ποκ' ἐνύπνια; χρηστὰ γὰρ εἶδον.
οὔ σ' ἐθέλω τὦμῶ φαντάσματος ἦμεν ἄμοιρον.
ὡς καὶ τὰν ἄγραν, τὠνείρατα πάντα μερίζευ.
οὐ γὰρ νυστάξῃ κατὰ τὸν νόον· οὗτος ἄριστος
ἐστὶν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς.

14. *πόρος*] Koehleri emendatio *πόρος* pro *πόνος* scribentis, quam etiam Mein. III. Ziegl. II. Hartung. receperunt (Ahr. II. e coni. *στόλος*), quodammodo probatur verbis Ovid., Met. III, 588: ars illi sua census erat. Ceterum compara Mosch. V, 9: *ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς καὶ πόνος ἐστὶ θάλασσα καὶ ἰχθύες ἁ πλάνος ἄγρα,* unde nescio an *πόνος* huc olim illatum sit.

19. *κοὔπω κτλ.*] Auctor carminis recordatus esse videtur Theocr. VII, 10.

26. *τὸ καλὸν θέρος*] Eadem sunt verba Theocr. id. VI, 16.

28. *ἁ φροντὶς*] Verg. Aen. X, 217 neque enim membris dat *cura* quietem. Verg. Georg. III, 530 nec somnos abrumpit *cura* salubres. Hor. Epist. I, 10, 18 est ubi divellat *somnos* minus invida cura? — *κόπτοισα*] Hor. Od. I, 4, 13 pallida mors aequo *pulsat* pede pauperum tabernas regumque colles.

32—33. *οὗτος — νοῦς*] Eurip. apud Plutarch. de def. oracul. 40: *μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.* Eurip. Hel. 758 *γνώμη δ' ἀρίστη μάντις ἥ τ' εὐβουλία.* Menander apud Stob. Flor. III, 6 tom. I. p. 70 Mein.: *ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων μάντις τ' ἄριστός ἐστι σύμβουλός θ' ἅμα.* Cic. de Div. II, 5 est quidam Graecus vulgaris in hanc sententiam versus: ,,bene qui coniiciet, vatem

ἄλλως καὶ σχολά ἐστι. τί γὰρ ποιεῖν ἂν ἔχοι τις
κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι, μηδὲ καθεύδων,
ἀλλ' ὄνος ἐν ῥάμνῳ τό τε λύχνιον ἐν πρυτανείῳ·
φαντὶ γὰρ ἀγρυπνίαν τόδ' ἔχειν.

ΕΤΑΙΡΟΣ.

λέγε μοί ποτε νυκτός
ὄψιν, τὰν ἔσιδες σύ· λέγ' ὦν, μάννσον ἑταίρῳ.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ.

δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισιν —
οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος, ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐν ὥρᾳ,
εἰ μέμνῃ, τᾶς γαστρὸς ἐφειδόμεθ' — εἶδον ἐμαυτόν
ἐν πέτρᾳ μεμαῶτα, καθεζόμενος δ' ἐδόκευον
ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν.
καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο· καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
πᾶσα κύων ἄρτον μαντεύεται, ἰχθύα κἠγών.
χὠ μὲν τὠγκίστρῳ ποτεφύετο, καὶ ῥέεν αἷμα,
τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον.
τὼ χέρε τεινόμενος περικλώμενος εὗρον ἀγῶνα·

hunc perhibeto optimum.'' Phaedr. III, 3, 1 usu peritus hariolo velocior vulgo esse fertur.

38. *ὄψιν κτλ.*] E coniectura conformavi versum, quem Ahr. I. Mein. II. III. Ziegl. I. II. sic scriptum, ut in codicibus 11. M. legitur, *ὄψιν τά τις ἔσσεο δὲ λέγει μάννεν ἑταίρῳ* ediderunt: Eodem fere modo ed. Ald. *ὄψιν τά τις ἔσσευ δὲ λέγει μάνναν ἑταίρω*. Similiter etiam codd. 18. c. *ὄψιν τάτις ἔσσεο καὶ λέγει μάννεν ἑταίρῳ*. Editionum Iunt. Lov. Camer. Bas. I. Brub. I. haec est scriptura: *ὄψιν. πάντα τεῷ δὲ λέγων μήνυσον ἑταίρῳ*, eademque, sed omissis interpunctionis signis et *τεῶ* atque *ἑταίρω* posito, ed. Call. Iuntinam sequuntur Steph. Heins. Wintert. Inn. Reisk.: sequuntur etiam (sed *μάννσον* scribentes) Valck. Gaisf. Mein. I. Duc. Ameis. Pal. al. E coniectura Brunck. scripsit — *ὄψιν, καί τι σοὶ ἐσθλὸν ἄγει, μάννσον ἑταίρῳ*, Ahr. II. (omnia eidem personae tribuens) *φαντὶ γὰρ ἀγρυπνίαν τάδ' ἔχειν — θέλε δή ποτε νυκτὸς ὄψιν, πᾷ τοι ἔοικε λέγειν, μανύεν ἑταίρῳ*, Hartung. *ἄγ' εἴποτε νυκτὸς ὄψιν πᾳ τοι ἔοικε λέγειν, μάννσον ἑταίρῳ.* Haupt. apud Mein. p. 342 coni. *ὄψιν, τὰν ἴδες, εἴγε θέλεις μανύεν ἑταίρῳ*, Eld. *ἄγε δή ποκα νυκτὸς ὄψιν, τὰν τὺ ἐσεῖδες, ἐμὶν μάννσον ἑταίρῳ*, Ahlw. *ὄψιν, τὰν τὺ σέω γ' ἔλεγες μανύεν ἑταίρῳ*, Fr. Iacobs. *ὄψιν, πάντα τεῷ δὲ θέλων μάννσον ἑταίρῳ*, Briggs. *φαντὶ γάρ· αἰὲν ἔχει τόδ' ἐν ἄλγεσι· καί ποτε νυκτὸς ὄψιν, τάν τις ἐσεῖδε, λέγειν ὤνασεν ἑταίρῳ*, Graef. *ὄψιν, χὤττι σοι ἔσθ' ὃ λέγει μάννσον ἑταίρῳ* vel *ὅ σε δεῖ μανύεν ἑτ.* vel *ὄψιν, ἅτ' ἧς, σεῦ ἃ δεῖ σε λόγῳ μανύεν* vel *ἃ γάρ τις ἐσεῖδέ ἑ δεῖ μ. ἑτ.* Deesse versum putaverunt Reisk. *animadv.* p. 276. et Warton. tom. II p. 238.

42—43. *Ἐν πέτρᾳ — κατέσ. ἐδ.*] Ovid. Met. XIII, 923 nunc in mole sedens moderabar arundine linum.

πῶς μὲν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις;
εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος ἠρέμ' ἔνυξα,
καὶ νύξας ἐχάλαξα, καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.
ἤνυσα δ' ὦν τὸν ἄεθλον, ἀνείλκυσα χρύσεον ἰχθύν,
παντᾷ τῷ χρυσῷ πεπυκασμένον· εἶχε δὲ δεῖμα,
μήτι Ποσειδάωνι πέλοι πεφιλημένος ἰχθύς
ἢ τάχα τᾶς γλαυκᾶς κειμήλιον Ἀμφιτρίτας.
ἠρέμα δ' αὐτὸν ἐγὼν ἐκ τὠγκίστρω ἀπέλυσα,
μή ποτε τῶ στόματος τἀγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν.
καὶ τὸν μὲν πειστῆρι κατήγαγον ἠπειρόνδε,
ὤμοσα δ' οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγους πόδα θεῖναι,
ἀλλὰ μενεῖν ἐπὶ γᾶς καὶ τῶ χρυσῶ βασιλεύσειν.
ταῦτά με κἀξήγειρε, τὺ δ' ὦ ξένε λοιπὸν ἔρειδε
τὰν γνώμαν· ὅρκον γὰρ ἐγὼ τὸν ἐπώμοσα ταρβῶ.

ΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ σύγε μοι τρέσσεις; οὐκ ὤμοσας οὐδὲ γὰρ ἰχθύν
χρύσεον ὡς ἴδες εὗρες· ἴσα δ' ἦν ψεύδεσιν ὄψις.
εἰ μὲν ἄρ' οὐ κνώσσων τὺ τὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,
ἐλπὶς τῶν ὕπνων. ζάτει τὸν σάρκινον ἰχθύν,
μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ καὶ σοῖς χρυσοῖσιν ὀνείροις.

67. *λιμῷ*] Lucian. Gall. 1: *σὺ δὲ ὅρα ὅπως μὴ ὄναρ πλουτῶν λιμώττης ἀνεγρόμενος.* — *καὶ σοῖς χρυσοῖσιν ὀν.*] Luc. Gall. 6 *ὄνειρος χρυσοῦς.* E coni. Herm. scripsi *καὶ σοῖς* pro *καίτοι* (codd. edd. Ald. Iunt. Mein. I. II. al.). Mein. III. edidit *κἄν τοι* e coni. Briggsii, Ahr. II. et Hartung. *κἠπὶ.* Valck. coniecit *κἄν τοῖς*, Scaliger. et Is. Voss. *καὶ τοῖς*, id quod Brunckius recepit. De reliquis ad carmen spurium pertinentibus vide ADD.

XXII.

ARGUMENTUM.

Hoc carmen ad rationes Homericorum hymnorum (cf. v. 1. 4. 6. 8. 19. 214) descriptum Theocritus orditur a laudibus communibus geminorum, *Castoris* et *Pollucis*, amborumque beneficia in mortales, maxime in navigantes, collata praedicat (v. 1—26). Tum narrat utriusque herois factum singulare, ac primum quidem *Pollucis* cum *Amyco*, Bebrycum principe, certamen nobilissimum (cf. Apollon. Rhod. II, 1 sqq. Valer. Flacc. Arg. IV, 99 sqq. Apollod. I, 9, 20). Nam nave Argonautarum ad Bebrycum ora appulsa, Castor et Pollux, qui erant inter Argonautas, regionem amoenam perlustrantes ad iugis aquae fontem (v. 37) inveniunt Amycum, pugilem forma immanem et terribilem (v. 45 sqq.). Hic *Pollucem* ad pugilatus certamen provocat (v. 65 sqq.) acceptaque a Polluce conditione, convocatis Bebrycibus et Argonautis, certamen committitur (v. 75 sqq.), ex quo Pollux, quum iam verendum esset ne robore adversarii opprimeretur, superior evadit (v. 80—134). His expositis progeditur poeta ad alteram partem carminis, qua *Castoris* cum *Lynceo* pugnam celebrat (cf. adn. ad v. 141. Apollod. III, 11, 2). Rixarum causa haec fuit. Castor et Pollux rapuerant filias Leucippi (v. 138), Lynceo et Idae fratribus desponsatas. Quas sponsi repetentes raptores ad Apharei patris tumulum assequuntur (v. 141 sqq.). Ibi de reddendis puellis frustra agit Lynceus ac denique, ut parcatur sanguini, persuadet Castori ut hic secum pugna decertet — nam satis esse mortuum ex utraque domo unum (v. 177) — superstites vero fratres, Idas et Pollux, illas virgines in matrimonium ducant. Annuente Castore initur certamen (v. 183 sqq.): hastis primum, dein cominus gladiis pugnant: Lynceus vulneratur et ad patris tumulum confugit (v. 184 sqq.): fugientem Castor consecutus ense transfigit (v. 201 sqq.). Quo facto Idas, dum fratrem interfectum vindicare cupiens columnam tumulo patris evulsam in Castorem mittere parat (v. 207 sqq.), Iovis fulmine ictus concidit (v. 210). His exemplis poeta docet non leve esse pugnare cum Tyndaridis, qui et ipsi fortissimi sint et nati ex fortissimo (v. 212—213), precaturque ut sibi carminibusque suis perpetuo faveant (v. 214—223). Ita finitur carmen, numeris omnibus absolutum atque integrum.

Asteriscum huic carmini Ahrensius p. 145 appinxit tanquam subditicio. Nullis allatis argumentis Eichstadtius, *adumbr. quaest. de carm. Theocr. indole* p. 45

hymnum esse dicit e pluribus carminum particulis ab Alexandrino rhapsodo inepte consutum. Ad Eichstadtii auctoritatem Reinholdus *de genuin. Theocr. carm.* p. 63 sese contulit et partes plane diversas carminum hic conglutinatas existimavit. Ne Hermannus quidem rationes reddidit, quibus commotus *ephem. stud. antiq.* 1840 nr. 119 p. 970 hoc carmen nominaret poetae Theocrito deterioris similiorisque Callimachi. Bene Theocrito, cuius nomen in codicibus (vide Ahr. p. 145, Ziegler. II p. 106) et editionibus principibus adscriptum est, vindicaverunt Dahlius p. 303 et Wissowa *Theocr. Theocr.* p. 34, qui p. 48 collegit testimonia veterum. Ut omittamus versus 36 sqq., qui elegantem bucolicae poeseos auctorem sapiunt et eadem arte, qua id. XIII, 34 sqq. XIII, 39 sqq., epico carmini intexti sunt, maxime probat Theocritum auctorem similitudo quorundam versuum: vide adn. ad v. 32. 38. 41. 44. 76. 66. 99. 145. 116. coll. id. V, 101. et I, 13 et proecdos. p. 88 adn. ad id. V, 45—46.

Ex hoc quoque carmine quaedam traustulisse ac pro suis usos esse poetas posteriores credibile est, quaedam miram certe cum Theocriteis habent similitudinem. Ovidius versus 137 sqq. a Theocrito mutuatus est. De Vergilio vide v. 75. 76. 188. 191. 184. 204. 102. 176. 217. 172. 164. 160. 80. 96. (98?). 107. 123. 126: de Horatio v. 2. 4. 17. 50. 145—146. (41?): de Quinto Smyrn. v. 8. 104—105. 126: de Nonno v. 75: de Christodoro v. 48.

Vossii huius carminis translatio Teutonica primum prodiit in huius l. *Horen*, IX (1796) p. 95, mutata hic illic in Vossiano translationis corpore. Gallica translatio exstat in ephem. *journal de la soc. du dép. du Bas-Rhin*, 1828 tom. V p. 343 (*la XXII idylle de Théocrite traduite en français par Chanlaire*).

ΚΒ.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

Ὑμνέομεν Λήδας τε καὶ αἰγιόχου Διὸς υἱώ,
Κάστορα καὶ φοβερὸν Πολυδεύκεα πὺξ ἐρεθίζειν
χεῖρας ἐπιζεύξαντα μέσας βοέοισιν ἱμᾶσιν.
ὑμνέομεν καὶ δὶς καὶ τὸ τρίτον ἄρσενα τέκνα
κούρης Θεστιάδος, Λακεδαιμονίους δύ᾽ ἀδελφεούς,
ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων,
ἵππων θ᾽ αἱματόεντα ταρασσομένων καθ᾽ ὅμιλον,

1. *Ὑμνέομεν*] Hom. hymn. XVI, 1 *Κάστορα καὶ Πολυδεύκε᾽ ἀείδεο Μοῦσα λίγεια, Τυνδαρίδας, οἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐξεγένοντο κτλ.*

2. *Κάστορα κτλ.*] Cf. Odyss. XI, 300 et Iliad. III, 237. Hor. Od. I, 12, 26 hunc equis, illum superare pugnis nobilem. Hor. Sat. II, 1, 26. Ovid. Met. VIII, 301—302.

3. *βοέοισιν ἱμ.*] caestibus e loris bubulis (Iliad. XXIII, 324) factis. Cf. v. 80. Retinui cum Ziegl. II. et Mein. emendationem Stephani *βοέοισιν*, ab Heinsio, Valckenario (scil. in ed. II.: nam in ed. I. neque hoc carmen recepit Valck. neque sequentia), Ahr. I. Pal. al. receptam. In codd. M. c. 18. et ed. Ald. *correcta* (vide arg. id. XIX p. 103) et in edd. Iunt. Call. Lov. Camer. Bas. I. ceterisque ante Stephanum est *βοέεσσιν*, in ed. Ald. *non correcta* *βαρέοισιν*. Ahr. II. et Hartung. e coni. Ameisii p. XIX *βαρέεσσιν* ediderunt. At formam *βόεος* praeter Homer. Pind. Pyth. IV, 234 defendit.

4. *τέκνα*] „pueros Ledae" (Hor. Od. I, 12, 25). Hom. hymn. in Diosc. 2 *Λήδης καλλισφύρου ἀγλαὰ τέκνα.* Cf. etiam id. XXII, 214. VII, 4. Hor. Art. poet. 83.

5. *κούρης Θεστ.*] Cf. adn. ad id. XV, 110 et Eur. Iph. 49 (*ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι κτλ.*).

6. *σωτῆρας*] Eodem utitur vocabulo, quo auctor Hom. hymn. Diosc. 6. Cf. et Eur. Electr. 993. — *ἐπὶ ξυροῦ*] qui se vident „in extrema spe salutis" (Caes. B. G. II, 27) vel „in extremis rebus suis" (Caes. B. G. II, 25). Iliad. X, 173.

ναῶν θ', αἳ δύνοντα καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα
ἄστρα βιαζόμεναι, χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις.
οἱ δέ σφεων κατὰ πρύμναν ἀείραντες μέγα κῦμα,
ἠὲ καὶ ἐκ πρῴραθεν, ἢ ὅππᾳ θυμὸς ἑκάστου,
εἰς κοίλαν ἔρριψαν, ἀνέρρηξαν δ' ἄρα τοίχους
ἀμφοτέρους· κρέμαται δὲ σὺν ἱστίῳ ἄρμενα πάντα
εἰκῇ ἀποκλασθέντα· πολὺς δ' ἐξ οὐρανοῦ ὄμβρος
νυκτὸς ἐφερποίσας· παταγεῖ δ' εὐρεῖα θάλασσα,
κοπτομένα πνοιαῖς τε καὶ ἀρρήκτοισι χαλάζαις.
ἀλλ' ἔμπας ὑμεῖς γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας
αὐτοῖσιν ναύταισιν ὀιομένοις θανέεσθαι·

8. *ναῶν*] Hom. hymn. in Diosc. 6 σωτῆρας ὠκυπόρων τε *νεῶν* κτλ. — *δύνοντα* κτλ.] Bene poeta dixit astra *occidentia et coelo exorientia*, ut significaret descriptum a mundi satore cursum eorum immutabilem, quem illa dum tranquille servant, homines temerarii per vetitum nefas ruunt invitisque ipsis signis pericula navigationis adeunt. Hinc manaverunt, ut videtur, verba Quinti Sm. VII, 310: ἄστρα *δυόμεν' ἠδ' ἀνιόντα* κατὰ πλατὺ χεῦμα θαλάσσης. Scripsi, quod est in edd. Ald. Iunt. Call. Lov. Valck. Mein. I. II. Pal. al., καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα. Mein. III. e coni. edidit καὶ οὐρανὸν εἰσανιόντα, Ahr. I. II. e coni. κατ' οὐρανοῦ ἢ ἀνιόντα. Hermannus mutari voluit καὶ οὐρανὸν ἐξανιόντα, Kreusslerus II p. 8 κατ' οὐρανοῦ ἢ 'ξανιόντα.

9. *βιαζόμεναι*] astris contumaciter quasi vim facientes hisque reluctantes. Krueger. Herod. IX, 41 τὰ σφάγια βιάζεσθαι vertit *parforciren*. Cf. Stat. Ach. I, 508 irrumpe deos. Ahr. praef. p. LXXXI. pro ἐνέκυρσαν corrigi iubet ἐγκύρσαν, idque in ed. minor. 1856 recepit, quia sit in codice 9. At ibi Ziegl. II p. 106 invenisse sibi visus est ἐγκύρσας vitiose scriptum. — *ἀήταις*] non addito ἀνέμων (quod Iliad. XIV, 254 legitur) ut Odyss. IX, 139. Theocr. II, 38.

11. *ἢ*] De correpta post caesuram legitimam vocula ἢ cf. id. XVIII, 30. XV, 129. Callim. Cer. 87. Naek. *opusc.* II p. 242. — *ὅππᾳ θυμὸς*] quocumque deferre (Plin. Paneg. XXXV, 1) animus (Sall. Iug. 25) vel impetus est (Ovid. Met. II, 663). Cf. Odyss. XV, 339.

15. *παταγεῖ*] Verg. Georg. I, 327 fervetque fretis spirantibus aequor. Antipater Sid. in Anth. Pal. VII, 8, 4 οὐκέτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον — οὐ παταγεῦσαν ἅλα. Homerus dixit, Iliad. XXI, 9, ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, verbo παταγεῖν non est usus.

17. *ἀλλ' ἔμπας*] Cf. adn. ad id. X, 29. Odyss. IV, 100. — *ἐκ βυθοῦ*] A Theocrito ducta verba Horatii, Od. IV, 8, 33 (clarum Tyndaridae sidus ab *infimis* quassas *eripiunt aequoribus* rates) Arnold. *stud. Gr. Hor.* I p. 19 aliique existimant.

18. *αὐτοῖσιν ναύτ.*] Hoc Atticorum (cf. e. gr. Xen. Hell. I, 2, 12) potius sonat sermonem quam sermonem Homeri, qui ad societatem vel coniunctionem quandam denotandam, non adhibita praepositione σὺν (quae est e. gr. Iliad. IX, 194: Ameis. *app.* ad Odyss. XIII, 118 p. 8), dativum pronominis αὐτός addidit dativis nominum res vel animalia significantium (Iliad. XI, 699 αὐτοῖσιν ὄχεσφιν, Iliad. XXIII, 8 ἀλλ'

αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλήνα
ἂμ πέλαγος· νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι·
ἐκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρή
φάτνη σημαίνουσα τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα.
ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοηθόοι, ὦ φίλοι ἄμφω,
ἱππῆες, κιθαρισταί, ἀεθλητῆρες, ἀοιδοί·
Κάστορος ἢ πρώτου Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν;
ἀμφοτέρω ὑμνέων Πολυδεύκεα πρῶτον ἀείδω.
Ἡ μὲν ἄρα προφυγοῦσα πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας
Ἀργὼ καὶ νιφόεντος ἀταρτηρὸν στόμα Πόντου,

αὐτοῖς ἵπποισι καὶ ἅρμασιν al.), non addidit dativis nominum homines significantium. Compara signa similia sermonis recentioris, quae in hoc quoque carmine animadvertimus, velut v. 24 (*ἀεθλητῆρες*), v. 15 (*παταγεῖν*), v. 61 (*ἐν ἑτοίμῳ*), v. 120 (*προβολή*), v. 127 (*πίτυλος*), v. 200 (*ἐμφύλιος*), v. 197 (*ὑπεξαναβάς*), v. 194 (*ἀκριβής*), v. 207 (*ἐξανέχειν*), v. 211 (*συμφλέγειν*), v. 212 (*ἐν ἐλαφρῷ*), v. 221 (*μειλίγματα*) al.

19. *αἶψα κτλ.*] Hom. hymn. in Diosc. 14 *αὐτίκα δ' ἀργαλέων ἀνέμων κατέπαυσαν ἀέλλας, κύματα δ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν ναύταις.* Haec verba Theocriti Mitscherlichius aliique credunt ante oculos fuisse Horatio, Od. I, 12, 27: quorum simul alba nautis stella refulsit, defluit saxis agitatus humor, *concidunt venti* fugiuntque nubes et minax, quod sic voluere, ponto unda recumbit. — *ἀπολήγοντ'*] De productione syllabae secundae cf. Odyss. XIX, 166 ed. *La Roche*, de elisione ultimae Pind. Ol. VII, 10 (*κατέχοντ'*) al. Igitur incaute Mein. III. e coni. scripsit *ἀπολήγουσ'*, cuius facti ipsum p. 492 poenituit.

21. *ἐκ — ἐφάνησαν*] Hom. hymn. in Diosc. 12 *ἐξαπίνης ἐφάνησαν ξουθῇσιν πτερύγεσσι δι' αἰθέρος ἀΐξαντες.* Etiam in versibus adn. v. 19 laudatis adhibitus aoristus est, de quo vide adn. ad id. II, 137.

21—22. *ὄνων — φάτνη*] *praesepia*, stellae illae exiguae, quae claro coelo videntur in signo canceri nubeculae similes: unde hic dicitur *ἀμαυρή*: Arat. Dios. 173 epitheto *ἀμενηνός* utitur. Cf. Plin. H. N. XVIII, 80, 353.

22. *σημαίνουσα*] Similiter Hom. hymn. in Diosc. 16: *σήματα καλὰ πόνου.*

24. *ἀεθλητῆρες*] Hoc vocabulum, pro quo Pindarus Nem. X, 51 *ἀεθλητάς* dixit, non esse poeseos epicae priscae docuit Koechl. *proll.* ad Quint. Sm. p. LV. Cf. e. gr. Maced. in Anth. Pal. XI, 59, 1. Christod. ibid. II, 234.

26. *ἀμφοτέρω*] Cf. adn. ad id. II, 152. Legitur *ἀμφοτέρω* in cod. 9., unde cum Brunckio Ziegl. I. II. Mein. I. al. recepi, pro *ἀμφοτέρους* (edd. prr. Mein. III. Ahr.). — *ἀείδω*] Cf. v. 135.

27. *πέτρας κτλ.*] Cf. id. XIII, 22.

28. *στόμα*] Ovidius quidem vocabulum pyrrhichii efficiens in thesi quinta versus hexametri praegresso complurium syllabarum vocabulo (nam praegresso vocabulo monosyllabo dixit Fast. II, 415: quos *lupa* nutrit. coll. Met. V, 214. VII, 172. Verg. Georg. III, 499. Theocr. V, 106 *ὃς λύκος ἄγχει.* id. IV, 13. V, 15. V, 25. I, 66. I, 67 al. Iliad. XXI, 68. XI, 48 al.) vitavit, quod Vergilius (Georg. II, 153), Tibullus (I, 6, 1 — blandos offers *mihi* vultus —. II, 4, 45.

Βέβρυκας εἰσαφίκανε θεῶν φίλα τέκνα φέρουσα.
ἔνθα μιῆς πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἐξ
τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ἰησονίης ἀπὸ νηός.
ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα βαθὺν καὶ ὑπήνεμον ἀκτήν
εὐνάς τ' ἐστόρνυντο πυρεῖά τε χερσὶν ἐνώμων.
Κάστωρ δ' αἰολόπωλος ὅ τ' οἰνωπὸς Πολυδεύκης
ἄμφω ἐρημάζεσκον ἀποπλαγχθέντες ἑταίρων,
παντοίην ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλην.
εὗρον δ' ἀέναον κρήνην ὑπὸ λισσάδι πέτρῃ
ὕδατι πεπληθυῖαν ἀκηράτῳ· αἱ δ' ὑπένερθεν
λάλλαι κρυστάλλῳ ἠδ' ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο
ἐκ βυθοῦ· ὑψηλαὶ δὲ πεφύκεσαν ἀγχόθι πεῦκαι

II, 4, 59), Horatius (Epist. I, 11, 16), alii interdum ponere non dubitaverunt: verum Graeci poetae auctoritate Homeri freti (Iliad. XIV, 496. XIV, 500 al.) non anxie fugerunt talia, qualia hic legimus, v. 31, Theocr. XVI, 2. 9. XVII, 43. VII, 21. II, 104. II, 113 al. Solon. fragm. 10 p. 421 ed. Bergk. III (*βαιὸς χρόνος*). Theogn. 629 (419). Callim. Del. 46. Apoll. Rhod. II, 113. Nic. Ther. 270. Nic. Alex. 20. Quint. Sm. XII, 207. Oppian. Cyneg. I, 131. Oppian. Hal. I, 44. Nonn. Dion. XLI, 93 al.

32. *ἐκβάντες*] Theocritum haec scripsisse credes, ubi relegeris id. XIII, 32.

34. *εὐνὰς κτλ.*] Cf. id. XIII, 34. Verg. Aen. III, 223 tum littore curvo *exstruimusque toros* dapibusque epulamur opimis.

33. *πυρεῖα*] Cf. Hom. hymn. Merc. 111 sqq. Apollon. Rhod. I, 1184 *πυρήια δινεύεσκον*. Soph. Phil. 36.

34. *αἰολόπωλος*] Cf. Iliad. III, 185. — *ὅ τ'*] Cf. adn. ad id. VI, 1. — *οἰνωπὸς*] *fuscus* recte explicatur a Vins. Piln. al. (Wuestem. al. *roseus*, Duc. *εὔγραφής*, Banks. *the dark* complexioned, Lec. *au regard terrible*). Color adustior faciei notatur, qualis est athletae multum sub divo versati. Cf. Tac. Or. 21.

37. *λισσάδι*] Homerus dixit, Odyss. III, 293 al., *λισσὴ πέτρη*. Ut Theocritus, ita Aeschylus Suppl. 795 aliique Attici *λισσὰς* (cf. Lobeck. pathol. 1843 p. 442) *πέτρα*. Cf. adn. ad id. I, 40, ubi quod legitur *λεπρὰς πέτρα* utriusque carminis eundem esse auctorem praeter alia facit probabile.

38. *αἱ δ' ὑπένερθεν*] Cf. id. VI, 37—38. Ceterum eodem modo a versu Adonio incipit descriptio fontis huic descriptioni simillima et ipsa per plures versus continuata id. VII, 7 (*ταὶ δὲ παρ' αὐτάν* —) sqq.

39. *λάλλαι*] *λάλλας λέγουσι τὰς παραθαλασσίους καὶ παραποταμίους ψήφους.* Hesych. Prop. I, 2, 13 littora nativis collucent picta *lapillis*. Palmaris est emendatio Ruhnkenii, *auctuar. emendatt. ad Hesych. Alb.* t. II p. 420, *λάλλαι*, a Brunckio ceterisque editoribus recentioribus (exceptis Bodon. et Piln., ubi *ἄλλαι*) recepta. In codice 9. est *ἄλλαι*, in codd. 11. r. *ἀλλαί* (in codd. 11. *superscr. ἀναδόσεις*), in codd. 18. M. (in cod. M. *superscr. ἀναδύσεις*) *ἀλλαὶ*, idemque *ἀλλαὶ* in ed. Ald. correcta et in edd. Iunt. Call. Lov. Camer. Bas. I. Salam. Farr. Brub. I. habetur: in ed. Ald. *non correcta ἀλλὰ*. Vins. et Eob. Hess. verterunt, quasi legerent *ἄλλαι*,

λεῦκαί τε πλάτανοί τε καὶ ἀκρόκομοι κυπάρισσοι,
ἄνθεά τ' εὐώδη, λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις,
ὅσσ' ἔαρος λήγοντος ἐπιβρύει ἂν λειμῶνας.
ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέροπλος ἐνήμενος ἐνδιάασκε,
δεινὸς ἰδεῖν, σκληραῖσι τεθλασμένος οὔατα πυγμαῖς·
στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια καὶ πλατὺ νῶτον
σαρκὶ σιδηρείῃ, σφυρήλατος οἷα κολοσσός.
ἐν δὲ μύες στερεοῖσι βραχίοσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον
ἕστασαν ἠύτε πέτροι ὀλοίτροχοι, οὕστε κυλίνδων

quod post Stephanum Heins. Wintert. Inn. ediderunt (Reisk. e coni. *ἄμμοι* posuit). Emendationem Ruhnkenii probat glossa codicis r. *ψῆφοι, λίθοι μικροί.* — *κρυστάλλῳ*] *crystallo* (non *glaciei* — Odyss. XIV, 477 —) significatu aetatis posterioris. De hiatu vide adn. ad id. III, 42. — *ἰνδάλλοντο*] videbantur similes. Cf. Arat. Dios. 207, ubi idem est exitus versus spondaicus. Hoc quoque alio atque Homerus significatu verbum Theocritus adhibuit, nisi forte cum Aristarcho Iliad. XVII, 214 *μεγαθύμῳ Πηλείωνι* legere vis.

41. *λεῦκαι κτλ.*] Compara descriptionem regionis amoenae id. VII, 136. VII, 8. — *πλάτανοι*] Vide adn. ad id. XVIII, 44. Versus 40—41 Horatium Od. II, 11, 13—14 (quod Fawkes. p. 200 sumere videtur) ob oculos habuisse vix ac ne vix quidem crediderim.

42. *λασίαις*] *prudentibus*, *σοφαῖς* (Duc.), *φρονίμαις*, *συνεταῖς* (gloss. cod. r.), quibus quidam partem divinae mentis et haustus aetherios esse dixere (Verg. Georg. IV, 220). Alexander Aetol. apud Athen. XV p. 699 C: *Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες.* Theocritus fortasse memor verborum Homericorum fuit, Iliad. II, 851, *Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ*, coll. Iliad. XVI, 554, quae auctor glossae codicis r. comparat. Hesych. *λάσιος, δασὺς τὸ στῆθος ἢ συνετός.* Vulgo *hirtas* vel *hirsutas* interpretantur (rauhhaariger Bienen Ergötzung, Eberz.), Geoffr. al. vertunt l'abeille industrieuse. — *φίλα ἔργα*] Cf. adn. ad id. XV, 46 et Alb. Koehn. *quaest. metr. et gramm. de hymnis Hom.* (Hal. 1865) p. 14.

43. *ἐπιβρύει*] pullulant. Iliad. XVII, 56 legimus *ἔρνος βρύει ἄνθει λευκῷ.* — *ἂν λειμῶνας*] Hom. hymn. in Cer. 417 *ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα.* Odyss. XI, 539 *κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.*

44. *ἔνθα δ' ἀνήρ*] Cf. Odyss. IX, 187 *ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος.* — *ἐνδιάασκε*] Forma eadem est in versus clausula id. XVI, 38.

48. *ἐν δὲ μύες*] *αἱ περὶ τοὺς βραχίονας σάρκες, ἃς φασι κοινῶς ποντικούς.* Schol. cod. M. In codice r. explicatur *μούσκολοι*. Christodorus in Anth. Pal. II, 233 sqq. *ἔπνεεν ἠνορέης — ἀμφὶ δὲ πυκνοῖς μυιῶνες* (cf. id. XXV, 149) *μελέεσσιν ἀνοιδαίνοντο ταθέντες τρηχαλέοι, δοιοὶ δὲ συνισταμένων παλαμάων εὐρέες ἐσφηκῶντο βραχίονες ἠύτε πέτραι.*

49. *πέτροι*] lapides. Cf. Iliad. VII, 270. — *ὀλοίτροχοι*] Xen. An. IV, 2, 3 *ἐκυλίνδουν οἱ βάρβαροι ὁλοιτρόχους ἁμαξιαίους καὶ μείζους καὶ ἐλάττους λίθους.* Recepi cum Mein. I. II. III. Ahr. I. Pal. al. emendationem a Valck. p. 211 propositam. Ahr. II. *ἠὗτε πέτροι ὀλοοίτροχοι* ex ed. Iunt. et cod. M. revocavit. Ceterum cf. Ahr. p. 147. Ziegl. II p. 108.

χειμάρρους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις·
αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο
ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.
τὸν πρότερος προσέειπεν ἀεθλοφόρος Πολυδεύκης.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

χαῖρε ξεῖν', ὅτις ἐσσί. τίνες βροτοί, ὧν ὅδε χῶρος;

ΑΜΥΚΟΣ.

χαίρω πῶς, ὅτε τ' ἄνδρας ὁρῶ, τοὺς μὴ πρὶν ὄπωπα;

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

θάρσει. μήτ' ἀδίκους μήτ' ἐξ ἀδίκων φάθι λεύσσειν.

ΑΜΥΚΟΣ.

θαρσέω, κοὐκ ἐκ σεῦ με διδάσκεσθαι τόδ' ἔοικεν.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

ἄγριος εἶ, πρὸς πάντα παλίγκοτος ἠδ' ὑπερόπτης;

ΑΜΥΚΟΣ.

τοιόσδ' οἷον ὁρᾷς· τῆς σῆς γε μὲν οὐκ ἐπιβαίνω.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

ἔλθοις, καὶ ξενίων γε τυχὼν πάλιν οἴκαδ' ἱκάνοις.

50. περιέξεσε] Lapides *adesos* vocat Horatius, Od. III, 29, 36, quem in Theocriti exemplum intueri Arnold. *stud. Gr. Hor.* I p. 20 aliique existimant.

51. ἠωρεῖτο] Cf. Coluth. in adn. ad id. VII, 15 p. 207.

52. ἄκρων κτλ.] Claud. Rapt. I, 17 quem Parthica velat tigris et auratos in nodum colligit ungues. De voc. ποδεών cf. Herod. II, 121, 4. Anth. Pal. VI, 95, 5.

54. ὅτις] Hanc formam pronominis (Odyss. II, 350 al.) e coniectura Is. Vossii Mein. II. III. Ahr. Pal. Hartung. al. receperunt pro ὅστ' (edd. Ald. *correct.* — in ed. Ald. *non correcta* desunt versus 45 sqq. usque ad 91 — Iunt. Call. Lov. Mein. I. Boiss. I. II. al.). In cod. 9. est ὅστις ἐσσὶ, in cod. 18. ὅστις ἐσὶ. Vulgatae olim lectionis ὅστ' *Kvíčala* in *eph. gymn. Austr.* XV (1864) p. 400 patronus exstitit. Tu cf. id. VIII, 13.

55. χαίρω πῶς] Vide quae adn. id. VIII, 11 p. 266 diximus. De voce interrogativa verbo χαίρω postposita cf. id. IV, 58: τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει —; Plat. Rep. II, 367 C: θρέψονται — τίνα τρόπον; Plat. Tim. XVII, A. al. Scripsi nunc πῶς cum Mein. Ahr. Pal. al., quamquam in cod. 9. πως deprehenditur, quod in proecdosin suasu Ameisii p. XIX receperam. In codice r. legitur χαίρω, πῶς, ὅτε.

58. ἠδ'] Hoc pro ἦ (Ahr. Pal. al.) scripsi e coniectura, quam et ego cepi (cf. adn. ad id. I, 106—107 p. 52) et Hemsterhusius et quam Valck. Mein. I. II. Hartung. al. receperunt. Invito Meinekio (p. 348) in huius ed. III. ἦ mansit. Kreusslero II p. 9 verba sic distinguenda esse videntur: ἄγριος εἶ πρὸς πάντα· παλίγκοτος ἦ ὑπερόπτης;

59. τῆς σῆς] Cf. adn. ad id. V, 61 p. 168.

60. γε] Defendit hanc particulam

ΑΜΥΚΟΣ.

μήτε σύ με ξείνιζε, τά τ' ἐξ ἐμεῦ οὐκ ἐν ἑτοίμῳ.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

δαιμόνι', οὐδ' ἂν τοῦδε πιεῖν ὕδατος σύγε δοίης;

ΑΜΥΚΟΣ.

γνώσεαι, εἴ σευ δῖψος ἀνειμένα χείλεα τέρσει.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

ἄργυρος ἢ τίς ὁ μισθός, ἐρεῖς, ᾧ κέν σε πίθοιμεν;

ΑΜΥΚΟΣ.

εἷς ἐνὶ χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ κατασιάς.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

πυγμάχος; ἢ καὶ ποσσὶ θενὼν σκέλος, ὄμματα δ' ὀρθά;

ΑΜΥΚΟΣ.

πὺξ διατεινάμενος σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

τίς γάρ, ὅτῳ χεῖρας καὶ ἐμοὺς συνερείσω ἱμάντας;

Kreusslerus II p. 9, pro qua Ahr. II. e coniectura, quam etiam Cobet., *Mnem.* X, 1 p. 357, cepit, *κε* posuit. Fortasse tamen scriptum fuisse *κἂν ξενίων γε κτλ.* Kreusslerus l. l. existimat.

61. *ἐν ἑτοίμῳ*] Cf. epigr. XXV, 5. Non est haec phrasis sermonis epici. Vide v. 212. Similiter Lucian. Amor. 50: *ἐν δυνατῷ ἐστιν.*

63. *τέρσει*] Hesychius hoc habuit pro tempore praesenti (*τέρσει, ξηραίνει*). Rectius futurum dixeris cum aoristi formis *τέρσαι* (Nic. ther. 96), *τέρσον* (ibid. 693), *τέρσαιο* (ibid. 709) comparandum. Apud Homerum legimus, Iliad. XVI, 519, *τερσῆναι*, Odyss. VI, 98 *τερσήμεναι*, Iliad. XI, 267 et 848 *ἕλκος ἐτέρσετο.* — Boiss., *anecd. nov.* p. 241, sic scribi voluit: *γνώσεαι· ἤ σοι δ. ἀν. χ. τέρσει;*

66. *θενὼν*] Mein. Ahr. cet. ediderunt *θένων* cum codd. (excepto cod. 9., ubi *θέων*) et cum edd. prr. Legendum esse *θενὼν*, quum non habeatur praesens tempus verbi *θένω*, exposuit Kreussler. II p. 10, ostendens aoristo tempore primam actionem luctantis ita significari, ut similia significant participia *κατασιάς* v. 65 et v. 67 *διατεινάμενος*. Vide Bergk. ad Pindar. Ol. VII, 28, ubi ab hoc viro docto *σκάπτῳ θενών* (Momms. *θένων*) scriptum est coll. Arist. Vesp. 1384. Eqq. 640 ed. Meinek. — *ὄμματα δ' ὀρθά;*] Cf. id. V, 36. Boiss. I. II. Mein. II. III. Pal. al. *ὀρθός*, commendatum etiam a Kreusslero l. l., ediderunt pro *ὀρθά* (edd. Ald. *corr.* Iunt. Call. Lov. Mein. I. al.), scriptum esse *ὀρθός* in codice 9. credentes (cf. Ziegl. I p. 117). At nihil Ziegl. II. de hac lectione var. retulit. Idem Kreusslerus lectionem editionis Iunt. *ἄμματα*, probatam a Palmerio, *exercitt. cr.* p. 812, receptam ab Ahr., non esse praeferendam alteri, *ὄμματα*, vere iudicavit. — Hartung. e coni. edidit *ἅμμασί τ' ἄρθρα;*

68. *τίς γάρ*] Cf. adn. ad id. XVI, 5. — *χεῖρας*] suas manus quum manifesto Pollux significet, ex insequente pronomine possessivo mascul. *ἐμοὺς* nihil

ΑΜΥΚΟΣ.

ἐγγὺς ὁρᾷς· οὐ γύννις ἀμὸς κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

ἦ καὶ ἄεθλον ἑτοῖμον, ἐφ' ᾧ δηρισόμεθ' ἄμφω;

ΑΜΥΚΟΣ.

σὸς μὲν ἐγώ, σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι, αἴκε κρατήσω.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

ὀρνίθων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.

ΑΜΥΚΟΣ.

εἴτ' οὖν ὀρνίθεσσιν ἐοικότες εἴτε λέουσι
γινόμεθ', οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ.
Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκήσατο κοῖλον.
οἱ δὲ θοῶς συνάγερθεν ὑπὸ σκιερὰς πλατανίστους

est causae cur femin. forma *ἐμάς* eliciatur eaque oratio (*χεῖρας ἐμάς*) suppleatur. Eadem est ratio Soph. Oed. Col. 1399, ubi voc. *κελεύθου* per sese dictum quo valeat a quovis intelligitur, neque *ἐμοῦ* ob proximum *ἐμῆς* supplementi loco apud animos nostros (id quod Schneidew. voluit) addendum est. Ceterum cf. adn. ad id. VIII, 45 p. 277.

69. *γύννις*] *δειλός*, *ἄνανδρος*, *γυναικώδης*. Ita Hesych. auctorem nominans Aristophanem, qui Thesmoph. 136 hoc (quod hic editioni Iuntinae debemus) vocabulo, cuius apud poetas aetate priores non exstat exemplum, utitur. Mendose in codd. 18. c. M. et edd. Ald. *correcta*, Call. Lov. est *σύ με*, in cod. 9. *γύνις*. — *ἀμὸς*] Etym. M. p. 95, 21 coll. schol. Odyss. I, 10 *ἔστιν ὄνομα ἀμός ἰσοδυναμοῦν τῷ τις Δωρικῶς*. Legitur *ἀμὸς* in codd. 18. c. M. (in cod. M. explicatur adscripto vocabulo *ἡμέτερος*) et in edd. Ald. *correcta*, Call. Lov., unde id revocandum esse vidit Haupt. *Mus. Rhen.* 1845 p. 277, quem Mein. III. sequitur. In ed. Iunt. et cod. 9. D. pro *ἀμὸς* est *ἐών*, quod receptum a Stephano mansit usque ad Mein. I. II. Ziegl. II. Ahr. exceptis Ameisio (qui *ἑὸς* e coni.) et Hartungio (qui *ἑκὼν* e coni. Mein. p. 349).

72. *ὀρνίθων*] Cf. Pind. Ol. XII, 14. De re metrica vide adn. ad id. VIII, 5 p. 263.

74. *μαχεσσαίμεσθ'*] Vide adn. ad id. VIII, 20. Ahr. II. e coniectura Mein. II. p. 187 et Hermanni, ed. Bion. et Mosch. p. 64, pro *οὐκ* posuit *οὐκ'*. Scripsi autem *μαχεσσαίμεσθ'* cum Mein. I. Ahr. al. vide Ahr. p. 149 coll. Ziegl. II. p. 110 (qui *μαχησαίμεσθ'* cum cod. c. Ald. *corr.* Mein. II. al.). Mein. III. e coni. *μαχησεύμεσθ'*.

75. *Ἄμυκος*] Cf. Apoll. Rhod. II, 1. Val. Flacc. IV, 148. Verg. Aen. V, 373. — *κόχλον*] Cf. id. IX, 27. Nonn. Dion. XVII, 92 *Τυρσηνῆς βαρύδουπον ἔχων σάλπιγγα θαλάσσης πομπὸν ἐνυαλίοιο μέλος μυκήσατο κόχλῳ λαὸν ἀολλίζων*. Ibid. XLIII, 299 *καὶ κόχλον ἑλὼν ὑπὸ Σύρτιος ὕδωρ εἰναλίῃ σάλπιγγι Λίβυς μυκήσατο Νηρεύς*. — *κοῖλον*] Verg. Aen. VI, 171 sed tum forte *cava* dum personat aequora *concha*. Falsum *κοίλην* (Ahr. cod. D.) ob v. 77.

76. *ὑπὸ σκιερ. πλ.*] Eadem habes verba id. XVIII, 44 et 46. — *οἱ δὲ κτλ.*]

κόχλον φυσηθέντος ἀεὶ Βέβρυκες κομόωντες.
ὣς δ' αὔτως ἥρωας ἰὼν ἐκαλέσσατο πάντας
Μαγνήσσης ἀπὸ νηὸς ὑπείροχος ἐν δαὶ Κάστωρ.
οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπείραισιν ἐκαρτύναντο βοείαις
χεῖρας καὶ περὶ γυῖα μακροὺς εἵλιξαν ἱμάντας,
ἐς μέσσον σύναγον, φόνον ἀλλήλοισι πνέοντες.
ἔνθα πολύς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη,
ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβοι φάος ἠελίοιο.
ἰδρείῃ μέγαν ἄνδρα παρήλυθες ὦ Πολύδευκες,
βάλλετο δ' ἀκτίνεσσιν ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον.
αὐτὰρ ὅγ' ἐν θυμῷ κεχολωμένος ἵετο πρόσσω,
χερσὶ τιτυσκόμενος. τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον
Τυνδαρίδης ἐπιόντος· ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν,
σὺν δὲ μάχην ἐτάραξε, πολὺς δ' ἐπέκειτο, νενευκώς

Verg. Aen. VII, 519 tum vero ad vocem celeres, qua bucina signum dira dedit —, concurrunt agricolae.

77. *ἀεὶ*] Hoc adverbium cum participio *κομ.* coniungendum esse adn. ad id. XVII, 107 ostendimus. Neque enim audiendus Doederlinus l. *Reden u. Aufs.* II p. 189 voc. *ἀεί* sic explicans: *ἀεὶ συναγειρόμενοι*, „sicuti congregari solent, quoties cochlea canitur." — *κομόωντες*] Cf. id. XVI, 48.

78. *ἰὼν*] Cf. adn. ad id. XI, 22.

79. *Μαγνήσσης*] Argo navim significat. Vide proecdos. p. 200.

80—81. *οἱ δ' ἐπεὶ οὖν*] Praeivit Homerus, Iliad. XXIII, 684. Graeca agnoscis Verg. Aen. V, 424 sqq. — Versu 81 Ahr. e coni. *μακρά σφ'* edidit et in adn. p. 150 *βοείους χειρῶν* scriptum fuisse arbitratur.

82. *σύναγον*] scil. *ἑαυτούς*. Ita recte gl. cod. M. Cf. Iliad. III, 341 *ἐς μέσσον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἐστιχόωντο δεινὸν δερκόμενοι*. Iliad. VI, 120 *ἐς μέσον ἀμφοτέρων συνίτην*. Iliad. XXIII, 685 *τὼ δὲ ζωσάμενοι βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα*. Theocr. XXII, 183 *εἰς μέσον ἦλθε*. Liv. I, 25, 1.

85. *ἰδρείῃ*] Hoc quod legitur in edd. Lov. Camer. Bas. I. (cf. e. gr. Iliad. XVI, 359) restituit Mein. III., praeeunte quodammodo ed. Call., ubi est *ἰδρείη*, et consentiente quodammodo codice 9., ubi est *ἰδρίῃ*, quod Ahr. recepit. In ed. Ald. *correcta* et in edd Iunt. Steph. Valck. Mein. I. II. Pal. al. est *ἀλλ' ἰδρίῃ*. — Ahr. I. II. e coni. *μέγα δ' ἄνδρα* edidit. Mein. p. 350 unum vel plures versus excidisse suspicatur. At optime rei convenit asyndeton. Cf. id. XIII, 58. Odyss. IX, 444. De apostrophe cf. v. 132.

86. *ἅπαν*] Ambiguum est utrum vi arseos et hic et id. II, 56 ultima huius voc. syllaba, quae Homero brevis est (Odyss. XI, 420. X, 227 al.), producta sit, an more Atticorum (Menand. apud Athen. IV p. 146, F. al. Meinek. ad Menandr. p. 51) pro longa a Theocrito habita.

87. *αὐτὰρ ὅγ'*] Cf. adn. ad id. I, 52.

90. *σὺν δὲ μάχ. ἐτ.*] turbidamque concitavit pugnam. Cf. id. XXVI, 13. Polyb. IV, 14, 4 *συνταράξαι τὸν πόλεμον*. Verbum *ἐτάραξε* cum Ahr. I. II. Ziegl. II. sumpsi e codice D. Reliqua subsidia offerunt *ἐτίναξε* (Mein. Pal. al.),

ἐς γαῖαν. Βέβρυκες δ' ἐπαύτεον, οἱ δ' ἑτέρωθεν
ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον,
δειδιότες μή πώς μιν ἐπιβρίσας δαμάσειε
χώρῳ ἐνὶ στεινῷ Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ.
ἤτοι ὅγ' ἔνθα καὶ ἔνθα παριστάμενος Διὸς υἱός
ἀμφοτέρῃσιν ἄμυσσεν ἀμοιβαδίς, ἔσχεθε δ' ὁρμῆς
παῖδα Ποσειδάωνος ὑπερφίαλόν περ ἐόντα.
ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων, ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα
φοίνιον· οἱ δ' ἅμα πάντες ἀριστῆες κελάδησαν,
ὡς ἴδον ἕλκεα λυγρὰ περὶ στόμα τε γναθμούς τε·
ὄμματα δ' οἰδήσαντος ἀπεστείνωτο προσώπου.
τὸν μὲν ἄναξ ἐτάρασσεν ἑτώσια χερσὶ προδεικνύς
πάντοθεν· ἀλλ' ὅτε δή μιν ἀμηχανέοντ' ἐνόησε,
μέσσης ῥινὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασε πυγμῇ,

— Hartung. e coni. ἤραξε. — πολὺς δ' ἐπέκειτο] *corpore toto incumbebat in Pollucem.* Cf. Hor. Od. I, 19, 9. Iliad. VII, 156. Ahr. II. ἐνέκειτο dedit e cod. K., sed defenditur verbum ἐπέκειτο Eur. Rhes. 101 (ἐπεκείσομαι βαρύς) similibusque ubi, quod hic proprie, translate dicitur.

94. Τιτυῷ] Odyss. XI, 577. De hiatu cf. e. gr. Odyss. IV, 310 et id. XIV, 33.

96. ἀμοιβαδίς] Verg. Aen. V, 457 nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Ibid. 460 creber utraque manu pulsat versatque Dareta.

97. περ ἐόντα] Cf. e. gr. Iliad. IV, 534. V, 625. Theocr. I, 44.

98. μεθύων] Odyss. XVIII, 240 ἧσται νευστάζων κεφαλῇ, μεθύοντι ἐοικώς. — ἐκ δ' ἔπτ.] Iliad. XXIII, 697 αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλονθ' ἑτέρωσε. Vergil. Aen. V, 469 *iactantemque utroque caput crassumque cruorem ore eiectantem* mixtosque in sanguine dentes ducunt ad naves. Cf. et Aen. XI, 668. X, 349. Ovid. Met. XII, 256 et 238.

99. φοίνιον] Odyss. XVIII, 97 αὐτίκα δ' ἦλθε κατὰ στόμα φοίνιον αἷμα. — οἱ δ' — ἀριστ.] Cf. id. XIII, 17.

100. τε γναθμούς τε] Cf. adn. ad id. XXV, 87.

102. ἐτ. χερσὶ προδ.] *simulatos ictus intentans* (non *falsos*, Wuestem., vel *incassum*, Ameis.), h. e. manibus emicans quasi iam adversarii ipsum corpus petiturus. Verg. Aen. V, 377 ostenditque humeros latos alternaque iactat *bracchia protendens et verberat ictibus auras.*

104—105. μέσσης κτλ.] „mediae supra nares parti ita incussit (ἤλασε, cf. id. XIV, 35. XXV, 256) manum, ut levi flexu incumberet in supercilium". Ita vere Kreussler. II p. 10, disputans contra Mein., qui secutus Greverum ed. Oldenb. 1850 p. 145 verba sic ordinanda esse dicit: κατὰ μέσσης (ille quidem μέσσας: at cf. Ahr. p. 151, Ziegl. II p. 112) ὀφρύος ὑπὲρ ῥινὸς ἤλασε. Dativum πυγμῇ cum Ahr. II. Ziegl. II. suffragio codicis D. et glossae cod. M. (ἔτυψε διὰ πυγμῆς) posui pro accusativo πυγμήν (edd. prr. Mein. Ahr. I. Hartung. Pal. al.). — Quint. Sm. IV, 360: καὶ ἱδρείῃσι (cf. Theocr. XXII, 85) διατμήξας ἑκά-

πᾶν δ' ἀπέσυρε μέτωπον ἐς ὀστέον. αὐτὰρ ὁ πληγείς
ὕπτιος ἐν φύλλοισι τεθηλόσιν ἐξετανύσθη.
ἔνθα μάχη δριμεῖα πάλιν γένετ' ὀρθωθέντος·
ἀλλήλους δ' ὄλεκον στερεοῖς θείνοντες ἱμᾶσιν.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐς στῆθός τε καὶ ἰξὺν χεῖρας ἐνώμα
αὐχένα τ' ἀρχηγὸς Βεβρύκων· ὁ δ' ἀεικέσι πληγαῖς
πᾶν συνέφυρε πρόσωπον ἀνίκητος Πολυδεύκης.
σάρκες δ' αἱ μὲν ἱδρῶτι συνίζανον, ἐκ μεγάλου δέ
αἶψ' ὀλίγος γένετ' ἀνδρός· ὁ δ' αἰεὶ πάσσονα γυῖα
ἁπτόμενος φορέεσκε πόνον χροιῇ δέ τ' ἀμείνω.
πῶς δ' ἄρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν;
εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης

τερθε χεῖρας ἐς ὀφρύα τύψεν ἐπάλμενος ἄχρις ἱκέσθαι ὀστέον.

107. *μάχη δρ. πάλιν*] Non tam verba quam vim sententiae expressit Verg. Aen. V, 454: acrior ad pugnam redit ac vim suscitat ira. — Nondum mihi persuasit Kreussler. II p. 10, qui unum alterumve versum excidisse ante v. 107 iudicat.

109. *ἰξὺν*] Haec est coniectura Ahr. I. II. a Mein. III. Hartung. Ziegl. II. recepta. In codd. et edd. prr. Mein. I. II. Pal. est *ἔξω*. — Mein. p. 492 fortasse praestare putat *ἰξύα*, Kayser. *eph. doct. Monac.* 1850 nr. 57 p. 463 collato Odysseae XVIII versu 95 *ὀστέα*, Briggs. p. 236 *εἴσω*.

110. *αὐχένα τ'*] In codd., ed. Ald. *non correcta* (in ed. Ald. *correcta* vocabulum omissum est), edd. Iunt. cet. Pal. est *αὐχένος*. Correxit Briggs. l. l., cuius iudicium Ahr. I. II. Mein. III. Hartung. Ziegl. II. sequuntur.

112. *σάρκες δ' αἱ* —] Vide Ameis. *art.* p. 9 et adn. ad id. I, 48 p. 29. Forbiger. ad Verg. Aen. XII, 161. Legitur *σάρκες δ' αἱ μὲν* (quod Mein. II. Ameis. ediderunt) in codd. 9. 18. c. 11. M. et in edd. Ald. *utraque*, Iunt. Call. Lov. cet. superioribus usque ad Reiskium, idem in cod. r., ubi additum *γρ. τοῦ μὲν*. In codice D. est *οἱ μὲν*. Hartung. *τοῦ μὲν* edidit, Mein. III. Ahr. I. II. Ziegl. II. Reiskii, *animadv.* p. 285, coniecturam *δ' ᾧ μὲν* receperunt. Brunck. Valck. *δ' οἱ μὲν* —, Schaef. Gaisf. Boiss. I. II. Mein. I. Pal. al. *δ' οἶ μὲν*, metro invito. Mein. II. p. 188 coni. *τῷ μὲν* vel *οἶ μέν*. — *ἐκ*] Emersionem h. l. haec praepositio indicat sicuti Soph. Oed. R. 454: *τυφλὸς ἐκ δεδορκότος*, ubi pariter *ἀντὶ* (*πτωχὸς ἀντὶ πλουσίου*) sequitur atque Lucian. Nigrin. 20 *ὁ μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότης, ὁ δὲ ἀντὶ πλουσίου πένης*. Enn. apud Cic. de Or. I, 45, 199 *ex* incertis certos dimitto. Cic. part. or. 17 ex beato miser. Cic. pro Rosc. Am. XVIII, 50. Ovid. Met. II, 647. II, 653 al. (In ed. Ald. *non correcta* est *μεγάλοις*.)

113. *ὀλίγος*] Cf. id. I, 47. — *πάσσονα*] Hoc retinui cum Mein. III. Ahr. I. Hartung. Nam alienum ab h. l. est *μάσσονα*, quod Mein. I. II. Ahr. II. Pal. Ziegl. al. scripserunt. Vide adn. ad id. XII, 36—37 p. 390. Litteram *π* super *μ* (ut *πάσσονα* esset pro *μάσσονα*) in cod. c., in cod. 9. *πάσσηνα* Ziegl. II. invenit.

115. *δ' ἄρ*] Hoc Theocrito Kreusslerus II p. 2 restituit. In libris *γὰρ* habetur. — *ἀδηφάγον*] Cf. id. IV, 34.

116. *σὺ γὰρ οἶσθα*] Iliad. II, 485 *ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε*

φθέγξομαι, ὅσσ' ἐθέλεις σύ, καὶ ὅππως τοι φίλον αὐτῇ.
Ἤτοι ὅγε ῥέξαι τι λιλαιόμενος μέγα ἔργον
σκαιῇ μὲν σκαιὴν Πολυδεύκεος ἔλλαβε χεῖρα,
δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς, ἑτέρῃ δ' ἐπιβαίνων
δεξιτερῆς ἤνεγκεν ἐπὶ λαγόνος πλατὺ γυῖον.
καί κε τυχὼν ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα·
ἀλλ' ὅγ' ὑπεξανέδυ κεφαλῇ, στιβαρῇ δ' ἅμα χειρὶ

πάντα. Verg. Aen. VII, 645 et meministis enim, divae, et memorare potestis. De hiatu vide adn. ad id. XII, 23 p. 387. Ita spernenda coniectura Pal. et aliorum *οἶδας.* — ὑποφήτης] Plat. Ion. p. 534, E *οἱ ποιηταὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἑρμηνεῖς εἰσι τῶν θεῶν.* Nomen *ὑποφήτης* Theocrito videtur fuisse in deliciis. Cf. adn. ad id. XVI, 29 p. 66. — Ahr. e coni. Hemsterhusii pro *ἑτέρων* edidit *ἑτέροις*, Hartung. accedens ad coniecturam Meinekii (qui p. 492 *σευ ὧν* in medium profert) *τοι ἄν*: Kreussler. II p. 10 coni. *τεοῦς.* Abstinendum mutatione censeo.

117. τοι] Singularis in carminibus Theocriteis est vox enclitica in pedis quinti arsi ita posita ut e. gr. Odyss. VIII, 329 *κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν*, Odyss. XIX, 122 *βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ.* Cf. id. XV, 66 et quae collegit Gisek. *quaest. Hom.* p. 73.

118. Ἤτοι] Cf. adn. ad id. XIII, 46. — ὅγε] Cf. adn. ad id. I, 52 et de producta syllaba ultima adn. ad id. XI, 10.

119. ἔλλαβε] Cf. e. gr. Iliad. III, 34. V, 83 et adn. ad id. XVI, 46.

120. ἀπὸ προβολῆς] *oblique inclinatus* vel *proiectus ab gradu* (barbare diceres *in gradu*) *qui est pugilis petitionem in adversarium coniecturi.* Cf. Plut. Caes. 44. Anth. Pal. VII, 433, 3. Cum usu praepositionis *ἀπὸ*, pro qua quispiam *ἐν* exspectaverit — unde Hartung. *εἰς προβολὴν* temere posuit — (cf. id. XV, 16 adn.) compara Iliad. XIV, 154: *Ἥρη δ' εἰσεῖδε — στᾶσ' ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου.* Pind. Ol. II, 73 *ἄνθεμα χρυσοῦ φλέγει, τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων —.* Simili modo praepositio *ἐξ* usurpatur Soph. Antig. 411. Nitzsch. *Philol.* XII (1857) p. 3. Odyss. VIII, 67. Xen. Cyrop. II, 2, 6. Liv. XXIV, 46. Cic. N. D. II, 20. Ovid. Met. XII, 433 caudice misso Tectaphon a summo vertice fregit. Craner. ad Caes. B. G. I, 4.

120—121. ἑτέρῃ κτλ.] *tum invadens altera manu* (dextra) *latum pugnum* (*γυῖον*) *impingebat in dextra* Pollucis *ilia.* Rem expedivit Kreussler. II p. 11, qui v. 121 coniecturam Ahr. *ἐπὶ* pro *ἀπὸ* (codd. 11. 23. M. ed. Ald. *non corr.* — *ἀπολαγόνος* cod. 9. — *ἀπαὶ* Ald. *corr.* Iunt. Call. Lov. Steph. al.) recipiendam docuit. Vide id. VII, 130 coll. Iliad. V, 700 al. Praeterea v. 120 *ἑτέρῃ* scripsi e coni. Ahr. pro *ἑτέρᾳ* edd. Iunt. Steph. — *ἑτέρα* Ald. utraque. Call. Lov. — Valck. Mein. al. vel *ἑταίρῃ* (cod. 11.) vel *ἑτέρᾳ* (cod. c.). vel *ἑτέρη* (cod. D.). *Ἀπὸ* Mein. III. tenuit, *ἀπαὶ* etiam Valck. Mein. I. II. Pal. al. scripserunt. Pro *λαγόνος* Ahr. e coni. sua *λαγόνας* edidit, Hartung. e coni. Toupii *ἑτέρῳ* pro *ἑτέρῃ* idemque *ὑπὸ λαγόνας.*

122. καί κε] Brunckius hunc versum eiecit exemploque suo Hartungium traxit. Uncis eum Ahr. inclusit. At cfr. Kreussler. II p. 11.

123. ἀλλ' ὅγ' ὑπ.] Verg. Aen. V, 444 *ille* ictum venientem a vertice velox praevidit *celerique elapsus corpore* cessit. Unice verum *κεφαλῇ*, quod nititur suffragio codicis D. et edd. Iunt. Call. Lov., quo accedit codex r., ubi est *κεφαλὴν*

πλῆξεν ὑπὸ σκαιὸν κρόταφον καὶ ἐπέμπεσεν ὤμῳ·
ἐκ δ' ἐχύθη μέλαν αἷμα θοῶς κροτάφοιο χανόντος·
ἄλλῃ δὲ στόμα τύψε, πυκνοὶ δ' ἀράβησαν ὀδόντες·
αἰεὶ δ' ὀξυτέρῳ πιτύλῳ δηλεῖτο πρόσωπον,
μέχρι συνηλοίησε παρήια. πᾶς δ' ἐπὶ γαῖαν
κεῖτ' ἀλλοφρονέων, καὶ ἀνέσχεθε νεῖκος ἀπαυδῶν
ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας, ἐπεὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν.
τὸν μὲν ἄρα κρατέων περ ἀτάσθαλον οὐδὲν ἔρεξας,
ὦ πύκτη Πολύδευκες· ὄμοσσε δέ τοι μέγαν ὅρκον,
ὃν πατέρ' ἐκ πόντοιο Ποσειδάωνα κικλήσκων,
μήποτέ τοι ξείνοισιν ἑκὼν ἀνιηρὸς ἔσεσθαι.

cum lectionis variae (*γρ.*) signo *κεφαλῇ*, et cod. c., ubi *κεφαλὴν* est ,,cum puncto sub *ν*". Ahr. scripsit *κεφαλὴν* cum codd. 9. cet. (Ziegl. II. p. 113) et ed. Ald. utraque.

126. *ἄλλῃ*] Cf. v. 178. Mein. cum Steph. Valck. al. *λαιῇ*, quod sane est in cod. D., in edd. Iunt. Call. et in margine codd. r. c. In ed. Lov. scribitur *λαιοῦ*, in ed. Ald. *non correcta* et in cod. 23. *ἄλλο*, in ed. Ald. *correcta* et codd. 18. M. *ἀλλ' ὅγε*. Lectionem *ἄλλῃ* confirmat imitatio Quinti Sm. IV, 368 *ἄλλῃ δ' ἤλασε ῥῖνας ἐπάλμενος*. — *ἀράβησαν*] Verg. Aen. V, 436 duro *crepitant* sub verbere malae.

127. *πιτύλῳ*] scil. *χεροῖν*, quod addit Aesch. Sept. 855 (*ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ χεροῖν πίτυλον*). Apud Homerum frustra hoc nomen quaesiveris.

128. *μέχρι*] Semel praeterea cum significatione temporis hoc voc. in Theocriteis habetur, id. XXV, 270, semel cum loci significatione id. XXV, 31. — *συνηλ.*] Simile est Iliad. IV, 522 *ἀπηλοίησεν*.

128. *ἐπὶ γαῖαν*] De praepositione cum accusativo apte coniuncta cf. Hesiod. *ἔργ.* 11: *ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν — εἰσὶ δύο*. Iliad. X, 27. Odyss. XXIII, 371 *ἤδη μὲν φάος ἦεν ἐπὶ χθόνα*. Odyss. XXIV, 201. Ahr. *ἐπὶ γαίῃ* e coni. edidit (*ἐνὶ γαίῃ* cod. D. ed. Iunt.).

132. *ὦ πύκτη Π.*] Cum apostrophe, qua perraro Theocritus utitur (cf. v. 85) in his epicis carminibus (cf. id. IV, 26. IV, 38. VII, 83. VII, 148), compara Iliad. XXIII, 600 (*ὣς ἄρα σοὶ Μενέλαε μετὰ φρεσὶ θυμὸν ἰάνθη*) et Iliad. XVII, 679. 702. VII, 104. IV, 127, ubi item Menelaum, vel Iliad. XVI, 584 (*Πατρόκλεες ἱπποκέλευθε*) atque Iliad. XVI, 20. 744. 843. 812, ubi Patroclum Homerus alloquitur, qui quidem in Odyssea solius Eumaei vocativum sic adhibuit Odyss. XIV, 55. 165 ceterisque locis, quos indicavit Nitzsch. *Philol.* XVI p. 154. Multo saepius poetae Romani hanc figuram adhibuerunt, quia vocativi secundae declinationis terminationibus lucrabantur in linguae suae inopia trochaeum vel dactylum (cf. e. gr. Ovid. Met. XII, 296: te quoque, *saeve* Drya. XII, 313: vulnus, *Crenaee*, tulisti. Trist. I, 11, 38. Hor. Od. II, 13, 27. Verg. Georg. II, 159 te, Lari *maxime*, teque . . *Benace*) vel iambum possessivi pronominis *tuus* (Ovid. Trist. I, 10, 18 venimus ad portus, Imbria terra, *tuos*. Trist. I, 1, 76) vel utrumque (Ovid. Trist. I, 10, 38 arces praetereat dictas nomine, *Bacche*, *tuo* Hor. Od. III, 3, 13).

134. *τοι*] Ad infinitivum futuri haec asseveratio (Iliad. VIII, 294 *οὐ μέν τοι παύομαι* coll. id. VII, 122) verbo iurandi ita additur ut *ἦ μὴν* Aesch. Sept. 531,

Καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί μοι ἄναξ. σὲ δὲ Κάστορ ἀείδω,
Τυνδαρίδη, ταχύπωλε, δορυσσόε, χαλκεοθώρηξ.
Τὼ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱώ
δοιὰς Λευκίπποιο κόρας· δοιὼ δ' ἄρα τώγε
ἐσσυμένως ἐδίωκον ἀδελφεὼ υἷ' Ἀφαρῆος,
γαμβρὼ μελλογάμω, Λυγκεὺς καὶ ὁ καρτερὸς Ἴδας.
ἀλλ' ὅτε τύμβον ἵκανον ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος,
ἐκ δίφρων ἄρα βάντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν,
ἔγχεσι καὶ κοίλοισι βαρυνόμενοι σακέεσσι.
Λυγκεὺς δ' ἆρ μετέειπεν ὑπὲκ κόρυθος μέγ' ἀύσας·
Δαιμόνιοι, τί μάχης ἱμείρετε; πῶς δ' ἐπὶ νύμφαις
ἀλλοτρίαις χαλεποί, γυμναὶ δ' ἐν χερσὶ μάχαιραι;
ἡμῖν τοι Λεύκιππος ἑὰς ἔδνωσε θύγατρας
τάσδε πολὺ προτέροις, ἡμῖν γάμος οὗτος ἐν ὅρκῳ·
ὑμεῖς δ' οὐ κατὰ κόσμον ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσιν

verbo *ὄμνυσι* praegresso, additur ad infinitivum *λαπάξειν*. Cf. Eur. Iph. Aul. 475 *κατόμνυμι . . ἦ μὴν ἐρεῖν*. Baeumlein. *part. Gr.* p. 155. Revocavi igitur *τοι* e codd. 18. r. M. ed. Ald. *correcta* et edd. Call. Lov. Camer. Bas. I. al., praesertim quum idem sit adscriptum codici c., in quo *ἐπι* (sic quidem) in contextu habetur. Idem *ἐπὶ* dant cod. D. et ed. Iunt. Denique ed. Ald. *non correcta* et codd. 9 23. 11. offerunt *μήποτε ξείνοισι*. Quod Stephanus e coni. scripsit *μήποτ' ἔτι*, Heins. Brunck. Valck. Mein. Ahr. al. posuerunt.

135. *Καὶ*] Cf. adn. ad id. VIII, 92. — *ἀείδω*] Hoc cum cod. 9. posuit Ziegl. II. ponique voluit Ahr. p. LXXXI. pro *ἀείσω* (Mein. Pal. Hartung. cet.). Cf. v. 26, ubi cod. 9. *ἀείδω* pro *ἀείσω* (Mein. al.).

137. *Τὼ μὲν κτλ.*] Tota a Theocrito est narratio Ovidii, Fast. V, 699 sqq.

138. *δοιὰς Λευκ.*] Prop. I, 2, 15 non sic Leucippis succendit Castora *Phoebe*, Pollucem cultu non *Hilaira* soror. Cf. Apollod. II, 11, 2. Schol. ad Lycophr. 548. — *δοιὼ*] Hoc, quod Mein. Pal. Ziegl. II. Ameis. Ahr. I. cet. ediderunt, exstat in edd. Ald. Iunt. cet. et in codicibus plerisque defenditque etiam varians lectio codicis c., ubi est *διὼ*. Ahr. II. et Hartung. e cod. D. *δισσὼ* —.

140. *γαμβρὼ μελλογάμω*] Ovid. Fast. V, 702 Leucippo fieri pactus uterque gener.

141. *Ἀφαρῆος*] regis Messenae, patris Idae Lynceique. Apollod. I, 9, 5. Non dubito quin Theocritus fabulam memoratam a Pindaro Nem. X, 66 (*τοὶ δ' ἔναντα στάθεν τύμβῳ σχεδὸν πατρωΐῳ κτλ.*) ob oculos habuerit, quam tamen ipse immutavit.

145—146. *Δαιμόνιοι*] Cf. initium versus 22 idyllii XVI. Hor. Epod. VII, 1 Quo quo, scelesti, ruitis? aut cur *dexteris aptantur enses conditi?*

145. *ἐπὶ*] propter sponsas, ut has vobis paretis. Vide v. 149 Aristot. E. N. III, 1 p. 1110, a, 23. 10 id. XVII, 101.

149. *λεχέεσσιν*] Haec forma Homero quoque frequentissima (cf. e. gr. Odyss. III, 399. I, 366 al.) a me retenta est, quia a proximi versus exitu commendationem habet: cf. adn. ad id. XI, 23.

βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἄλλοισι κτεάτεσσιν
ἄνδρα παρετρέψασθε, γάμον δ' ἐκλέπτετε δώροις.
ἦ μὴν πολλάκις ὔμμιν ἐνώπιος ἀμφοτέροισιν
αὐτὸς ἐγὼ τάδ' εἶπα, καὶ οὐ πολύμυθος ἐών περ·
„οὐχ οὕτω φίλοι ἄνδρες ἀριστήεσσιν ἔοικε
μνηστεύειν ἀλόχους, αἷς νυμφίοι ἤδη ἑτοῖμοι.
πολλή τοι Σπάρτη, πολλή δ' ἱππήλατος Ἦλις,
Ἀρκαδίη τ' εὔμηλος Ἀχαιῶν τε πτολίεθρα,
Μεσσήνη τε καὶ Ἄργος ἅπασά τε Σισυφὶς ἀκτή·
ἔνθα κόραι τοκέεσσιν ὑπὸ σφετέροισι τρέφονται
μυρίαι οὔτε φυῆς ἐπιδευέες οὔτε νόοιο.
τάων εὐμαρὲς ὔμμιν ὀπυίειν ἅς κ' ἐθέλητε·
ὥς ἀγαθοῖς πολέες βούλοιντό κε πενθεροὶ εἶναι·
ὑμεῖς δ' ἐν πάντεσσι διάκριτοι ἡρώεσσι,
καὶ πατέρες καὶ ἄνωθεν ἅπαν πατρώιον αἷμα.
ἀλλὰ φίλοι τοῦτον μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν
ἄμμι γάμον· σφῶν δ' ἄλλον ἐπιφραζώμεθα πάντες."

Ahr., qui cum cod. D. *ἀλλοτρίοισι λέχεσσι* edidit, sane Odyss. I, 440. X, 12. Iliad. III, 391 al. comparare poterat.

150. *ἄλλοισι κτ.*] Cf. Iliad. VI, 426. Kreussler. II p. 11 coni. *ἡμιόνοις καὶ ληιδίοις κτ.* Sed de industria ob similitudinem v. 149 *ἄλλοισι* positum et tantum explicationis causa (non quia *ληιδίοις* esset in codice) ab auctore scholii cod. M. scriptum esse puto *κτήμασιν ἃ ἐληίσασθε*.

151. *ἐκλέπτετε*] dolose, quasi furto. Cf. Plat. Rep. I p. 334, A ibique Stallb. *Ἐκλέπτετε* pro *ἐκλέψατε* (Mein. al.) Ahr. e cod. D. Cf. Erdmann. *Pind. us. synt.* (Hal. 1867) p. 57.

156. *πολλή τοι κτλ.*] Plat. Phaed. p. 78, A *πολλὴ ἡ Ἑλλάς, ἐν ᾗ ἔνεισί που ἀγαθοὶ ἄνδρες, πολλὰ δὲ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων γένη.*

158. *Σισυφὶς ἀκτή*] Isthmus Corinthi a Sisypho conditae. Cf. Iliad. VI, 153. Apollod. I, 9, 3.

159. *ὑπὸ*] Iliad. V, 555 *ἐτραφέτην ὑπὸ μητρὶ* —. Hor. Epist. II, 1, 99.

160. *οὔτε φυῆς κτλ.*] Versum Hesiodi (scut. Herc. 88 — *γεινόμεθ', οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα*) forma verbisque similem comparavit Rank., Hes. scut. Herc. p. 156. — Fawk. contulit Verg. Aen. XII, 24: sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus arvis nec genus indecores —.

161. *ὀπυίειν*] „An *ὀπυιέμεν* ut *πολεμιζέμεν* v. 212?" Wordsw. Non opinor. Cf. adn. ad id. XI, 1.

164. *ἄνωθεν*] Cf. adn. ad id. VII, 5 p. 203. Verg. Aen. VII, 56 Turnus *avis atavisque* potens.

166. *ἄμμι*] Hoc cum Ahr. Ziegl. II. e cod. D. recepi. In reliquis codd. et in edd. prr. Mein. I. II. al. est *νῶι*, in cod. 9. *νῶιν*. E coniectura Schaeferi ed. 1809 p. 197 et Bergkii, *Mus. Rhen.* VI (1838) p. 36, Mein. III. et Hartung. sic scripserunt: *ἀλλὰ φίλοι τοῦτον μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν νῶι γάμον.* Pro *πάντες* idem Bergkius l. l. coni. *πάντως*.

ἴσκον τοιάδε πολλά, τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα
πνοιὴ ἔχουσ' ἀνέμοιο, χάρις δ' οὐχ ἕσπετο μύθοις.
σφὼ γὰρ ἀκηλήτω καὶ ἀπηνέες. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
πείθεσθ'· ἄμφω δ' ἄμμιν ἀνεψιὼ ἐκ πατρὸς ἐστόν.
εἰ δ' ὑμῖν κραδίη πόλεμον ποθεῖ, αἵματι δὲ χρή
νεῖκος ἀναρρήξαντας ὁμοίιον ἔγχεα λοῦσαι,
Ἴδας μὲν καὶ ὅμαιμος ἑός, κρατερὸς Πολυδεύκης,
χεῖρας ἐρωήσουσιν ἀποσχομένω ὑσμίνης,
νῶι δ', ἐγὼ Κάστωρ τε, διακρινώμεθ' Ἄρηι

167. ἴσκον] Asyndeton idem est Odyss. XXII, 31: *ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ.* — τὰ δ'] Cf. id. I, 35.

167—168. εἰς ὑγρὸν κτλ.] Haec „irrita *ventosae rapuerunt* verba procellae“ (Stat. Ach. II, 286), „*ventus* irrita per terras et *freta summa tulit*“ (Tibull. I, 4, 22). Cf. id. XXIX, 37. Hor. Od. I, 26, 1. Tibull. I, 5, 35—36. Ovid. Art. am. I, 388. De epitheto ὑγρὸν vide id. VII, 53.

169. ἔτι καὶ νῦν] Cf. adn. ad id. II, 137 p. 108 et Plat. Apol. p. 23, B: *ταῦτ' οὖν ἐγὼ μὲν ἔτι καὶ νῦν περιὼν ζητῶ.* Plat. Crit. p. 44, B: *ἔτι καὶ νῦν ἐμοὶ πείθου.*

170. ἀνεψιώ] Fratres fuisse Aphareum et Tyndareum tradit Apollod. III, 10, 3.

171. δὲ χρή] De productione vocalis ε versusque exitu cf. Nic. Ther. 721: — *αὐτίκα* δὲ χρώς. Hesiod. *ἔργ.* 232 — *οὔρεσι* δὲ δρῦς. Iliad. XXI, 388 *ἄιε* δὲ Ζεύς. Iliad. XXIII, 228 *παύσατο* δὲ φλόξ. Gisek. *quaest. Hom.* p. 99.

172. ἀναρρήξαντας] Verg. Aen. XII, 79 sq. Teucrum arma quiescant et Rutuli: nostro *dirimamus sanguine bellum.* — ὁμοίιον] quod paribus utrimque animis ac studiis conseritur. Iliad. IV, 444 *ἥ σφιν καὶ τότε* νεῖκος ὁμοίιον *ἔμβαλε μέσσῳ.* — ἔγχεα] Ita Boiss. I. II. Mein. II. III. Ahr. Pal. Ziegl. al. cum subsidiis plerisque. Codex D. et edd. Call. Lov. Camer. Bas. I. Steph. Heins. Valck. Mein. I. Wordsw. al. habent *ἔχθεα.* — λοῦσαι] Codex D. et hae, quas modo nominavi, editiones offerunt *λῦσαι.* Sed verum est, quod I. H. Vossius (— *färben die Lanzen*) voluit et quod Boiss. I. II. et reliqui, qui *ἔγχεα* scripserunt, dederunt, *λοῦσαι,* firmatum edd. Ald. Iunt. et codd. 9. 23. M. 11. 18. r. c. Cf. Callim. Del. 95 (*φεῦγε πρόσω· ταχέως σε κιχήσομαι* αἵματι λούσων *τόξον ἐμόν*) et quae Mein. p. 352 sqq. exempla in medio posuit. Non aliter Verg. Georg. III, 221: *lavit* ater corpora *sanguis.* Aen. X, 727. Hor. Od. III, 12, 2 mala vino *lavere.* — Non audiendus Wordsworth., qui δεῦσαι, *rigare hastas sanguine* scribendum iudicavit, comparans Verg. Aen. XII, 308 (sparso late *rigat* arma cruore) et Iliad. XVII, 51 (*αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι*). Probavit haec Hermann. in *annal. Vindob.* 1848 p. 223 adeo apud Callimachum l. l. *δεύσων* iubens corrigi.

173. ἑὸς] Vide adn. ad id. X, 2.

174. χεῖρας ἐρωήσ.] removebunt (id. XXIV, 99), cohibebunt manus. Cf. Iliad. XIII, 57. — ἀποσχομένω] Hoc habet cod. 9., unde recepi cum Ahr. I. Mein. Ziegl. Hartung. Pal. al. Cf. Ahr. p. 155. Ziegler. II p. 116. — Ahr. II. *ἀπεχθομένης* e cod. D. et ed Iunt. dedit.

ὁπλοτέρω γεγαῶτε. γονεῦσι δὲ μὴ πολὺ πένθος
ἡμετέροισι λίπωμεν. ἅλις νέκυς ἐξ ἑνὸς οἴκου
εἷς· ἀτὰρ ἄλλοι πάντας ἐυφρανέουσιν ἑταίρους
νυμφίοι ἀντὶ νεκρῶν, ὑμεναιώσουσι δὲ κούρας
τάσδ᾽· ὀλίγῳ τοι ἔοικε κακῷ μέγα νεῖκος ἀναιρεῖν.
Εἶπε, τὰ δ᾽ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλε θεὸς μεταμώνια θήσειν.
τὼ μὲν γὰρ ποτὶ γαῖαν ἀπ᾽ ὤμων τεύχε᾽ ἔθεντο,
ὣ γενεῇ προφέρεσκον· ὁ δ᾽ εἰς μέσον ἤλυθε Λυγκεύς,
σείων καρτερὸν ἔγχος ὑπ᾽ ἀσπίδος ἄντυγα πρώτην·
ὣς δ᾽ αὔτως ἄκρας ἐτινάξατο δούρατος ἀκμάς
Κάστωρ· ἀμφοτέροις δὲ λόφων ἐπένευον ἔθειραι.
ἔγχεσι μὲν πρώτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον
ἀλλήλων, εἴ πού τι χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.
ἀλλ᾽ ἤτοι τὰ μὲν ἄκρα πάρος τινὰ δηλήσασθαι
δοῦρ᾽ ἐάγη, σακέεσσιν ἐνὶ δεινοῖσι παγέντα.
τὼ δ᾽ ἄορ ἐκ κολεοῖο ἐρυσσαμένω φόνον αὖθις
τεῦχον ἐπ᾽ ἀλλήλοισι· μάχης δ᾽ οὐ γίνετ᾽ ἐρωή.
πολλὰ μὲν ἐς σάκος εὐρὺ καὶ ἱππόκομον τρυφάλειαν
Κάστωρ, πολλὰ δ᾽ ἔνυξεν ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεύς

176. γονεῦσι] Verg. Aen. IX, 216 neu matri miserae tanti sim causa doloris.

178. εἷς] De vocabulo monos. ad superiora pertinente cf. v. 180 τάσδ᾽ et adn. ad id. X, 25. — ἄλλοι] Ita cod. 9. 11. 23. M. 18. r. c. ed. Ald. utraque, Iunt. Mein. al. Cf. v. 126. Ahr. ὧλλοι cum cod. D. et ed. Call. — πάντας] Ita ed. Ald. *correcta* et ed. Call. Mein. Ahr. al., πάντας γ᾽ cod. 18. (πάντες ed. Ald. *non correcta*, ed. Iunt. codd. 9. 23. D. 11. — πάντες γ᾽ codd. M. c. —).

183. ὣ] Correxit Ahr. quod est οἳ in cod. D., τοὶ in codd. reliquis et edd., etiam in ed. Mein. Pal. Ex eodem cod. D. γενεῇ Ahr. repetivit pro γενεᾷ (Mein. Pal. al.). Pro εἰς Ahr. et Ziegl. I. II. ἐς e coni. — εἰς μ.] Cf. v. 82.

184. σείων] Verg. Aen. X, 762 at vero ingentem *quatiens* Mezentius hastam ingreditur campo.

185. ἄκρας] Cf. e. gr. Iliad. XVII, 309—310 VI, 470. Eur. Phoen. 1399.

187. πρώτιστα] Cf. adn. ad id. I, 77. — πόνον εἶχον] Apoll. Rhod. II, 651 εἰρεσίῃ δ᾽ ἀλίαστον ἔχον πόνον. Theocr. VII, 139.

188. γυμνωθὲν] Verg. Aen. XI, 748 partes rimatur *apertas* qua vulnus letale ferat.

190. ἐνὶ δεινοῖσι] Eadem est productio ultimae syllabae praepositionis ἐνὶ adiectivo δεινοῖσι praemissae Iliad. X, 254: — ὅπλοισιν ἐνὶ δεινοῖσιν ἐδύτην. Cfr. Iliad. XI, 10 (μέγα τε δεινόν τε). Curtii *etym.* p. 585. Duentzer. in Iahn. ann. XCV p. 390.

191. ἐκ κολεοῖο ἐρυσσ.] Verg. Aen. X, 475 *vaginaque* cava fulgentem *deripit* ensem. De hiatu cf. e. gr. Iliad. IV, 530.

194. ἀκριβὴς] κεῖνου γὰρ ἐπιχθονίων πάντων γένετ᾽ ὀξύτατον ὄμμα, ut canit Pindarus, Nem. X, 63. Non utitur

τοῖο σάκος, φοίνικα δ' ὅσον λόφον ἵκετ' ἀκωκή.
τοῦ μὲν ἄκρην ἐκόλουσεν ἐπὶ σκαιὸν γόνυ χεῖρα
φάσγανον ὀξὺ φέροντος ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ
σκαιῷ· ὁ δὲ πληγεὶς ξίφος ἔκβαλεν, αἶψα δὲ φεύγειν
ὡρμήθη ποτὶ σῆμα πατρός, τόθι καρτερὸς Ἴδας
κεκλιμένος θηεῖτο μάχην ἐμφύλιον ἀνδρῶν.
ἀλλὰ μεταΐξας πλατὺ φάσγανον ὦσε διαπρό
Τυνδαρίδης λαγόνος τε καὶ ὀμφαλοῦ· ἔγκατα δ' εἴσω
χαλκὸς ἄφαρ διέχευεν· ὁ δ' ἐς στόμα κεῖτο νενευκώς
Λυγκεύς, κὰδ δ' ἄρα οἱ βλεφάρων βαρὺς ἔδραμεν ὕπνος.
οὐ μὰν οὐδὲ τὸν ἄλλον ἐφ' ἑστίῃ εἶδε πατρῴῃ
παίδων Λαοκόωσσα φίλον γάμον ἐκτελέσαντα.
ἦ γὰρ ὅγε στήλην Ἀφαρηίου ἐξανέχουσαν
τύμβου ἀναρρήξας ταχέως Μεσσήνιος Ἴδας

hoc epitheto Homerus, quod raro alii quoque poetae usurpant velut Eur. Electr. 367.

195. *φοίνικα*] Verg. Aen. XII, 491 apicem tamen incita summum hasta tulit summasque excussit vertice *cristas*. — *ὅσον*] Cf. adn. ad id. XXV, 73.

197. *ὑπεξαναβὰς*] Non inveni apud alium poetam hoc vocabulum. Simile est Iliad. XIII, 352 verbum compositum *ὑπεξαναδύς*.

200. *ἐμφύλιον*] Aesch. Eum. 862 *Ἄρη ἐμφύλιον*. Potuit quidem Graece dici *μάχην ἀνδρῶν ἐμφυλίων*, sed quia pugna virorum consanguinitate coniunctorum pertinet etiam ad universi necessitudinem generis, maluit eam poeta appellare pugnam *cognatam* seu *consanguineam*. Cf. quae collegit Krus. ad Aesch. Suppl. 9 (*αὐτογενῆ γάμον*). Pind. Nem. V, 40 et Isthm. I, 34 (*πότμος συγγενής*). Soph. Ai. 935 (*ἀριστόχειρ ἀγών*). Soph. El. 699 (*ὠκύπους ἀγών*). Lobeck. *de metaph. et meton.* p. 11. Wex. *anal. Soph.* 13. Homeri non est adiectivum *ἐμφύλιος*, sed *ἔμφυλος* (Odyss. XV, 273 *ἄνδρα ἔμφυλον*).

201. *μεταΐξας*] Homerus quoque ubique hoc verbum, praemisso trochaeo, fecit secundum versus heroici, velut Iliad. XXI, 564 *καί με μεταΐξας μάρψῃ ταχέεσσι πόδεσσι*), locisque ceteris Odyss. XX, 11. Odyss. XVII, 236 (*ἠὲ μεταΐξας*), Iliad. XVI, 398 (*κτεῖνε μεταΐσσων*).

204. *ὕπνος*] Cf. Iliad. XI, 241. Verg. Aen. X, 745 olli dura quies oculos et ferreus urguet *somnus*, in aeternam clauduntur lumina noctem.

206. *Λαοκόωσσα*] Alii Arenen matrem Idae appellaverunt (Apollod. III, 10, 3), alii Polydoram, ut tradit schol. Apoll. Rhod. I, 151, qui eam a Theocrito vocari scribit *Λαοκόωσαν*, quam formam hic quoque e coniectura Valck. posuerunt Schaef. Gaisf. Ziegl. I. Mein. Pal. al. In codicibus, in ed. Ald. *correcta* et in edd. Call. Lov. Steph. Heins. Brunck. est *Λαοκόοσσα*, sed praestat, quod ex ed. Iuntina Ahr. Hartung. Ziegl. II. receperunt, *Λαοκόωσσα*. Cf. e. gr. voc. *Πιθηκοῦσσα*, Strab. II, 19 tom. I p. 164 Mein.

207. *στήλην*] Cf. Pind. Nem. X, 67. — *ἐξανέχουσαν*] Eodem verbo, a quo prisca poesis epica abstinuit, utitur Apoll. Rhod. IV, 168. II, 370.

μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα·
ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὴν
μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.
Οὕτως Τυνδαρίδαις πολεμιζέμεν οὐκ ἐν ἐλαφρῷ.
αὐτοί τε κρατέοντε καὶ ἐκ κρατέοντος ἔφυσαν.
Χαίρετε Λήδας τέκνα καὶ ἡμετέροις κλέος ὕμνοις
ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε. φίλοι δέ τε πάντες ἀοιδοί
Τυνδαρίδαις Ἑλένῃ τε καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν,
Ἴλιον οἳ διέπερσαν ἀρήγοντες Μενελάῳ.
ὑμῖν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο Χῖος ἀοιδός,
ὑμνήσας Πριάμοιο πόλιν καὶ νῆας Ἀχαιῶν
Ἰλιάδας τε μάχας Ἀχιλῆά τε πύργον ἀυτῆς·

209. *σφετέροιο*] Cf. adn. ad id. XII, 4.

210. *ἀλλὰ Ζεὺς*] Versum Theocritus non minus efficienter incipit quam Homerus Iliad. IV, 381: *ἀλλὰ Ζεὺς ἔτρεψε* —.

211. *δὲ*] Cf. adn. ad id. XVI, 65. — *φλογέῳ συνέφλεξε*] Cum hac annominatione compara Eur. Phoen. 182 (*ἰὼ Διὸς βαρύβρομοι βρονταὶ κεραυνῶν τε φῶς αἰθαλόεν*) et adn. ad id. V, 128. In adhibendo verbo *συμφλέγειν* Theocritus Atticum se praebet verius quam accuratum Homeri, qui eo non utitur, imitatorem. Ceterum cf. Pind. Nem. X, 71.

212. *Οὕτως*] Cf. adn. ad id. XI, 80. Theocr. XIII, 72. — *ἐν ἐλαφρῷ*] „*in facili*", ut dicunt Sen. de Clem. I, 7, 3 et Livius III, 8. Non ita loquitur Homerus. Herodotus dixit III, 154 *ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος*. Liv. III, 65 in difficili est. Caes. B. G. II, 25 res est in angusto. Sen. Phoen. 99 in aequo est. Vide etiam id. XXII, 61.

213. *αὐτοί τε κρατέοντε*] Ipsi sunt „*par*" *forte* fratrum. Coniungitur etiam numerus pluralis et dualis id. XXIV, 17, cum quo contende illud Terentii, Eur. IV, 3, 7, *absente nobis*, de quo dixit Klotz. in Iahn. *ann.* XLIX p. 41. De asyndeto cf. id. XIII, 66. V, 2. Odyss. I, 392 (*αἶψα*). Removendae coniecturae Pal., qui in adn. p. 119 *αὐτοὶ γὰρ* — maluit, et Ahr. II. qui suo usus remigio *αὐτοῖς τε* deleta extremo v. 212 interpunctione edidit et e codice D. *κρατέουσι* adscivit, pro quo in codd. 9. r. c. et edd. Ald. *correcta*, Call. Lov. *κρατέοντες* legitur. At in codice 18. huic lectioni (*κρατέοντες*) littera *ε* superscripta probat *κρατέοντε*, id quod est in ed. Iunt., quam sequuntur Steph. Heins. Brunck. Valck. Mein. Pal. al. Ceterum cf. Hor. Od. IV, 4, 29: fortes creantur fortibus.

214. *Χαίρετε*] Hom. hymn. in Diosc. 18 et Hom. hymn. XVI, 5 *χαίρετε Τυνδαρίδαι, ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων.*

217. *Ἴλιον κτλ.*] Verg. Aen. XI, 255 quicunque Iliacos ferro violavimus agros.

218. *ἄνακτες*] Cf. adn. ad id. I, 128. — *Χῖος ἀοιδός*] Ita Homerus etiam id. VII, 47 nominatur. Cfr. Bergk. ad Simonid. frgm. 85, 2 p. 1146 ed. III: *ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ.*

220. *πύργον*] Odyss. XI, 556 de Aiace: *τοῖος γάρ σφιν* (*Ἀχαιοῖς*) *πύργος ἀπώλεο*. Bene Ameis. comparat Schilleri versum (Siegesfest): der ein *Thurm* war in der Schlacht. Eustath. ad Iliad. VI, 5 (*Αἴας ἕρκος Ἀχαιῶν*)

ὑμῖν δ' αὖ καὶ ἐγὼ λιγεῶν μειλίγματα Μουσέων,
οἷ' αὐταὶ παρέχουσι καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὕπαρχει,
τοῖα φέρω. γεράων δὲ θεοῖς κάλλιστον ἀοιδαί.

p. 621, 57: *ὅθεν μεταλαβὼν Θεόκριτος φησὶ τὸν Ἀχιλλέα πύργον αὐτῆς.*

221. *δ' αὖ*] Particulam *δ'* habet cod. 9. Hanc recepi cum Brunck. Valck. Mein. Hartung. Pal. al. Omittitur particula in codd. D. M. atque in edd. Ald. *correcta,* Iunt. Call. Lov. Steph. Heins. Wintert. (non accurate Ahr. p. 157 ,,*vulg.*''). Eandem omisit Ahr.

222. *μειλίγματα*] Audacius Theocritus hoc nomen quam Homerus, Odyss. X, 217, posuit.

223. *ἀοιδαί*] Ita nunc e cod. D. cum Ahr. et Ziegl. II. edidi pro *ἀοιδή*, quod ita legitur in codice c. ut *αι* (h. e. *ἀοιδαί*) sit super *η* (*ἀοιδή*) additum. Cf. Eur. Med. 1095—1096. Herod. III, 23, 2. Krueger. ad Thuc. I, 10, 1.

*XXIII.

ARGUMENTUM.

Narratur hoc carmine exitium pulcri cuiusdam ephebi, qui Cupidinis statua ingruente obtritus est, quod virum quendam, a quo ardenter amabatur, non redamaverat, sed fastidio suo effecerat ut ille desperans restim caperet ac sese suspenderet.

Hic quoque Henr. Stephanus temeritatis accusandus, quod hoc carmen mutato ordine superiorum editionum Theocriteis immiscuit. Nam in editione Aldina *utraque* (vide arg. id. XIX p. 102) omnium carminum hoc est ultimum: relegatum paene inter ultima est in ed. Iunt. (vide arg. id. II p. 70) et in ed. Call. (vide arg. id. XIX p. 102). Idem factum in codicibus 11. r. c. M. 18. Adscribitur quidem titulis codicum c. r. 18. nomen *Θεοκρίτου*, sed nihil in hac re esse fidei ex his, quae arg. id. XXI p. 114—115 diximus, elucet. Fabula, quae hic narratur (cfr. Reinhold. p. 57. Greverus 1850 p. 146), insulsa est, ne dicam ridicula*): *παραίνεσις* (v. 62. 63), ob quam scripta fabula est, abhorret a consuetudine Theocriti (vide arg. id. XXI p. 112—113), quamquam ne Theocritum quidem a Catamitorum laudibus abstinuisse ex id. XII. XXIX. XXX. intelligitur. Denique insunt quaedam Theocriteorum carminum similitudines (vide v. 8. 9. 19. 20. 21. 30. 29. 24. 34), e quibus compositum suspiceris carmen ab aemulo quodam Theocriti, cui novis et exquisitis poeseos itineribus opus esse visum, per quae ipse fastidium popularium suorum effugeret, et a quo ficta eiusmodi fabula est, quae placeret hominibus aetatis Alexandrinae exoletis. Sermo autem habet nonnulla sermoni Bionis persimilia (v. 11. 13. 19. 25. 42): quaedam etiam cum Moschi verbis consonant (v. 18. 63). Horum alterutri num adsignandum carmen sit, non diiudico. Scriptum est utique ante tempora Augusti, id quod ex manifesta imitatione Ovidii (v. 16—18. 50.

*) Eberzius quidem haec scripsit p. 305: Denken wir uns, dass zur Zeit des Dichters ein ähnliches, wie das hier geschilderte Ereigniss wirklich vorgefallen, so kann es uns nicht befremden, dass Theokritos es zum Gegenstande dichterischer Behandlung gemacht hat.

30. 24. 63) concludimus (cf. etiam v. 7). Fortasse etiam Tibullo notum fuit carmen (vide v. 19. 29) ac Vergilio (v. 21. 25. 33. 1). De Horatio (v. 30. 32. 46) pro certo nihil potest dici.

Latinis versibus hoc carmen praeter Eobanum Hessum, Cunichium, Zamagnam verterunt etiam Whitfordus libro arg. id. VII p. 198 indicato et Heinsius p. 407: Gallicis Chabanon. ed. 1777 p. 130, Anglicis Dryden. *misc. poems.* ed. IV. Lond. 1716 tom. I. p. 307.

---

*ΚΓ.

ΕΡΑΣΤΗΣ.

Ἀνήρ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ' ἐφάβω,
τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκέθ' ὁμοίω.
μίσει τὸν φιλέοντα καὶ οὐδὲ ἓν ἅμερον εἶχε,
κοὐκ ᾔδει τὸν Ἔρωτα, τίς ἦν θεός, ἁλίκα τόξα
χερσὶ κρατεῖ, πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει.
πάντα δὲ κἀν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρής.
οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον, οὐκ ἀμάρυγμα
χείλεος, οὐκ ὄσσων λιπαρὸν σέλας, οὐ ῥοδόμαλον,
οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα, τὸ κουφίζει τὸν ἔρωτα.
οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτεύῃσι κυναγώς,
οὕτως πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτόν· ἄγρια δ' αὐτῷ
χείλεα καὶ κῶραι δεινὸν βλέπος εἶχον ἀνάγκας·
τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο, φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς
ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος. ἀλλὰ καὶ οὕτως
ἦν καλός· ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς.
λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τόσαν φλόγα τᾶς Κυθερείας,
ἀλλ' ἐλθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις,

1. ἤρατ'] Hinc Vergilium (Ecl. II, 1) verbum *ardebat* petiisse Gebauer. 1861 p. 142 existimat. At vide quae dixi in Muetzellii *ephem.* gymn. XV p. 175.

2. μορφὰν κτλ.] Bion. X, 5 μορφᾷ νόον οὐδὲν ὅμοιον.

7. πυρσῶν] „*incendia*" dicit Ovid. Her. XIX (XX), 119. Art. am. II, 301. Fast. I, 411.

8. ῥοδόμαλον] Cf. id. V, 88.

9. κουφίζει] Cf. id. XI, 3.

11. πάντ' ἐποίει] Similiter Bion. II, 25: *πάντα δ' ἐποίει*, additis sane verbis *σπεύδων κοινὸν ἐς ὕπνον*.

13. φεῦγε κτλ.] Bion. I, 11 *καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῶ χείλεος*.

16—18. λοίσθιον κτλ.] Vertit haec Ovidius, Met. XIV, 716: *non tulit* impa-

καὶ κύσε τὰν φλιάν, οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν·
„Ἄγριε παῖ καὶ στυγνέ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας,
λάινε παῖ καὶ ἔρωτος ἀνάξιε, δῶρά τοι ἦλθον
λοίσθια ταῦτα φέρων, τὸν ἐμὸν βρόχον· οὐκέτι γάρ σε
κῶρ' ἐθέλω λυπεῖν κεχολωμένον, ἀλλὰ βαδίζω,
ἔνθα τύ μευ κατέκρινας, ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀτερπέων
ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον, ἔνθα τὸ λᾶθος.
ἀλλὰ καὶ ἢν ὅλον αὐτὸ λαβὼν ποτὶ χεῖλος ἀμέλξω,
οὐδ' οὕτως σβέσσω τὸν ἐμὸν πόθον. ἄρτι δὲ χαίρειν
τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι. οἶδα τὸ μέλλον.
καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·
καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ·
λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἁνίκα παχθῇ·
ἁ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται ἁνίκα πίπτῃ.

tiens *longi tormenta doloris* Iphis et *ante fores haec verba novissima dixit.*

18. *ἀνενείκατο φωνάν*] Mosch. II, 134 *τόσην ἀνενείκατο φωνήν.* Ibid. v. 20 *δειμαλέην ἀνενείκατο παρθένος αὐδήν.*

19. *Ἄγριε*] Vergil. Ecl. II, 6 o *crudelis* Alexi. Sed vide adn. ad v. 32. Amorem ipsum *ἄγριον* appellat Bion. VI, 1 et X, 5. Cf. Mosch. I, 11. 22. — *λεαίνας*] Cf. id. III, 15. Tibull. III, 4, 90: nec te conceptam saeva *leaena* tulit.

20. *δῶρα*] Fortasse spectavit auctor ad. id. III, 10. Cf. adn. ad v. 21.

21. *λοίσθια*] Verg. Ecl. VIII, 60 *extremum hoc munus* morientis habeto. Vide Gebauer, 1856 p. 92. — *βρόχον*] Fons videtur sententiae id. III, 9.

24. *τὸ φάρμακον*] Cf. id. XI, 17. — *λᾶθος*] Ovid. ex P. IV, 1, 17 da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen.

25. *ἀμέλξω*] Bion. I, 48 — *τὸ δέ σευ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω, ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα.* — Verg. Aen. VI, 714 securos latices et longa oblivia (*λᾶθος*, v. 24) potant.

26. *πόθον*] Cf. id. II, 143.

29. *καὶ τὸ ἴον*] Idem est versus initium id. X, 28. Stephanus, *imitatt. Verg.* p. 28, contulit Verg. Ecl. II, 18: o formose puer, nimium ne crede colori! alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Tibullum I, 4, 29—34, Heynius (ad Tibull. p. 50 ed. IV.) fere ipsa huius poetae verba Latine reddidisse existimat: „quam cito purpureos deperdit terra colores cet. — vidi ego iam iuvenem, premeret quum serior aetas, *maerentem* (v. 34) stultos praeteriisse dies. Cf. etiam Ovid. Art. am. II, 115—118.

30. *λευκὸν τὸ κρ.*] Cf. id. XI, 56. — *παχθῇ*] Ovid. Met. III, 729 non citius frondes auctumno *frigore tactas* iamque male haerentes alta rapit arbore ventus. „*Breve lilium*" dicit Hor. Od. I, 36, 16. Vide etiam adn. ad v. 31.

31. *πίπτῃ*] — nives, quum vix ‚*cecidere recentes*" (Ovid. Amor. III, 5, 11). Hoc versu posui *πίπτῃ* (e coni. scriptum

καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ.
ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις,
ἁνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσεις.
ἀλλὰ τὺ παῖ κἂν τοῦτο πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον·
ὁππόταν ἐξελθὼν ἠρτημένον ἐν προθύροισι
τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς, τὸν τλάμονα μή με παρέλθῃς,
στᾶθι δὲ καὶ βραχὺ κλαῦσον, ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ
λῦσον τῷ σχοίνῳ με καὶ ἀμφίθες ἐκ ῥεθέων σῶν
εἵματα καὶ κρύψον με, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
κἂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα. μή με φοβαθῇς·
οὐ δύναμαι κιχέειν σε. διαλλάξεις με φιλάσας.

pro *πίπτει*), quod in codicibus et edd. prr. cet. est extremum vocabulum versus 30, et versu 30 posui *παχθῇ*, quod vulgo est extremum vocabulum versus 31. Sic corrigendum esse locum vidit Bergkius *Mus. Rhen.* IV (1836) p. 222. Hartung. v. 30 coni. *ὦκα μαραίνεται, ἀνίκ' ἐπανθῇ.*

32. *ἀλλ' ὀλίγον ζῇ*] Cum hoc loco toto compara Hor. Od. IV, 10. Quamquam nec Horatium (IV, 10, 1) nec Vergilium (Ecl. II, 6) epitheton *crudelis* memores huius idyllii versus 19 scripsisse iudico.

33. *ἥξει*] Verg. Aen. X, 11 *adveniet* — tempus. Aen. I, 283 *veniet* lustris labentibus aetas. Georg. I, 493 scilicet et *veniet tempus* —. Usum futuri temporis in principio versus ob vim propheticam collocati ab imitatione Theocritea (id. VII, 52. XXIV, 84. XVI, 73) pendere non contendo, quum sint eiusmodi exempla Iliad. VI, 448. IV, 164 al. Negandum etiam hunc Pseudotheocriti versum Vergilio Ecl. VIII, 7 (en *erit* unquam ille dies — en *erit* ut liceat cet.?) ob oculos fuisse; recteque hoc negat Gebauer. *adi.* p. 2.

34. *ὀπτεύμενος*] Cf. id. VII, 55.

38. *ἐπισπ. τὸ δάκρυ*] Hor. Od. II, 6 *debita* sparges lacrima favillam vatis amici. Agath. in Anth. Pal. VII, 220, 3 *δάκρυ δ' ἐπισπεύσας . . ἔφην.* Gregor. in Anth. Pal. VIII, 192, 4 — *ἀλλ' ἐρέω γε δάκρυ' ἐπισπένδων· τοῖα πάθοις ὃ δράσας.*

40. *τὸ δ' αὖ πύμ.*] Bion. I, 45 *ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματον με φίλασον.* Propert. III, 13b, 29 *osculaque* in gelidis *pones suprema* labellis.

42. *κιχέειν*] Hoc restitui propter similitudinem Bion. I, 43 (— *πανύστατον ὥς σε κιχείω*). In ed. Ald. *non correcta* versus sic legitur scriptus: *οὐ δύναμαι εἶν σε διαλλάξεισ με φιλάσσασ.* Mutilum *εἶν σε* habent etiam codices 18. 23. c. M., similiter codex 11. *εἶνσε*, codex Z. *ξή εἶστε*, codex r. *εἶσε*, sed superscripto a manu secunda *εἰ μὴ*. Idem *εἶσε* habet etiam Ald. *correcta*. Editio Iunt. offert *οὐ δύναμαι ζῆν εἴγε διαλλάξεις με φιλάσσας* et illud *ζῆν εἴγε* permanavit edd. Call. Lov. Steph. al. Praeterea pro *διαλλάξεις* (quod est etiam in codd. 11. c. M.) in codice 18. et edd. Ald. *correcta* Call. Lov. est *διαλλάξας*, in codice r. *διάλλας*, in codice 23. *διαλάξεις*. Illud *φιλάσσας* est etiam in codicibus 23. 11. c. et in ed. Iuntina (uti diximus), at *φιλάσας* est in codicibus M. 18. r. et Ald. *correcta*, *φιλάσεις* in edd. Call. Lov. Lectio ea, quae est in edd.

χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μευ κρύψει τὸν ἔρωτα.
κἂν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάπυσον· „φίλε κεῖσαι.“
ἢν δὲ θέλῃς, καὶ τοῦτο· „καλὸς δέ μοι ὤλεθ' ἑταῖρος.“
γράψον καὶ τόδε γράμμα, τὸ σοῖς τοίχοισι χαράξω·
„τοῦτον ἔρως ἔκτεινεν· ὁδοιπόρε μὴ παροδεύσῃς,
ἀλλὰ στὰς τόδε λέξον· ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον.“
Ὧδ' εἰπὼν λίθον εἷλεν, ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ
ἄχρι μέσων οὐδῶν φοβερὸν λίθον, ἧπτεν ἀπ' αὐτῶ
τὰν λεπτὰν σχοινῖδα, βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ,
τὰν ἕδραν δ' ἐκύλισεν ὑπὲκ ποδός, ἠδ' ἐκρεμάσθη
νεκρός. ὁ δ' αὖτ' ὤιξε θύρας καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν
αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον, οὐδ' ἐλυγίχθη
τὰν ψυχάν, οὐ κλαῦσε νέον φόνον, ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ
εἵματα πάντ' ἐμίανεν ἐφαβικά, βαῖνε δ' ἐς ἄθλως
γυμναστῶν, καὶ τῆλε φίλων ἐπεμαίετο λουτρῶν,
καὶ ποτὶ τὸν θεὸν ἦλθε, τὸν ὕβρισε· λαινέας δέ
ἵπτατ' ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὕδατα· τῷ δ' ἐφύπερθεν
ἅλατο καὶ τὤγαλμα, κακὸν δ' ἔκτεινεν ἔφαβον·
νᾶμα δ' ἐφοινίχθη· παιδὸς δ' ἐπενάχετο φωνά·

Call. Lov., οὐ δύναμαι ζῆν εἶγε διαλλάξας με φιλάσεις, mansit apud Steph. Heins. Wintert. Inn. Valck. Boiss. I. (φιλασεῖς) Mein. I. II. Pal. al. Hartungius e coni. edidit οὐ δύναμαι κτείνειν σε, διαλλάξεις με φιλάσας, Ameisius et Boiss. II. οὐ δ. ζῆν, ἤν σε διαλλάξῃς με φιλάσας, Reiskius οὐ δύναμαι ζῆν, εἴ σε διαλλάξας μ' ἐφίλασας, Brunckius οὐ δ. ζ. αἴγε διαλλαξεῖς με φιλάσας, Meinekius III e coni. Graefii οὐ δύναμ' ἀντιφιλεῖν σε· ἀπαλλάξεις με φιλάσας, Ahr. οὐ δ. σίνειν σε, διαλλάξεις με φιλάσας. Coniecturae sunt etiam Eldikii οὐ δύναμαί γ' ἰδέειν σε· διαλλάξεις δὲ φιλάσας, Pilneii οὐ δ. ζ. εἴ σε διαλλάξας με φιλάσεις (vel διαλλάξεις με φιλάσας), Briggsii οὐ δ' ζώειν, οὐδ' ἀλλάξεις με φιλάσας, Meinekii p. 359 οὐ δ. ἀντιφιλεῖν, σὺ δ' ἀπαλλάξεις με φιλάσας, Paleyi p. 122 οὐ δ. λυπεῖν γέ σ', ἀπαλλάξει δὲ φιλάσας (dato osculo abibis), Wordsworthii οὐδ' ὀνομάξαι 'μ', ἤν σε διαλλάξας με φιλάσῃς.

43. χῶμα] Cf. Verg. Ecl. V, 42 et *tumulum* facite et tumulo superaddite *carmen* (v. 46). Vide adn. ad id. I, 120.

44. τρὶς] Odyss. IX, 65. Verg. Aen. VI, 506.

46. χαράξω] Arnold. *stud. Gr. Hor.* p. 19 comparavit Hor. Od. III, 11, 52: *scalpe* querelam.

47. ἔρως ἔκτ.] Cf. Tibull. III, 2, 29. Prop. II, 1, 78 huic misero fatum dura puella fuit. Prop. III, 13[b], 35. — ὁδοιπόρε] Cf. id. XVIII, 47 ibique adn.

50. ἧπτεν] Ovid. Met. VI, 134 laqueoque animosa *ligavit* guttura. Met. XIV, 735.

58. τὸν ὕβρ.] Cf. Ovid. Met. XIV, 750 (deus ultor —).

„χαίρετε τοὶ φιλέοντες· ὁ γὰρ μισῶν ἐφονεύθη.
στέργετε δ' οἱ μισεῦντες· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.“

63. *στέργετε κτλ.*] In ed. Ald. *non correcta* hic versus sic scriptus est: *στέργετε δ' ὑμεῖς εὔητες· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάσειν.* in ed. Ald. *correcta* *στέργετε δ' ὑμ*[ες] *αἶτας· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάσσειν.* Similiter cod. 11. offert *στέργετε δ' οἱμεῖς εὔητες* (*ὑμεῖς εὔητες* codd. 18. c. teste Zieglero et cod. M., *ὑμεῖς ἀίτας* cod. r.) *ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάσειν* (*δικάσσειν* codd. 18. r. c. M.). Editio Iuntina dat *στέργετε δ' ὕμμες ἄϊτας· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάσσαι*, edd. Call. Lov. Camer. Bas. I. Salam. Farr. Brub. I. Xyl. Steph. Heins. Wintert. al. *στέργετε δ' ὕμμες ἀίτας· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν* („vos vero amicos diligite —“). Reisk. e coni. scripsit *στέργετε δ' ὕμμες, ἀῖτες* in ceteris sequens Call., Brunck. *στέργετε δ' ὔμμες, ἀΐται — δικάζειν* e coniectura Casaub. *lectt. Theocr.* p. 279 (*ἀῖται*). Casaubonum Valck. Gaisf. al. (*ἀΐται*) sequuntur et *ἀῖται* scribentes Mein. I. II. Ziegl. I. Ameis. Pal. al. („vosque diligite, amasii — id. XII, 14 — nam deus novit iudicare“). Verum vidit Ahr. I. II., quem sequuntur Mein. III. Ziegl. II. Hartung. Ahrensii emendatio confirmatur quodammodo mira similitudine versus Mosch. VI, 8: *στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε φιλῆσθε.* Ovid. Met. XIV, 761—762 lentos pone, precor, fastus et amanti iungere, Nymphe. Anth. Pal. XII, 54, 3 *ἀλλὰ νέοι στέργοιτε νέον Πόθον* (cf. v. 55 *νέον φόνον*). Reliqua, de hoc carmine spurio dicenda vide in ADD.

XXIV.

ARGUMENTUM.

Ἡρακλίσκος huic carmini in codice D. recte inscriptum est. Narratur enim factum insigne *Herculis*, qui in cunis puer decem mensium duobus immani magnitudine serpentibus nocturno tempore a Iunone ut ipsum interimerent immissis fauces elisit (v. 11 sqq.): narratur responsum Tiresiae ab Alcmena matre ad interpretandum prodigium advocati, qui et labores Herculis, quibus sospitator humani generis futurus sit, et apotheosin eius vaticinatur (v. 72—85) deorumque ab Alcmena placandorum rationes (v. 86—98) exponit: denique narratur institutio Herculis, quem artium optimarum magistri celeberrimi (v. 103 sqq.) docuerunt *ὅσσα μαθὼν ἀγαθὸς καὶ ἀοίδιμος αὐτὸς ἔγεντο* (id. XIII, 9).

Infantiam igitur Herculis, futurae praenuntiam gloriae, et quidem capita infantiae ita complectitur hoc carmen, ut id integrum et absolutum esse dicas necesse sit considerata conclusione versus 132 (*ὧδε* —) eaque cum id. XIII, 72 (*οὕτω* —), id. XXII, 212 (*οὕτω* —), id. XI, 80 (*οὕτω* —), id. XXV, 280 (*οὗτος* —) comparata. Obstare nostrae sententiae videtur editio Iuntina, ubi post versum 138 subscriptum ,,*ἀτελὲς*'', et codex Parisinus D., ubi versus ultimi (137—138) huius carminis soli in pagina sua leguntur vacuumque est spatium reliquum et huius paginae et trium paginarum sequentium, denique in pagina quarta sex versuum spatium vacuum relictum est, addito tum initio idyllii XXII. Sed neque hac re moveor neque adnotatione Calliergis, qui post versum 138 vacuum reliquit spatium partis tertiae paginae et ibi haec adnotavit: *λείπει τὸ τέλος τοῦ παρόντος εἰδυλλίου, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ ἑπομένου. ὅπερ ἐξανύει ἐπιγράφεσθαι, ἡρακλῆς λεοντοφόνος*, et deesse quaedam ratus tum vacuam reliquit totam paginam proximam (adversam) itemque totam paginam insequentem (aversam), cuius quidem in fronte haec leguntur exarata: *ΗΡΑΚΛΗΣ ΛΕΟΝΤΟΦΟ — ΝΟΣ, ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ, ΛΒ*, quasi addendi in hac pagina fuerint primi versus carminis XXV. a Callierge desiderati (nam prima linea paginae proximae habet id. XXV, 1 sqq. *τὸν δ' ὁ γέρων προσέειπε κτλ.*). Illa — *λείπει τὸ τέλος* — quo magis credas e coniectura sua scripsisse Calliergem, compara Mosch. III, 93, ubi idem Callierges haec addidit: *Μάρκος ὁ μουσοῦρος ἔλεγε τοιαῦτά τινα λείπειν· πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα βωκολιασταί, ἐκ μοισῶν κτλ.* Cfr. Naek. *opuscc.* I p. 161. Nimirum et hos editores veteres et illum grammaticum vel librarium, qui codicem D.

descripsit et ibi vacua foliorum spatia reliquit, decepit conditio carminis XXV., cuius, quum et ipsum res tractet ad Herculis fabulas pertinentes, iustum deesse videtur initium (vide arg. id. XXV.). Iudicia Iunt. et Call. sequuntur Stephanus, Valckenarius, Meinekius, Wordsworthius, Ahrensius, alii ad versum 138 „*desunt reliqua*" vel „*λείπει τὸ τέλος*" addentes (id quod Hartungius et Paleius non fecerunt). Quin etiam fuerunt, quibus carminis deesse initium visum est, velut Reiskius, *animadv.* p. 306, et Ahrensius, qui non *quondam* sed *tunc* versu primo scriptum fuisse statuit et nulla abactus religione (quam ipse „superstitionem criticam" ed. 1850 p. III vocavit) rem ad arbitrium suum mutavit cum verbis scriptoris.

Adumbratum esse hoc carmen ad Pindari narrationem Nem. I, 33 sqq. locorum singulorum docet comparatio (cf. imprimis v. 26. 34. 83. 64. 82. et adn. ad id. XXII, 141 p. 135). Comparetur etiam Plauti Amph. V, 1, 50 = 1102 et Apollodor. II, 8, 9. Depictam in tabula imaginem rei Philostr. iun. imagg. 5 p. 9 Kays. descripsit.

Titulum carminis edd. Iunt. et Call. habent *Θεοκρίτου Ἡρακλίσκος* (nam in edd. Med. Ald. Lov. carmen non legitur, a codicibus c. 11., quorum posterior versus 1—87 continet, abest inscriptio). Ac Theocritum scripsisse carmen non solum similitudine dictorum quorundam (cf. adn. v. 73. 40. 136) vel argumentorum, in quibus idyllia XIII. et XXV. versantur, sed tractationis etiam similitudine est probabile. Imprimis praecepta illa magica, quae v. 86—98 traduntur, auctorem produnt eundem, qui scripsit *pharmaceutrias*. Domestica autem vita v. 1 sqq. tali dexteritate describitur, ut ea conspiret cum his picturis vitae quotidianae, quae carminibus bucolicis et idylliis XIV. XV. Theocritum fecerunt immortalem. Totum autem carmen Theocritea tinctum gratia est et venustate, de qua eleganter disputavit Eichstadtius *adumbr. quaest. de carm. Theocr. indole* p. 31 sqq. Denique auctor huius carminis diserte Theocritus dicitur ab his testibus. Schol. Pind. Nem. I, 55 *ἐναντίος οὗτος (ὁ λόγος) τῷ Θεοκρίτῳ· ἐκεῖνος γάρ φησι καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα* (v. 2). Schol. Apoll. Rhod. I, 1077 *φησὶ δὲ τοὺς ἀκαθάρτους καὶ εὐτελεῖς ἄρτους οὓς ὁ Θεόκριτος* (v. 136) *Δωρικοὺς φησίν.* Eustath. ad Iliad. XVIII, 570 p. 1163, 65 *ὁ μέντοι τὸν Ἡρακλέα διδάξας μουσικὸς Λίνος κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἕτερος παρὰ τοῦτόν ἐστιν, οὗ Θεόκριτος* (v. 103) *ὁ ἱστορήσας ὅτι τὸν Ἡρακλέα γράμματα Λίνος ἐξεδίδαξεν, υἱὸς Ἀπόλλωνος.* Eustath. ad Iliad. II, 596 p. 299, 13 *τοῦτο γὰρ (Οἰχαλίηθεν) οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ τὸ τοῦ Οἰχαλιέως Εὐρύτου, ὃν διδάσκαλον τοῦ τοξεύειν Ἡρακλεῖ Θεόκριτος* (v. 106) *ἱστορεῖ.* Eustath. ad Iliad. XIX, 387 p. 1189, 46 *σημείωσαι δὲ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς σύριγγος. οὐ μόνον γὰρ σῦριγξ ποιμενική, ἔτι δὲ καὶ ποδὸς ἕλκος, ὡς ὁ Θεόκριτος.* Referenda haec verba ad huius idyllii v. 118 Wissowae *Theocr. Theocr.* p. 48 aliisque visa sunt, corrupta illa quidem omissis his fere, quae Suidas habet, — *ἕλκος, καὶ τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος ὡς ὁ Θεόκριτος.* Versus primi initium ut Theocriteum laudat Georg. Choeroboscus ad Theodosii can. p. 175, 5 ed. Gaisf. (versus 103—104 grammaticus vetus in Crameri anecd. Oxon. IV p. 310, 16 affert non nominato auctore). Nihilo minus asteriscum Ahrensius p. 138 carmini appinxit causis facti non indicatis: Reinholdus *de genuin. Theocr. carm.* p. 53 habere nos hic opus nescio cuius versificatoris Alexandrini pronunciavit. Alii, de quibus vide arg. id. XXV. p. 167, et hoc carmen et carmen XXV. esse partes Heracleae ali-

cuius a poeta antiquiore Theocrito scriptae temere sumpserunt. C. Hartung., *quaestt. Mosch.* p. 18. 36., Manso, *Bion. et Mosch.* ed. 1784 p. LXXIV, alii Moschum et hoc idyllium et id. XXV. composuisse putaverunt. At futiles hae opiniones omnes et commenticiae.

Vergilium legisse idyllium ex adn. ad v. 92—94 manifestum est. Idem Eclog. V, 59 in eadem sententia, quam huius idyllii versu 84 legimus, elaborans scripsit: ,,nec lupus insidias pecori, nec retia cervis ulla dolum meditantur'', et Ecl. IV, 22 ,,occidet et serpens, et fallax herba veneni occidet.'' Vide etiam v. 18. 20. 28. 21. 30. 87. 103—104. 100. 96. 98. De Tibullo vide v. 106. 94: de Horatio v. 129. 74. 84: de Quinto Sm. v. 116: de Oppiano v. 9.

Finem carminis quum deesse statueret, Ioach. Camerarius (ed. Hagon. 1530, 8) supplementum Graecum fol. K. 2. addidit, cuius hoc est initium:

κὰδ δ᾽ ὄρε᾽ οὐ πάμπαν χωρὶς ῥοπάλοιο μετ᾽ ἄγραν
πτωκῶν ἠδ᾽ ἐλάφων καὶ λυγκῶν αἰολοδέρμων
εἷρπε Διὸς μικκὸς μὲν ἔτ᾽ ὢν παῖς, ἀλλὰ μέγιστος
ἐσσόμενος, ποκά τ᾽ οἰσόμενος μέγαν οὐρανὸν ὤμοις.

Haec, tanquam ex codice quodam sumpta nec nominato Camerario repetivit Scaliger *emend.* p. 231 Heins., addiditque de suo quattuor versus in principio. Qua de re vide etiam Aug. Iacobsium p. 242.

XXIV.

ΗΡΑΚΛΙΣΚΟΣ.

Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις
Ἀλκμήνα καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα,
ἀμφοτέρους λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος,
χαλκείαν κατέθηκεν ἐς ἀσπίδα, τὰν Πτερελάου
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος.
ἁπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων·
„Εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον,
εὕδετ' ἐμὰ ψυχά, δύ' ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα·
ὄλβιοι εὐνάζοισθε καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵδοιτε.“
Ὣς φαμένα δίνασε σάκος μέγα· τοὺς δ' ἔλαβ' ὕπνος.
ἆμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος

1. *ποχ'*] Cf. initia id. XVIII, 1 et VII, 1. De re metrica vide adn. ad id. VIII, 10. Non ferendum, quod e coniectura Ahr. II. edidit, *τόχ'*. — *Μιδεᾶτις*] Cf. id. XIII, 20.

4. *ἐς ἀσπίδα*] Ovid. Fast. III, 227—228 scutoque nepotem fert avus: hic scuti dulcior usus erat. Quum in edd. Iunt. et Call. (edd. Med. Ald. Lov. non habent hoc carmen, ut supra diximus) esset 'ἐπ', idque manasset in edd. Steph. Heins. Wintert. Reisk. al., pro eo Brunckius, quem Valck. cet. sequuntur, posuit *ἐς*, cuius nunc codd. 11. c. D. auctores habentur. — *Πτερελάου*] Cf. Plaut. Amph. I, 1, 96 = 117. Apollod. II, 4, 5.

7. *εὕδετ'*] Odyss. X, 548 *μηκέτι νῦν εὕδοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον.* — *ἐγέρσιμον*] Cf. adn. ad id, III, 49.

8. *εὕδετ'*] Cf. adn. ad id. VII, 119.

9. *ὄλβιοι*] Cf. id. XII, 28. Verg. Aen. III, 493 vivite felices. Tibull. III, 5, 31. Catull. CVII, 7. De re metrica vide adn. ad id. II, 113. Congruit Oppian. Cyneg. I, 5: *ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα καὶ ὄλβιον ὠδίνασα.*

11. *μεσον.*] Cum huius usu adverbii compara id. XIII, 69, XXV, 75 (*ἀκρέσπερον*), id. VII, 21 (*μεσαμέριον*). Hoc

Ὠρίωνα κατ' αὐτόν, ὁ δ' ἀμφαίνει μέγαν ὦμον,
τᾶμος ἄρ' αἰνὰ πέλωρα δύω πολυμήχανος Ἥρη
κυανέαις φρίσσοντας ὑπὸ σπείραισι δράκοντας
ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων
οἶγεν, ἀπειλήσασα φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα.
τὼ δ' ἐξειληθέντες ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω
αἱμοβόρως ἐκύλιον· ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.
ἀλλ' ὅτε δὴ παίδων λιχμώμενοι ἐγγύθεν ἦνθον,

dico ob Cobetium, *Mnem.* X p. 347, hic quoque *μεσονύκτιος* scribere volentem.

14. *κυανέαις κτλ.*] Eadem est dispositio primorum quattuor vocabulorum (praepositionis in numerando rationem non habeo) atque Apollon. Rhod. II, 169: *ἠλιβάτῳ ἐναλίγκιον οὔρει κῦμα* vel Iliad. XV, 685: *πολλὰ θοάων ἴκρια νηῶν* vel (duobus in versibus) Iliad. I, 283—284: *μέγα πᾶσιν ἕρκος Ἀχαιοῖσιν.* Quae ratio maxime placuit poetis Romanis. Cf. Verg. Aen. VIII, 536 heu *quantae* miseris *caedes* Laurentibus instant. Verg. Georg. I, 32 anne *novum* tardis *sidus* te mensibus addas. De similibus versibus e quinque vocabulis compositis vide id. XXV, 277.

15—16. *σταθμὰ — οἶγεν*] „*ubi postes faciebant aperturam forium*". Cf. Koechl. *proll.* ad Quint. Sm. p. XCII. Digna mihi visa est quae reciperetur emendatio Kreussleri II, p. 12 *οἶγεν*, cui multum favet Pindarus Nem. I, 41 (*τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν*—). In explicanda lectione codd. et edd. prr. *σταθμὰ κοῖλα θ. οἴκου* frustra interpretes se torserunt (vide proecd. p. 210) et sine emolumento Soph. Oed. R. 1261 (*ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα*) comparaverunt. Mein. p. 363 *σταθμὰ καλὰ* legendum putavit, Pal. versum uncis inclusit.

17. *τὼ δ' ἐξειληθέντες*] De coniunctis numeris plur. et dual. vide adn. ad id. XXII, 213. Verbum *ἐξειληθέντες* pro *ἐξειλυσθέντες* (ed. Iunt. cod. D. Mein. Pal. al.) e ductu codicis 11. (*ἐξειλυθέντες*) Zieglerus in ed. I. eruit, quem Ahr. Hart. sequuntur. Callierges *ἐξειλυσθέντε* edidit. In codice c. *ξειλυσθέντες* legitur. Tu cf. id. XXV, 236.

18. *ἀπ' ὀφθαλμῶν κτλ.*] Ovid. Met. VIII, 356 lux micat ex oculis. Verg. Georg. III, 433. — *κακὸν*] Iliad. XXI, 337. — *πῦρ*] Apoll. Rhod. IV, 1542.

19. *ἐρχομένοις*] Piersonus scribi voluit *δερκομένοις*, Bergkius *σπερχομένοις*. Pro his, quae a Piersono *verisimil.* p. 49 allata sunt, exemplis speciosius Plaut. Amph. V, 1, 58 = 1110 („angues oculis circumvisere") afferri poterat. At verbo *ἐρχομένοις* solida et expressa imago paratur, ut ipsa arrepentia animalia lectores imaginemur. — *ἐξέπτυον*] Cum penultima syllaba verbi compositi, cuius imperfectum hic tempus habetur, cf. Apoll. Rhod. IV, 923 (*ἀπέπτυεν αἰθομένη φλόξ*) vel ibid. II, 572 (570). Haec adnotanda propter I. Wordsworthium, qui haec scripsit. „Insolens *ἐξέπτυον* penultima correpta: *πτύοντα* eandem vocalem producit Theocr. XV, 133. Vide Maltby, *prosod.* p. LXV. An legendum *ἐξέπτυσαν*, quod a scribis mutatum esse potuit propter *ἐκύλιον* et *λάμπεσκε?*"

20. *λιχμώμενοι*]. Verg. Aen. II, 210 ibique Heyn.: ardentesque oculos suffecti sanguine et igne sibila lambebant

καὶ τότ' ἄρ' ἐξέγροντο, Διὸς νοέοντος ἅπαντα,
Ἀλκμήνας φίλα τέκνα, φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη.
ἤτοι ὅγ' εὐθὺς ἄυσεν, ὅπως κακὰ θηρί' ἀνέγνω
κοίλου ὑπὲρ σάκεος καὶ ἀναιδέας εἶδεν ὀδόντας,
Ἰφικλέης, οὔλαν δὲ ποσὶν διελάκτισε χλαῖναν,
φευγέμεν ὁρμαίνων· ὁ δ' ἐναντίος ἵετο χερσίν
Ἡρακλέης, ἄμφω δὲ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ,
δραξάμενος φάρυγος, τόθι φάρμακα λυγρὰ κέκρυπται
οὐλομένοις ὀφίεσσι, τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι.
τὼ δ' αὖτε σπείραισιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδα

linguis vibrantibus ora. Verg. Georg. III, 439 linguis micat ore trisulcis. Ovid. Met. IX, 65. De hoc verbo, quod Homerus non usurpavit, cf. Quint. Smyrn. XII, 458: *τοὶ δ' ἐφέροντο αἰνὸν λιχμώοντες*. Hesiod. theog. 826 *ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος — γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες*.

21. *ἅπαντα*] omnia quae fiebant, omnia quae Iuno machinabatur. ,,Nec latuere doli fratrem Iunonis et irae", ut est Verg. Aen. I, 130. Minime hoc absurdum, ut ex Hermanni schedis coniecturam *ἀπαντᾶν* proferens Mein. p. 364 iudicat.

22. *φάος*] Ovid. Fast. I, 94 lucidior visa est quam fuit ante domus. Cf. v. 38—39 et 46. Sed simul significatio quaedam *salutis* (Iliad. VI, 6 vel XVIII, 102) h. l. vocabulo *φάος* inest. Praeivit Homerus, Odyss. XIX, 37 sqq.

24. *ἀναιδέας*] *immisericordes*. Homerus, Iliad. V, 593, *κυδοιμὸν ἀναιδέα*, Theognis 207 *θάνατον ἀναιδέα*, Pindarus Ol. X (XI), 105 *πότμον ἀναιδέα* vocaverunt.

25. *διελάκτισε*] He kicked aside the woollen coverlet. Chapm.

26. *ἵετο*] Hoc pro *εἴχετο* (Ahr. Mein. Pal. al.) vel *εἵλετο* (cod. D. *mg.*) vel *ἔχετο* (cod. 11., ubi *ἐναντίως ἔχετο*) scriptum fuisse Mein. p. 364 et Cobet., *Mnem.* X p. 359, perspexerunt. Pind. Nem. I, 43 *ὁ δὲ ὀρθὸν μὲν ἄντεινεν κάρα, πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας, δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας· ἀγχομένοις δὲ χρόνος ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων*. Plaut. Amph. V, 1, 62 = 1114: ,,postquam conspexit anguis ille alter puer, citus e cunis exilit, facit recta in eos impetum". Hermanni Meinekius p. 364 hanc vulgavit coniecturam *ὤρνυτο . . . καὶ . . . εἴχετο χερσίν*.

27. *βαρεῖ κτλ.*] Ovid. Her. IX, 21 „tene (Herculem) ferunt geminos *pressisse tenaciter* angues, quum tener in cunis iam Iove dignus eras?" Simillimus autem hiatus in eadem versus sede est Nicandr. ther. 419 (*βαθεῖ ἐνεδείματα θάμνῳ*). Cf. adn. ad id. II, 158 et id. XIV, 33 p. 25.

28. *δραξάμενος φάρ.*] Ovid. Her. IX, 85 — scilicet immanes *elisis faucibus* hydros infantem caudis involuisse manum. Verg. Aen. VIII, 289 ut (Hercules) prima novercae monstra manu geminosque premens *eliserit* angues.

29. *ὀφίεσσι, τὰ*] Hoc, quod aptius est sermoni epico, ex imperio edd. Iunt. Call. cum Mein. Pal. al. servavi, praesertim quum sit in codice c. (omisso *τὰ* vocabulo) *ὀφίεσσιν καὶ* —. Ahr. e codd. 11. D. *ὀφίεσσιν, ἃ* —.

30. *σπείρ.*] „spiris ingentibus" (Verg. Aen. II, 217), ,,immensis orbibus" (ibid. II, 204), ,,volumine immensa terga sinuantes" (ibid. 208). Cf. Verg. Georg.

ὀψίγονον, γαλαθηνόν, ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν·
ἂψ δὲ πάλιν διέλυον, ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας,
δεσμοῦ ἀναγκαίου πειρώμενοι ἔκλυσιν εὑρεῖν.
Ἀλκμήνα δ' ἐσάκουσε βοᾶς καὶ ἐπέδραμε πρᾶτα·
„Ἄνσταθ' Ἀμφιτρύων· ἐμὲ γὰρ δέος ἴσχει ὀκνηρόν·
ἄνστα, μηδὲ πόδεσσιν ἑοῖς ὑπὸ σάνδαλα θείης.
οὐκ ἀίεις, παίδων ὁ νεώτερος ὅσσον ἀυτεῖ;
ἦ οὐ νοέεις, ὅτι νυκτὸς ἀωρί που, οἱ δέ τε τοῖχοι

II, 153. III, 423. III, 426. Sophocl. in adn. ad id. II, 12.

31. *ὀψίγονον*] *sero natum*, quum invidia Iunonis longinquos parturienti Alcmenae dolores paravisset. Cf. Ovid. Met. IX, 297. Hanc interpretationem a me proecd. p. 211 et a Briggsio p. 261 in medium prolatam aptam esse senties, ubi Eberzii p. 146 verba audieris: „da nun wanden die beiden in Ringen sich gleich *um den Knaben später Geburt*, um den Säugling, der niemals geweint bei der Amme.“ Briggs. l. l. explicare mavult *tarde* in coitu Iovis genitum. Falso Hartungius („den Spätergebornen“) aliique *ὀψίγονον* ad Iphiclem retulerunt. Kreusslerus II p. 12 coll. Orph. Lith. 136 versum sic scriptum fuisse a poeta existimat: *ἀρτίγονον* (id quod etiam Cobet. Mnem. X, 1 p. 360 voluit) *γαλαθηνὸν ὑπὸ τροχῷ αἰνῷ ἄδακρυν*, Hermannus apud Mein. p. 364 *ὀψ. γαλ. ὑπὸ στρόφῳ* (sub ligamentis, quibus eum constringebant dracones) *αἰὲν ἄδακρυν*. — De praepositione *ὑπὸ* vide adn. ad id. XXII, 159.

32. *ἂψ δὲ π.*] Cf. Iliad. XVIII, 280. — *διέλυον*] scil. *τὰς ἀκάνθας*. Cf. adn. ad id. XVII, 93 p. 85. — *ἐπεὶ μογέοιεν*] Cf. adn. ad id. XIII, 11.

33. *ἀναγκαίου*] *quem effugere non poterant, ineluctabilis*. Vide Heyn. ad Pind. Pyth. XII, 26 [15]. Wordsw. Mein. p. 493 coni. *ἔκδυσιν*.

34. *ἐπέδραμε*] Hoc ego et Ziegl. II. e codice c. revocavimus. Mein. Ziegl. I. Pal. al. auxiliis acceptis editionum Iunt. Call. al. *ἐπέγρετο* ediderunt, Ahr. vero e coniectura *ἐπέκραγε*. Cf. Pind. Nem. I, 50: *ἐκ γὰρ αὐτὰ* (Alcmena) *ποσσὶν ἄπεπλος ὀρούσαισ' ἀπὸ στρωμνᾶς ὅμως ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων*. Animi materni anxietas egregie etiam hac re quasi sub oculos nostros subiicitur, quod statim verba vocitantis Alcmenae apponuntur neque vero est more Homerico additus versus, quo locutam esse Alcmenam indicaretur, cuiusmodi versus Meinekio p. 364 et Kreusslero II p. 13 excidisse videtur. Cf. v. 48, 50ª et adn. ad id. VIII, 11 p. 266. Wagner. adn. crit. ad Verg. Aen. III, 84. Aen. IX, 636.

35. *ἴσχει*] Cf. adn. ad id. II, 45 p. 88. — Pal. coni. *ἔσχεν*.

36. *πόδ. ἑοῖς*] Usus sum cum Ahr. I. II. lectione codicis Π., ubi est *πόδεσσιν ἑοῖς*, non *πόδεσσι τεοῖς*, quod Mein. Pal. al. reliquis freti subsidiis ediderunt. Cf. id. X, 2 et Mein. II, p. 190.

38. *ἦ οὐ*] Cf. id. V, 120 et V, 116, ubi me invito *ἦ οὐ* in textu exaratum est. Transposita particula *ἦ* Kreusslerus II p. 14 v. 37 *ἦ οὐκ*, hoc autem versu *οὐ νοέεις* corrigere voluit. — *νυκτὸς ἀωρί*] Cf. adn. ad id. XI, 40 et id. II, 119. Recte post voc. *που* interpunxit Schaeferus, quem Mein. I. Ahr. Pal. al. sequuntur. Hanc interpunctionem sustulit Mein. II. III. ad exemplum Valck. edd. Iunt. Call. al.

πάντες ἀριφραδέες καθαρᾶς ἅπερ ἠριγενείας;
ἔστι τί μοι κατὰ δῶμα νεώτερον, ἔστι φίλ' ἀνδρῶν."
Ὣς φάθ'. ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς ἀλόχῳ κατέβαινε πιθήσας·
δαιδάλεον δ' ὥρμασε μετὰ ξίφος, ὅ οἱ ὕπερθεν
κλιντῆρος κεδρίνου περὶ πασσάλῳ αἰὲν ἄωρτο.
ἤτοι ὅγ' ὠριγνᾶτο νεοκλώστου τελαμῶνος,
κουφίζων ἑτέρᾳ κολεὸν μέγα, λώτινον ἔργον.
ἀμφιλαφὴς δ' ἄρα παστὰς ἐνεπλήσθη πάλιν ὄρφνας.

39. *καθαρᾶς*] Cf. Hor. Od. II, 5, 19. III, 29, 45. — *ἅπερ*] Pro *ἄτερ* (codd. edd. Iunt. Call. Mein. I. II. Pal. al.) recepi emendationem Briggsii et I. Wordsworthii, subscriptoribus Hermanno, *annal. Vindob.* 1848 p. 224, Ahrensio I. II. et Meinekio III.

40. *ἔστι — ἔστι*] Cum anaphora (adn. ad id. I, 15) asseverationi inserviente formaque versus compara Callim. epigr. XLIV, 1 Mein.: *ἔστι τι ναὶ τὸν Πᾶνα κεκρυμμένον, ἔστι τι ταύτῃ πῦρ ὑπὸ τῇ σποδιῇ.* Eur. Rhes. 250 *ἔστι Φρυγῶν τις, ἔστιν ἄλκιμος,* quod bene vertit Fritzius: ja es lebt noch, es lebt noch Kraft in Phrygien. Ovid. Fast. II, 151. — *νεώτερον*] Thuc. IV, 55 *φοβούμενοι μὴ νεώτερόν τι γένηται.* Krus. ad. Aesch. Suppl. 327 p. 155. — *φίλ' ἀνδρῶν*] Cf. id. XV, 74. Eur. Alc. 460 et quae collegit Gebauer. 1861 p. 182.

42. *ξίφος*] Expressisse videtur poeta Pind. Nem. I, 52: *ἐν χερσὶ δ' Ἀμφιτρύων κολεοῦ γυμνὸν τινάσσων φάσγανον ἵκετο.* — *ὅ οἱ*] De productione vocis *ὅ* cf. Iliad. XXII, 307 *τό οἱ ὑπὸ λαπάρην —*, Odyss. V, 459 — *ἀπὸ ἕο λῦσε θεοῖο*, Odyss. IX, 398 — *ἀπὸ ἕο χερσὶν ἀλύων.* Iliad. VI, 62. V, 343. VI, 62. IV, 456. Duentzer. in Iahn. *ann.* XCV (1867) p. 361. Quod post Boiss. II. Mein. II. III. al. edidimus *ὅ οἱ*, id traditur a codicibus 11. D. consentiente codice c., ubi *ὁ οἱ.* Ed. Iunt. habet *ὅῤῥ οἱ*, ed. Call. Steph. Brunck. Valck. al. *ὅῤῥ' οἱ*, Mein. I. Boiss. I. al. *ὅ ῥ' οἱ*, quod, quia elisionis impatiens *οἱ* est, ferri nequit. Alioquin haberet comparationem Apoll. Rh. I, 769. II, 718 (720). III, 37. 845 (844). 867 (866). IV, 68. 251. 582 (580).

43. *κεδρ.*] Vide proecdosin nostram p. 212 coll. Porphyr. ad Hor. Art. poet. 332.

45. *λώτινον*] Facta erat vagina ex ligno loti (*celtis australis* Linn.), quo propter duritiem saepissime utebantur artifices. Cf. Theophr. H. Pl. IV, 2, 5. V, 4, 2. Ego post *μέγα* virgulam, et re et caesura bucolica commendatam, locavi ad exemplum Kiessl. Boiss. I. II. Mein. II. III. Pal. al. Nulla per totum versum in edd. Iunt. Call. est distinctio, Steph. vero, Valck. Mein. I. al. — *κολεόν, μέγα λ. ἔργ.* scripserunt. — Ahr. *κολεόν, μεγαλώνυμον ἔργον* fabricatus est.

46. *ἀμφιλαφής*] *amplus, patulus* (non *undique clausus*, Pap. lex. al.). Cf. Plat. Phaedr. p. 230, B, ubi locus amoenissimus describitur: *ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον κτλ.* Ab Homeri sermone et hoc vocabulum alienum est et proxima vocabula *παστάς* et *ὄρφνα*, quamquam adiectivum *ὀρφναῖος* est Odyss. IX, 143 al. Pro vocabulo *ἐσχαρεών*, v. 48, *ἐσχάρῃ* est Odyss. VII, 153. 160. Idem autem legitur Quint. Sm. XII, 569. XIV, 26. V, 504. XIII, 147. Leon. Tar. in Anth. Pal. VII, 648, 6. Cfr. Koechl. *prolegg. Quint. Sm.* p. LV.

δμῶας δὴ τότ' ἄυσεν ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας·
„Οἴσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες,
δμῶες ἐμοί, στιβαροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας.“ —
„Ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες. αὐτὸς ἀυτεῖ.“ 50a
Ἦ ῥα γυνὰ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχουσα. 50b
οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισι
δμῶες· ἐνεπλήσθη δὲ δόμος σπεύδοντος ἑκάστου.
ἤτοι ἄρ' ὡς εἴδοντ' ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα
θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα,
συμπλήγδην ἰάχησαν· ὁ δ' ἐς πατέρ' Ἀμφιτρύωνα
ἑρπετὰ δεικανάασκεν, ἐπάλλετο δ' ὑψόθι χαίρων
κουροσύνᾳ, γελάσας δὲ πάρος κατέθηκε ποδοῖιν
πατρὸς ἑοῦ θανάτῳ κεκαρωμένα δεινὰ πέλωρα.

47. *ἄυσεν*] ut *ἀύσας παῖδας*, Soph. Oed. Col. 1598. Cf. Odyss. IX, 65. I. Wordsworth. — *βαρὺν ἐκφυσῶντας*] Miror Ribbeckium non adnotasse imitationem Vergilii, Aen. IX, 326: „toto *proflabat* pectore *somnum*“, qui verbis *toto pectore* Graecum *βαρὺν* reddidit. Cicero dixit, de Div. I, 28, arte et *graviter* dormitare coepit. — *ἐκφυσ.*] Vide Aesch. Choeph. 612 (620) *Νῖσον πνέοντα ὕπνῳ.* I. Wordsworth.

48. *ὅτι θᾶσσον*] „quantocius“ (Licin. apud Lactant. de mort. pers. 48). Notandum *ὅτι* cum comparativo, quem usum exemplis carere putaverunt Duker. al. ad Thucyd. VII, 42“. I. Wordsworth. Cf. Aristot. Probl. I, 55 p. 866, a, 25, ubi codices omnes *ὅπως ὅτι θερμότερος ᾖ* offerunt. Vide etiam adn. ad id. XV, 29 coll. Iliad. IV, 193 et adn. ad id. X, 43. Theocr. XIV, 68 est *ᾇ τάχος*, II, 36 *ὡς τάχος*. — *ἐσχαρεῶνος*] Vide adn. ad v. 46.

49. *στιβαροὺς*] Hor. Od. III, 16, 2 robustae fores. Cf. Iliad. XII, 454. Excidisse post hunc versum quaedam Mein. Ahr. Kreussler. II p. 14 al. existimant. Tu vero cf. adn. ad v. 34 et Verg. Aen. XII, 425.

50a. *αὐτὸς*] *dominus*, ut e. gr. Theoph. char. II, 3. Cf. etiam Arist. Nub. 218. Plaut. Cas. IV, 2, 11 ego eo quo me *ipsa* misit.

50b. *Ἦ ῥα γυνὰ*] Iliad. VI, 390 *ἦ ῥα γυνὴ ταμίη*. Cf. etiam Odyss. III, 337. Iliad. XXII, 77. Odyss. XVIII, 356. Theocr. XXII, 75. Verg. Aen. IX, 636. Hunc versum, qui abest ab edd. Iunt. Call. Mein. I. II. Ziegl. I. Pal. al., primus recepit Ameisius, quem Mein. III. Ahr. Ziegl. II. sequuntur. Servaverunt eum codd. 11. c. et cod. D., ubi ille ante v. 50a scriptus, sed „siglis $\overline{\beta}$ et $\overline{\alpha}$ ad veram sedem revocatus est“. — *μύλαις ἔπι*] Haec in memoriam reducunt Odyss. XX, 105—106.

51. *οἱ δ' αἶψα πρ.*] Iliad. XVIII, 525 *οἱ δὲ τάχα προγένοντο*.

55. *συμπλήγδην*] Cf. adn. ad id. VIII, 88 p. 296. Quum codices et edd. veteres in hoc vocabulo consentiant, non possum a me impetrare, ut, quod ex schedis Hermanni Mein. III. edidit, *συμπλέγδην* verum esse existimen (*χείρεσσιν — ἔχοντα συμπλέγδην*).

57. *πάρος π.*] Cf. Anth. Pal. VI, 200, 2 *θήκατό σοι πρὸ ποδῶν*. Ibid. IX, 263, 2 *τὸν πρὸ ποδῶν λίθον*. Hecker. ad *Anth.* (1852) p. 350 (Iliad. VIII, 254).

Ἀλκμήνα μὲν ἔπειτα ποτὶ σφέτερον βάλε κόλπον
ξηρὸν ὕπαι δείους ἀκράχλοον Ἰφικλῆα·
Ἀμφιτρύων δὲ τὸν ἄλλον ὑπ᾽ ἀμνείαν θέτο χλαῖναν
παῖδα, πάλιν δ᾽ ἐς λέκτρον ἰὼν ἐμνάσατο κοίτου.
Ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον·
Τειρεσίαν τόκα μάντιν ἀλαθέα πάντα λέγοντα
Ἀλκμήνα καλέσασα τέρας κατέλεξε νεοχμόν,
καί νιν ὑποκρίνεσθαι, ὅπως τελέεσθαι ἔμελλεν,
ἠνώγει. „μηδ᾽ εἴ τι θεοὶ νοέοντι πονηρόν,
αἰδόμενος ἐμὲ κρύπτε· καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι
ἀνθρώποις, ὅ τι Μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει,
ὦ Εὐηρείδα μάλα σε φρονέοντα διδάσκω."

59. *βάλε*] Matris perterritae puerumque tranquillare et permulcere festinantis eminentem effigiem facit hoc verbum, ad quod et editiones Iunt. Call. et — quantum quidem e Gaisfordii et Ahrensii, qui *βάλε* in ordine verborum servaverunt, silentio coniiciendum — codices consentiunt omnes, ut mirere Zieglerum etiam in ed. II. *λάβε* edidisse, sed ne verbum quidem de lectione varia fecisse. Nimirum *λάβε* coniectura est Schaeferi ed. 1809, quam Ziegler. in ed. I., item Mein. in ed. I. II. Pal. al. receperunt, sed qua Mein. III. veram codicum lectionem mutavit.

60. *ὕπαι δείους*] Iliad. X, 376 *χλωρὸς ὕπαι δείους*. — *ἀκράχλοον*] *vepallidum*. Cum Ahr. II. Hartung. coniecturam Heckeri (Philol. IV p. 486) *ἀκράχλοον* recepi pro *ἀκράχολον* (Mein. Ahr. I. Pal. al.), cui fides quodammodo paratur a codice c. (*ἀκρ̃ άχολον*). Cf. Callim. Del. 80: *ὑπόχλοον ἔσχε παρειήν*.

61. *χλαῖναν*] Vide Odyss. XIV, 520. Soph. Trach. 540 coll. Theocr. XVIII, 19.

63. *Ὄρνιθες*] Cf. id. VII, 47.

64. *τόκα*] Ita edd. Iunt. Call. et codd. omnes (nisi quod in cod. 11. verba *Τειρ. τόκα μάντιν* omissa sunt), quorum subsidiorum fidem Mein. III. sine causa idonea imminuit praelata coniectura *ὅκα*, in quam Schaefer. ed. 1809 p. 199 inciderat. Rem hic quoque Theocritus secundum Pindarum, Nem. I, 60 sq., narravit.

68. *αἰδόμενος*] De producta syllaba ultima vide adn. ad id. XV, 90 p. 52, de pronomine *ἐμὲ* adn. ad id. II, 159 p. 115. Legitur *αἰδόμενος ἐμὲ* in edd. Iunt. Call. et in codicibus omnibus, excepto codice c., ubi est *αἰδόμενος κρύπτε*. Ahr. I. Mein. II. III. Hartung. e coni. Graefii *αἰδόμενος με*, Ziegler. II. et Ahr. II. e coniectura Taylori *αἰδόμενος σύ με*, Ziegler. I. et Pal. e coni. Ziegleri *αἰδόμενός μ᾽ ἐπίκρυπτε* ediderunt.

70a. *ὦ Εὐηρείδα*] Cf. e. gr. id. XXV, 193. Odyss. XXII, 287. Idem legitur Callim. Lavacr. 81 et 106 versus initium. *Eueres* pater Tiresiae audit Apollod. III, 6, 7. De formatione patronymici vide Angermann. *de patron.* p. 24. E coniectura Briggsii (apud Gaisf. I p. 248) scripsi *ὦ Εὐηρείδα*, quia glossae instar esse credo, quod in cod. 11. pictum est *μάντιν*, *Εὐηρείδα*, quem codicem Boiss. I. II. Ameis. Ziegl. II. sequuntur. Vide proecdosin p. 213. In ed. Iunt. est *μάντι᾽ εὐηρείδα*, ex quo fecerunt *μάντι Εὐηρείδα* Steph. Valck. Ahr. I. Mein. I. II. Pal. al., in codice D.

Τόσσ' ἔλεγεν βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίοις·
„θάρσει ἀριστοτόκεια γύναι, Περσήιον αἷμα,
θάρσει· μελλόντων δὲ τὸ λώιον ἐν φρεσὶ θέσθαι.
ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος ἀποιχόμενον πάλαι ὄσσων,
πολλαὶ Ἀχαιιάδων μαλακὸν περὶ γούνατι νῆμα
χειρὶ κατατρίψοντι ἀκρέσπερον ἀείδοισαι
Ἀλκμήναν ὀνομαστί, σέβας δ' ἔσῃ Ἀργείαισιν.
τοῖος ἀνὴρ ὅδε μέλλει ἐς οὐρανὸν ἄστρα φέροντα
ἀμβαίνειν τεὸς υἱός, ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως,
οὗ καὶ θηρία πάντα καὶ ἀνέρες ἥσσονες ἄλλοι.

pr. et in edd. Call. Camer. Bas. I. Brub. I. Salam. Farr. *μάντι εὐκρείδα* (in codice D. *corr.* *εὐχρείδα*), in codice c. *μάντι εὐηρίδα*. Hartung. e coni. edidit *μάντιν Εὐηρείδαν*, Mein. III. item e coni. *Εὐηρηιάδα*, Ahr. II. *ἀλλ' Εὐηρείδα*. Interrogandi signum Boiss. I. II. in extremo hoc versu posuit, id quod miror suasisse etiam Vossium, *Anm. u. Randgl.* p. 191.

70b. **Τόσσ'**] Cf. id. VII, 128. Verg. Georg. IV, 450: „*Tantum effatus.* Ad haec vates —." Lectionem *τόσσ'* commendatam habemus (ego et Ahr. II.) a cod. 11. Lectiones sunt variae *τῶς* (cod. D.) vel *τὼς* (edd. Iunt. Call. Ahr. I. Mein. Pal. al.). — **βασίλεια**] De hiatu vide adn. ad id. XII, 23 p. 387. — **τοίοις**] Hoc debetur coniecturae Briggsii, ab Ahr. II. admissae pro *τοίως* (edd. Iunt. Call. Ahr. I. Mein. Pal. al. et cod. D.b *marg.*) vel *τοῖος* (cod. D. et cod. 11. — in cod. 11. teste Zieglero II p. 126 *ἀντ τοῖος* est —). Mein. p. 366 *τοῖα* coniectat, sed in versus principio *τόσσ'* praeferens.

71. **θάρσει.**] Pariter e. gr. versus Iliad. XVIII, 463 incipit. Vide etiam Theocr. IV, 41. — **Περσήιον**] Perseus generaverat Electryonem (Diod. Sic. IV, 9), Electryo Alcmenam (Eur. Alc. 839) matrem Herculis.

72. **θάρσει**] Cf. adn. ad id. VII, 119. Versus, qui deest in edd. Iunt. Call. Mein. I. Boiss. I. al. postliminio per Briggs. Boiss. II. Mein. II. III. Ahr. rediit.

73. **γλυκὺ**] Cf. id. VI, 22 et XI, 53. **ἀποιχόμενον**] De caecitate Tiresiae vide Spanh. ad Callim. Lav. 81 sqq. Apollod. III, 6, 7.

74. **πολλαὶ κτλ.**] Hoc in memoriam reducit Hor. Od. IV, 4, 68 (geretque proelia coniugibus loquenda).

75. **ἀκρέσπερον**] Cf. adn. ad id. XI, 37 p. 359. — **ἀείδοισαι**] Cf. adn. ad id. VII, 41 p. 215.

77. **τοῖος**] Cf. v. 116. — **ἄστρα φέροντα**] Hoc sollicitatum nolumus, quia id verbis poetae nemo intulisset, qui in libro suo *ἀστερόεντα*, id quod et alii et Cobetius, *Mnem.* X, 1 p. 358, reponendum dixerunt, invenisset.

78. **ἀπὸ**] proprie *a pectore facta eius contemplatione.* Cf. v. 109 *ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι.* Similiter id. XVI, 49 *ἀπὸ χροιᾶς θῆλυς* enarra: *feminae similis, ubi colorem eius consideraveris.* Cf. Aristot. Physiogn. 5 p. 810, a, 12 *ὅσα δὲ πρὸς τὸ φυσιογνωμονῆσαι συνιδεῖν ἁρμόττει ἀπὸ τῶν ζῴων, ἐν τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ ῥηθήσεται.* Plut. Phoc. 5 *τῷ ἤθει φιλανθρωπότατος ὢν ἀπὸ τοῦ προσώπου δυσξύμβουλος ἐφαίνετο καὶ σκυθρωπός.* — **πλατὺς**] Cf. id. XVIII, 36.

δώδεκά οἱ τελέσαντι πεπρωμένον ἐν Διὸς οἰκεῖν
μόχθως, θνητὰ δὲ πάντα πυρὰ Τραχίνιος ἑξεῖ·
γαμβρὸς δ' ἀθανάτων κεκλήσεται, οἳ τάδ' ἐπῶρσαν
κνώδαλα φωλεύοντα βρέφος διαδηλήσασθαι.
ἔσται δὴ τοῦτ' ἆμαρ, ὁπηνίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ
καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.
ἀλλὰ γύναι πῦρ μέν τοι ὑπὸ σποδῷ εὔτυκον ἔστω,
κάγκανα δ' ἀσπαλάθω ξύλ' ἑτοιμάσατ' ἢ παλιούρω

81. *μόχθως*] De collocatione vocabuli cf. v. 62. 95. 120. 122, adn. ad id. III, 38, Odyss. XIII, 75—77. Formam Doricam posui e coniectura, quae invaluit lectione var. codicis 11. (*μόχθοις*) et editionis Iunt. (*μόχθος*). — *πυρὰ Τρ.*] Cf. Soph. Trach. 1191. Strab. IX p. 428.

82. *γαμβρὸς κτλ.*] Haec quoque mire cum Pind. Nem. I, 71 sq. congruunt.

83. *κνώδαλα*] Eodem hos serpentes nomine Pindarus Nem. I, 50 appellat. — *φωλεύοντα*] *latebricolas.* Et hoc verbum et cognatum *φωλάς* (Theocr. I, 115) ab epicae priscae sermone alienum est. Legitur e. gr. Nic. Alex. 523. — *διαδηλήσασθαι*] Cf. exitum versus Homerici, Odyss. XIV, 37 — *ὀλίγου σε κύνες διεδηλήσαντο.* Similes sunt clausulae spond. verborum e sex syllabis constantium id. XIV, 33. XVI, 91 (coll. Dion. per. 1071 *περιπιαίνουσι*), XXV, 66 (coll. Odyss. XI, 143 *προτιμυθήσασθαι* et id. XXV, 198 vel Iliad. VI, 382 *μυθήσασθαι*), XXIV, 125 (coll. oracul. apud. Herod. I, 66 *διαμετρήσασθαι*).

84. *ἔσται*] De verbi collocatione cf. adn. ad id. XXIII, 33, de sententiis similibus Vergilianis arg. p. 151. Vide etiam Hor. Od. III, 18, 13. Epod. XVI, 33. Claudian. XXXIV, 25 (securum blandi leporem fecere Molossi vicinumque lupo praebuit agna latus cet.). Hunc versum et proximum instigantibus Dahlio p. 349 et Briggsio p. 267 de medio Ahr. credit tollendos. At vide proecdosin nostram p. 214. Neque vero exciderunt post hos versus duo alii versus, quae est opinio Hermanni (apud. Mein. p. 367), quam amplexus Mein. III. lacunae signa p. 106 fecit.

86. *ὑπὸ σποδῷ*] Cf. id. XI, 51. Hic quoque Ahr. II. *ὑπὸ σποδῷ* pro *σποδῷ* (Mein. Ahr. I. al. veram habentes correctionem cod. D., ubi primo *σποδὸν*, quod est etiam in cod. c.). Est sane *σποδῷ* in edd. Iunt. Call. — *εὔτυκον*] *paratum, promptum.* De hoc adiectivo, pro quo *εὔτυκτος* Homerus (Iliad. XIII, 26 al.) dixit cf. Spanh. ad Callim. Lav. 3. et Schweigh. ad Ath. XIV p. 633, A (*ὅθεν καὶ Πρατίνας φησί· Λακωνοτέττιξ εὔτυκος ἐς χορόν*).

87. *κάγκανα*] Iliad. XXI, 364 *ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται.* — *ἀσπαλάθω*] Fruticis cuiusdam nomen est spinosi, fortasse *ulicis Europaei* vel *spartii horridi* seu *villosi* (Smith. *prodrom. fl. Gr.* II p. 54. Vahl. *symb.* II p. 60). Cf. Theocr. IV, 57 et Theogn. 1193: *ἀσπάλαθοι δὲ τάπησιν ὁμοῖον στρῶμα θανόντι.* — *παλιούρω*] *rhamni paliuri*, ut videtur. Verg. Ecl. V, 39 spinis surgit *paliurus* acutis. Ceterum vide proecdosin p. 214 et Iac. Grimmium in *diss. acad. scient. Berol.* 1849, *class. hist. phil.* p. 203. — Pro *ἑτοιμάσατ'* Kreussler. II p. 15 malit *ἑτοίμασαι.*

ἢ βάτῳ ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον·
καῖε δὲ τώδ' ἀγρίαισιν ἐπὶ σχίζαισι δράκοντε
νυκτὶ μέσᾳ, ὅκα παῖδα κανῆν τεὸν ἤθελον αὐτοί.
ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
ῥωγάδος ἐκ πέτρας ὑπερούριον, ἂψ δὲ νέεσθαι
ἄστρεπτος· καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ

88. βάτῳ] Cf. adn. ad id. I, 132. — ἀχέρδῳ] *crataegum oxyacanthum* et hic et Odyss. XIV, 10 significari nunc iudico, quem etiamnunc multi homines indocti confundunt cum *piro silvestri* nondum adulta, ad quam pyrum silvestrem refero verba Soph. Oed. Col. 1596 coll. Etym. M. p. 181, 3. Apud Sophoclem et alibi (Nonn. Dion. XIV, 369. Anth. Pal. VII, 536, 3) quum sit genere femin. ἡ ἄχερδος, Kreussler. II p. 14 hoc loco ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἀχέρδῳ suspicatur fuisse scriptum. At cf. Lobeck. *pathol.* 1843 p. 26.

89. καῖε κτλ.] Odyss. 459 καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων. — Cf. etiam Iliad. II, 425.

92—94. ὑπὲρ ποτ. κτλ.] Latine sic dixit Vergilius, Ecl. VIII, 101: fer cineres, Amarylli, foras *rivoque fluenti transque caput iace nec respexeris* (ἄστρεπτος v. 94). Cf. Gebauer. 1856 p. 92.

93. ῥωγάδος ἐκ π.] Hoc scripsi applicans me emendationi a Brunckio primo receptae, ab Ameis. Mein. III. al. probatae. — Ahr. cum Mein. I. II. al. edidit ῥωγάδας ἐς πέτρας, quod est ab edd. Iunt. Call. et codicibus (quamquam ῥαγάδας ἐς πέτρας codd. D.? c.). — ὑπερούριον] *ultra terrae vestrae terminos.* Accusativus est ὑπερούριον ad nomen κόνιν referendus (cf. id. XIV, 37 ὑποκόλπιος), non adverbium. Quod est ὑπὲρ οὔριον in ed. Iunt. (ὑπὲρ οὔριον Call. Salam. Farr.) et in cod. D., in unum vocabulum contraxerunt Reisk. (Mein. Ahr. al.) et Brodaeus *misc. cr. cap.* XIII. in Gruteri *thes. cr.* III., atque hoc (ὑπερούριον) scriptum Ziegl. II. vidit in codice c. De re cf. Liv. XXVII, 37 et Mein. p. 367. — Greverus coni. ὑπερήνεμον (!).

93—94. νέεσθαι ἄστρεπτος] Hoc nunc cum Pal. revocavi observans codices et edd. Iunt. Call. cet. — Zieglerus I. II., Ameisius, Meinek. III. Ahr. I. II. scripserunt νεέσθω obsecuti Hermanno ad Viger. p. 744 ed. IV. coll. Mein. II. p. 190. Habet enim plerumque (cf. adn. ad id. X, 48 p. 337) infinitivus pro imperativo tertiae personae positus comitem accusativum. At vero aptissime Kreusslerus II p. 15 contulit Iliad. VI, 86—92 (μετέρχεο — εἰπὲ — ἡ δὲ . . θεῖναι, ubi non est anacoluthia, quam sibi Hermannus informavit) et huius auxilio loci et exemplo Quinti Smyrn. XII, 29 (ἀριστέες ἐς λόχον ἄνδρες βησόμεθ' ἀσπασίως, λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι νέεσθαι ἐς Τένεδον σὺν νηυσίν, ἐνιπρῆσαι δ' ἄρα πάντες ἃς κλισίας) Hermanni mutationem repulit. Cf. etiam Hesiod. ἔργ. 457 (459).

94. ἄστρεπτος] Calpurn. XI, 64 cineresque aversa effudit in amnem. Cf. etiam Ovid. Fast. V, 437 et 439. Liv. XXI, 22. — καθαρῷ κτλ.] De verbo πυρόω, cui hic *adolendi* vel *lustrandi*, apud Soph. (Ant. 286) aliosque scriptores *incendendi* vis subiecta est, quo tamen verbo non utitur Homerus, cfr. Ruhnken. ad Tim. p. 190. Comparare iuvat Tibull. I, 5, 11: ipseque te circum *lustravi sulfure puro. Vivum sulfur* dicit Calpurn. XI, 65.

πρᾶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισται,
θαλλῷ ἐπιρραίνειν ἐστεμμένῳ ἀβλαβὲς ὕδωρ·
Ζηνὶ δ' ἐπιρρέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον,
δυσμενέων αἰεὶ καθυπέρτεροι ὡς τελέθοιτε."
Φᾶ, καὶ ἐρωήσας ἐλεφάντινον ᾤχετο δίφρον
Τειρεσίας πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς.
Ἡρακλέης δ' ὑπὸ ματρὶ νέον φυτὸν ὣς ἐν ἀλωᾷ
ἐτρέφετ' Ἀργείου κεκλημένος Ἀμφιτρύωνος.
γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων Λίνος ἐξεδίδαξεν,
υἱὸς Ἀπόλλωνος μελεδωνεὺς ἄγρυπνος ἥρως,
τόξον δ' ἐντανύσαι καὶ ἐπὶ σκοπὸν εἶναι ὀιστόν
Εὔρυτος ἐκ πατέρων μεγάλαις ἀφνειὸς ἀρούραις.
αὐτὰρ ἀοιδὸν ἔθηκε καὶ ἄμφω χεῖρας ἔπλασσε

95. *πρᾶτον, ἔπ.*] Plane ut Iliad. VI, 260: *πρῶτον, ἔπειτα δὲ —*.

96. *ἐστεμμένῳ*] Haec est coniectura Schaeferi ed. 1809 p. 199, quam cum Mein. III. Ahr. I. II. al. nunc recepi pro *ἐστεμμένον*, non satis munito comparatione id. II, 2. — *ἀβλαβὲς*] Cf. adn. ad id. XII, 25. — *ὕδωρ*] Verg. Aen. VI, 229—230.

97. *χοῖρον*] Lustrationis causa, ut mystae apud Arist. Ran. 338, ubi vide Kockium.

98. *καθυπ.*] Verg. Aen. VIII, 61 iramque minasque (deae) supplicibus *supera* votis. Vide etiam adn. ad id. XII, 22. — *ὡς τελέοιτε*] De optativo cf. Ameis. ad Odyss. XVII, 250 et Soph. Oed. Col. 11, quo male Brunckius *πυθώμεθα* pro *πυθοίμεθα* intulit, atque Soph. Electr. 57, ubi *φέροιμεν* restituendum. Vide etiam id. VI, 24.

99. *ἐρωήσας*] *removisse a se sellam* (cf. id. XXII, 174) Tiresias hic, ut vigor senis (v. 100) describeretur, dictus est.

100. *βαρύς*] *„gravis annis"*. Vide Verg. Aen. IX, 246. Calpurn. II, 84. Verg. Aen. II, 435—436. Tac. Ann. XII, 40. Eckstein. *interpr. satir. I. Hor.* (1865) p. 5—6.

101. *ὑπὸ ματρὶ*] Cf. adn. ad id. XXII, 159. Stat. Ach. I, 588. — *φυτὸν κτλ.*] Cf. Iliad. XVIII, 57.

103—104. *γράμματα*] Aetati heroicae falso hic tribui litterarum scientiam dixi proecdos. p. 213. Veri similius certe Apollodor. II, 4, 9: *ἐδιδάχθη Ἡρακλῆς κιθαρῳδεῖν ὑπὸ Λίνου.* Vide etiam Eustath., cuius verba arg. p. 150 exscripsimus. — *υἱὸς Ἀπόλλ.*] Verg. Ecl. IV, 56—57. Welcker. *opusc.* I p. 32.

105. *ἐπὶ σκ. κτλ.*] Ita nunc cum Mein. III. scripsi ex emendatione Heinsii. Nam habet codex c. *ἐπὶ σκοπὸν εἶναι ὀιστόν.* Lectio *ἐπίσκοπον εἶναι ὀιστῶν* ex editionibus Iunt. Call. et codice D. fluxit in edd. Mein. I. II. Ahr. I. Pal. al. — Ahr. II. edidit *ἐπίσκοπον εἶναι ὀιστόν.* Wartono II p. 273 *ἐπίκλοπον εἶναι ὀιστῶν* coll. Odyss. XXI, 397 arrisit.

106. *Εὔρυτος*] Idem tradit Apollodor. II. 4, 9. De Euryto sagittario cf. Odyss. VIII, 224—225 et Odyss. XXI, 32. Ceterum vide Eustath. arg. p. 150. *ἐκ π.*] Cf. id. XVI, 33. — *μεγάλαις*] Fortasse hoc versu defendi potest Tibulliani versus lectio (I, 1, 2) „et teneat culti iugera *magna* soli". Cfr. Huschk. ad l. l. p. 4—5.

πυξίνᾳ ἐν φόρμιγγι Φιλαμμονίδας Εὔμολπος.
ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
ἀλλάλους σφάλλοντι παλαίσμασιν, ὅσσα τε πύκται
δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν, ἅ τ' εἰς γαῖαν προπεσόντες
πάμμαχοι ἐξεύροντο σοφίσματα σύμφορα τέχνᾳ,
πάντ' ἔμαθ' Ἑρμείαο διδασκόμενος παρὰ παιδί
Ἁρπαλύκῳ Φανοτῆι, τὸν οὐδ' ἂν τηλόθι λεύσσων
θαρσαλέως τις ἔμεινεν ἀεθλεύοντ' ἐν ἀγῶνι·
τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.
ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι καὶ περὶ νύσσαν
ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι·
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδαξεν
αὐτός, ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξ ἤρατ' ἀγώνων

108. *Φιλ. Εὔμολπος*] Vide proecdosin nostram p. 216. De versus exitu adn. ad id. XVII, 79 p. 84 dictum est.

109—110. *ὅσσα — ὅσσα*] Vide adn. ad id. I, 2 p. 15. Verg. Ecl. IV, 34—35 (*alter — altera* bella). Ecl. X, 19—21 (*venit — venit* Apollo). — *ἀπὸ σκ. ἑδρ.*] *crurum ope celeriter nates versantes.* Haec tria vocabula arcte coniungenda adn. ad v. 78 declaratum est (Mein. p. 367 construit *ἀπὸ σκελέων παλαίσματα*). Ceterum cf. Theophr. char. X (27): *καὶ παλαίων πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν ὅπως πεπαιδεῦσθαι δοκῇ.* — *Ἀργόθεν ἄνδρες*] *Argivi.* Cf. adn. ad id. I, 24 (*Λιβυάθε*). Soph. Ant. 106 *τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν φῶτα βάντα πανσαγίᾳ.*

112. *σοφίσματα*] Mein. III. legendum esse vidit *σοφίσματα* pro *παλαίσματα* (codd. et edd. prr.), in quam coniecturam etiam Ahr. adn. p. 143 incidit.

114. *Ἁρπαλύκῳ*] Ahr. II. e coni. Heynii ad Apollodor. II, 4, 9 *Αὐτολύκῳ* edidit. At ignotos nobis auctores fortasse secutus est Theocritus (Mein. p. 368).

116. *τοῖον*] Cf. v. 77 id. XVII, 102. II, 161. Iliad. IV, 390. V, 808. V, 828. Soph. Ai. 251. 562. Antig. 124. Lucian. Somn. 11. Ovid. Met. VI, 18. Fugit Ahrensium (quem vide de „imitationum" generibus p. LXXIX loquentem) mira illa vel similitudo verborum vel imitatio meditata Quinti Sm. III, 537—539: *σμερδαλέον δ' ἄρα τεῦξεν ἐπισκύνιον περὶ νεκρῷ, οἷον ὅτ' ἀμφ' ἑτάροιο δαϊκταμένου Πατρόκλοιο χωομένου ἐπέκειτο κατὰ βλοσυροῖο προσώπου.*

117. *ἵππους δ' ἐξ.*] Iliad. V, 25 *ἵππους δ' ἐξελάσας* —.

117—118. *περὶ νύσσαν κτλ.*] Cf. Iliad. XXIII, 331 sqq. Hor. Od. I, 1, 4 *metaque* fervidis evitata rotis.

118. *τροχῷ σύριγγα*] „rotae modiolum" (Plin. H. N. IX, 4, 8) die *Nabe* des Rades (non die *Büchse*), the nave of the wheel, le *moyeu* (partie centrale de la roue où s'emboîtent les rais, et par où passe l'essieu). Eur. Hipp. 1234 *σύριγγες τ' ἄνω τροχῶν ἐπήδων ἀξόνων τ' ἐνήλατα.* Callim. Lav. 14. Soph. Electr. 721. Vide etiam Eustath. arg. p. 150. Redii nunc a mutatione Camerarii et Cratandri (Bas. I.) *τροχῷ*, quae obsedit edd. Steph. Heins. Wintert. Reisk. Ameis. Ziegler. II. Ahr. I. ad lectionem edd. Iunt. Call. et codicum *τροχῷ*, a Brunckio, Valck. Mein. Ziegler. I. Ahr. II. Pal. al. revocatam.

Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια, καί οἱ ἀαγεῖς
δίφροι, ἐφ' ὧν ἐπέβαινε, χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας.
δούρατι δὲ προβολαίῳ ὑπ' ἀσπίδι νῶτον ἔχοντα
ἀνδρὸς ὀρέξασθαι ξιφέων τ' ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν,
κοσμῆσαί τε φάλαγγα λόχον τ' ἀναμετρήσασθαι
δυσμενέων ἐπιόντα καὶ ἱππήεσσι κελεῦσαι
Κάστωρ ἱππαλίδας δέδαεν, φυγὰς Ἄργεος ἐνθών,
ὁππόκα κλᾶρον ἅπαντα καὶ οἰνόπεδον μέγα Τυδεύς
ναῖε παρ' Ἀδρήστοιο λαβὼν ἱππήλατον Ἄργος.
Κάστορι δ' οὔτις ὁμοῖος ἐν ἡμιθέοις πολεμιστής
ἄλλος ἔην πρὶν γῆρας ἀποτρῖψαι νεότητα.
  Ὧδε μὲν Ἡρακλῆα φίλα παιδεύσατο μάτηρ.
εὐνὰ δ' ἦς τῷ παιδὶ τετυγμένα ἀγχόθι πατρός
δέρμα λεόντειον μάλα οἱ κεχαρισμένον αὐτῷ,

121. *Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ*] Odyss. IV, 562 *Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν*. Cf. etiam v. 129.

122. *διέλυσαν ἱμ.*] Currus tempore procedente lora dissolverant, h. e. onus lororum detritorum, vetustate caducorum, quasi excusserant, ab his se liberaverant. Cf. adn. ad id. V, 93 et Koechl. *prolegg.* ad Quint. Sm. p. XCII. Oblivioni tradenda coniectura Hermanni *χρόνῳ δ' ἐλύθησαν ἱμάντες*, quam non defendes Odyss. XXII, 186 — *ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων*.

124. *ἀνέχεσθαι*] Versum pessimum Mein. III. fecit coniectura sua *ἀνσχέσθαι*, quam cepit propter infinitivos *ὀρέξασθαι, κοσμῆσαι — κελεῦσαι*. At longi temporis in proelio est *ἀνέχεσθαι ἀμυχμὸν ξιφέων*. Recte igitur praesentis infinitivus positus. Cf. etiam Odyss. XXII, 423. XVII, 13.

127. *Κάστωρ ἱππ.*] Castor, nobilissimus ille *vir equester* (Tac. ann. XII, 60. XIII, 10), *ἱππόδαμος* (Iliad. III, 237 coll. adn. ad id. XXII, 2). Hoc, quod cum Mein. I. II. al. edidi, originem debet codici c. et editionibus Iunt. Call. (cod. D. *ἱσπαλίδας*) estque hoc pseudo-patronymicum a me proecdos. p. 217 defensum imprimis similitudine vocabuli *δραπετίδης* (Mosch. I, 3), a cuius usu prope absunt vera quaedam patronymica quasi adiectivorum loco posita, velut Iliad. XI, 490: *Πριαμίδην νόθον υἱόν* (Bekk. *Πριαμίδην, νοθον*), Soph. El. 182: *παῖς Ἀγαμεμνονίδας ἀπερίτροπος*, Oppian. Cyn. IV, 295: *Πενθηιάδαι φυλακῆες*. Vide Angermann. *de patron.* p. 2. Castorem autem Apollodor. II, 4, 9 quoque nominat Herculis magistrum. E coni. Claverii ad Apollod. p. 251 ediderunt *Boiss.* I. II. Mein. III. et Pal. littera maiuscula *Κάστωρ Ἱππαλίδας*. Ahr. e coni. Boissonadii II. p. 259 *Ἄκτωρ Ἱππασίδας* et v. 130 *Ἄκτορι* intulit. Briggsius p. 271 *Κάστωρ Οἰβαλίδας* voluit.

129. *ἱππήλατον*] Hor. Od. I, 7, 9 *Argos* dicit *equis aptum*. Odyss. XIII, 242 (*γαῖα*) *τρηχεῖα καὶ οὐχ ἱππήλατός ἐστιν*. — Pro *ναῖε* Ahr. p. 144 *δαῖε*, Mein. p. 493 *ῥαῖε* scribendum putaverunt: at praestat retinere fidem codicum.

132. *Ὧδε*] Vide quae arg. p. 149 diximus.

δεῖπνον δὲ κρέα τ' ὀπτὰ καὶ ἐν κανέῳ μέγας ἄρτος
Δωρικὸς ἀσφαλέως κε φυτοσκάφον ἄνδρα κορέσσαι.
αὐτὰρ ἐπ' ἄματι τυννὸν ἄνευ πυρὸς αἴνυτο δόρπον·
εἵματα δ' οὐκ ἀσκητὰ μέσας ὑπὲρ ἕννυτο κνάμας.

135. *κρέα*] Correptionem syllabae ultimae (id. VII, 108) congruere cum usu Homeri (Odyss. I, 112 al.) et Atticorum (Kock. ad Ar. Nub. 339) dicendum est propter Wuestemann. p. 126. In versu Antiphanis (Athen. IX p. 402, D) Mein. *κρέας* pro *κρέα* edidit.

136. *Δωρικὸς*] Cf. schol. Apoll. Rhod., cuius verba arg. p. 150 exscripsimus. Mueller. Dor. II, 2 p. 477. — *κορέσσαι*] infinitivus est, qui pendet a nomine *ἄρτος*, *panis ad fossorem abunde satiandum.* Nos diceremus in re simili: Commissbrot (ein Westphälischer Pumpernickel) einen Scheunendrescher satt zu machen. De infinitivo vide e. gr. Eurip. Hipp. 346: *οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς*, de particula *κε* infinitivo addita Iliad. XXII, 110. Wuestemannus *κορέσσαι* infinitivum cum adiectivo *μέγας* coniungendum putavit. *Ἀσφαλέως firmiter, tuto* (h. e. abunde) interpretor, quod Mein. ita ut apud Posidippum, Anth. Pal. V, 183, 5—6 (*χοῦς γὰρ ἔνεισι δύο ἀσφαλέως*), positum esse arbitratur. De re cf. etiam id. XXII, 115 et id. IV, 34.

137. *ἐπ' ἄματι*] *tum quum esset dies* (*bei Tage*), *per diem totum*, donec coenae (*δείπνου* v. 135) esset tempus vesperi. Bekk. *Char.* I, 415. Odyss. XII, 105 *τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι.* Comparari etiam potest dativus praepositioni *ἐπὶ* id. VII, 53 additus, cui simillima sunt exempla Aristotelis, Met. *E*, 2 p. 1026, b, 33 et *K*, 8 p. 1064, b, 36 *ἐπὶ κυνί*, *caniculae temporibus.* Atticorum vitam, non Homericorum hominum, poeta fingit. Ob Odyss. IX, 291 al. Eberzius: „Mittags gab man ihm Braten (v. 135) —, *Abends* jedoch war leicht und stets ohn' Feuer die Mahlzeit." Harl. al. verterunt *die*, Pal. *post finito diem peractum*, Ameis. *quottidie.*

138. Nihil deesse carmini arg. p. 149 diximus.

XXV.

ARGUMENTUM.

Hoc carmen, quod pro spurio Ruhnkenius *praef. ad. hymn. Cer.* p. XI., Brunckius *anal.* I p. 357 et Ahrensius p. 249 habuerunt, non dubito quin sit Theocriti, cuius nomen titulo adscriptum est in codicibus c. M. et in Aldi apographo, apud Brunckium *anal.* III, 2 p. 84. Videtur id scripsisse Theocritus iuvenis*), quum more aetatis Alexandrinae defixus in imitatione Homeri periclitaretur vires ingenii sui. Nam sive mancum ad nos pervenit — deest autem mea sententia initium quod poeta scripserat: vide adn. ad v. 1 — sive integrum, habet certe multa, e quibus elucet indoles Theocritea, quae excellit in descriptione rerum ad vitam quotidianam, imprimis ad vitam pastoriciam, pertinentium, et quae in carminibus bucolicis emergit ad summum fastigium et extollitur. Nam in idylliis bucolicis plus naturae, in hoc plus curae atque industriae est perspicue. Ut ,,ex unge leonem'', quod dicunt, ita ex leonis Nemeaei commemoratione alio idyllio (id. XIII, 6) facta auctor huius idyllii, ubi Nemeaei leonis interitus accurate describitur, cognoscitur. Etiam ex genere orationis fuso atque tracto et cum lenitate quadam aequabili profluente recte petuntur indicia. Qua de re Hermannus *ad Orph.* p. 692 ita scripsit. ,,Ut Wartono [tom. II p. 277] assentiar, qui dignissimum hoc carmen Theocrito iudicat, has maxime causas habeo, quod non modo prosodiae ratio bucolico generi propior est, sed quaedam etiam a scriptore isto usurpata sunt, quae, epicis ignota, solis fere concessa erant poetis bucolicis: velut *θέλεις* v. 53, *οὒξ Ἑλίκηθεν* v. 180, *ποτὶ τωὔλίον* v. 84, *νωσάμενος* v. 263, *ὧδε*, *hic* v. 11. 14, *huc* v. 35. 54.'' [Ex his certe haec, quae de verbis *θέλειν* et *ὧδε* dicta sunt, nulli dubitationi obnoxia sunt. De ceteris vide adn.] Tu compara praeterea adn. ad v. 123. 125. 134. 23. 252. 185. 231. 234. 145.

Carmen est omne divisum in partes tres. *Hercules* ad *Augiae* stabula profectus incidit in senem quendam ex agricolis regiis, qui eum de gregibus et pascuis *Augiae*

---

*) *Senem* Theocritum haec scripsisse Didotius suspicatur p. 490. ,,Cette pièce est probablement un ouvrage de la vieillesse de Théocrite. Le poëte devient conteur, se permettant quelquefois même un peu trop de détails, mais il est toujours vrai, toujours naturel, comme l'est Homère dans l'Odysée.''

edocet atque ipse ad regem deducit, qui pridie — ut traditur — ad armenta inspicienda venerat et ad stabula commoratur (v. 1—84). Parti alteri in codice D. et editionibus Iunt. et Call. inscriptum est ἐπιπώλησις (v. 85). Hercules et pastor stabulum intrant, ubi greges praestantissimi de pastu redeuntes admirationem herois movent et taurus inter ceteros robore insignis aggressus violenter Herculem ab hoc facili negotio compescitur: quae res *Augiam* huiusque filium *Phyleum* summa admiratione imbuit (v. 85—152). Hic oratio subito abrumpitur ac parte tertia (v. 153 — extr.) narratur *Herculem* et *Phyleum*, relictis agris, ire ad urbem. In hoc itinere Phyleus admiratus pellem leoninam Herculis humeris iniectam hunc interrogat: an tu is es, quem prodigium *Nemeaeum* interemisse perhibent? Annuit Hercules et quo pacto certamen cum horrenda illa bellua inierit eamque exanimaverit accurate exponit.

Propter hanc uberrimam partem extremam in editione Call. huic carmini inscriptum est Ἡρακλῆς λεοντοφόνος, propter partem priorem et alteram in editione Iunt. Αὐγείου κλῆρος, propter initium in codicibus 11. 18. c. 23. Ἡρακλῆς πρὸς ἀγροῖκον. Sed quum neque introitus neque series rerum narratarum eis legibus, quae carmini epico iusto scriptae sunt, satisfaciat partesque carminis hient nec apte coagmentatae sint, de recte aestimanda conditione totius carminis magna est quaestio. Optime de hac re disseruit Hermannus, *ephemer. stud. antiq.* 1840 nr. 119 p. 969, cuius haec verba sunt. ,,Diversissimae sunt hominum doctorum sententiae de carmine, quod in Theocriteis est quintum et vicesimum. Nam et a quo scriptum sit dubitatur, et, quum quibusdam visum sit venustissimum esse, ab aliis ita est vituperatum ut Theocrito certe non esse dignum iudicarent. Ac L. C. Valckenarius [p. 234 adn. ad id. XXIV, 1 coll. *varr. lectt. vers. Homer.* Leovard. 1747 p. 58 — ad Iliad. XXII, 402 —], qui, quum recte iudicare pro tanta quanta instructus erat antiquitatis scientia posset, ea ipsa scientia videtur ad suspiciones iaciendas proclivior factus fuisse, carminis illius scriptorem non modo diversissimum a Theocrito esse pronunciavit, sed et hoc carmen et illud cui titulus est Ἡρακλίσκος, partes fuisse veteris cuiusdam Heracleae coniiciebat esseque illius scriptores, qui etiam Megaram, Moschi carmen, fecisset: ita ut hoc quoque carmen Moschi in partibus istius Heracleae numerasse videatur. Haec vero quum vel dialecti diversitas falsa esse ostendat, quod Ἡρακλίσκος Doricam dialectum habet, tum eo quoque refutantur, quod, si essent ista carmina partes alicuius Heracleae, non vetus dici illud poema posset, si compararetur cum aevo quo vixit Theocritus. Atque hoc vel solum satis est ad Reiskii [*animadv.* p. 309] errorem arguendum, qui carmen Theocriti XXV. [atque carmen XXIV.] partem esse magni operis putabat, quod Pisander Camirensis de Herculis rebus gestis condidisset. [Eandem sententiam Stolbergius praef. libri *Gedichte aus d. Griech.* Hamb. 1782 p. XIII amplectitur.] Nam Pisandrum illum etiam si quis neque, ut Suidas auctor est, circa Olympiadem XXXIII. neque, ut O. Muellero in Doriensium vol. II p. 477 placuit, post Olympiadem XXXVII., sed, ut Hermanno Ulrici in *hist. Gr. poes.* vol. I p. 495 non improbabilibus quidem, sic tamen haud satis firmis argumentis visum est, LIII. Olympiade floruisse putet, tamen aliquanto cum antiquiore dicendi genere, quam quo Theocriteum carmen scriptum est, usum esse oportuit. [De Pisandri aetate vide nunc G. Bernhardyum hist. litt. Gr. II, 1 ed. 1867 p. 339 contra Ulrici sententiam disputantem et Olymp. XXXIII. Suidae tenentem.] Aliud argumentum a brevitate Heracleae illius repeti posset, si recte apud Suidam scriptum esset, ex

duobus eam libris constitisse: fuerunt illi, credo, numero XII [haec probari non potest sententia FR.]. Paullo probabilior videtur opinio illorum [Fr. Schlegelii scilicet, *Gesch. der Poesie d. Gr. u. Römer* p. 203, Koeppenii, *griech. Blumenlese* I p. 147 coll. III p. CXIX], qui Theocriti carmen ad Panyasin auctorem referunt, cuius Heraclea libros habuit XIV, versuum autem novem milia, ut in singulis libris versus fuerint circiter DCXLIV. [De Panyaside cfr. Ecksteinius in Erschii et Gruberi *encycl.* sect. III. p. 1 p. 8 sqq.] Atque hunc quidem scriptorem simili copia atque ubertate res Herculis descripsisse, ut illum, qui Theocriteum illud carmen fecit, fragmenta Heracleae ostendunt. [Cfr. Tzschirner. *Panyasid. fragm.* Vratisl. 1842 p. 43 sqq.] Sed tamen ne huic quidem poetae recte tribui potest carmen, quod aliquanto recentioris aevi colorem prodit: ut, si est ex aliqua Heraclea sumptum, potius Rhiani quam cuiusquam alius esse videri possit."

277. *αὐτοῖς*] Huius versus vocabulum primum ita contextum est cum extremo vocabulo, ut interiecto verbo huiusque obiecto versus ipse in totum undique in se redeat fere ut id. XXII, 52 (*ἄκρων ΔΕΡΜΑ ΛΕΟΝΤΟΣ ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων*). Totidem vocabulis simillime positis versus explevit Vergilius, Aen. VIII, 116: *paciferaeque* manu ramum praetendit (= *ἀνασχίζειν*) *olivae*. Aen. VIII, 300: *Lernaeus* turba capitum circumstetit *anguis*. Ecl. II, 1: *formosum* pastor Corydon ardebat *Alexim*. Ecl. IV, 5: *magnus* ab integro saeclorum nascitur *ordo*. Cf. etiam Verg. Aen. VII, 176. Non aliter Tibullus I, 1, 17: *pomosisque* ruber custos ponatur *in hortis*. Sil. Ital. XIV, 451 *ambustus* socium remis aufertur *Himilco*. Verum hic noster versus hac re differt a versu 147 idyllii septimi et a versu 31 idyllii primi, quod in his versibus verbum (*ἀπελύετο, εἰλεῖται*) ordine est tertium (particulam *δὲ* id. VII, 147 non numero) mediumque inter bina vocabula eodem modo distributa atque Verg. Ecl. III, 39: *diffusos* hedera vestit pallente *corymbos*, vel Ovid. Met. I, 112: *flavaque* de viridi stillabant ilice *mella*, vel Lucan. Phars. VI, 382: *pinguis* Boebicio discessit vomere *sulcus*. (Sen. Oed. 545 *limosa* pigrum circuit fontem *palus*). Cf. adn. ad id. VII, 147. Quamquam Vergilius saepius quinque huiusmodi vocabula in huiusmodi formam descripsit: *mollia* luteola pingit *vaccinia* calta (Eclog. II, 50), Aen. VII, 615 *aeraque* assensu conspirant *cornua* rauco. Georg. I, 497 *grandiaque* effossis mirabitur *ossa* sepulcris. Georg. I, 222 *Cnosiaque* ardentis decedat *stella* coronae. Ecl. I, 34 *pinguis* et ingratae premeretur *caseus* urbi. Ecl. IV, 23. Ovid. Met. I, 100. 147. 165. 39. 153. 424 al. Hor. Epod. XVI, 33. 55. 7. Hor. Od. IV, 7, 13. Lucan. Phars. IV, 170. Claudian. Rapt. I, 47 (*obvia* centeno vexasset *fulmina* motu). Ibid. I, 53 (*longaque* ferratis evolvant *saecula* pensis). Ibid. I, 116 (*fulgidus* umbroso miscebitur *axis* Averno). Ibid. I, 124. 228. 129 al. Ovidii est pentameter, Trist. IV, 10, 86: et *gracilis* structos effugit *umbra* rogos. Compara etiam adn. ad id. XXV, 156, ubi quinque vocabulorum ultimum est verbum (*ἐξανύσαντες*). His adiunge Theocr. XVI, 72 coll. Odyss. IV, 406 *πικρὸν ΑΠΟΠΝΕΙΟΥΣΑΙ ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν*) et Hor. Epod. XVI, 9 (*impia* perdemus — *πολλοὶ κινήσουσιν* — devoti sanguinis *aetas*) et Theocr. XVIII, 2. Odyss. XXII, 396.

τοῖσι θοῶς ἀπέδειρα, καὶ ἀμφεθέμην μελέεσσιν
ἕρκος ἐνυαλίου ταμεσίχροος ἰωχμοῖο.
οὗτός τοι Νεμέου γένετ' ὦ φίλε θηρὸς ὄλεθρος,
πολλὰ πάρος μήλοις τε καὶ ἀνδράσι κήδεα θέντος."

Pind. Isthm. V, 22 (*μυρίαι — κέλευθοι*). Pind. Isthm. II, 15 (*Δωρίων — σελίνων*). Erdmann. *de Pind. usu synt.* p. 83. Thucyd. I, 132 *φανερὸν μὲν εἶχον οὐδὲν οἱ Σπαρτιᾶται σημεῖον.* Liv. XXI, 35, 1 *fessis* labore ac pugnando quies data *militibus*.

279. *ἕρκος*] ut munimentum mihi esset in pugnis, in quibus corpora vulnerantur. Vins. — *ἐνυαλίου*] Adiective hic *ἐνυάλιος* perinde atque Nonn. Dion. XXV, 563 (*ἀσπὶς ἐνυαλίη*) ponitur. Cf. Iliad. XVII, 211. Brunck. Kiessl. al. ediderunt *Ἐνυαλίου*. Mein. p. 386 scriptum fuisse suspicatur *ἐνυάλιον*. Sed aliud fortasse vocabulum latet in lectionibus var. codd. 23. 11. *ἐνυαλοῖο*, codd. M. 18. *ἐνυαλίοιο*, cod. w. *ἐνυλλοῖο*, cod. 9. *ἐνϊαλοῖο*. Nam singulare, ne dicam mirum, est quod *ἰωχμός* (Iliad. VIII, 89. VIII, 158) vocatur *ταμεσίχρως*. *Ταμεσίχροα* Homerus appellavit *χαλκόν* (Iliad. XXIII, 803 et IV, 511) vel *ἐγχείην* (Iliad. XIII, 340). *Ἰωχμός* aptius a Quinto Smyrnaeo vocatur *οὐλόμενος* III, 215, ubi item est versus exitus spond. (*ἄλλοι δ' οὐλομένοιο δαήμονες ἰωχμοῖο*), vel *ὀλοός*, VII, 111 (— *ὀλοοῦ τε δαήμονος ἰωχμοῖο*). Praeterea hoc quoque habet aliquid offensionis, quod dicitur *ἕρκος ἰωχμοῖο*, quamquam id defendas similitudine Homerica, Iliad. I, 284 *ἕρκος πολέμοιο κακοῖο*. Naturae rerum convenientius est, quod legimus Iliad. IV, 137: *μίτρης θ' ἣν ἐφόρειν ἔρυμα χροός, ἕρκος ἀκόντων.* At vero in codice D. et in ed. Iunt. exstat *ὄφρά μοι εἴη*, in marg. cod. c. et in ed. Call. *ὄφρα μοι εἴη* (*ταμεήχροος ὄφρα μοι εἴη* Call.). Vocabulum *ἰωχμοῖο* princeps Brunckius posuit. Quae quum ita sint vereor ne lacuna codicis antiquissimi ab aliis expleta sit verbis *ὄφρα μοι εἴη*, ab aliis verbo *ἰωχμοῖο*, latius autem serpserit malum et forte Homeri illud *ἔρυμα χροός* antiquitus pro *ταμεσίχροος* fuerit, e. gr. *ἕρκος Ἐνυαλίου* (Iliad. l. l. *ἕρκος πολέμοιο*), *ἔρυμα χροὸς οὐ διάθραυστον*. Nam multa ornamenta dicendi poeta ab Homero mutuatus est. At haec tam obscura quaestio est ut vere scripserit Cobet. *Mnem.* X, 1 p. 359: „i nunc et haec sine libris restitue."

280. *οὗτος*] Absolutum esse carmen his verbis poeta indicavit. Cf. arg. id. XXIV p. 149. Statius Achilleidos librum secundum his verbis (v. 452) finivit: *hactenus* annorum, comites, elementa meorum et memini et meminisse iuvat.

281. *κήδεα*] Edd. Iunt. Call. al. habent *πήματα* (*nocumenta*, Div.). Sed ad lectionem *κήδεα*, quam veram Brunckius primus vidit esse, consensus incitat codicum Ahr. et Ziegl. II. omnium.

XXVI.

ARGUMENTUM.

Hoc hymno Theocritus *Pentheum*, Echionis et Agaues filium, regem Thebarum, sacrorum Bacchicorum contemptorem a matre huiusque sororibus furore Bacchico correptis dilaniatum praebere docet grave exemplum ut sancte venerere deorum numina omnibusque modis studeas pietati.

Quamquam in codice Ambrosiano c. post ultimum huius carminis vocabulum (*ὀνόσαιτο*) virgula locata dimidiaque pars paginae, quasi desint quaedam, vacua relicta est, tamen carmen (exceptis quibusdam versibus corruptis) absolutum esse nunc existimo. Quo magis credas, exitum eius cum carmine Catulli LXIII. compara. In reliquis subsidiis nullum est indicium, ex quo librarios vel grammaticos deesse finem coniicias esse arbitratos. Sententiam meam, qua hoc carmen *de poet. buc.* p. 25 *ἀποσπασμάτιον* quoddam esse maioris operis putabam, Baehrius censor meus aequissimus sane (*annal. Heidelberg.* 1845 p. 299) ingeniosam nominavit: verum hodie eam reiicio: nam dies diem docuit.

Theocrito carmen eripere studuerunt Eichstadtius *adumbr. quaest. de Theocr. carm. indole* p. 45, Dahlius p. 384, Reinholdus *de genuin. Theocr. carm.* p. 58. Verum hos viros declamationibus, non argumentis pugnantes revicit Wissowa *Theocr. Theocr.* p. 32, habendaque fides editionibus Iunt. et Call., ubi primum hoc carmen in lucem editum et Theocriti nomen adscriptum est, id quod abest a duobus codicibus, in quibus carmen legitur, Ambrosiano c. et Parisino D. Huc accedit testimonium Eustathii, de quo vide adn. ad v. 1.

Theocritum, qui in aliis quoque carminibus antiquorum poetarum vestigia legit, imprimis *Bacchas* fabulam Euripideam ob oculos habuisse ex adnotationibus nostris facile intelliges. De fabula eadem compara Oppian. Cyneg. IV, 289. Hygin. f. 184. Nonn. Dion. XLVI, 158. Philostr. imagg. I, 18 p. 394 Kayser. Cfr. etiam O. Iahn. *Pentheus und die Maenaden* (Kiel. 1841).

Imitatio quaedam carminis manifesta habetur apud Catullum, de quo vide v. 7. Ovidium imitatorem non sine veri specie dixeris collatis adnotationibus ad v. 5. 20. 12. De Tibullo equidem non dubito: vide v. 36. De Vergilio ambigo: vide v. 8. Horatium versum 29 expressisse nego: vide adn. ad v. 27—29.

Graeca leguntur etiam p. 194 *anthol.* Fr. Iacobsii (vide arg. id. XI).

ΚϚ.

ΛΗΝΑΙ Η ΒΑΚΧΑΙ.

Ἰνὼ καὐτονόα χἀ μαλοπάραυος Ἀγαύα
τρεῖς θιάσως ἐς ὄρος τρεῖς ἄγαγον αὐταὶ ἐοῖσαι.
χαἰ μὲν ἀμερξάμεναι λασίας δρυὸς ἄγρια φύλλα
κισσόν τε ζώοντα καὶ ἀσφόδελον τὸν ὑπὲρ γᾶς

1. *μαλοπάραυος*] Cf. id. VII, 117 et adn. ad id. XIV, 38. Vocabulum *μαλοπάραυος* praesto videmus in ambobus codicibus (c. D.), qui hoc carmen nobis servaverunt, et in editionibus huius carminis principibus, Iunt. et Call. (Abr. Ziegl. II.), defenditurque id. XXX, 6. Cedit igitur huic, quod traditum est, coniectura Boiss. I. II. *μαλοπάρῃος* a Ziegl. I. Ameis. Mein. III. Pal. probata. Quod habet Eustath. ad Iliad. VII, 463 p. 691, 52 (*παρὰ Θεοκρίτῳ μαλοπάρηος ἢ ἁπαλοπάρηος*), Camerarius edidit (idem Mein. I. II. al.), Mor. vero *μαλλοπάρηος* coll. Vins. p. 285 („si legas *μαλοπάρηος* vertes *genis colore pomorum*, sin *μαλλοπάρηος*, *teneris seu mollibus genis*"). Hesychii glossam *μαλλοπάραυος*, *λευκοπάρειος*, Schmidtius emendavit *μαλοπάραυος*. Cf. et Iliad. I, 143 al.

2. *τρεῖς θιάσως*] Eur. Bacch. 680 *ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν.* — Demosth. de cor. p. 313, 24 § 260 *τοὺς θιάσους ἄγων διὰ τῶν ὁδῶν.* — *ἐς ὄρος*] Cf. v. 26. Theocr. IV, 56. „*In Cithaeronem* an Parnassum? [Haud dubie *in Cithaeronem*: vide v. 25 coll. Strab. IX, 2 p. 409.] Eur. Bacch. 103 (115) *Βρόμιος εὖτ' ἂν ἄγῃ θιάσους εἰς ὄρος, εἰς ὄρος.* Ibid. 148 (164): *σύνοχα φοιτάσιν εἰς ὄρος εἰς ὄρος.* Rem in *Cithaerone* gestam fingit Euripides Bacch. 62 sqq., in *Parnasso* Aeschylus Eumenid. 25 [cf. Weil. ad h. l.]." Wordsworth.

3. *χαἰ μὲν*] Vide adn. ad id. VII, 90. — *λασίας*] Cf. adn. ad id. XXV, 134.

4. *κισσόν*] Eur. Bacch. 80 *ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων κισσῷ τε στεφανωθεὶς Διόνυσον θεραπεύει.* Ibid. 1054 *αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θύρσον ἐκλελοιπότα κισσῷ κομήτην αὖθις ἐξανέστεφον.* — *ζώοντα*] „vivacem". Cf. Orell. ad Hor. Od. I, 36, 16. Nihilo secius Pal. coni. *κισσὸν ἀεὶ ζώοντα* vel *κισσόν θ' ἑρπύζοντα.* — *τὸν ὑπὲρ γᾶς*] „Videtur poeta aspho-

ἐν καθαρῷ λειμῶνι κάμον δυοκαίδεκα βωμώς,
τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ.
ἱερὰ δ' ἐκ κίστας ποπανεύματα χερσὶν ἑλοῖσαι

delum, quo Bacchae utebantur [cf. adn. ad id. VII, 68] *in terris natum* dixisse, quod inferorum quoque loca asphodelo abundarent. Cf. Odyss. XI, 573. XXIV, 13." Wuestem. Similiter autem atque hic (*ὑπὲρ γᾶς*) factum est vocabulum monosyllabum versum finiens anteit iambus id. XI, 68 (*ὑπέρ μευ*). I, 113. VIII, 15. VIII, 55. VIII, 65. XI, 22. XI, 23. II, 114. XV, 15. III, 32. XI, 74. XIV, 21. XV, 23. XVIII, 12. XVII, 66. XXII, 153. XXIV, 18. XXV, 38. XVII, 130. Odyss. XIX, 439. Verg. Aen. VII, 592 al.: spondeus id. XXII, 100. XXV, 87. Duo vocabula monosyllaba hos versus claudunt: id. I, 2. XV, 66. V, 29. VII, 13. VIII, 59. IX, 7. XI, 28. XII, 9. XIII, 67. XXII, 89. XXII, 169. XXII, 171. XXV, 223. Odyss. XV, 393. Verg. Ecl. VII, 35 al. Fritzsch. ad *Theocr. pharm.* p. XXV. Choriambum sequitur tale vocabulum monosyllabum id. XI, 70. X, 36. XI, 51. XI, 70. XIII, 25. XIII, 57. XIII, 62. XV, 71. XVII, 84. XVII, 86. XVIII, 16. XXII, 30. XXIV, 91. XXV, 16. XXV, 125. XXVI, 32. Iliad. I, 44. Odyss. XV, 473. Verg. Georg. I, 181 al. Anapaestus praemittitur id. XV, 36. XXV, 201. XV, 29. (XI, 9. VIII, 63. X, 24 — XIII, 18 — III, 28. X, 44 — XXII, 112. XXV, 138. XVIII, 47). Iliad. XVI, 63. Hor. Sat. I, 2, 131 al. Koechl. *prolegg.* Quint. Sm. p. XLVIII. Koehn. *quaestt. de hymnis* Hom. p. 7. Kirchner. Hor. Sat. I. p. LXXI.

5. *βωμώς*] Verg. Aen. XII, 119 „aras gramineas". Ovid. Met. VII, 240 „statuitque (Hecate) aras e cespite binas, dexteriore Hecates, ast laeva parte Iuventae". Quae postrema verba comparationem habent v. 6: *τὼς τρεῖς — τὼς ἐννέα.*

7. *ἐκ κίστας*] Imitatio est Catulli, LXIV, 259: pars obscura cavis celebrabant orgia *cistis*, orgia, quae frustra cupiunt audire profani (*τὰ δ' οὐχ ὁρέοντι βέβηλοι*, v. 14). Cf. Cornel. Mueller. *spicil. animadv. in Catulli epithal.* (Hamb. 1836) p. 32. Sen. Herc. Oet. 595 non Cadmeis orgia ferre tecum solitae condita *cistis*. — *ποπανεύματα*] Scriptura est codicum et edd. Iunt. Call. (Ahr. Mein. I. II. Wordsw. Pal. al.) *πεπονaμένα*. „Mihi, ut et aliis, *πεπονaμένα* vitiosum videtur. Interpretantur quidem *simulacra affabre facta* [vel *manu facta*, Pal.]. Sed haec mysteria elaborata fuisse nusquam legimus, potius informia fuisse satis constat. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. I, 22. De orgiis bacchantium fuse disseruerunt Turneb. advers. XXI, *d'Orville* ad Chariton. p. 264, interpp. ad Catull. LXIV, 260. ad Hor. Od. I, 18, 12. Stat. Theb. II, 662. Ipsae bacchantes *κιστοφόροι* a re nuncupabantur. [Cf. Demosth. de cor. p. 313, 28 § 260. Dissen. Tibull. II p. 161.] Sed neque haec mysteria *aris imposita* sunt sacrificiorum instar. Quare aliquid in *πεπονaμένα* adhuc latet. In ultimis verborum syllabis librarios saepe hallucinari supra monui ad XIII, 73 [p. 16 editionis nostrae]. Iam vero finales syllabae — *μενα* et — *ματα* crebro confunduntur, quippe quae compendiis *μνα* et et *μτα* describantur. Exemplorum affatim dabit Bastius in *comm. palaeogr.* p. 819. Denique *aris liba* imponebantur a sacrificantibus, et Bacchi aris imprimis. Ovid. Fast. III, 733: „nomine ab auctoris ducunt libamina nomen libaque, quod

εὐφάμως κατέθεντο νεοδρέπτων ἐπὶ βωμῶν,
ὡς ἐδίδασχ', ὡς αὐτὸς ἐθυμάρει Διόνυσος.
Πενθεὺς δ' ἀλιβάτω πέτρας ἄπο πάντ' ἐθεώρει,
σχῖνον ἐς ἀρχαίαν καταδύς, ἐπιχώριον ἔρνος.
Αὐτονόα πράτα νιν ἀνέκραγε δεινὸν ἰδοῖσα,
σὺν δ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια Βάκχω,
ἐξαπίνας ἐπιοῖσα, τὰ δ' οὐχ ὁρέοντι βέβηλοι.
μαίνετο μέν θ' αὕτα, μαίνοντο δ' ἄρ' εὐθὺ καὶ ἄλλαι.

sacris pars datur inde focis. Liba deo fiunt, sucis quia dulcibus idem gaudet et a Baccho mella reperta ferunt.'' Verg. Georg. II, 394: ,,Baccho dicemus honorem carminibus patriis lancesque et *liba* feramus.'' Quare pro *ΠΕΠΟΝΑΜΕΝΑ* rescribe *ΠΟΠΑΝΕΥΜΑΤΑ* h. e. liba. [Probavit hanc coniecturam Hermannus, *annal. Vind.* 1848 p. 224 recepitque Mein. III.] Philipp. in Anth. Pal. VI, 231, 3 *σοὶ γὰρ ὑπὲρ σχιδάκων λαγαρὸν ποπάνευμα πρόκειται.* Haec dona Bacchae Theocriteae v. 8 *κατέθεντο ἐπὶ βωμῶν*: idem fit apud Arist. Plut. 660: *ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ θυλήματα καθωσιώθη.* Haec etiam Bacchae *ἐκ κίστας ἑλοῖσαι* offerunt. Cf. Arist. Thesm. 284: *ὦ Θρᾷττα τὴν κίστην κατάθου κᾆτ' ἔξελε τὰ πόπανα.*'' Wordsworth.

8. *νεοδρέπτων*] Cf. v. 3. Verg. Aen. III, 24 sqq. viridemque ab humo (= *ὑπὲρ γᾶς*, v. 4?) convellere silvam conatus ramis tegerem ut frondentibus aras. Inutiles coniecturae Meinekii (*νεοπρέπτων*) et Hartungii (*νεοστέπτων*).

11. *σχῖνον κτλ.*] pistacia lentiscus tantae est altitudinis qua occultari facile homo possit. Eur. Bacch. 1048 *πρῶτον μὲν οὖν*, inquit nuntius, *ποιηρὸν ἵζομεν νάπος, τά τ' ἐκ ποδῶν σιγηλὰ καὶ γλώσσης ἄπο σώζοντες, ὡς ὁρῷμεν οὐχ ὁρώμενοι.*

12. *πράτα*] Eur. Bacch. 1114 *πρώτη δὲ μήτηρ ἦρξεν ἱερία φόνου καὶ προσπίτνει νιν.* Ovid. Met. III, 710 hic oculis illum cernentem sacra profanis *prima videt*, prima est insano concita motu, prima suum misso violavit Penthea thyrso *mater*: ,,*io* geminae'' clamavit ,,adeste sorores!'' — De asyndeto cf. id. XXII, 85. Non opus est mutatione. Hermann. quidem apud Mein. p. 387 scribendum putavit *πράτα δ' Αὐτονόα.*

13. *σὺν δ' ἐτάραξε*] *concitavit* (non *conturbavit*, Kiessl. al. propter Iliad. VIII, 86). Vide adn. ad id. XXII, 90.

14. *τὰ δ' οὐχ ὁρ. β.*] Eur. Bacch. 471 *τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;* — *ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.* Hor. Od. I, 18, 13. Verg. Aen. VI, 258 procul procul este, profani. Ad quae verba Serv. p. 370: de Callimacho *ἑκὰς ἔστε βέβηλοι* (cf. Callim. in Apoll. 2 *ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός.* Theocr. III, 51). — Libri omnes *τὰ δ'* —, Mein. III. *τάτ'* — finxit. Tu cf. adn. ad id. VII, 59.

15. *μαίνετο*] Verg. Aen. VII, 392 *Furiis accensas* pectore matres idem omnes simul ardor agit. — *μέν θ' αὕτα*] Ita Ziegl. II. cum cod. D. (cod. c. et ed. Call., ubi *μὲν θ' αὕτα*, quod mansit in edd. Camer. Bas. I. Salam. Farr.). Mein. I. II. III. *μέν τ' αὐτά*, quod est in edd. Iunt. Steph. Heins. Wintert. Inn. Brunck. Valck. Ziegl. I. Pal. al. — Xyl. e coni. *μὲν δ' αὕτα* edidit. Herm. in *eph. stud. antiq.* 1840 nr. 119 p. 974 corrigi voluit *μὲν καὐτά*, ,,quia *μέν τε* communibus sententiis et comparationibus proprium sit, ut quo ad incertum factum respiciatur.'' In ,,sententiis

Πενθεὺς μὲν φεῦγεν πεφοβημένος, αἱ δ' ἐδίωκον,
πέπλως ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι.
Πενθεὺς μὲν τόδ' ἔειπε· „τίνος κέχρησθε γυναῖκες;"
Αὐτονόα „τόδ'" ἔειπε „τάχα γνώσῃ πρὶν ἀκοῦσαι."

communibus" poni *μέν τε* docuit Nitzschius ad Odyss. I, 215—220 p. 39, in „comparationibus" Homerum particulas *μέν τε* consociare amare demonstravit Spitznerus *excurs.* VIII. ad Iliad. vol. I. sect. II. p. XXII sqq., cuius tamen confusa p. XXIII. oratio est. At et in illis „*communibus sententiis*", qualis est exempli gr. Odyss. V, 447 (*αἰδοῖος μέν τ' ἐστὶ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν ἀνδρῶν ὅστις ἵκηται ἀλώμενος*) et in illis „*comparationibus*" (rectius dixeris in eiusmodi similitudinibus, quas Homerus longius prosequitur et in quibus deinceps momenta maxime memorabilia singillatim ad verum effingit), e. gr. Iliad. XXIII, 519 (*τοῦ μέν τε ψαύουσιν ἐπισσώτρου τρίχες ἄκραι οὐραῖαι*) vel Iliad. XI, 476 (*τὸν μέν τ' ἤλυξε πόδεσσιν φεύγων κτλ.*) et ibid. v. 481 vel Theocr. XXV, 92 (cf. Ziegl. II. p. 135), et vero etiam in hoc nostro versu atque in his versibus, qui sunt eiusdem generis, scilicet ubi *res nova eaque mira nec exspectata* ad haec, quae modo dicta sunt, a narratore additur, *in his*, inquam, *locis omnibus* particula utraque suam habet vim propriam, quam Latine vereque vel saneque vertas licet coll. Sall. Iug. C, 5. XLII, 2. VII, 5 (*et sane*, *ac sane*). Videlicet per particulam *τε* rebus superioribus res ea copulatur, quae est iam narranda (cf. Hermann. *opusc.* III p. 152), dum per particulam *μὲν*, quae originis suae a voce *μὴν* ductae manifestam in hac causa vim servavit, veritas confirmatur facti et asseveratur. Testimonio sunt haec exempla: Odyss. XII, 62 *τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται κτλ.* Odyss. XII, 93 *μέσση μέν τε κατὰ σπείους κοίλοιο δέδυκεν κτλ.* Cum his confer e. gr. Iliad. XIII, 47 et Iliad. IV, 341. Ceterum Ahrensius id, quod in ed. I. e coniectura scripserat, *μὰν αὖτα*, in ed. II. reiecit seseque ad codicis D. auctoritatem applicavit.

16. *αἱ δ' ἐδίωκον*] Cf. adn. ad id. VII, 145.

17. *πέπλως*] Cf. adn. id. VII, 17 p. 208. — *ἐπ'*] Ita cod. c. et edd. Iunt. Call. — Ahr. e cod. D. *ἐς* edidit. — *ἰγνύαν ἐρύσασαι*] Emendatione usus sum Briggsii (p. 297) a Mein. III. et Ziegl. I. II. recepta. Ahr. II. accedens ad codicem D. (*ἰγνυῖαν ἐρύσαισαι*) scripsit *ἰγνύαν ἐρύσαισαι*. In cod. c. est *ἰγνυῖαν ἐρύσασαι*, in ed. Iunt. *ἰγνύ' ἀειρήσασαι*, in ed. Call. *ἰγνύ' ἀνειρύσασαι*. Calliergis lectio repetita est a Camer. Bas. I. Brub. I. Steph. Valck. Mein. I. al. — Mein. II. scripserat *ἰγνύ' ἀνειρύσσασαι*, Ahr. I. *ἰγνυᾶν ἐρύσασαι*. Hecker. *de anth.* (1852) p. 181 comparat Anth. Pal. XII, 176, 2, ubi ipse corrigit *ἐπ' ἰγνύης λῶπος ἐνελκόμενος*.

18. *τόδ'*] Cf. id. VI, 20.

19. „*τόδ'*" *ἔειπε κτλ.*] Hoc est e cod. D. et ed. Iunt. (erravit enim Ahr. p. 159) mutata tantum distinctione (nam in Iunt. habetur *Αὐτονόα τόδ' ἔειπε· τάχα*). Codex c. dat *τὸ δ' ἐεί*, ed. Call. *τάδ' ἔειπε*. Cum ed. Iunt. faciunt Steph. Heins. Wintert. Inn. al. E Brunckii coniectura Mein. I. II. III. Ahr. I. Ziegl. I. Pal. al. *δὲ τόδ' εἶπε* „*τάχα κτλ.* scripserunt. Quo pacto verba distinguenda essent Ahr. II. vidit, cuius iudicium Ziegl. II. sequitur. Magna enim acerbitas inest in pronomine *τόδε* propter v. 18 repetito, sed in hac sententiam po-

μάτηρ μὲν κεφαλὰν μυκήσατο παιδὸς ἑλοῖσα,
ὅσσον περ τοκάδος τελέθει μύκημα λεαίνας·
Ἰνὼ δ' ἐξέρρηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον
λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα, καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ωὑτός·
αἱ δ' ἄλλαι τὰ περισσὰ κρεανομέοντο γυναῖκες.
ἐς Θήβας δ' ἀφίκοντο πεφυρμέναι αἵματι πᾶσαι,
ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι.
οὐκ ἀλέγω μηδ' ἄλλον ἀπεχθόμενον Διονύσῳ

sito: viden'? *iam hoc*, quod nobis volumus, praeest, est exitium tuum.

20. *μάτηρ*] Eur. Bacch. 1092 *μάτηρ Ἀγαύη κτλ.* — Hor. Sat. II, 3, 303. quid? *caput* abscissum manibus quum portat Agaue *gnati infelicis*, sibi num furiosa videtur. Cf. Eur. Bacch. 1238. Ovid. Met. III, 727 avulsumque caput digitis complexa cruentis clamat: io, comites, opus haec victoria nostrum est. Ahr. e coniectura edidit *χἀ μὲν τὰν κεφαλὰν* —. Sed haec mutatio non probatur lectione var. codicum c. et D., ubi *μάτηρ* (D. *μήτηρ*) *μὲν τὰν κεφαλὰν*. Mein. al. id quod ex edd. Iunt. Call. fluxit, *μάτηρ μὲν κεφαλὰν* —, ediderunt.

22. *ὦμον*] Secundum Eur. Bacch. 1127 sqq. Agaue *ἀπεσπάραξεν ὦμον, Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο ῥηγνῦσα σάρκας.*

23. *λὰξ κτλ.*] Iliad. VI, 65 *λὰξ ἐν στήθεσι βάς.* — *Αὐτονόας ῥυθμὸς ωὑτός*] Idem dicit, quod Eur. Bacch. 1230 his verbis expressit: *Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς ἐπεῖχε Βακχῶν.* De crasi voc. *ωὑτός* vide adn. ad id. XI, 34 (*ὡὑτός* ed. Iunt., *ὠυτός* cod. c. et ed. Call.). Praeterea scripsi *Αὐτονόας* (Mein. Ahr. cum codd. c. D. et ed. Call.) pro *Αὐτονόᾳ* (Pal. cum ed. Iunt. al.).

24. *κρεανομέοντο*] Ita Mein. II. III. Ahr. Pal. — Codd. et edd. Iunt. Mein. I. al. *κρέα νομέοντο.* Correxit Lobeck. ad Phryn. p. 590.

25. *πεφυρμέναι κτλ.*] Recordare versus exitum Odyss. IX, 397: — *πεφυρμένον αἵματι πολλῷ.*

26. *πένθημα — Πενθῆα*] Chaerem. apud Aristot. Rhet. II, 23 p. 1400, b, 24: *Πενθεὺς ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.* Nonn. Dion. V, 553 *τίκτεν Ἀγαύη γηγενέος θρασὺν υἷα θεημάχον· ἀρτιφάτου δὲ πένθεος ἱσταμένοιο φερώνυμος ἔπλετο Πενθεύς.* Eur. Bacch. 367 *Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις τοῖς σοῖσι, Κάδμε.* Similiter Aesch. Ag. 686: — *τὰν Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις* —. Odyss. XXIV, 465—466 *Εὐπείθει πείθοντο.* Odyss. XVIII, 73 *Ἶρος Ἄιρος.* Cic. pro Rosc. Am. 43 venio nunc ad illud nomen *aureum Chrysogoni.* Vide etiam id. V, 128.

27—29. *οὐκ ἀλέγω*] Recte ita codd. et edd. prr. Reiicio nunc quam in editionem priorem receperam (*οὐκ ἂν ἐγὼ* —) Reiskii coniecturam. — *μηδ' ἄλλον* — *μογήσαι*] Sic, Kreussleri II. p. 18 et Ahrensii (*μογήσαι*) coniecturis adhibitis, scripsi versus, quos conclamatos Mein. Ziegl. al. vocant. In codd. et edd. Iunt. Call. haec habentur: *μηδ' ἄλλος ἀπεχθέμεναι* (*ἀπεχθόμεναι* codd. D. c.) *Διονύσῳ φροντίζοι, μηδ'* (*μήδ'* cod. c.) *εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν* (*ἐμόγησε* codd. D. c.). Haec Mein. III. iteravit *ἀπεχθόμεναι* codd. D. c. retinens. Ahr. hoc pacto versum conformavit: *μηδ' ἄλλος ἀπεχθομένω Διωνύσῳ φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδε*

φροντίζοιμ' εἰ καὶ χαλεπώτερα τῶνδε μογήσαι,
εἴη δ' ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι.
αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι καὶ εὐαγέεσσιν ἅδοιμι.

μογήσαι. — μογήσαι, εἴη δ' ἐνναέτης] *si is vel duriora patiatur sit autem novennis vel decimum annum intraverit.* Assentior Mablino aliisque poetam de industria hic mysticis verborum involucris usum esse existimantibus. Sanus enim versus 29 est, si interrogas usum linguae Graecae. Cf. Odyss. XIV, 240—241 atque Theocr. XV, 129 et quae ibi adnotavimus. Libri nihil variant v. 29. praeter cod. c., ubi ἐπιβαῖνοι (D. δεκάτῳ?). Ut nos, ita v. 29 scribit Mein., sed idem p. 387 iudicat esse versum singulari quodam casu Theocriteis ex alio carmine illatum neque ullo modo violentis mutationibus in ordinem redigendum. Ahr. e coni. scripsit εἴη δ' ἐκγενέτης ἢ καὶ λέκτρω ἐπιβαίνοι. Hartung. e coni. μηδ' εἴη μοι ἔτης, μὴ 'μᾶς ἀκάτω δ' ἐπιβαίνοι. Nimirum Hermannus Bergkii (*eph. stud. antiq.* 1838 p. 32) coniectura assumpta *de art. poes. buc.* p. 15 haec ,,lusit" (ut dicit Mein. p. 387): οὐκ ἂν ἔγωγ', οὐκ ἄν ποτ' ἀπεχθοίμην Διονύσῳ, μηδέ μοι, εἴ τις καὶ μετριώτερα τῶνδ' ἐμάτησεν, εἴη συνναέτης ἢ ὁμᾶς ἀκάτω ἐπιβαίνοι. Extrema sic scribenda Bergkius putavit propter Hor. Od. III, 2, 26: vetabo, qui Cereris sacrum vulgarit arcanum, sub isdem sit trabibus fragilemve mecum solvat phaselon. At Horatius ob oculos habuisse videtur Callim. Cerer. 117: Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὃς τοι ἀπεχθής, εἴη μηδ' ὁμότοιχος. Cf. Soph. Ant. 374. Kreusslerus l. l. emendationem a nobis receptam vindicat collato versu Aristoph. Eqq. 783 (Mein.) οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως, verba autem sic interpretatur: *„nihil haec quantumvis dira ita curo ut misericordia quadam commotus improbem divinam Bacchi vindictam: neu curem, qui invidiam huius dei contraxit, si is vel duriora illis patiatur et non sit minor natu quam novem aut decem annorum.* Nam ea aetate constitutus si quis iam despexerit dei maiestatem, is dignus est qui poenam det acerrimam." Sed tamen neque haec ratio mihi satisfacit neque illa Henr. Vossii, *not.* 49: ,,*etiamsi casu, non consulto, Bacchi sacra viderit.*"

28. χαλεπώτερα] Plat. Crit. p. 49, B εἴτε δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν —.

30. εὐαγέοιμι — ἅδοιμι] For me, the works of righteousness I love, And may I grateful to the righteous prove! For this is pleasing to almighty Jove. Fawk. May I my life to holy courses give, Dear to the holy who reproachless live! This omen, sent from aegis-bearing Jove, Shows what he hates, and what his thoughts approve. Chapm. Gravitas sententiae hac re, quod utrumque hemistichium casus habet in exitu eosdem, haud secus augetur atque Iliad. II, 484 et XVI, 112: ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι 'Ολύμπια δώματ' ἔχουσαι. Odyss. I, 40. Eiusdem sunt generis versus Theocritei vel graves vel suaves id. I, 96. VII, 15. VII, 62. VII, 134. XVII, 29. XVIII, 7. XXII, 163. XXIV, 14. XXV, 10. (XX, 13). (Verg. Aen. XII, 373. Ovid. Met. XIII, 550 al.). Cum his compara id. I, 64. VII, 49 et adn. ad id. III, 31 p. 130. Theocr. epigr. IX, 4. XIII, 2. 6. XIV, 4. XXII, 2. XXV, 4 et adn. ad id. VIII, 1. (Verg. Aen. VII, 461). Cfr. etiam Doerr. p. 45 libri *der Reim bei d. Griechen*. Ameis. *app.* ad Iliad. II, 484. Hoelemann p. 51 libri *Krone des hohen Liedes*. Schillerus noster

ἐκ Διὸς αἰγιόχω τιμὰν ἔχει αἰετὸς οὗτος.
εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώια, δυσσεβέων δ' οὔ.
χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα κάτθετο λύσας·
χαίροι δ' εὐειδὴς Σεμέλα καὶ ἀδελφεαὶ αὐτᾶς

(Tell. II, 2) mediis iambis liberius fluentibus hos versus inseruit: So schwör' ich droben bei den ew'gen *Sternen*, Dass ich mich nimmer will vom Recht *entfernen*.

31. ἐκ] Libenter Theocritus hanc praepositionem cum deorum nominibus copulavit ut originem unde res vel factum flueret indicaret. Cf. id. VII, 44. II, 30. VII, 55. VII, 129. Aeschyl. Prom. 759 (ἐκ Διὸς πάσχω κακῶς). Ibid. 667. Meng. *praepos. Aesch.* p. 41 sqq. Plat. Tim. p. 47, B (οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν). Cognata sunt illa id. VII, 102 (ἐκ παιδός), XXIX, 22 coll. Plat. Rep. V p. 463, D: αὗταί σοι ἢ ἄλλαι φῆμαι ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν ὑμνήσουσιν εὐθύς. Tac. Ann. I, 29 adiiciendos *ex* duce metus. Vide etiam id. VII, 6 (ἐκ ποδός) et id. II, 10 (ἐκ θυέων). Arist. Met. Z, 7, 1032, a, 16: αἱ δὲ γενέσεις αἱ μὲν φυσικαὶ — αὗταί εἰσιν, ὧν ἡ γένεσις ἐκ φύσεώς ἐστι. Eth. Eud. II, 5 p. 42 ed. meae: ψέγεται γὰρ καὶ ἐπαινεῖται οὐ διὰ τῆς ἐξ ἀνάγκης ἢ τύχης ἢ φύσεως. Similia collegit Eucken. *de serm. Aristot.* p. 12.

31. αἰετὸς] Audacius Theocritus verbum (cf. id. XVII, 72) transtulit quam Homerus, Iliad. XII, 243: εἷς οἰωνὸς αριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. „Hoc namque *augurium* supremo est ex Iove verum, cuncta piis meliora dari, peiora profanis" Eob. Hess.

32. εὐσεβέων κτλ.] Vide adn. ad id. XXV, 125. — τὰ λώια] *meliora*, non *bona* (Vins. Dahl. al.). Nam quamquam formam gradus positivi habet vocabulum λώιος, significationem tamen habet gradus comparativi, id quod intelligitur e versu Theogn. 853, ubi πολὺ additur: ἤδεα μὲν καὶ πρόσθεν, ἀτὰρ πολὺ λώια δὴ νῦν —. Theogn. 800 ἀλλ' ὃς λώιος (melior ceteris), ὃς μὴ πλεόνεσσι μέλοι. Theogn. 96: ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷα, φρονῇ δ' ἕτερα. Ceterum hic versus optimus Theocriteorum versuum nominatus est a Germaniae praeceptore Philippo Melanthone.

33. Δρακάνῳ] Dracanum promontorium est Icariae insulae (Strab. XIV, 1 p. 639), ubi Bacchus in lucem editus esse a quibusdam dicebatur. Cf. Diod. S. III, 66 (Hom. hymn. XXXVI, 1 sqq.): οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ, φάσ', οἱ δ' ἐν Νάξῳ, δῖον γένος, εἰραφιῶτα, οἱ δέ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι κυσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διὶ τερπικεραύνῳ. Vide adn. ad v. 34. Nonn. Dion. IX, 16: καί μιν ἔσω Δρακάνοιο λεχώιον ἀμφὶ κολώνην πήχει κολπωθέντι λαβὼν Μαιήιος Ἑρμῆς ἠερόθεν πεπότητο κτλ.

34. Ζεὺς] Nonn. Dion. IX, 1 Ζεὺς δὲ πατὴρ Σεμέλης φλογερῶν νωμήτορα κόλπων ἡμιτελῆ λοχίοιο διαθρώσκοντα κεραυνοῦ δεξάμενος Διόνυσον ἐπέρραφεν ἄρσενι μηρῷ κτλ. Eur. Bacch. 94 λοχίοις δ' αὐτίκα νιν δέξατο θαλάμοις Κρονίδας Ζεύς, κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας χρυσέαισι συνερείδει περόναις κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας. ἔτεκεν δὲ ταυρόκερων θεὸν κτλ.

35. ἀδελφεαὶ] Hanc formam proprie Ionicam non solum apud Herodotum (III, 53 al.), verum etiam apud Pindarum (Nem. VII, 4), Sophoclem (Oed. R. 160 al.), Quintum Sm. (XIII, 554) aliosque poetas legimus, non legimus apud Home-

Καδμεῖαι πολλαῖς μεμελημέναι ἡρωίναις,
αἳ τόδε ἔργον ἔρεξαν ὀρίναντος Διονύσω.
οὐκ ἐπιμωματόν. μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο.

rum, masculino quidem *ἀδελφεός* (Iliad. VII, 2 al.) utentem.

36. *Καδμεῖαι*] Cadmo prognatae. Cf. adn. ad id. XV, 110. Huschk. ad Tibull. III, 6, 24 (quales hic poenas qualis quantusque minetur *Cadmeae matris* — h. e. Agaues — praeda cruenta docet). — *πολλαῖς*] Cf. id. XXIV, 74: *πολλαὶ κτλ.* E coniecturis Ahr. II. *ποιναῖς*, Mein. III. et Ahr. I. *πολλοῖς*. — *μεμελημέναι*] Pind. Pyth. X, 59 *νέαισι παρθένοισι μέλημα.* Pind. parth. frgm. 72 (63) *ὦ Πάν, σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν.* Anth. Pal. VII, 199, 1 *ὄρνεον ὦ Χάρισιν μεμελημένον.* Nonn. Dion. XXXVII, 623 *Ἐρεχθεὺς Παλλάδι νικαίῃ μεμελημένος.* Oppian. Cyneg. I, 436 *εἰ δέ νύ τοι πινυτὴ σκυλακοτροφίη μεμέληται.* — *ἡρωίναις*] Cf. exitum versus 20 idyllii XIII. Mein. III. et Ahr. I. II. e coni. Graefii *epist. cr.* p. 111, cui etiam *πολλοῖς* debent, *ἡρωῖναι* ediderunt.

37—38. *αἳ τόδε ἔργον ἔρ.*] Odyss. XXIV, 458 *οἳ μέγα ἔργον ἔρεξαν ἀτασθαλίῃσι κακῇσιν.* Odyss. XI, 272 *ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀιδρείῃσι νόοιο.* — Hunc versum Ahr. Mein. al. cum proximo sic coniungunt: *αἳ τόδε ἔργον ἔρεξαν ὀρίναντος Διονύσου οὐκ ἐπιμωματόν. μηδεὶς κτλ.* At ita gravitas omnis perit versus ultimi. Nihil deesse carmini arg. p. 204 diximus.

*XXVII.

ARGUMENTUM.

Daphnis bubulcus cum puella capellas pascente colloquitur eamque variis lenociniis ad Venerem furtivam pellicit.

Falso adscribi hoc carmen in numerum Theocriteorum idylliorum ex his rebus intelligi debet. Primum *Daphnis*, is, cuius hic sermonem audimus, non est eius pectoris et ingenii, cuius eminentem effigiem Theocritus idylliis I. VII. VIII. consectatus est, non fortis ille bubulcus (id. I, 120), venator (id. I, 115 sq.), cantor (id. I, 128. VI, 5 sqq.), Musis Nymphisque amicus (id. I, 141), heros Siculorum vitae pastoriciae (id. VIII, 92. VII, 73), sed est persona vana nullis omnino — praeter libidinem — morum aut temporum aut locorum certorum notis distincta. Deinde ne patre quidem eodem utitur, quo Mercurio deo prognatus (vide adn. ad id. I, 77) Daphnis Theocriteus, sed satus est homine, cui — si quid video — *Lycidae* nomen (v. 41) auctor carminis indidit propter Theocriti septimum idyllium (vide adn. ad id. VII, 13). Atque ita statuo, quia etiam id nomen, quod puellae patri esse dicitur, *Menalcae* (v. 43), in Theocriti idyllio octavo cum ipso *Daphnide* sociatum est (vide adn. ad id. VIII, 2). Tum aliquid etiam tribuendum rei metricae, qua huius artifex carminis, qui v. 54 *μίτραν* trochaeum esse voluit (vide Meinekium p. 392), a Theocrito discrepat. Accedit ut insint quaedam in hoc carmine, quae scriptorem Theocriteorum carminum vel aemulum indicent vel certe probe memorem. Nam versus quartus ex idyllio tertio precario assumptus est. Praeterea vide adn. ad id. V, 14 et ad huius idyllii v. 67. 46. 61. 3. 5. (66. 30. 64). De Paphia vide adn. ad v. 15.

Vergilium versum primum expressisse Aen. VII, 363—364 non credo. Cf. Hor. Od. I, 15, 1. Etiam de versus 62 similitudine anceps coniectura est. Nonnum hoc carmen didicisse ex adn. ad v. 20. 48. 49. 62. 69 (7.) intelligitur. De Catullo vide v. 5.

Bioni carmen propter similitudinem versuum 1 et 67 adscribere dubito. Moschum esse auctorem putaverunt Heinsius, *lectt. Theocr.* p. 294, Longopetraeus, Heskinus, Schwebelius, Harlesius, Schierius, qui hunc dialogum in corpus Moscheorum operum receperunt. Et Theocrito et Moscho carmen abiudicavit Manso, *Bion. et Mosch.* 1807 p. 131. Poetae ἀδήλου

opus vocatur ab Hermanno, *Bion. et Mosch.* p. 36. Cfr. etiam Gering. *de Theocriti stylo* p. 30, Valckenar. *epist. ad Roever.* p. 29, Reinhold. *de genuinis Theocr. carm.* p. 67. Graphice de hoc carmine loquitur Bohtzius in Erschii et Gruberi *encycl.* sect. II vol. 30 p. 385.

Latinam interpretationem huius idyllii ab Hug. Grotio factam habemus in ed. Heins. p. 413 sqq. Alia est Bertholloni Polletii apud Didot. (1833) p. 491 sqq. Teutonicae sunt interpretationes Mansonis, *Bion. et Mosch.*, ed. 1784 p. 137 et (multis mutatis) ed. 1807 p. 133, F. C. L. Seckendorfii p. 82 libri *Blüthen griech. Dichter* (Weimar 1800), I. G. Sam. Schwabii l. de quo arg. id. VIII p. 260 diximus. Anglicis versibus expressum idyllium est in Drydenii l. *misc. poems*, Lond. 1716 tom. II p. 68. Gallica est translatio Chabanoni (1777 p. 90): de recentiore translatione (Dethou) infra erit dicendi locus. Aliorum, Andreae Chenieri et Brunii, translationes Gallicas Didot. p. 491 commemorat.

Graeca habentur et in editionibus *Bionis* et *Moschi* a Mansone paratis, ed. 1784 p. 136, ed. 1807 p. 132, et in hoc libro „*Entretien de Daphnis et d'une petite fille. Idylle traduite en vers français par* A. Dethou avec texte grec et traduction latine interlinéaire" (Marseille 1864). De Longopetraeo, Heskino cet. supra diximus. Edidit etiam Godofr. Hermannus l. l. p. 36, qui ibid. p. 89 sqq. et *opuscc.* V p. 113 sqq. de hoc carmine disseruit. Cfr. etiam Ahrens. *emendatt. Th.* p. 32 sqq. Haupt. *ind. lectt. univ. Berol. hiem.* 1865 p. 16 et *Mus. Rhen.* IV. (1846) p. 272. De versu nono dixit Haendler. in Iahnii et Seebodii *horreo phil.* (Archiv) II (1833) p. 216 sq., de versu quadragesimo nono Moebius in Guentheri et Wachsmuthii *Athenaeo* I, III p. 82. De primis versibus et de v. 13. 22. 31. egit Kreusslerus *obss.* II p. 18 sqq. Nos pluribus in addendorum volumine de carmine spurio disputabimus.

* ΚΖ.

ΟΑΡΙΣΤΥΣ.

ΚΟΡΗ.

Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βουκόλος ἄλλος.

ΔΑΦΝΙΣ.

μᾶλλον ἑλοῖσ' Ἑλένα τὸν βουκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.

ΚΟΡΗ.

μὴ καυχῶ Σατυρίσκε· κενὸν τὸ φίλαμα λέγουσιν.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

ΚΟΡΗ.

τὸ στόμα μευ πλύνω καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.

ΔΑΦΝΙΣ.

πλύνεις χείλεα σεῖο; δίδου πάλιν ὄφρα φιλάσω.

ΚΟΡΗ.

καλόν σοι δαμάλας φιλέειν, οὐκ ἄζυγα κώραν.

1. *Τὰν Ἑλ. — βουκόλος*] Bion. II, 10 *ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ' ὁ βουκόλος*. Verg. Aen. VII, 363 at non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes!

3. *Σατύρισκε*] Et hic et v. 48 puella iuvenem libidinosum Satyriscum appellat, nescio an non immemor Theocr. IV, 62.

4. *ἔστι*] Versus est Theocriti, id. III, 20, proverbii instar adhibitus.

5. *τὸ στόμα μευ*] Cf. id. VIII, 82. — *πλύνω*] Catull. XCIX, 7 nam simul id factum est (suaviolum a me ereptum), multis diluta labella abstersti guttis omnibus articulis.

7. *ἄζυγα κώραν*] Nonn. Dion. I, 345 *εἴκελος ἠιθέῳ περιδέδρομεν ἄζυγα κούρην*. Sed cf. Eur. Hipp. 1425:

ΔΑΦΝΙΣ.
μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη.
ΚΟΡΗ.
ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.
ΔΑΦΝΙΣ.
δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους, ἵνα σοί τινα μῦθον ἐνίψω.
ΚΟΡΗ.
οὐκ ἐθέλω· καὶ πρίν με παρήπαφες ἁδέι μύθῳ.
ΔΑΦΝΙΣ.
δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας, ἵν' ἐμᾶς σύριγγος ἀκούσῃς.
ΚΟΡΗ.
τὴν σαυτοῦ φρένα τέρψον· ὀιζόεν οὐδὲν ἀρέσκει.
ΔΑΦΝΙΣ.
φεῦ φεῦ τᾶς Παφίας χόλον ἅζεο καὶ σύ γε κώρα.
ΚΟΡΗ.
χαιρέτω ἁ Παφία· μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.
ΔΑΦΝΙΣ.
μὴ λέγε, μὴ βάλλῃ σε καὶ ἐς λίνον ἄκλιτον ἔνθῃς.
ΚΟΡΗ.
βαλλέτω ὡς ἐθέλει· πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγει.
*ΔΑΦΝΙΣ.
*μὴ προβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω.
ΚΟΡΗ.
μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἴ γ' ἔτι —, χεῖλος ἀμύξω.
ΔΑΦΝΙΣ.
οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλη.
ΚΟΡΗ.
φεύγω, ναὶ τὸν Πᾶνα· σὺ δὲ ζυγὸν αἰνὸν ἀείρεις.

κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος κόμας κεροῦνταί σοι.

13. *τὴν σαυτοῦ κτλ.*] Hom. hymn. in Merc. 563 *σὴν αὐτοῦ φρένα τέρπε.* Mimnerm. frgm. 7 p. 410 Bergk. — *οἰζόεν*] *flebile*, a stirpe *οἴζω* (*οἶζος*). Cf. Kreussler II. p. 19.

14. *τᾶς Παφίας χόλον ἅζεο*] Mus. 156 *πείθεο καὶ σὺ φίλη, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς.*

15. *χαιρέτω ἁ Παφία*] Eur. Hipp. 113 *τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.* Venerem ter huius auctor carminis Paphiam vocat (14. 15. 55), Theocritus nunquam.

20. *ζυγὸν ἀείρεις*] Nonn. Dion. IV, 300 *οἶδεν ἀείρειν Κύπριδος ἁβρὰ λέπαδνα καὶ οὐ ζυγόδεσμον ἀρότρων, αὐχένα μοῦνον Ἔρωτι καὶ οὐ Δήμητρι τιταίνει.*

ΔΑΦΝΙΣ.

δειμαίνω μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δῷσι.

ΚΟΡΗ.

πολλοί μ' ἐμνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἄεξεν.

ΔΑΦΝΙΣ.

εἷς καὶ ἐγὼ πολλῶν μνηστὴρ τεὸς ἐνθάδ' ἱκάνω.

ΚΟΡΗ.

καὶ τί φίλος ῥέξαιμι; γάμοι πλήθουσιν ἀνίας.

ΔΑΦΝΙΣ.

οὐκ ὀδύνην, οὐκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείην.

ΚΟΡΗ.

ναὶ μάν φασι γυναῖκας ἑοὺς τρομέειν παρακοίτας.

ΔΑΦΝΙΣ.

μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρομέουσι γυναῖκες;

ΚΟΡΗ.

ὠδίνειν τρομέω· χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίης.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἀλλὰ τεὴ βασίλεια μογοστόκος Ἄρτεμίς ἐστιν.

ΚΟΡΗ.

ἀλλὰ τεκεῖν τρομέω, μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας.

ΚΟΡΗ.

καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γάμου ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;

ΔΑΦΝΙΣ.

πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νομὸν ἕξεις.

ΚΟΡΗ.

ὄμνυε μὴ μετὰ λέκτρα λιπὼν ἀέκουσαν ἀπενθεῖν.

ΔΑΦΝΙΣ.

οὐ μὰν οὐ τὸν Πᾶνα, καὶ ἢν ἐθέλῃς με διῶξαι.

ΚΟΡΗ.

τεύχεις μοι θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;

24. *καὶ τί φ. ῥέξ.*] Iliad. XIX, 90 *ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι;*

28. *βέλος Ειλ.*] Cf. Iliad. XI, 269—270.

30. *χρόα καλὸν*] Cf. adn. id. VI, 14.

35. *οὐ μὰν κτλ.*] Verba sunt eadem id. V, 14. Cf. Ziegler. II. p. 148.

ΔΑΦΝΙΣ.

τεύχω σοι θαλάμους· τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω.

ΚΟΡΗ.

πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα μάν, τίνα μῦθον ἐνίψω;

ΔΑΦΝΙΣ.

αἰνήσει σέο λέκτρον, ἐπὴν ἐμὸν οὔνομ' ἀκούσῃ.

ΚΟΡΗ.

οὔνομα σὸν λέγε τῆνο· καὶ οὔνομα πολλάκι τέρπει.

ΔΑΦΝΙΣ.

Δάφνις ἐγώ, Λυκίδας τε πατήρ, μήτηρ δὲ Νομαίη.

ΚΟΡΗ.

ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.

ΔΑΦΝΙΣ.

οἶδ', ἄκρα τιμίη ἐσσί, πατὴρ δέ τοί ἐστι Μενάλκας.

ΚΟΡΗ.

δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος, ὅπῃ σέθεν ἵσταται αὖλις.

ΔΑΦΝΙΣ.

δεῦρ', ἴδε πῶς ἀνθεῦσιν ἐμαὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.

ΚΟΡΗ.

αἶγες ἐμαί, βόσκεσθε· τὰ βουκόλω ἔργα νοήσω.

ΔΑΦΝΙΣ.

ταῦροι, καλὰ νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω.

ΚΟΡΗ.

τί ῥέζεις Σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἅψαο μαζῶν;

ΔΑΦΝΙΣ.

μᾶλα τεὰ πράτιστα τάδε χνοάοντα μαλάξω.

37. *πώεα καλὰ*] Cf. Odyss. XII, 129.

41. *Λυκίδας τε π.*] Vide arg. p. 213. Versus initium fortasse fluxit e recordatione Theocr. I, 120: *Δάφνις ἐγὼν —.*

42. *οὐ σέθεν κτλ.*] Iliad. I, 114 *ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων.*

43. *Μενάλκας*] Vide arg. p. 213.

45. *δεῦρ', ἴδε κτλ.*] Nonn. Dion. XLII, 301 *ἠνίδε πῶς ὑάκινθος ἐπιτρέχει γείτονι μύρτῳ.* — *ῥαδιναὶ κυπάρισσοι*] Eadem sunt verba id. XI, 45.

46. *αἶγες ἐμαὶ*] initium est Theocritei idyllii quinti. — *ἔργα νοήσω*] Long. IV, 13 p. 119 Sch. *ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις ἐπεσκόπει τὰ τοῦ Λάμωνος ἔργα.*

48. *μαζῶν*] Nonn. Dion. XLII, 68 sqq. *στήθει χεῖρα πέλασσε δυσίμερον, ἄκρα δὲ μίτρης* (v. 54) *ὡς ἀέκων ἔθλιψεν· ἐπιψαύουσα δὲ μαζῶν δεξιτερὴ νάρκησε* (v. 50) *γυναιμανέος Διονύσου.*

49. *μᾶλα κτλ.*] Nonn. Dion. I, 348

ΚΟΡΗ.

ναρκῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. τεὴν πάλιν ἔξελε χεῖρα.

ΔΑΦΝΙΣ.

θάρσει κῶρα φίλα. τί μοι ἔτρεμες; ὡς μάλα δειλά.

ΚΟΡΗ.

βάλλεις εἰς ἀμάραν με καὶ εἵματα καλὰ μιαίνεις.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἀλλ' ὑπὸ σοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἠνίδε βάλλω.

ΚΟΡΗ.

φεῦ φεῦ καὶ τὰν μίτραν ἀπέσχισας· ἐς τί δ' ἔλυσας;

ΔΑΦΝΙΣ.

τᾷ Παφίᾳ πράτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.

ΚΟΡΗ.

μίμνε τάλαν· τάχα τίς τοι ἐπέρχεται· ἦχον ἀκούω.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἀλλήλαις λαλέουσι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

ΚΟΡΗ.

τὠμπέχονον ποίησας ἐμὸν ῥάκος· εἰμὶ δὲ γυμνά.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἄλλην ἀμπεχόνην τῆς σῆς τοι μείζονα δώσω.

ΚΟΡΗ.

φῄς μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

ΔΑΦΝΙΣ.

αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.

ΚΟΡΗ.

Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα, σὴ ἐρημιὰς οὐκέτι πιστή.

οἰδαλέην ἔθλιψεν ἀκαμπέος ἄντυγα μαζοῦ. Nonn. Dion. XLII, 303 sqq. *δέξο δὲ γειοπόνον με τεῆς ὑποεργὸν ἀλωῆς. ὑμετέρης με κόμισσε φυτηκόμον Ἀφρογενείης, ὄφρα φυτὸν πήξαιμι φερέσβιον, ἡμερίδων δὲ ὄμφακα γινώσκω νεοθηλέα χερσὶν ἀφάσσων. οἶδα πόθεν ποτὲ μῆλα πεπαίνεται —. μισθὸν ἔχω δύο μῆλα, μιῆς ἕνα βότρυν ὀπώρης.* — *μαλάξω*] Cf. Aristaen. I, 16. Ovid. Am. I, 5, 20. Toupii coni. est *μαλάξω*. Subsidia dant *διδάξω*. Vide ADD.

60. *τάχα — δοίης*] Odyss. XVII, 455 *οὐ σύγ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης.* Ceterum *τάχα* h. l. non particulae *ἂν* vicem explet (Mein. p. 393), sed temporis nota est.

61. *ψυχὰν*] Fons est fortasse id. XI, 52. Cf. etiam id. XV, 37.

62. *Ἄρτεμι κτλ.*] Naekium, *opusc.* II p. 91, vere dixisse credo hinc esse sumpta verba Nonni Dionysiac. IV, 187: *Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα —.* — *σὴ ἐρημιὰς*] Verg. Aen. XI, 843 nec

ΔΑΦΝΙΣ.

ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι καὶ αὐτὰν βοῦν Ἀφροδίτᾳ.

ΚΟΡΗ.

παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἀλλὰ γυνὴ μήτηρ, τεκέων τροφός, οὐκέτι κώρα.
Ὣς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν
ἀλλήλοις ψιθύριζον. — ἄνυστο δὲ φώριος εὐνή.
χἠ μὲν ἀνεγρομένη σῖγ' ἔστιχε μᾶλα νομεύειν
ὄμμασιν αἰδομένοις, κραδίη δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη,
ὃς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας κεχαρημένος εὐνᾶς.

tibi *desertae* in dumis coluisse *Dianam* profuit.

64. *παρθένος*] Cf. id. II, 41. Lucian. dial. mer. 6 — *γυναῖκα γενέσθαι ἐκ παρθένου.*

66. *χλοεροῖσιν*] Cf. id. XIV, 70.

67. *ψιθύριζον*] Fons videtur id. II, 141. — *ἄνυστο δὲ*] Ita coni. Mein. p. 495. Codex c. habet *ἄνιστα*. Edd. Iunt. Call. *ἀνίσταιο*. Ahr. coni. *ἀνύετο*. Vide proecd. p. 243. — *φώριος εὐνή*] Bion. II, 6 *λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν*. Stat. Achill. II, 229 tacito iam cognita furto Deianira mihi. Mus. 237 *εὐνῆς τε κρυφίης τηλεσκόπον ἀγγελιώτην*. Verg. Aen. IV, 171.

69. *ὄμμασιν αἰδ.*] Nonn. Dion. VII, 264 *ἀθηήτοιο δὲ μούνου ὄμμασιν αἰδομένοισι παρήλυθεν ὄργια κόλπου*. Vide Mein. p. 393.

XXVIII.

ARGUMENTUM.

Miletum (v. 21) ad *Niciam* amicum (v. 7) vela facturus Theocritus panxit hoc carmen, quo alloquitur *colum* eburneam affabre factam et eleganter exornatam, quam dono destinat *Theugenidi* (v. 13), *Niciae* uxori, honestae et industriae matri familias (v. 12), ut habeat operi Minervae intenta *Theugenis*, quo memoriam hospitis perpetuo revocet utque conspecto hoc dono dicat aliquis (v. 24—25):

Non sane exigua est exiguo in munere gratia:
A caris animis quae veniunt, haec in honore sunt.

A Theocrito scriptum esse hoc carmen res ipsae, quae hic commemorantur et quibus veritatis notae inustae sunt, declarant. Theocriti nomen adscriptum est in editionibus principibus, Iunt. et Callierg. Non est adscriptum auctoris nomen in codicibus, qui hoc carmen habent, c. 6. D. 11. (in codd. c. et D. titulus est *ἀλακάτα. παιδικὰ αἰολικά*: vide arg. id. XXIX), at auctor argumenti Graeci in codicibus c. 6. servati diserte Theocritum nominat auctorem.

Tentavisse Theocritum hoc carmine imitari Erinnae carmen *ἠλακάταν* pro explorato habet Ameisius in Iahnii *annal.* XLV (1845) p. 198. Ego vero vehementer dubito, quia hoc carmen Aeolicis versibus conditum est, Erinnae vero carmen (Suid. s. v.) heroicis versibus conditum fuit (cf. Bergk. *poet. lyr.* p. 925) ac nihil ex paucis illius carminis fragmentis (Bergk. p. 926) quod cum Theocriteo carmine similitudinem habeat eruitur.

Dialectus et huius carminis et XXIX. XXX. est *Aeolica*, nec tamen pura illa Sapphus Alcaeique, sed affectata ab homine aetatis Alexandrinae, qui tamen fortasse vivas Aeolicas voces audiverat: certe Conzii titulus Lesbiacus nos docuit Alexandri magni tempore Aeolice locutos etiam esse Lesbios, ut etiam sexaginta annis post credibile sit viguisse Lesbi dialectum Aeolicam. Cf. Conz. *Lesb.* tab. XII. Saupp. *act. univ. et soc. litt. Gotting.* 1863 nr. 20 p. 359 sqq. Nam titulus Lesb. Conz. tab. VIII, 1 Cn. Pompeio dedicatus imitari videtur dialectum veterem.

Metrum et huius carminis et carminis XXX. est Alcaicum (Trich. p. 49 al.) vel Sapphicum *ἑκκαιδεκασύλλαβον* (Hephaest. p. 59 al.), quod nunc plerumque Asclepiadeum maius (Mar. Plot. VII, 17 p. 2656 P.) dicitur et quod hac forma est:

x̄̆ ⏓ ⏑́⏑⏑– ⏑́⏑⏑– ⏑́⏑⏑– ⏑–

Leges rhythmicas non tam severas Theocritus sibi scripsit quam Horatius, qui quidem ubicunque hoc metro usus est (Od. I, 11. I, 18. IV, 19) binas caesuras versus esse voluit — neque enim Od. I, 18, 16 ,,perlucidor'' exceptio putanda est —, neque fecit cum Catullo, qui in brevi illo odario XXX quinquies (v. 5. 6. 9. 10. 11) caesuram alteram utram neglexit. Idem ad exemplum Sapphonis (frg. 68 *φοιτάσεις πεδ᾽ ἀμαύρων νεκύων ἐκπεποταμένα*) et Alcaei (cfr. e. gr. frg. 39) Theocritus id. XXX v. 7. 9. 12. 17. (18?) 19. 24. 25. 26. 28. 32. 33 sibi permisit et in huius idyllii v. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 11. 12. 14. 15. 20. 21. 23. 25.

Quod attinet ad formam universam carminis, strophicas quasdam rationes neque hic neque in id. XXIX. XXX. esse nunc quidem iudico.

Permulta, quae in hoc carmine dubia erant, expedivit sagacitas Ahrensii, qui in libris de *dialecto Aeolica* et de *dialecto Dorica* scriptis passim de eo disputavit, alia autem in *ephem. stud. antiq.* 1839 nr. 25 p. 197 sq. pertractavit et carmen purgatum non solum in utraque editione, sed de *dial. Aeol.* p. 274 sqq. exhibuit. De eodem carmine quaedam scripserunt Hermann. *opusc.* V p. 115, Ameisius in *ephem. stud. antiq.* 1841 nr. 33 p. 270 sq.

Graeca exstant etiam apud Bergkium *anth. lyr. Gr.* ed. II p. 505, apud Ahrensium *dial. Aeol.* l. l. et p. 5 libelli Lindemanniani, de quo infra dicetur.

Latinis enim versibus hoc carmen expressit Frider. Lindemannus p. 5 huius libelli. *Memoriam Casp. Seligmanni a. d. XXI. m. Nov.* 1850 *in gymnasio Zittaviensi instauraturus — invitat Frider. Lindemannus. Additum est carmen Theocriti XXVIII. colus inscriptum. Ex offic. Seyferti.* 4. Gratum me facturum existimo hominibus doctis, si versus illos apposuero. Sunt autem hi.

Munus caeruleae lanificum Palladis, o cole,
Matronis, quibus est cura domus insita pectori,
Tu iam fido animo nos sequere ad splendida Nelei
Moenia, horrifera qua Veneris templum in arundine.
Illuc namque precor propitios navibus ab Iove
Ventos, hospitis ut cara mei lumina Niciae
Laeter conspiciens atque ab eo dulce vicissim amer,
Qui sacer Charitum surculus est suave loquentium,
Teque ut possim, opera non sine multa ex ebore editam,
Uxoris manibus dona probae tradere Niciae.
Quacum multa viris conficies tegmina corporis,
Multa quaeque ferant tenvia velamina virgines.
Bis tondenda forent namque ovium mollia vellera
Anni per spatium Theugenidem propter amabilem.
Tanta est sedulitas tamque adamat, quae deceant bonas.
Languentes etenim desidia noluerim in domos
Te committere nostris genitam de regionibus.
Nam tibi patria est, quam ex Ephyra condidit Archias,
Urbs medulla viris Trinacriae fortibus insulae.
At nunc sacra coles tecta viri, qui didicit graves
Morbos terrigenis utilibus pellere potubus,

Mileti peramoena inhabitans moenia Ionica,
Ut beata colu Theugenis exstet popularibus,
Atque illi memorem vatis amici exhibeas notam.
Tum te respiciens dixerit: ah, plurima gratia
Parvi muneris est: ab sociis omnia cara sunt.

Itala est haec interpretatio: „*l'Idillio di Teocrito la Conocchia*". Raccoglitore di Bertolotti. Milano 1822 vol. XI. fasc. CXXI. Exstitit etiam interpretatio quaedam huius carminis Gallicis versibus a Longopetraeo — ut videtur — concepta neque tamen typis exscripta, qua est usus Gallorum rex Ludovicus XIV, qui hoc carmen *specimen* (Cic. Tusc. I, 14, 32) xeniorum singulare („*un modèle en ce genre*") esse iudicavit, margini libri adnotationes sua manu multas, fronti autem haec adscripsit: „*On remettra ce livre à MM. Despréaux et Racine, qui voudront bien m'en rendre compte.*" Cfr. Didot. p. 495—496.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον σύγκειται εἰς ἠλακάτην ἐλεφαντίνην, ἣν πλέων εἰς Μίλητον ὁ Θεόκριτος πρὸς Νικίαν τὸν ἰατρὸν δῶρον ἐκόμιζε τῇ τούτου γυναικὶ Θευγένιδι. γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτῳ παρὰ[1]) *τὸ Σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον τὸ ῥοδοπάχεες*[2]) *ἁγναὶ Χάριτες δεῦτε Διὸς κόραι. ὁ δὲ λόγος πρὸς τὴν ἠλακάτην. καὶ ἔστι τὸ ἑξῆς* (v. 1—2) *γλαυκᾶς*[3]) *Ἀθάνας* [sic] *ἠλακάτη φιλέριθε, τουτέστι φίλεργε, ταῖς γυναιξίν.* Codd. c. 6.

1) In codicibus teste Ahrensio II. p. 28 est *περὶ*. *Παρὰ* scripsit adnotator Vimariensis (Reisk. p. 323). Bergkius in *progr. Hal.* (vide arg. id. XXX.) p. IV ita scribi quasi sit in codice c. *παρὰ*.

2) Codices habent *ῥοδοπαχέες*, adnotator Vimariensis *ῥοδοπήχεες*. Correxerunt *βροδοπάχεες* Schneidewinus et Bergkius poet. Gr. lyr. p. 898.

3) Ahrensius l. l. e codicibus affert *γλαυκᾶς*, Bergkius l. l. *γλαύκας*, quasi scriptum in codice c.

KH.

ΗΛΑΚΑΤΗ.

Γλαύκας ὦ φιλέριθ᾽ ἀλακάτα δῶρον Ἀθανάας

De inscriptione carminis vide arg. p. 221 de metro ibid. p. 221—222.

25. σὺν] Produci auxilio arseos hoc vocabulum ante me senserunt ii viri docti, qui σὺν (vel ξὺν) ediderunt, Brunck. Ahr. I. II. Hartung. Ziegl. I. II. Mein. III. (Ahr. *dial. Aeol.* p. 275. Mein. I. II., qui ξὺν maluerunt). Praeter Homericum συνεχές (Odyss. IX, 74 δύο τ' ἤματα συνεχὲς αἰεί), in cuius syllabam primam productam nego vim exercuisse recordationem formarum σχεῖν cet. (id quod Ameisius *app.* ad Odyss. l. l. p. 29 statuit), auctoritatis exemplum gravissimum habeo versum Sapph. frgm. 100 p. 910 Bergk.: μελίχροος δ' ἐπ' ἱμέρτῳ κέχυται προσώπῳ, ubi Ahrensius quoque, *dial. Aeol.* p. 266 μελίχροος reliquit intactum, Bergkius sane μελλίχροος edidit. Vide etiam adn. ad v. 14. 13. 4. id. XXIX, 36. 25. 26. Quod edidi (σὺν), defendit consensus codicum (codd. 6. c. D. σὺν ὀλίγῳ, cod. 11. συνολίγω). In edd. Iunt. Call. est ξὺν (Iunt. δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ, Call. δώρω ξὺν ὀλίγω). Illud ξὺν defenderat Ahrens. *dial. Aeol.* p. 49. Bergkius e coni. scripsit σύχν'. Idem

δώρῳ σὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τίματα τὰ πὰρ φίλω.“

p. LX. cavere lectorem iubet ne *σύν τ' ὀλίγῳ* coniiciat, id quod fecerat Gaisfordius (ille quidem *ξύν τ'*). Hermannus, *opusc.* V p. 116, scribi iussit *ξύν γ'*. Obtemperavit ei Lindemannus. Briggsio p. 319 in mentem venerat *δώρω νῦν ὀλίγω*. — *ὀλίγῳ*] Briggs. al. non satis commode comparaverunt Odyss. VI, 208: *δόσις τ' ὀλίγη τε φίλη τε.* — *τίματα*] Ita codd. c. D. (Ziegl. II. p. 153, tacite consentiente Studemundio vel Bergkio p. LX. Aliter Ahr. p. 161). Codex 6. habet *τίμα*^{τα}, codex 11. *τίμ*^{α}*τὰ παρὰ*. — Iam Wartono, tom. II p. 306, placuerat hoc vocabulum, quod ille quidem *sic* scripsit *τιματα*. Ediderunt *τίματα* Ahr. I. II. Ziegl. II. Mein. III. In edd. Iunt. Call. est *τιμᾶντα*, repetitum illud a Mein. I. II. Ziegl. I. al. Ahrensius *dial. Aeol.* p. 275 scripserat *τιματὰ*, quod excudendum Ameis. curavit. — *φίλω*] Hoc e codd. 6. 11. cum Ziegl. I. Ameis. Mein. III. revocavi, probatum etiam Wartono l. l. Quod reliqui codices et edd. Iunt. Call. praebent, *φίλων*, Mein. I. II. Ziegl. II. Ahrens. al. praetulerunt. Est vero loco communi accommodatior numerus singularis. Cum sententia contende Ovid. Amor. II, 15, 1: annule, formosae digitum vincture puellae, *in quo censendum nil nisi dantis amor*, *munus eas gratum.* Te laeta mente receptum protinus articulis induat illa suis. Extrema sic vertit Fawk.: ,,Admiring thee each maid will call: The favour great, the present small. [For love the smallest gift commends.]. All things are valued by our friends.''

XXIX.

ARGUMENTUM.

Puerum formosum poeta hortatur ut surdus sit ad aliorum cultorum blanditias sibique soli affixus ac deditus. Nam ita eum effecturum esse ut et famae consulat et Cupidine secundo ac propitio utatur et etiam aetate provectior habeat amicum certum vereque ,,Achilleum'' (v. 34).

Π α ι δ ι κ ά, ,,*deliciae*'' (Verg. Ecl. II, 2) huic carmini apte inscriptum est in edd. I u n t. C a l l. ut significaretur puer amatus, quem poeta ita alloquitur ut colum suam idyllio XXVIII. Cf. e. gr. Plat. Phil. p. 53, D: *παιδικά που καλὰ καὶ ἀγαθὰ τεθεωρήκαμεν ἅμα καὶ ἐραστὰς ἀνδρείους αὐτῶν.* Plat. Rep. III p. 403, B: *οὐ προσοιστέον ἄρα αὕτη ἡ ἡδονή, οὐδὲ κοινωνητέον αὐτῆς ἐραστῇ τε καὶ παιδικοῖς ὀρθῶς ἐρῶσί τε καὶ ἐρωμένοις;* Plat. Prot. p. 315, E: *ἔδοξα ἀκοῦσαι ὄνομα αὐτῷ εἶναι Ἀγαθῶνα, καὶ οὐκ ἂν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν.* Inscriptionem eandem servavit auctor hypotheseos Graecae (vide p. 242), quam in codice k. legimus. Item in codicibus c. 6. initium est hypotheseos: *παιδικὰ αἰολικά.* Schol. Tzetzae, de quo vide adn. ad v. 7., his verbis, laudans hoc carmen, utitur: *στίχοι Θεοκρίτου παιδικοὶ καὶ Αἰολικοί.* Sed fuisse videntur veteres grammatici, qui nomine *παιδικά lusus* significari falso existimantes hanc inscriptionem ad carmina Theocriti melica XXVIII. XXIX. XXX. in universum referrent et hac de causa etiam idyllii XXVIII facerent titulum *παιδικά.* Nam in codicibus c. D. inscriptio est idyllii XXVIII. *ἀλακάτα. παιδικὰ αἰολικά**).

T h e o c r i t u m auctorem huius idyllii nominat inscriptio editionis C a l l i e r g. Abest nomen auctoris in editione I u n t. et in titulis codicum (vide Z i e g l. II. p. 154.

---

*) Aliter sentit B e r g k i u s p. XVI. *progr. Hal.* 1865—66 (vide arg. id. XXX), cuius haec verba sunt. ,,Inscriptionem *παιδικὰ αἰολικά* non tantum ad carmen XXIX. spectare credo, sed simul ad tertium carmen, quod edidi [h. e. id. XXX.] et fortasse ad alia similis argumenti, quae interciderunt, pertinet: *nam singulare carmen potius παιδικὸν Αἰολικόν dicendum fuit, quemadmodum ἐρωτικόν (ἐρωτικὸν ᾠδάριον) alia id genus. Quamquam sane is, qui alterum poematium pariterque tertium hoc carmen* [scil. id. XXX] *pluraliter παιδικά inscripsit illud discrimen neglexisse censendus est, quemadmodum etiam in Anacreonteis ἐπιθαλάμια singulare carmen inscribi solet adversante sermonis Graeci proprietate.*'' . Cf. et Athen. XIII, p. 601, A.

Ahrens. p. 162). Sed Theocritum vere scripsisse hoc carmen docet nos testis locupletissimus schol. ad Platonis Symp. p. 217, E, qui ad verba philosophi „τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μέν, τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής“ haec adscripsit: *ἐπὶ τῶν ἐν μέθῃ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων. ἔστι δὲ ᾄσματος Ἀλκαίου ἀρχή· „οἶνος ὦ φίλε παῖ καὶ ἀλήθεια“* [legendum *ἀλάθεα*] *καὶ Θεόκριτος.. ὁμοία δὲ ταύτης καὶ αὕτη „τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐπὶ τῇ γλώσσῃ τοῦ μεθύοντος.“* Ad hoc testimonium accedit testimonium schol. Tzetzae, quod adn. ad v. 7 exscribemus.

Prima huius poematii verba ex Alcaeo, cuius vestigia pressisse Theocritum et argumentum amatorium et dialectus Aeolica et metrum ostendunt, petita esse ex scholio Platino, cuius modo mentionem fecimus, apparet. Hinc totum poema Alcaei esse, non Theocriti, suspicatus est iuvenis ingeniosissimus et doctissimus Philippus Wehnertus tristi fato ante diem litteris ereptus (cfr. Fr. Iacobs. ed. 1821 p. 245). Hanc Wehnerti coniecturam exornavit Frid. Thierschius eo libello, cuius hic titulus est: *Specimen edit. Plat. symposii. Inest et quaestio, qua Alcaeo carmen vindicatur, quod vulgo Theocriti putaverunt.* (Gotting. 1808, 4.). At sententiam Thierschii argumentis, quae Kiesslingius p. 743 sqq. enumerat, fultam vanissimis usus rationibus gravissimis et ad persuadendum accommodatissimis explosit Aug. Matthiae *prolusione de Theocriti carmine XXIX.* (Altenburg. 1815, 4. repet. in Matthiae *opuscc.* ed. Altenburg. 1842 p. 93 sqq.). Cfr. etiam Hermannus ad Vig. p. 923.

Theocritum hoc idyllium scripsisse eo facilius est ad credendum, quod Nicetas Eugenianus, qui multa Theocritea in usum suum convertit, hoc quoque carmen expilavit. Cf. adn. ad v. 12. 5. 9. Nonnum quoque imitatorem habemus. Vide v. 35. De Longo vide adn. ad v. 14: de Horatio v. 35, de Statio v. 37.

Numeri carminis sunt dactylici Aeolici. Veteres appellaverunt *μέτρον Σαπφικὸν πεντάμετρον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον* (vide arg. Gr. p. 242 coll. Hephaest. p. 42). Nam liber secundus Sapphus carminum ex distributione grammaticorum veterum complectebatur carmina ex huiusmodi versibus composita. Cfr. Bergk. *poet. lyr.* p. 874 et frgm. Sapph. 37 p. 889:

ψαύην δ᾽ οὐ δοκίμοιμ᾽ ὀράνω δύσι πάχεσιν.

Alcaei versus eiusdem generis habemus apud Aristoph. Vesp. 1234 Mein.:

ὤνθρωφ᾽, οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κράτος,
ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν. ἁ δ᾽ ἔχεται ῥοπᾶς.

Vide Bergk. *poet. lyr.* p. 938 frgm. 25. Mensura versuum haec est:

x
⏑̄ ⏑̄ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏓

Cf. etiam schol. Tzetzae in adn. ad v. 7. Strophicae neque huius carminis rationes sunt neque carminum XXVIII. et XXX. Versu nono post duodevigesimum versum audacter posito in strophas binorum versuum carmen violenter discerpsit Westphal. *metr. Gr.* tom. II p. 357 ed. II. 1868.

Praeter Thierschium l. l. hi viri docti de emendando hoc carmine disputaverunt: C. Friedlaender. *diss. phil. de id. Theocr.* XXIX. Hal. 1826. 4. Hermann. *opuscc.* V p. 116, Bergk. in *ephem. stud. antiq.* 1835 nr. 39 p. 316,

Ahrens. in eisdem *ephem.* 1839 nr. 25 p. 199, Ameis. in eisdem *ephem.* 1841 nr. 33 p. 272.

Graeca exstant etiam apud Ahrens. *dial. Aeol.* p. 276 et apud Bergk. *anth. lyr.* p. 506 ed. II.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Παιδικὰ Δωριστί, οἱ δὲ Αἰολιστί.

Γέγραπται τοῦτο εἰς παῖδα ἀποστρεφόμενον τὴν τοῦ φιλοῦντος φιλίαν· διὸ καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν πειρᾶται ὡς μὴ σπουδαίως πρὸς τὴν φιλίαν αὐτοῦ διακείμενον. τὸ δὲ μέτρον τοῦτο Σαπφικὸν πεντάμετρον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον. ἡ δὲ ὁμιλία ἐστὶ παρόσον εἰρῆσθαι γεγράφασιν „οἶνος καὶ ἀλήθεια" παρὰ τὴν παροιμίαν. Cod. k. Ziegl. p. 97 coll. Ahrens. II. p. 28 sq.

ΚΘ.

ΠΑΙΔΙΚΑ.

Οἶνος ὦ φίλε παῖ λέγεται καὶ ἀλάθεα·
κἄμμε χρὴ μεθύοντας ἀλἄθεας ἔμμεναι.
κἤγω μὲν τὰ φρένων ἐρέω κέατ' ἐν μύχῳ.

De inscriptione carminis vide arg. p. 240.

1. *Οἶνος κτλ.*] Alcaei dictum (vide arg. p. 241), quod in proverbium abierat, significari manifestum est verbo *λέγεται*. Cfr. etiam hypothesis, p. 242. Simile est dictum Alcaei, frgm. 53 p. 948 Bergk.: *οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον*. Athen. II, p. 37 E *Φιλόχορος δέ φησιν ὅτι οἱ πίνοντες οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσιν οἵ τινές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀνακαλύπτουσιν παρρησίαν ἄγοντες. ὅθεν „οἶνος καὶ ἀλήθεια" λέγεται καὶ „ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον"* (Theogn. 500). Similia sunt illa Hor. Epod. XI, 13: simul calentis inverecundus deus fervidiore mero arcana promorat loco. Hor. Sat. I, 4, 89: condita quum verax aperit praecordia Liber. Sen. de tranq. an. XV, 1, Hor. Od. I, 18 extr. Vide etiam Boiss. II p. 268. — *ἀλάθεα*] h. e. *ἀλήθεια*, *veritas* (Steph.). Falso Div. et Vins. *vera*. De hac forma cf. Ahr. *dial. Aeol.* p. 100, Hirzel. p. 11 et 34. Legitur *ἀλάθεα* in codd. k. B. D. et ed. Iunt. (Mein. Ahr. cet.). Edd. Call. Camer. Bas. I. Xyl. al. habent *ἀλαθέα*, codd. 6. 11. c. *ἀλάθεια*. Vide etiam id. XXVIII, 1 (*Ἀθανάας*).

2. *κἄμμε*] Hunc accusativum Aeolicum (Ahrens. *dial. Aeol.* p. 125) Mein. II. III. Ahr. Ziegl. Ameis. posuerunt e coni. Brunckii. In codd. et edd. Iunt. Call. (Valck. Mein. I. Bergk. al.) est *κἄμμες*. Briggs. p. 320 coni. *κ' ἄμμιας*, idem *cur. sec.* p. 290 Gaisf. *κἀμέας*. — *ἀλάθεας*] Vulg. *ἀλαθέας*. Codd. 6. 11. c. *ἀληθέας*. — *ἔμμεναι*] Heraclides apud Eustath. ad Odyss. I, 172 (*τίνες ἔμμεναι εὐχετόωνται*) p. 1407, 65: *Αἰολιστί φαμεν ἔμμεναι*. Cf. id. XXX, 17 et e. gr. inscr. apud Conz. *Lesb.* tab. XII, A, 23. 28. C, 27. 29. Corp. I. 2166, 41.

3. *κἤγω*] Ita correxit Ziegl. II. — *Κηγὼ* Ziegl. I. Mein. Ahr. cet. cum libris. — *φρένων κτλ.*] Vulg. *φρενῶν*. Cod. 11. habet *φρονῶν*. Post *ἐρέω* additur *δὲ* in codd. 6. 11. G. (*ἐρέω δὲ*). —

οὐκ ὅλας φιλέειν μ' ἐθέλησθ' ἀπὸ καρδίας.
γινώσκω· τὸ γὰρ ἄμισυ τᾶς ζοίας ἔχω
ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοῖπον ἀπώλετο.

κέατ'] Iliad. XI, 659. 826. XVI, 24 (ἄριστοὶ) ἐν νηυσὶν κέαται βεβλημένοι οὐτάμενοί τε. Codex 6. κεάτ offert. Ahr. p. 162 coni. ἐρέω λέχετ' —, Mein. p. 395 κηγὼ μὲν Fερέω, τὰ φρενῶν κέατ' ἐν μυχῷ, Thiersch. l. l. κηγὼ μὰν ἐρέω τὰ φρ. κτλ. Pro μυχῷ e coni. scripsi μύχῳ. Cum verborum collocatione cf. e. gr. Hor. Sat. II, 3, 211: Aiax, immeritos quum *occidit*, *desipit*, agnos. Theocr. VII, 51.

4. οὐκ ὅλας] h. e. οὐχ ὅλης —. Recepi emendationem Ameisii, *ephem. stud. antiq.* 1841 nr. 33 p. 271, οὐκ ὅλας, in quam etiam Ziegl. II., Mein. p. 395 et Bergkius inciderunt. Firmat eam cod.
οὐκ
c., ubi est ἀκόλας. Ineptum hoc ἀκόλας legitur etiam in cod. 6. Codex 11. habet κόλας relicto duarum litterarum spatio. In reliquis codicibus videtur esse οὐχ ὅλας, id quod comparet in edd. Iunt. Call. (Mein. Ahr. Ziegl. I. II. al.).— φιλέειν] Ziegl. II. e coni. φιλέην. Bergkius p. LXI. scribi με φίλην mavult. — ἐθέλησθ'] Cf. Sapph. frgm. 22 p. 885 et quae ibi adnotavit Bergk., qui in versu Sapphus φίλησθα edidit. Theocr. VI, 8 ποθόρησθα. Ἐθέλησθ' scripserunt Mein. I. II. Wuestem. Ziegl. I. II. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 276, Bergk. al. cum edd. Iunt. Call. codicibusque omnibus. Ahr. I. II. et Mein. III. ἐθέλεισθ' e coniectura Ahrensii *dial. Aeol.* p. 189. — ἀπὸ καρδίας] Eur. Iph. Aul. 475 ἦ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς. Ev. Matth. XVIII, 34. Theocr. XVII, 130. Vide etiam Nicet. Eug. adn. ad v. 5. Bergkius p. LXI. coni. ἀπὺ καρδίας.

5. γινώσκω] Absolute hoc verbum ponitur iuxta atque id. III, 28. Pind. Pyth. IV, 34. De asyndeto cf. Pind. Pyth. IX, 79 (Theocr. XI, 30), adn. ad id. VII, 99 p. 235. — τὸ γὰρ ἄμισυ κτλ.] Imitatur haec Nicet. Eug. V, 34: σοῦ μὴ φιλεῖν θέλοντος ἐκ ψυχῆς (vide v. 4 ἀπὸ καρδίας) μέσης, δοκῶ ποθεινῆς ἥμισυ ζωῆς ἔχειν. Callim. in Anth. Pal. XIII, 10 ἁ ναῦς, ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς ἅρπαξας —. Hor. Od. I, 3, 8 et serves *animae dimidium meae*. Cum Theocriteis verbis Arnold. *stud. Hor.* I p. 20 necessitudinem intercedere Hor. Od. II, 17, 5 nescio quo iure existimat: ah, te, meae si partem animae rapit maturior vis. — Pro τὸ codd. 6. 11. habent τὺ, cod. c. τὺ littera o superscripta. Bergk. p. LXI. coni. αἴμισυ. Tum ἄμισυ legitur in codd. 6. 11. k. c. B. D., ἥμισυ in edd. Iunt. Call. Steph. Heins. Wintert. Primus Brunckius ἄμισυ dedit, quem sequuntur Valck. Mein. Ahr. al. — ζοίας] h. e. ζωῆς. Cf. Sapph. 120 p. 914 Bergk.: — μνᾶμα κακοζοίας. Theocr. XXX, 7 ἐρωίᾳ. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 105. Defenditur ζοίας (Mein. Ahr. al.) editionibus Iunt. Call. Bergkius edidit hoc, quod est in codd. k. c. 6. 11. B. D., ζωΐας: At in cod. D. manus eadem superscripsit ζοΐας.

6. ζὰ] h. e. διὰ. Cf. e. gr. Sapph. frgm. 87 p. 905 Bergk.: ζὰ δ' ἐλεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ. Conz. *Lesb.* tab. IX, 1 ΖΟΝΝΥΞΩ (Διονύσω). Praepositio Aeolica ζὰ legitur in codd. k. c. 6. (cod. 11. ζατάν pro ζὰ τὰν) eamque vindicatam a Bergkio, *eph. stud. antiq.* 1835 nr. 39 p. 316, et ab Ahrensio, *ibid.* 1839 nr. 25 p. 199, receperunt Mein. II. III. Ahr. al. Edd. Iunt. Call. et codd. B. D. habent ζᾶ (idem edd. Bas. I. Brub.

χῶταν μὲν σὺ θέλης, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
ἀμέραν· ὄκα δ' οὐκ ἐθέλης τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.

I. al.), ex quo ζᾶ fecerunt Mor. Steph. Heins. (viril Div. al.), ζῇ Wintert. Valck. Mein. I. al. Brunckius e coni. Wartoni II p. 308 edidit ζᾶ τᾶς σᾶς ἰδέας. Hermann. *opusc.* V p. 116 coni. ζατέων σὰν ἰδέαν. — ἰδέαν] propter „*formam*" vel „*speciem*" vel „*faciem*" tuam, h. e. quum frui adspectu mihi licet tuo. (Verg. Aen. I, 496 *forma* pulcherrima Dido. Curt. VIII, 16, 23 virgo eximia corporis *specie*. Muetzell. ad Curt. VII, 38, 19. Ovid. Fast. IV, 223 *facie* spectabilis Attis.) Plat. Prot. p. 315, E τὴν ἰδέαν πάνυ καλός. Pind. Ol. XI, 100 τὸν εἶδον ἰδέᾳ τε καλὸν ὥρᾳ τε κεκραμένον. Theocr. XXX, 15. Mendum manifestum editionis Iunt. est ἰδέαν. In ed. Heins. ἰδίαν esse tradunt Ahr. p. 162. Ziegl. II. p. 154. At in his exemplis Heins. omnibus, quae ego vidi, ἰδέαν fuit revera positum, sed littera ε ex parte evanuit, ut, nisi acerrima acie intuearis, videatur esse ι. — Particulam δὲ omittunt codd. c. 6. 11. — λοῖπον] Vulg. λοιπὸν.

7. χῶταν] Ahr. p. 162 coni. χῶτα, h. e. καὶ ὅτε (Hirzel. *dial. Aeol.* p. 9. Ahr. *dial. Aeol.* p. 152—153), idque recepit Bergk. Sed tutius visum cum ipso Ahr. *dial. Aeol.* p. 276. 153 et edd. I. II. Mein. Ziegl. al. χῶταν scribere. Namque et in edd. Iunt. Call. exstat χ' ὤταν et idem manus secunda scripsit in cod. k., ubi manus prima κ' ὤιαν, in scriptura χῶταν consentientibus in universum codicibus 6. c. exceptis diversis voculationis notis, quas vides apud Ziegl. II. p. 154. In codice 11. est χῶτ' ανον. — σὺ] Ita edd. Iunt. Call. codd. B. D. k. c. 6. 11. (Ahr. Mein. III. al.). Cf. e. gr. Sapph. I, 27, ubi et Bergk. p. 878 et Ahrens. *dial. Aeol.* p. 257 σὺ servaverunt. E coni. τὺ scriptum fuit a Brunckio, Valck. Mein. I. II. al. — θέλης] Cf. adn. ad id. XXVIII, 21. Θέλης habet cod. D. et ed. Call. Recepi cum Ahr. II. In ed. Iunt. et cod. e. est θέλεις. Edd. Mor. Steph. Mein. Ahr. I. Ziegl. al. exhibent θέλῃς, id quod esse in codicibus reliquis e Ziegleri II. p. 154 silentio et ex nota Ahrensii p. 162 („θέλῃς Mor. *vulg.*") coniicias necesse est. Dolendum autem quod Bergkius p. LXI. nihil dixit de codice c., praesertim quum hic quoque vir doctus θέλης ediderit ac silentio illo effecerit ut in codice c. non θέλῃς, sed θέλης haberi existimes. — μακάρεσσιν ἴσαν] Vide adn. ad id. V, 57 p. 167. In Crameri *anecd. Oxon.* III p. 315 schol. Tzetzae haec habet: στίχοι Θεοκρίτου παιδικοὶ καὶ Αἰολικοὶ οὐχ ἕνα μόνον τῶν ἰαμβικῶν ποδῶν ἔχοντες, οὐδὲ μόνων ἐν τῇ ἀρχῇ ἀλλ' ὅπη τύχῃ· χ' ὤταν μὲν σὺ θέλῃς, μάκ' ἀρσῦνίτης ἄγω ἁμέρας· ὄκα δ' οὐ θέλεις τὺ, μάλ' ἐν σκότῳ. καὶ οὐ θέλεις, τὸ θε ... καὶ ἐν σκότῳ, τὸ σκο ... ἤτοι τροχαίους δύο ἔχει καὶ ἴαμβον, ὁ εἷς μόνος στίχος. Hinc Mein. p. 395 scriptum fuisse suspicatur μακάρεσσιν ἴσαις ἄγω ἀμέραις. Briggs. p. 320 coni. ἴσων („ago vitam eorum, qui diis similes sunt"). Praeterea pro ἴσαν legi in codice k. ἴσαν Ziegl. II. p. 154 testatur. — ἄγω] Cf. Aesch. Ag. 1592 κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν. Eur. Hec. 364 λυπρὰν ἄγουσαν ἡμέραν μ' ἀναγκάσει al. Variam lectionem ἔχω (γρ. ἔχω) in codice c. verbo ἄγω additam esse Ziegl. II. p. 154 memorat: profectam eam esse a manu *secunda* acies perspexit Studemundii (Bergk. p. LXI.).

8. ὄκα δ' οὐκ] De his verbis (Mein. II. III. Ahr. al.) inter edd. Iunt. Call. et codices (Ziegl. II. p. 154. Ahr. p. 162) controversia nulla est. Illatum a Mor.

πῶς ταῦτ᾽ ἄρμενα, τὸν φιλέοντ᾽ ἀνίαις δίδων;
ἀλλ᾽ εἴ μοί τι πίθοιο νέος προγενεστέρῳ,
τῷ κε λώιον αὖτος ἔχων ἔμ᾽ ἐπαινέσαις.

vitium ὄκκα δὲ οὐκ, repetitum a Steph. Heins. Valck. al., etiam in edd. Mein. I. al. ex parte (ὄκκα δ᾽ οὐκ) manserat. Bergk. e coni. Ahr. p. 162 ὅτα edidit. — ἐθέλῃς] Ita emendavit Bergk. id, quod est ἐθέλῃς in codd. c. k. B. D., in codd. 6. 11. vero et in edd. Iunt. Call. ἐθέλεις. Posterius Ahr. II. edidit, prius (ἐθέλῃς) Mein. Ahr. I. Ziegl. I. II. al. — Hermannus ad Vig. p. 923 reprehendit Thierschium, qui maluit ὄκα δ᾽ αὖτε θέλῃς τύ. Ahr. I. e coni. ὄκα δ᾽ αὖ κ᾽ ἐθέλῃς ediderat. — τύ] Quamquam superiore versu σύ legimus, hic tamen recte dici τύ existimo, sive illud propter sonum fortiorem est sive ad litterarum sibilarum concursionem evitandam sive ob utramque causam a poeta formae alteri praelatum. — Intactum fiducia subsidiorum τύ Mein. Ahr. al. liquerunt. — σκότῳ] Cod. B. a manu prima habet σκήτῳ (ed. Bas. I. mendose σκώτω). Ahrensio p. 162 poeta dedisse videtur ὕμαλὰν σκότῳ.

9. πῶς κτλ.] Haec mutuatus est Nic. Eug. V, 37: πῶς τοῦτο χρηστόν, τὴν φιλοῦσαν ἀλγύνειν; — ταῦτ᾽ ἄρμενα] Ita cod. c. Vide Bergk. p. LXI. et Ziegl. p. 154. Scripsit ταῦτ᾽ ἄρμενα Wintert., quem Valck. Mein. Ziegl. Bergk. Ahr. *dial. Aeol.* p. 276 al. sequuntur. Quod est in edd. Iunt. Call. et codd. k. B. D. ταῦθ᾽ ἄρμενα, id Ahr. I. II. edidit. — ἀνίαις δίδων] Cf. adn. ad id. VII, 124 p. 243. De infinitivi forma δίδων (Iliad. XXIV, 425 διδοῦναι) dixit Ahrens. *dial. Aeol.* p. 93. Vide etiam v. 26. XXX, 33. Bergk. p. LXI malit ὀνίαις. Pro ἀνίαις manus prima codicis c. scripsit tantum ἄνι, manus secunda correxit ἀνί^αις. Testantur Studemundius apud Bergk. p. LXI, Ziegl. II. p. 154. Praeterea legitur δίδων et in cod. D. („ubi ν in ras., sed *ead. man.*" Ahr. p. 162. — Nam manus eadem antea videtur scripsisse δίδως: vide infra) [et in cod. c. („ubi inductum est ν et σ superscriptum" — Ziegl. II. p. 154 —. Superscriptam esse litteram illam a manu secunda, δίδων scripsisse manum primam per Studemundium apud Bergk. p. LXI. cognovimus). Codex k. (Ziegl. II. l. l.) et codex B. habent δίδως, quod etiam manus prima codicis D. primo dedisse videtur. Iuntina offert διδῶν (Steph. Mein. Ahr. I. al.), ed. Call. διδῶ, quod manavit in edd. Camer. Bas. I. al. ante Steph. Primus Ahr. II. (Ziegl. II.) δίδων edidit. Divus sic vertit: *quomodo haec congrua amantem doloribus dant.* Boiss. I. II. in haec incidit: πῶς ταῦτ᾽ ἄρμενα; τὸν φιλέοντ᾽ ἀνίας δίδως! Ameisius de coniectura sua a Ziegl. I. repetita haec edidit: πῶς ταῦτ᾽ ἄρμενα; τὸν φιλέοντ᾽ ἀνίαις δίδοις; Reprehendit haec Mein. p. 396. Hunc versum intima necessitudine cum superioribus consociatum Westphal. *metr. Gr.* tom. II p. 357 ed. II. 1868 poni iubet post versum 18. Vide arg. p. 241.

10. ἀλλ᾽ εἴ κτλ.] Iliad. VII, 28 ἀλλ᾽ εἴ μοί τι πίθοιο, τό κεν πολὺ κέρδιον εἴη. Cum hemistichio Homerico Theocritus adsumpsit etiam formam particulae εἰ, pro qua αἰ Bergk. e coni. edidit. Codex D. et ed. Iunt. habent εἴ μοι τὶ (idem Steph.), ed. Call. εἴ μοι τί (idem Camer. al. — ed. Bas. I. εἴμι τι —), codex k. εἴ τί μοι (cf. Ziegl. II. p. 154), codex B. εἴτ᾽ ἐμοὶ (cf. Ahr. p. 162). — πίθοιο] Codd. k. c. B. πείθοιο.

11. τῷ] Cf. id. XVII, 38. XXV, 186. Suasu Hermanni τῷ κε scripsi cum Ziegl. I. II. Mein. III. Ahr. *dial. Aeol.* p. 276.

ποίησαι καλίαν μίαν εἰν ἔνι δενδρίῳ,
ὄππoι μηδὲν ἀπίξεται ἄγριον ὄρπετον.

Editio Iunt. offert *τῶκεν*, ed. Call. *τῶ καὶ*. Idem *τῶ καὶ* legitur in codice D. (Ahr. p. 162) et in codice k. (Ziegl. II. p. 154). Etiam codicem c. habere *τῶ καὶ* Zieglerus affirmat. A quo discrepans Bergkius p. LXI. narrat legi in hoc codice *τὸ καὶ*. Quod ut vere contendat Bergkius, hac tamen re errat, quod *in plerisque libris τὸ καὶ* inveniri addit. Nam nemo hoc tradidit. Divus vertit *huic et melius ipse habens me laudes.* Legit igitur id, quod ed. Mor. exhibuit, *τῷ καὶ* (edd. Steph. Heins. Wintert. Reisk. Valck. Mein. II. al.). Brunckius edidit *τῷ κεν*, quod Mein. I. al. repetiverunt. E coni. Ahr. I. II. *τῶ κε*, Bergk. *τότα* ediderunt. — *αὖτος*] Primam syllabam acuunt Ziegl. II. Bergk. Rectius scribitur *αὖτος* (Ahr. *Aeol.* p. 15). Cfr. l. varia — ceterum vitiosa — codicis c., ubi *αὔτως* est. Ahr. Mein. cet. cum reliquis libris *αὐτὸς*. — *ἐπαινέσαις*] Cod. c. *ἐπαινέσης* (superscr. αι). A manu prima esse *ἐπαινέσης*, a manu secunda *ἐπαινέσαις*, tradit Bergk. p. LXI., sed tantummodo superscriptum esse *αι* (cf. Ziegl.) addere debebat.

12. *ποίησαι*] Sententia haec est: *noli esse „desultor amoris“* (Ovid. Amor. I, 3, 15), sed unum amicum cole ac dilige, vel, ut commentatur schol. cod. k. apud Ziegl. schol. p. 97, *ἀντὶ τοῦ ἕνα βέβαιον κτῆσαι φίλον καὶ μὴ ἀπατῶντα.* Lectio *ποίησαι* (Ahr. Mein. Bergk. al.) debetur editionibus Iunt. Call., codici D. correcto (Ahr. p. 163) atque codici c., si credimus Bergkio p. LXI. dicenti ibi esse a manu prima *ποίησαι*, sed a manu secunda *ποίησον* (k. B. D. *pr.*). Nisi forte Bergkius erravit vereque Ziegl. II. p. 154 (qui tacet de manuum diversitate) hoc scripsit: „*ποιῆσαι* (superscr. ον) cod. c.“ — *καλίαν*] *nidum* (vel *domicilium*). Anacr. XXV, 3 *σὺ μὲν φίλη χελιδὸν ἐτησίη μολοῦσα θέρει πλέκεις καλιήν.* Poll. X, 160 sq. *καὶ καλιὰ δὲ καὶ καλιὸς ὁ τοιοῦτος οἰκίσκος. ἤδη δὲ καὶ τὸν πρὸς οἰκήσεις ἐπιτήδειον οὕτω λέγουσιν, ὡς ἐν Ἐλπίδι Ἐπιχάρμου εἴρηται· τὸν τοῦ* [*τῶ*] *γείτονος καλιόν.* Hor. Epist. I, 10, 6 tu *nidum* servas: ego laudo ruris amoeni rivos. Cum Ziegl. II. pro *καλιὰν* scripsi *καλίαν*. — *μίαν*] Cf. adn. ad id. VII, 125. Ceterum haec expressit Nic. Eug. V, 38 his versibus: *μίαν καλιὰν πῆξον εἰς ἕνα κλάδον* (v. 14), *οὗ μὴ προβαίνειν εὐχερῶς ἂν ἰσχύοι ἢ πτηνὸς ὄρνις ἢ προσερπύζων* (v. 14 *ὄρπετον*) *ὄφις*. — *εἰν*] Ahrens. *dial. Aeol.* p. 56 fuisse putavit *ἐνν*, sed *εἰν* edidit cum subsidiis. — *ἔνι*] Ita pro *ἐνὶ* monitu Ahrensii l. l. edidi. — *δενδρίῳ*] Hoc revocaverunt Ahr. *dial. Aeol.* p. 276. Ahr. I. II. Mein. III. Ziegl. Bergk. pro *δενδρέῳ*, quod e coni. Brunckii in edd. Valck. Mein. I. II. al. irrepsit. Cf. Ahr. *dial. Aeol.* p. 80. Theocr. XXIX, 24. Clare autem *δενδρίῳ* agnoscit cod. k. et Iunt., fulturaque huic lectioni accedit a codd. B. D. et ed. Call., ubi *δενδρίω*. Denique in codice c. (nam haec et proxima tantum a codicibus k. c. B. D. nobis servata sunt) „fuit“ *δενδρείω*, quod correctum est *δενδρίῳ*, ut Studemundius (Bergk. p. LXI.) accuratior Zieglero (II p. 154) observavit. Iuntinam edd. veteres (Camer. Bas. I. Steph. Heins. Inn. Reisk.) secutae sunt.

13. *ὄππoι*] *Ὄπποι* excussit Bergkius e mendo codicis c., in quo *ὄππο* (superscr. ηι) legitur (ut refert auctor Studemundius apud Bergk. l. l.: Ziegl. II. ibi esse dicit *ὄππη*). In codice D. a manu eadem superscriptum est *ὄππη*, quae ibi scripserat

νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχης κλάδον,

ὅπῃ. Praeterea ὅπῃ habent et codex k. et codex B. et lemma codicis k. apud Ziegl. schol. p. 97, ubi haec leguntur: ὅπῃ μηδέν, οἷον πρὸ χρόνου σοι ε . . . . ωσμένον [sic]. Editiones huius idyllii principes, Iunt. et Call., praebent ὅππη (Camer. Steph. al. ante Comm.). Quod exhibuit ed. Comm., ὅππῃ, id a Reisk. Inn. Ahr. II. receptum est. E coniectura Ahrens. *dial. Aeol.* p. 276. Ahr. I. Mein. III. ediderunt ὅποι, Wintert. Valck. Mein. I. al. ὅππᾳ, Mein. II. Ziegl. I. II. al. (de coniectura Hermanni) ὅπᾳ, Brunck. ὅππη. — ἀπίξεται] h. e. ἀφίξεται. Forma Aeolica (quamquam e. gr. in titulo *Lesbio* Conzii tab. XII, A, 14 *ΑΦΙΚΟΜΕΝΟΣ* et lin. 35—36 *ΑΦΙΚΟΜΕΝΩΝ* legimus) ἀπίξεται est in cod. c., cui adiuncta auctoritas edd. Iunt. Call. (Mein. Ahr. al.). Codices k. B. D. habent ἀφίξεται. — ἄγριον ὄρπετον] h. e. ἄγριον ἑρπετόν, *serpens* (id. XXIV, 56), ut cepit etiam Nicet. Eug. adn. ad v. 12. *Reptile* Div. Vins. al. vertunt. Esse hic rivales poetae intelligendos tanquam serpentes ad nidum ,,*adrepentes*'' (Hor. Sat. II, 5, 43) perspexit Pal. p. 154, qui contulit — id quod et alii fecere — Iliad. II, 308 sqq. Vocabulum ὄρπετον Aeolice pro ἑρπετόν dicitur, littera ε in ο mutata. Cf. Hirzel. *dial. Aeol.* p. 10. Choerobosc. in Crameri *anecd. Oxon.* II, p. 209, 32, ubi vidit Ahrens. (*dial. Aeol.* p. 99) ὀρράτω, quasi ἐρράτω, legendum esse pro οἴρατο (καὶ ἄλλως ὅτι οἱ Αἰολεῖς οἴρατο λέγουσιν). In Sapphus fragmento ab Athen. XV p. 674, E servato Ahrens. *dial. Aeol.* p. 267 corrigit ὄρπακας ἀνήτοιο συνόρραισ᾽ ἀπάλαισι χέρσιν (Bergk. frgm. 78 p. 902 συνέρραισ᾽). Nomen ὄρπετον usurpavit etiam Sappho, frgm. 40 p. 890 Bergk., ubi Cupido γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον appellatur. Sed doctius quam verius Ahr. *dial. Aeol.* p. 76 contendit ὄρπετον non dici Aeolice pro ἑρπετόν, sed pro ἅρπετον, eoque nomine notari ,,*avem rapacem*'', *milvum*. Verba Ahrensii haec sunt: ,,Vulgo ὄρπετον pro ἑρπετόν [ἕρπετον Ahr. propter codd. k. cet. ?] esse putatur, quod ipsum in plerisque Theocriti libris legitur: at in Sapphus certe loco Eros *ineptissime* ἑρπετόν [ἕρπετον Ahr.] vocaretur. Veriora docet Hesychii glossa ἁρπετὸν ἀκόμιστον ἢ ἴκτινον· Κρῆτες [potius sic scriptum est in ed. Hesych. Schmidtii: ἅρπετόν, ἀκόμιστον. Tum plane alia est glossa: ἅρπη(ν), εἶδος ὀρνέου (T. 350), καὶ δρέπανον (Soph. fr. 374), ἢ ἄνεμον, ἢ ἰκτῖνον (Aristot. H. A. IX, 2, 10). Κρῆτες]: unde hoc saltem apparet, ἰκτῖνον, *milvum*, a Cretensibus ἅρπετον appellatum esse, ut ἅρπη est ὀρνέον τι ἀετῶδες. Vid. Eusth. 1188, 3 [ubi legimus ἅρπη δὲ ἢ ὁ ἰκτῖνος ἢ ζῷον ἄλλο ἀετῶδες κτλ.], Etym. M. 148, 20 [ἅρπη, εἶδος ὀρνέου ὅμοιον ἀετῷ κτλ.], Hes. s. v. [vide quae supra ex ed. Schmidtii dedimus]: et Ἅρπυιαι simillimam formam habuisse traduntur. Sappho vero Cupidinem ὄρπετον i. e. ἅρπετον vocasse, *imagine omnino aptissima*, eo libentius credimus, quod teste Hesychio eundem Aeoles Ἄρπυν vocabant [Hesych. ἄρπυν, ἔρωτα, Αἰολεῖς]: cf. Etym. M. 148, 33 [ἅρπυς, ὁ ἔρως, ὡς παρὰ Παρθενίῳ κτλ.]: neque minus apta est *avis rapacis* mentio apud Theocritum.'' Si fidem habemus Hesychii editori meritissimo Schmidtio — neque est cur ea in dubium vocetur —, nullo modo ex diversis illis glossis colligi licet ἅρπετον a Cretensibus appellatum esse *milvum*. Sed quamvis hoc Ahrensio concedatur, tamen inepta in Sapphus versu videtur nobis mentio ,,avis illius rapacis'', perapta mentio *serpentis*. Refragatur Ahrensii sententiae quum res ipsa tum epitheton γλυ-

ἄλλον δ' αὔριον, ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον μάθης.

κύπικρον, quod epitheton et in Cupidinem eum, cuius sunt πικροὶ κάλαμοι (Mosch. I, 21), qui est ἠπεροπευτάς, cuius κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα, cuius ὡς μέλι φωνά, ἐν δὲ χολά (Mosch. I, 8 sqq.), optime convenit et recte in illa imagine ponitur de serpente multiplicibus flexibus sinuoso, „vipereo *felle* tumente", animali ex opinione omnium gentium subdolo. Theogn. 602 ἔρρε, θεοῖσίν τ' ἐχθρὲ καὶ ἀνθρώποισιν ἄπιστε, ψυχρὸν ὃς ἐν κόλπῳ ποικίλον εἶχες ὄφιν. Aesch. Choeph. 928 οἲ 'γὼ τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην. Knobel. ad Genes. III, 1 p. 44. Veteres quoque credidisse grammaticos ὄρπετον hic idem atque ἑρπετόν significare intelligimus e codicibus. In cod. c. legitur $\overset{\text{ὄ}}{\text{ἕ}}$ρπετον (Studemund. apud Bergk. p. LXI. coll. Ziegl. II p. 155). In codicibus k. B. D^c. ἕρπετον, at primo in cod. D. scriptum fuit ὅρπετον („post ρ littera erasa est, fortasse σ". Ahr. p. 162). Ed. Iunt. habet ὅρπετον, ed. Call. (Bas. I. Camer. Steph. Brunck. al. superiores) ἑρπετόν. E Iuntina Valck. ὅρπετον resuscitavit, ὄρπετον inde a Schaefero editoribus recentioribus (Mein. Ziegl. cet.) familiare est. Ceterum cum Sapphus versu elegantissime Schuemannus comparavit carmen E. Moerikii (*Ged.* 1848 p. 32) *erstes Liebeslied eines Mädchens:* Was im Netze? — Greif' ich einen süssen Aal? Greif' ich eine *Schlange?* — Schon schnellt mir's in Händen! *Ach Jammer! O Lust* (γλυκύπικρον)*!* Mit Schmiegen und Wenden mir schlüpft's in die Brust. Es beisst sich, o Wunder! Mir keck durch die Haut, Schiesst's Herze hinunter! O Liebe! mir graut. Was thun, was beginnen? Das schaurige Ding, Es schnalzet da drinnen, Es legt sich in Ring. Gift muss ich haben! Hier schleicht es herum, Thut *wonniglich graben Und bringt mich noch um* (γλυκύπικρον).

14. νῦν κτλ.] „Multum Veneris accedit huic loco, quod poeta in ea quam instituit imagine pergit: *at tu non servas nidum, sed de ramo in ramum volitas,* h. e. modo huic amatori, modo illi te tradis." Wuestem. — τῶδε] Codd. B. D. *pr.* τρῶδε (Ahr. p. 273). — ἄματος] Cod. c. ἅματος. — ἔχῃς] Hoc scripsi confisus testimonio codicis c. Idem fecerunt Ziegl. II. Bergk. Cf. e. gr. verba Sapph. frgm. 99, 2 p. 909 Bergk. ἔχῃς δὲ πάρθενον. Bergk. ad Alc. 5 p. 931—932. Ahr. Mein. cet. ἔχεις cum libris reliquis ediderunt. — κλάδον] Fortasse hoc quoque Longo ea, quae adn. ad id. XV, 121 p. 56 contulimus, scribenti obversabatur.

15. αὔριον] Cod. c. αὔριον. Cf. id. XXX, 20 et e. gr. l. var. vers. 14 vel id. XXV, 246. — μάθης] *quaeris.* Ducitur haec forma ab Aeolico verbo μάθαμι, quod vitiose apud Hesychium scribitur μαθᾶμαι, ubi haec glossa est: μαθᾶμαι, ζητῶ. Corrigendum ibi μάθαμι et apud Theocritum esse μάθης auspiciis codicis c. recipiendum Bergkius p. LXI. perspexit. Bergkius, Ziegl. I. II. Mein. II. III. Ahr. *dial. Aeol.* p. 276 μάτης ex Hermanni, *opusc.* V p. 116, iudicio pendentes, ediderunt, id quod legitur in cod. D^a. Editiones Iunt. Call. habent ματῆς (Camer. Steph. Brunck. Boiss. I. II. al.), codex k. μάτη. Denique μάτα est in codd. B. D. *pr.*, „μάταν in cod. D. *v.* recens addito" (Ahr. p. 163). Heins. Valck. Mein. I. al. ediderant ματῇς. Ahr. I. e coni. *dial. Dor.* p. 548 in medio posita μάτεις, Ahr. II. e coni. alia μάλα intulit. Bergkius l. l. damnat, quod antea coniectaverat, μάῃ. Etiam vulgatum illud ματῇς *requiris* vel *quaeris* Vins. Pal. al.

καὶ μέν σευ τὸ κάλον τις ἴδων ῥέθος αἰνέσαι,
τῷ δ᾽ εὖθυς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος,
τὸν πρῶτον δὲ φιλεῦντα τρίταιον ἐθήκαο.

interpretantur glossam aliam allegantes Hesychii, *ματεῖ, ζητεῖ*. At Aeolice id potius *πάτης* dicendum fuisse satis credibile est. Vide Ahrens. *dial. Aeol.* p. 45. Div. vertit *ex altero autem alterum insanis.*

16. *καὶ μέν σευ*] De collocatione genitivi *σευ* cf. adn. ad id. II, 55. Repraesentavi emendationem Ahrensii I. II. (Mein. III. Ziegl. II. Bergk.) a Reiskio (*κ᾽ αἰ μὲν σεῦ*) et Brunckio *anal.* III, 2 p. 83 (*καὶ μὲν σεῦ*) praeparatam, apographo Aldi (Brunck. l. l. *καὶ μὲν σεῦ*) firmatam. Editio Call. habet *καὶ μὴν σεῦ* (quod Camer. Brub. I. Steph. Heins. — ed. Bas. I. *καὶ μὴν* — al. ante Brunck. repetunt), ed. Iunt. *καίκεν σευ*, quod *καῖ κεν σεῦ* scriptum Valck. Mein. I. admiserunt (*καὶ* — sic — *κέν σευ* Am., *καῖ κέν σευ* Mein. II. Ziegl. I.). Codicum haec est conditio. Codex c. habet *καί κέν σα*^ευ (ut refert Ziegl. II. p. 155), vel (ut refert Bergk. p. LXI.) *καὶ κέν σα*, et hoc quidem a manu prima, ut addit Bergk., sed correctum illud (vel, ut Bergk. nescio quo iure scribit, *σευ*, quum *ευ* tantum adscriptum videatur) a manu secunda. Cavendum igitur ne credas Meinekio p. 396, qui in hoc codice *μὲν* esse dicit, fidem nimirum habens collationi Gaisfordianae (p. 214). Gaisfordio etiam Ahrensius p. 163 nimium tribuit, qui quidem esse in hoc codice *καὶ μὲν σᾳ* retulit. Ceteri cum editione Iunt. fere conspirant codices: codd. D. et k. *καὶ κέν σευ*, cod. B. *καί κέν σευ*. Scaliger., *emend.* p. 230, *αἰ μὴν σεῦ* scriptum fuisse putavit idque *εἰ μὲν* explicavit. — *κάλον*] Paroxytonon et hoc Ziegl. II. et proximum *ἴδων* fecit pro *καλόν* et *ἰδών*. — *τις*] In codice c. *τὶς* legit Studemundius (Bergk. p. LXI.). Tacet de hoc codice Zieglerus p. 155, sed idem (*τὶς*) esse in codice k. scribit. An siglorum error apud Zieglerum est? — *ῥέθος*] *faciem.* Eustath. ad Iliad. XVI, 856 p. 1090, 27 *ἰστέον ὅτι ῥέθεα οἱ μὲν ἄλλοι τὰ μέλη φασί, Αἰολεῖς δὲ μόνοι κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ πρόσωπον ῥέθος καλοῦσιν.* Etym. M. p. 701, 33. Sed cf. e. gr. schol. Apoll. Rhod. II, 68 (*ῥέθος ἐνταῦθα τὸ πρόσωπον*). — *αἰνέσαι*] Hoc sine ulla discrepantia in edd. Iunt. Call. et in codd. legitur defenditurque a Bergkio p. LXI. *αἰνέσῃ* corrigendum esse negante. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 276 e coni. scripserat *καί κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἴνεσε.*

17. *τῷ δ᾽*] Cum particula *δὲ* in apodosi posita cf. id. I, 11. — De mente Kiesslingii *τῷ δ᾽* Mein. I. II. III. Ahr. al. recentiores scripserunt. Comprobavit hanc Kiesslingii emendationem cod. c. Ziegleri (p. 155). Edd. Iunt. Call. et codd. k. D. offerunt *τῶδ᾽*, quod adoptaverunt Camer. Steph. (*huic*) Heins. (*huius*) Reisk. In edd. Bas. I. Brub. I. al. est *τῶ δ᾽*. Winterton. scripsit *τῷδ᾽*, quod est tralaticium apud Brunck. Valck. Boiss. I. II. al. Divus verum sentiens vertit *huic statim plus quam triennis factus es amicus.* — *εὖθυς*] Codd. et edd. vulg. *εὐθὺς*. — *τριέτης*] Bergk. p. LXI. *τριένης* coniectat.

17—18. *ἐγένευ — ἐθήκαο*] Vide adn. ad id. XII, 25.

18. *τὸν — φιλ.*] De participio temporis praesentis cf. id. III, 32 (*ἁ πρᾶν ποιολογεῦσα*), Anth. Pal. V, 113 (*ἡ δὲ πάρος σε καλεῦσα μύρον καὶ τερπὸν Ἄδωνιν Μηνοφίλα νῦν σου τοὔνομα πυνθάνεται*) et quae ad Arist. Eth. N. IX,

ἄνδρων τῶν ὑπερανορέων δοκίμοις πνέειν.

1, 2 p. 89 sq. adnotavimus. Vide etiam Maetzner. ad Antiph. p. 182, Weber. ad Dem. Aristocr. p. 180. Reposcere suo iure poetam hoc credo, quod in cod. c. servatum esse et Zieglerus et Studemundius affirmant, πρῶτον. Aeolenses quoque πρῶτος, non πρᾶτος, usurpavisse ab Ahrensio, *dial. Aeol.* p. 94, doceris. Cuius usus Aeolici ignorantia peperit πρᾶτον; quod est et in editionibus Iunt. Call. (Ahr. Mein. cet.) et in codicibus ceteris, ne lemmate quidem codicis k. (Ziegl. p. 97) excepto. — τρίταιον] *quasi trium dierum hominem, non diutius quam ex triduo tibi notum.* Vide adn. ad id. II, 157. Concinne hoc ad superius τριέτης (v. 17) refertur. E codicibus c. D. et ed. Iunt. τρίταιον cum Ahr. II. Ziegl. II. dedi. Editio Call. subministrat τριταῖον (Ahr. I. Ziegl. I. Mein. al.), codices k. B. Dc. *mg.* τρίτατον, quod legit etiam auctor scholii codicis k. p. 97 Ziegl., de quo vide adn. ad v. 19. Falso Harl. al. enarrant *primum vero amantem tertio loco posuisti*, qui imposuerunt Didotio: Ta vanité veut des succès brillants; Et si quelqu'un vient à vanter ta grace, Il t'est plus cher qu'un ami de trois ans, Qui n'obtiendra que la troisième place. — ἐθήκαο] Ita — e coniectura, opinor — scripsit Camerarius, cui Brub. I. Xyl. Steph. Valck. Mein. Ahr. II. Ziegl. al. accesserunt. Codices k. c. B. D. edd. Iunt. Call. habent ἔθηκας, sed in ed. Call. verbo ἔθηκας additum est γρ. ἔλειπες (unde ed. Bas. I. versu 17 extremo φίλος γάρ et versu 18 extremo ἔθηκας ἔλειπες). Illud ἔλειπες explanationem veterem esse verborum τρίταιον ἐθήκαο apparet. — Ahr. I. e coni. ediderat ἔθηκας ἄν et versu 19 ἐρώντων.

19. ἄνδρων κτλ.] *videris* „*anhelare*" (Cic. III. Cat. 1) *viros magnificos, amatores qui* „*non tuae sortis*" sunt (Hor. Od. IV, 11, 21), h. e. *frui nunc videris consuetudine hominum elegantiorum*, quum te deceat potius convictus amicorum conditione sua locoque tibi parium: cf. v. 20. Similiter ut πνέειν h. l. ponitur Cicero *redolendi* verbo utitur, Brut. LXXXII, 285 (mihi quidem ex illius orationibus *redolere* ipsae Athenae videntur). De constructione cf. e. gr. Aristoph. Eqq. 437 (ὡς οὗτος ἤδη κακίας ἢ συκοφαντίας πνέει), Anth. Pal. VII, 25, 3 (Χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' Ἐρώτων) et adn. ad id. VII, 16. Huschkius ad Tibull. I, 6, 34 (te tenet, absentes alios *suspirat* amores) *desiderandi* esse vim in verbo πνέειν existimavit, male afferens Hesych. ἐμπνεῖ μοι. Diversa est etiam interpretatio Hermanni, *opusc.* V p. 116, in cuius sententiam Ameisius discessit. „Πνέειν, inquit Hermannus, est vivere cum aliquo spiritu, nec dicit aliud quam *superborum tu virorum aliquis esse videris.*" Quae ferri non potest interpretatio propter versum proximum. — ἄνδρων] cum Ziegl. II. pro ἀνδρῶν dedimus (vide id. XXVIII, 18). — ὑπερανορέων] Hoc legitur in codd. k. c. B. D. (ὑπερηνορέων habent edd. Iunt. Call. Steph. Valck. Mein. I. al.). Atqui ὑπερανορέων, quod Mein. II. III. Ziegl. al. ediderunt, genitivus numeri plur. est adiectivi ὑπεράνορεος, h. e. ὑπερανόρειος, cuius adiectivi formam simplicem ἀνόρεος Hesychius servavit (Hesych. ἀνόρεος πόλεμος, ἀνδρεῖος, ὁ πρὸς τοὺς ἄνδρας. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ — frgm. 384 editionis Dind. —). — δοκίμοις] Derivatur haec personae forma secundae a verbo δοκίμωμι haud secus atque δίδοις fit a verbo δίδωμι vel δίδοιμι (schol. B. ad Iliad. XIX, 270). Cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 139. Δοκίμωμι

φίλη δ', ἆς κεν ἔρῃς, τὸν ὔμοιον ἔχην ἄει.

autem dicitur pro δοκιμόω, sicuti ἐλευθέρωμι pro ἐλευθερόω. Utroque hoc exemplo grammatici in Crameri *anecd. Oxon.* IV p. 314, 19 et I p. 377, 25 utuntur. Cf. Hesych. δοκίμωμι, δοκῶ καὶ οἴομαι. Legitur hoc verbum e. gr. Sapph. frgm. 69 p. 899 Bergk. et omnium consensu apud Theocr. XXX, 26—27. Itaque et recordatio horum versuum Theocriteorum et consideratio scripturae — falsae quidem — codicis c. vel invitos cogit ut agnoscant Bergkii emendationem δοκίμοις, quae mirifice scholiastae codicis k. verbis infra commemorandis confirmatur. In codice c. δοκέοις Zieglerus et Studemundius invenerunt, sed ita scriptum ut secundum ο ex correctione additum esse appareat (cuius quidem scribae correctio sit, neuter illorum criticorum significavit). In edd. Iunt. Call. et in codicibus reliquis (etiam in cod. k., quantum quidem e Ziegleri p. 155 silentio colligo: cf. Ahr. p. 163) est δοκέεις, quod Ahr. Mein. ediderunt. Pro πνέειν codices B[5]. D. pr. k. πνείειν suppeditant. Fortasse πνεύην scriptum fuisse Ahr. p. 163 suspicatur. Restat ut dicamus de variis coniecturis. Ahr. I. ediderat ἐρώντων. ὑπερανορίαν δοκέεις πνέειν. Similiter Brigss. p. 322 coni. — ἐθήκαο ἀνδρῶν· τὼς ὑπερηνορίαν δοκέες πνέειν. E coniectura alia Ahr. II. scripsit ἀνδρῶν τῶν ὑπὲρ ἀνορέαν δοκέεις πνέειν. In similem coniecturam Wordsworthius inciderat, qui tamen ἀνορεῶν volebat et post ἀνδρῶν ad superiora relatum virgulam ponebat in hunc sensum: *tu hunc diligis, illum vero respuis virorum, quorum super virilitates tu (qui tantum puerulus es) superbe spirare tibi arrogas.* Nam ἀνορεῶν genetivum esse numeri pluralis coll. Pind. Nem. III, 20. Isthm. IV (III) 11. Contra hoc placitum disseruit Hermannus *ann. Vindob.* 1848 p. 220. Meinekius p. 396 nihil praeter voc. ἀνδρῶν mutatum vult, in cuius locum ὕβριν substituit. Valckenarii coniecturam, χλιδώντων ὑπερηνορέων δοκέεις πνέειν, Brunckius recepit, Valckenarius ipse p. 286 respuit. Sed, ut redeamus ad emendationem Bergkii, δοκίμοις, mirifice haec confirmatur scholio codicis k. p. 97 Ziegl., satis memorabili. Ibi lectio codicis k. versus 18 τρίτατον (falsa illa quidem) sic explicatur: τὸν δὲ πρῶτον ἀγαπήσαντά σε ἔσχατον τέθεικας δόξας αὐτὸν εἶναι τῶν μάταν ἐμπνεόντων ἀνδρῶν. Igitur auctor huius scholii pro vulgato δοκέεις in libro suo aliquod participium aut habuit aut habere sibi visus est. Haud dubie legit idem, quod nos cum Bergkio elegimus, δοκίμοις, sed hoc participium esse verbi δοκίμωμι existimavit Aeolicum (Ahrens. *dial. Aeol.* p. 143). Vide etiam Bergk. p. LXII.

20. φίλη] h. e. φίλει. „O vivas ita, semper *ama* similem tui“ Zam. De imperativo Aeolico cf. id. XXVIII, 3. Sapph. frgm. 114 p. 913 Bergk. μὴ κίνη χέραδας. Forma φίλη, quam Mein. II. III. Ahr. Ziegl. arcessiverunt, a codicibus c. B. *pr.* D. *pr.* auctoritatem habet. Edd. Iunt. Call. (Mein. I. al.) φίλει offerunt cum codd. k. B. *corr.* D[c]. et Aldi apographo apud Brunck. *anal.* III, 2 p. 83. — ἆς] h. e. ἕως (id. XIV, 70 adn.), *quamdiu.* Pro ἆς (Mein. Ahr. Ziegl. al.) scripsi ἄς, quod apographo Aldi apud Brunck. l. l. acceptum referimus. Cod. c. habet αἶσκε, cod. k. ὧσκε, codd. B. D. ὥσκε, editio Iunt. ἄς κε. De reliquis subsidiis vide proxima. — κεν ἔρῃς] *quamdiu vacas amori.* Cf. v. 32. Hoc latere in caliginibus codicis c., de quo infra dicendum, existimo. Nam quae reliqua subsidia offerunt, nullius pretii. Ante omnia reiicienda

αἰ γὰρ ὧδε πόης, ἄγαθος μὲν ἀκούσεαι

lectio editionum veterum, quae inde a Callierge grassata est. Hic ὤσκε ζώης, quod in edd. Camer. Bas. I. al. transiit, edidit. Pro hoc ὥς κε ζώῃς (*ut vivas*) Steph. Heins. Reisk. scripserunt. Editio Iunt. offert ἆς κε ζόης („*dum vives*" Kiessl. al.), cui Ahrens. II. obtemperavit. Brunckius scripsit ἆς κε ζόῃς, quod Gaisf. Kiessl. Mein. II. III. Ahr. I. Bergk. Ziegl. amplexantur. Valck. Geel. al. ἆς κε ζώης, Mein. I. Wuestem. al. ἆς κε ζώῃς ediderant. Cum editione Iunt. (ζόης) faciunt codd. B. *pr.* (Ahr. p. 163) et *margo* codicis c. (ut scribit Ziegl. p. 155: vide quae infra dicentur). Cum ed. Call. (ζώης) conspirant codd. k. B. *corr.* D. At Theocritum non est probabile κε ante ζόης pro brevi syllaba habuisse: neque satis haec correptio Homerico ὑλήεσσα Ζάκυνθος vel similibus excusatur. Restat igitur ut consulamus codicem c. ipsum. De quo codice Zieglerus haec habet: „τρόης (? dubito de τρ)". Bergkius Studemundii collationem codicis c. (quem *A*. Bergk. nominat) his verbis indicat p. LXII: „*A. pr.* τρόης, *sed corr.* ζόης". Potius in *margine* codicis c. ζόης secundum Zieglerum legi supra diximus. Sed utut ista sunt, e verbis codicis c. hoc, quod scripsi, non temere elicere mihi videor. Erat tempus, quo commotus Hesychii glossa (ἀβροτῆσαι, νυκτὸς ἀπαντῆσαι) ἆς κ᾽ ἀβρότης scriptum fuisse suspicabar. Varia sunt emendandi versus pericula. Hart. ἆς κ᾽ ἐρόης (so lange du liebst) edidit. Hermanno, *opusc.* V p. 116, ἆς κεν ἔῃς placuit, Wordsworthio ἆς ζοὸς ἦς, Briggsio ἆς κ᾽ ἐράῃς vel αἴκ᾽ —, Ahrensio p. 163 ἆς κε νόῃς. Bergk. p. LXII. exspectari potius dicit hanc sententiam: *dum flos tibi iuventutis est:* neque tamen ἆς κ᾽ ἔτ᾽ ἐρᾷ, *dum amaris*, satis placere. Mein. p. 396 mavult ἆς κεν ὁρῇς, ut Sophocles δεδορκώς de vivente dixit Electr. 66. Addere poterat Soph. Ai. 962. Soph. El. 1080 Bergk. Eurip. Helen. 1011. Eurip. Hec. 311. Sed aliud est βλέπειν, aliud ὁρᾶν, alia etiam illa Iliad. I, 88 coll. Iliad. V, 120. Cic. pro Mil. III, 7 (*quamdiu intueris lucem*). — τὸν ὔμοιον] h. e. τὸν ὁμοῖον. Cf. adn. ad id. XXVIII, 3. Gregor. Cor. *dial. Aeol.* § 9. p. 585. Hor. Od. IV, 11, 29 — „semper ut te digna sequare et ultra quam licet sperare nefas putando *disparem* vites." De voce Aeolica ὔμοιον (Valck. Brigss. Aug. Iacobs. Ahr. *dial. Aeol.* p. 276. Ahr. I. II. Ziegl. II. al.) tanto minus dubitare fas est, quod eam et edd. Iunt. Call. et apographum Aldi apud Brunck. l. l. et codd. B. *corr.* D. *corr. ead.* (Ahr. p. 163) tutantur. — Codices k. B. *pr.* D. *pr.* habent ὔμιον, codex c. in textu ὅμοῖον, in margine — et quidem a manu secunda — ὑμμϊον (Ziegl. l. l.) vel ὔμνιον (Bergk. ex testimonio Studemundii, qui manuum diversitatem cognovit). Male Camer. Xyl. Steph. Heins. Wintert. Reisk. ὅμοιον, Brunck. Mein. I. II. III. ὔμοιον. Cf. XXX, 21. — ἔχην] De hoc infinitivo *Aeolico* vide v. 28, Plehn. *Lesb.* p. 129, Ahrens. *dial. Aeol.* p. 89, quorum exemplis adde de titulis Lesbiis Conzii tab. XII, C, 28 *ΕΥΓΗΝ* (φεύγην), tab. IV; 3, 2 *ΘΥΗΝ* coll. Keil. Philol. II p. 579 —580. Proprium hic esse ac sincerum arbitror ἔχην (Brunck. Ziegl. II. Bergk.), quod in codice c. sic scriptum legitur:

η
ἔχειν (Bergk. p. LXII. Ziegl. p. 155). In edd. Iunt. Call. (Mein. Ahr. Ziegl. I. al.) est ἔχειν, idemque, ut videtur, in reliquis codd. — ἄει] Ziegl. II. pro ἀεί. Bergkius p. LXII. coni. ἄϊ.

21. αἰ] Cod. c. habet αἴ, idem Iunt. Call. (Camer. Bas. I. Steph. cet. ante

ἐξ ἄστων· ὁ δέ τοί κ' Ἔρος οὐ χαλέπως ἔχοι,
ὃς ἄνδρων φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται,
κἤμε μάλθακον ἐξ ἐπόησε σιδαρίω.
ἀλλ' ὑπὲρ ἀπάλω στύματός σε πεδέρχομαι

Comm.). — πόης] h. e. ποιεῖς (cf. id. XXX, 12. XXIX, 24. Ahr. *dial. Aeol.* p. 101). Indicativum oratio requirit, non coniunctivum, quem, πόῃς scribentes, Bergk. et Ziegl. II p. 155 coll. Bergk. p. XI. progr. Hal., de quo vide arg. id. XXX, hic locum habere statuunt. Ego et Ahr. II. πόης scripsimus auctore codice D. et adiutore codice c., in quo $\overset{η}{\text{πόεις}}$ deprehenditur. Editio Call. et codd. B^5. k. habent ποῆς (de codice k. testatur Ziegl. II p. 155, id quod propter Ahrensium p. LXXXIII et p. 163 significandum), editio Iunt. ποιῆς. Cum editione Comm. ποῆς scripsit Ahr. I., cum editione Steph. (Wintert. al.) ποιῇς Ziegl. I. Mein. al. — Pro ἀγαθὸς cum Ziegl. II. scripsi ἄγαθος. — ἀκούσεαι] Cf. id. XVI, 30: ὄφρα — ἐσθλὸς ἀκούσῃς. Hor. Epist. I, 16, 17 tu recte vivis, si curas esse quod audis. Hor. Sat. II, 7, 101. Epist. I, 7, 37—38.

22. ἐξ] Vide adn. ad id. XXVI, 31 p. 211. — ἄστων] Ziegl. II. pro ἀστῶν. — τοί κ' Ἔρος] Ita codices k. c. B^5. D. (Ziegl. II p. 155 coll. Ahr. p. 163), sed omisso vocabuli τοί acuto (τοι). Quamquam codicem c. a manu prima habere ἔρως Bergk. p. LXII. scribit, qua de re tacet Zieglerus, qui ibi quoque esse τοι κ' ἔρος memorat. In apographo Aldi vere est τοί κ' (Brunck. l. l. p. 83). Editio Call. habet τοι ἔρος (idem ed. Bas. I. et reliquae editiones veteres ne Valckenariana quidem excepta). Primus Brunck. τοί κ' Ἔρος. De voc. Ἔρος vide adn. ad id. XXX, 27. Ne τοι (*tibi*) reprehendas cf. id. XXX, 15. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 124. — χαλέπως] Cf. id. XIII, 71. Zieglerus II. χαλέπως et versu proximo ἄνδρων correxit (χαλεπῶς, ἀνδρῶν Ahr. cet.). — ἔχοι] Cod. c. ἔχει.

23. ὑποδάμναται] Cod. c. ὑποδάμνεται.

24. κἤμε] Ita codd. k. c. D. (Ahr. II. Ziegl. II. Bergk.). Editiones Iunt. Call. κἠμὲ (Ahr. I. Ziegl. I. Mein. al.). — μάλθακον] Ita cod. c. apud Ziegl. II. p. 155 et Bergk. p. LXXII (Ziegl. II. Bergk.). Editiones Iunt. Call. et reliqui — ut videtur — codices μαλθακὸν (Ahr. Ziegl. I. Mein. al.). — ἐξ ἐπόησε σιδ.] καὶ ἐμὲ ἀπὸ ἰσυχοῦ μαλακὸν ἐποίησεν. Schol. cod. k. apud Ziegl. p. 97. Alc. frgm. 95 p. 956 Bergk. ἔκ μ' ἔλασας ἀλγέων. Cum Mein. III. Ziegl. II. recepi emendationem Ahr. I. II. ἐξ ἐπόησε. Editiones Iunt. Call. offerunt ἐξεπόνασε σιδαρέου (unde ἐξεπόνασε σιδαρέω coni. Valck. Mein. I. al.), codices k. B. *pr.* D. *pr.* ἐξεποίησε σιδάριον (cf. Ahr. p. 163). De codice c. sic scribit Zieglerus: „ἐξεποησε inducto super οι cod. c." At Bergkio p. LXXII. teste Studemundius haec ibi invenit: ἐξεποη|||σε. In eodem codice σιδαρίου esse et a Zieglero et a Studemundio affirmatur. Ahrensius *dial. Aeol.* p. 276 scripserat ἐξεπόνασε σιδάριον, Mein. II. Ziegl. I. et Ameis. ἐξεποίησε (Ameis.: *et me mollem fecit qui ferreus eram*).

25. ἀλλ' ὑπὲρ κτλ.] *sed per os tuum tenerum te obtestor* —. Vere a Meinekio p. 397 emendatum ἀλλ' ὑπὲρ. Nam producitur extrema vocabuli ὑπὲρ syllaba sicuti versu 26 vocabuli πέρυσιν prima syllaba ictu metrico producitur. Vide etiam adn. ad id. XXVIII, 25. XXVIII, 13. XXIX, 36. XXVIII, 14. XXVIII, 4. (XVII, 86). Odyss. XIX,

ὀμνάσθην, ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος,

113 — θάλασσα δὲ παρέχη ἰχθῦς. Iliad. XIX, 49 ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρά. Huc accedit exemplum Sapph. frgm. 92 p. 907 Bergk., ubi πέρροχος nunc scribitur, rectius πέροχος. Itaque non egemus duplicata littera ρ, quam Ziegl. II. (ὑπὲρρ) posuit. Idem quod nos sensit Ahrensius, quum *ephem. stud. antiq.* 1839 nr. 25 p. 199 scribi quidem vellet ἀλλὰ πεῤ, sed haec adderet: „das äolisch elidirte πεῤ verdoppelt *in der Aussprache* so gut sein ρ wie bei Sappho in πέροχος“ [ille quidem πέρροχος]. Cf. Ahrens. *dial. Dor.* p. 513. Eadem de causa Ahr. I. II. scripsit — de coniectura — ἀλλὰ πὲρ —. Idem antea (*dial. Aeol.* p. 276) ἀλλὰ πὲρῤ —, unde Ameisius ἀλλὰ περραπαλῶ. Est autem hic ad coniecturas confugiendum, quum hae sint turbae librorum. Editiones Iunt. Call., quibus omnes editores saeculi XVI. et Heins. Wintert. Reisk. obnoxii fuerunt, protulerunt ἀλλὰ πέριξ (Div. *circumcirca*, Steph. al. *circa*). Codices D. k. B. offerunt ἀλλὰ περὶ, cod. c. ἀλλὰ γὰρ πέρι. Etiam in eo codice, quo usus est Franciscus Portus Cretensis, cuius schedas Casaubonus publici iuris fecit (vide adn. ad v. 26), v. 25 ἀλλὰ πέριξ inventum esse non contenderim cum Ziegl. II p. 156 et Ahr. p. 163, praesertim quum Casaubonus ipse illa verba pertinere ad versum 25 diserte addiderit (scriptum ibi p. 79 ἀλλὰ πέριξ μ̓ ὀμνάσθην est, ut significaretur versum novum, cuius initium μ̓ ὀμνάσθην, continuo subiectum esse illi versui, quem tum homines ultimum putabant, scilicet versui 25). Brunckius e coni. edidit ἀλλὰ πρός γ̓—, Hartungius ἀλλὰ πέρ σ̓ —, Huschkius ad Tibull. I, 5, 7—8 maluit ἀλλὰ πρές σ̓ — Aeolice πρὲς dictum esse pro πρὸς existimans. Wartono placuit ἀλλ̓ ἀπρὶξ, Casaubono ἀλλ̓ ἀπρὶξ (in ed. Diog. Laert. Lond. 1664 p. 30 mendose ἀπὶξ exaratum est). Obsecuti Casaubono sunt Valck. Schaef. Mein. I. II. Pal. Weis. al. (Pal. quidem ἀπρὶξ cum asterisco, ἐχόμενος mente addendum esse censens). Zieglerus id, quod in ed. I. scripserat, ἀλλὰ περὶ, iam eiusdem editionis p. 180 retractavit, Meinekius tamen idem in ed. III recepit (Zieglerus adeo ἀλλὰ περὶ μαλακῶ e coni. ediderat). — Bergk. e coni. ἀλλὰ πραϋγέλω στύματος. — ἀπάλω] Ita cum cod. B[5]. scripserunt Ahr. Ziegl. II. pro ἁπάλω, quod est in cod. k. et ed. Heins. Codex c. habet ἁπαλλῶ, codex D. — ut videtur — et edd. Iunt. Call. ἁπαλῶ (Mein. al.). — στύματος] h. e. στόματος. Antiquam hanc formam Hirzel. *dial. Aeol.* p. 18 vindicavit. — Legitur autem στύματος in codd. k. D. B. *corr.*, in Aldi apographo (Brunck. l. l.) et in edd. Iunt. Call. (Iunt. quidem στυματός). Codices c. et D[c]. porrigunt στόματός (Camerar. στοματός), cod. B. *pr.* στέματός. — πεδέρχομαι] h. e. μετέρχομαι, *adeo te, obsecro.* Herod. VI, 68 ἐγὼ οὖν σε μετέρχομαι τῶν θεῶν εἰπεῖν τὸ ἀληθές. Ibid. VI, 69 addito dativo plene dicitur ἐπείτε με λιτῇσι μετέρχεαι εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν. Cf. Abicht. ad h. l. Plaut. Pseud. I, 5, 34 satius est *adire* blandis verbis atque exquirere. Ahrensius in *eph. stud. antiq.* 1839 nr. 25 p. 199 quum ἀλλὰ πεῤ commendasset, versum sic vertit: *ich gehe dir nach deines zarten Mundes wegen.* De vocabulo πεδὰ, quod suavitas litterarum appellandarum apud homines stirpis Aeolicae ex hoc, quod apud reliquos Graecos μετὰ sonat, genuit, vide quae infra, adn. ad id. XXIX, 38 a nobis significanda sunt. In ed. Mor. σ̓ ἐπιδέχομαι excusum est. Warton. l. l. coni. σ̓ ἐπιδέρχομαι.

26. ὀμνάσθην] obsecro te (v. 25)

χῶτι γηραλέοι πέλομες πρὶν ἀποπτύσαι

ut memineris. Cohaerere haec cum superioribus et tollendam esse versu 25 extremo interpunctionem, quae etiam in ed. Mein. I. al. conspicitur, anno MDCCCXIX Huschkius ad Tibull. I, 5, 7—8 intellexit. Fecit hoc tandem anno MDCCCXXXVI Mein. II., postea Ameis. al. (Mein. II. quidem asterisco ad voc. ὀμνάσϑην addito et p. 198 εὖ μνάσϑην coniectato). Ὀμνάσϑην esse infinitivum ex Aeolensium consuetudine pro ἀναμνησϑῆναι dictum Ahrensius *ephem. stud. antiq.* 1839 l. l. et *dial. Aeol.* p. 149 atque p. 141 exposuit. De syllaba prima vide id. XXX, 23 coll. id. XXVIII, 9, de terminatione e. gr. Alc. frgm. 20 p. 937 Bergk. (νῦν χρὴ μεϑύσϑην, unde Horat. Od. I, 37, 1 *nunc est bibendum*). Satis autem verbum ὀμνάσϑην contestatum est per documenta schedarum Francisci Porti Cretensis, de quibus infra dicetur, ubi id manifesto apparet (quamquam praegrediente inepta vocula μ᾽ — μ᾽ ὀμνάσϑην —), codicis k., ubi sponsore Zieglero II. p. 156 ὄ μνάσϑην, atque codicum B. D., in quibus ὁμνάσϑην traditur. Codicis ᵉc. lectio ἐμνάσϑην est. Editiones Iunt. Call. et ceterae editiones saeculi XVI. neque hunc versum noverunt neque versus reliquos (26—40) huius idyllii. Primus hanc partem extremam promulgavit Is. Casaubonus (Hortibonus) p. 79—80 eius libri, cui inscriptum est *Isaaci Hortiboni notae ad Diogenis* Laertii *libros de vitis . . philosophorum. Morgiis in officina Io. le Preux.* 1583. 8. Ibi quae exstant, repetuntur (sed non sine mendis) in eisdem notis *Casauboni* (h. e. *Hortiboni*), ad editiones Diogenis L. adnexis. Vide ed. Diog. Laert. *Henr. Steph.* 1594, 8 p. 39, ed. *Iac. Stoer.* 1615, 8 p. 39 vel ed. *Sam. Crisp.* (Colon. Allobr.) 1616, 8 p. 39, ed. Lond. 1664 fol. p. 30, ed. *Huebner.* (not. Casaub. cet.) Lips. 1830 p. 45. Iidem postea versus inventi sunt in his codicibus, quos paullo ante significavimus (c. k. B. D.), in quibus codicibus continuantur versibus superioribus, id quod etiam in codice Francisci Porti factum esse existimo (vide adn. ad v. 25). Verumtamen recens a Casaubono editos versus Heins. Reisk. Piln. Harl. al. in extremum corpus carminum Theocriteorum post epigrammata quum relegavissent, Wartonus longius etiam tom. I p. 235 separavisset, Brunckius, Valck. Stroth. Mein. I. Boiss. I. II. al. huic carmini tamquam appendicem, post v. 25 nigris limitibus ductis vel lacunae signis appictis, adtexuerunt. Casaubonus rexit Heinsium, Reisk. Valck. Harl. al., qui quidem ἀλλὰ πέριξ μ᾽ ὀμνάσϑην (vide adn. ad v. 25) scripserunt. Brunckius, quem Strothius imitatur, e coni. μνασϑῆναι δ᾽ ὅτι — edidit, *anal.* III, 2 p. 83 μνασϑῆμεν coniecit: posterius Dahlius recepit et Huschkius l. l. amplexus est. Fr. Iacobs. edidit μ᾽ ὀμνάσϑην ὅτι —, Kiessl. Gaisf. Mein. I. al. ὀμνάσϑην ὅτι —, Piln. Boiss. I. II. ἐμνάσϑην ὅτι —. Thiersch. coniecit ἦ οὐ μνάσϑης ὅτι πέρυσιν ἔησϑα [vitio metrico] νεώτερος, Hermann. ad Viger. p. 924 μέμνασ᾽ ὅτι π. ἦσϑα ν. (quod Paleyo p. 155 arrisit, simul tamen εὖ μνήσϑητι vel οὐ μέμνησαι divinanti), idem Hermann. *opusc.* V p. 117 μνάσϑην ὅττι τε περσινὸς ἦσϑα νεώτερος, Briggs. p. 323 maluit scribere κἀμνάσϑην δ᾽ ὅτι τοι (vel μοι) πέρυσ᾽— vel ὅτι πέρρυσιν ἦσϑα ν., Valcken. p. 287 ὠνάϑην ὄκα δὴ πέρυσ᾽ ἦσϑα ν. (quod Geel. edidit), Casaub. οὐ μνάσϑητι ὅτι πέρυσ᾽ ἦσϑα ν. Ineptias varias Graefii, *epist. cr.* p. 117 taedet repetere. — πέρυσιν] Hic quoque (ut versu 25 — ὑπὲρ) ictus metricus primam vocabuli

καὶ ῥῦσοι, νεότατα δ' ἔχην παλινάγρετον
οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίαις φόρει,
κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλάβην.

syllabam faciliter propter litteram liquidam producit. Vide adn. ad v. 25. Faciunt mecum Ahrens. *dial. Aeol.* p. 276, ibid. p. 65 et ed. I., Ziegl. I. Mein. I. II. Exstat autem πέρυσιν in codd. c. (Bergk. p. LXII) B. D. atque in apographo Casauboni. Sed in ed. II. Ahr. πέρρυσιν (ut Mein. III. Bergk. Ziegl. II.) praetulit, id quod legitur in cod. k. (Ziegl.) et in codice Ismaelis Bouillandii, de quo Wordsw. memorat. Mea quidem sententia πέρρυσιν correctori debetur. Bergk. l. l. coni. πέρσινον, h. e. περυσινόν.

27. πέλομες] Ita cod. c. et Casauboni apographum. — Codd. k. B. D. πέλοιμες. Ceterum — ut Ahrens. *dial. Aeol.* p. 129 observavit — sermo Aeolicus incorruptus requireet πέλομεν (cf. e. gr. Alc. frgm. 41 p. 944 Bergk. πίνωμεν. τί τὸ λύχνον μένομεν;). — πρὶν ἀποπτ. κτλ.] dicto citius. Hor. Od. I, 11, 7 *dum loquimur*, fugerit invida aetas. Mire Wordsworthius hunc esse verborum ordinem statuit: πρὶν ἀποπτύσαι ὅτι καὶ γηραλέοι πέλομες καὶ ῥ., *priusquam me despectui habes eo quod et senex sum et rugis obsitus.*

28. ῥῦσοι] *rugosi* (Hor. Epod. IX, 14). Eurip. El. 490 ῥυσῷ γέροντι. Ovid. Art. am. III, 73 quam cito — me miserum — laxantur corpora *rugis* et perit in nitido qui fuit ore color. Scripsi ῥῦσοι (ῥύσοι offert codex c. Ziegl. II. Bergk.). Codices k. D. et apographum Casauboni ῥυσσοί vel ῥυσσοὶ (ῥυσσοὶ certe Casaub.) habent, codex B⁵. ῥυσοί (Mein. al.). — Ahr. I. II. ῥυσσοί praetulit. — νεότατα] Hor. Od. II, 11, 5 fugit retro levis *iuventas*. In codd. c. k. B⁵. D. est νεώτατα, in apographo Casaub. νεότατα. — ἔχην] Vide v. 20. Brunckii haec est emendatio a Ziegl. II. et Bergk. recepta. Apographum Casaub. et codd. k. B⁵. D. offerunt ἔχειν (Ahr. Mein. Ziegl. I. al.). At nos quod edidimus latet in scriptura codicis c. ἔχ†-νειν. Vide Bergk. p. LXII. Ziegl. l. l.

29. ἐπωμαδίαις] h. e. ἐπωμαδίας. Vide adn. ad id. XXX, 5 p 271, coll. ad id. VII, 23. — Mein. II. III. emendavit ἐπωμαδίαις. Casaubonus ex suo apographo ediderat ἐπωμαδίας (Mein. I. al.), quod est etiam in codicibus nostris excepto codice c., in quo ἐπ' ὀμμασίαις legitur haud sane multum abhorrens a Meinekii correctione. — φόρει] Cum hac forma Aeolica compara e. gr. Sapph. frgm. 117 p. 913 Bergk. κάλει, Sapph. frgm. 40 p. 890 δόνει, Sapph. frgm. I, 23 p. 877 φίλει, Alc. frgm. 39, 3 p. 944 ἄχει. Verae lectionis φόρει (Bergk. Ahr. II.) codices k. B⁵. D. custodes sunt. Vestigia etiam sunt huius lectionis in codice c., ubi est φ^ε όρη (unde φόρη Ziegl. II.). Sola tonosi differt apographum Casaub., ubi φορεῖ (Ziegl. I. Mein. Ahr. I. al.).

30. κἄμμες] In Casauboni apographo κᾄμμες invenio. — βαρδύτεροι] Cf. id. XV, 104. Iliad. XXIII, 310. Ita scripsit Heins. (Mein. Ahr. cet.). Codices nostri et apographum Cas. βραδύτεροι offerunt. — ποτήμενα] h. e. ποτούμενα (vel πετόμενα). Cf. adn. ad id. XXVIII, 5. Sapph. frgm. 41 p. 890 Bergk. ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν πότῃ. Codex c. habet ταποτέμενα. Piln. adn. p. 160 coni. τὰ ποθούμενα. — συλλάβην] συλλαβεῖν. Cf. id. XXX, 7 p. 270. Conformationem nostram ad exemplum codicis c., ubi συλλάβή'ν exaratum est,

ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλην ποτιμώτερον,
καί μοι τὠραμένῳ συνέραν ἀδόλως σέθεν,
ὅπως, ἁνίκα τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς,
ἀλλάλοισι πελώμεθ᾽ Ἀχιλλέιοι φίλοι. 34

direximus (Bergk. vel potius Studemund. p. LXIII). Apographum Casaub. et reliquos codices obsidet *συλλαβεῖν* (Mein. Ahr. Ziegl. I. al.). Brunckius *συλλαβῆν* ediderat. A nobis stant Bergk. Ziegl. II.

31. *πέλην*] Ita ego et Ziegl. II. e coni. Brunckii pro *πέλειν*. Vide v. 20. — *ποτιμώτερον*] „*mitiorem.*“ (Verg. Ecl. I, 80 „sunt nobis *mitia* poma“ coll. Cic. Brut. LXXXIII, 288 „ipse enim Thucydides si posterius fuisset, multo *maturior* fuisset et *mitior*“. Ovid. ex Ponto II, 1, 48 „quum videam *mites* hostibus esse deos“). Theophr. caus. pl. IV, 4, 12 *καρποὶ γλυκεῖς καὶ πότιμοι*. Wyttenbach. *epist. cr.* p. 271 Schaef. Legitur *ποτιμώτερον* in apographo Casauboni. Codices k. D. B. habent *ποτιμότερον*, codex c. *προτιμότερον*.

32. *τὠραμένῳ*] Cod. c. *τῶ ἰαμένω*. Cod. k. *τῶ ῥαμένω*. Ap. Casauboni *τ᾽ ωραμένῳ* (Heins. al. *τὠραμένῳ*). — *συνέραν*] Ita Bergkius (cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 141) fiducia codicis c., ubi teste Studemundio (Bergk. p. LXIII) legitur $\overset{ο}{\text{συνέραν}}$. In codd. B. D. k. est *συνορᾶν*, in apographo Casauboni *συνερᾶν*. Heins. Ahr. Mein. Ziegl. al. ediderunt *συνερᾶν*, Brunck. Valcken. al. *συνερᾷν*.

33. *ὅπως κτλ.*] Arist. Eth. N. VIII, 4, 1 *μάλιστα δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ φιλίαι διαμένουσιν, ὅταν τὸ αὐτὸ γίγνηται παρ᾽ ἀλλήλων, οἷον ἡδονή, καὶ μὴ μόνον οὕτως ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, οἷον τοῖς εὐτραπέλοις, καὶ μὴ ὡς ἐραστῇ καὶ ἐρωμένῳ. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἥδονται οὗτοι, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὁρῶν ἐκεῖνον, ὁ δὲ θεραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· ληγούσης δὲ τῆς ὥρας, ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει. τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡδεῖα ἡ ὄψις, τῷ δ᾽ οὐ γίγνεται ἡ θεραπεία.* Hic quoque (vide adn. ad id. XXVIII, 6) *ὅπως* codices agnoscunt omnes, c. k. B. D. et apographum Casauboni, idque hic intactum Ahr. I. II. Mein. II. III. Ziegl. al. reliquerunt. Brunckius, cuius Valck. Geel. Mein. I. al. asseclae sunt, e coni. *ὅππως* posuit. — *ἁνίκα*] In Casauboni apographo *ἀνίκα* scriptum esse video, id quod fugit Ahrensium. — *ἀνδρείαν*] *virilem*. Vide id. XXVIII, 10. Pind. Isthm. VI, 50 *Πυθόι*. Ibid. VII, 52 *Τρωίας*. Cave ne nominis substantivi *ἀνδρεία* accusativum hic locum habere existimes. In Casauboni apographo et in cod. c. est *ἀνδρείαν*, in codd. k. B. D. *ἀνδρεῖαν*. — *ἔχῃς*] Hoc legitur in cod. c. et Casauboni apographo. Cf. v. 7 (*θέλῃς*). Quod codices k. B. D. dant, *ἔχεις*, Ahr. II. edidit. Heinsiana mutatio *ἔχῃς* apud Mein. Ahr. I. Ziegl. permansit.

34. *ἀλλ. πελ.*] Ita apographum Casaub. In codicibus nostris omnibus est *ἀλλήλοισι*, praeterea in cod. c. *πελόμεθ᾽*. — *Ἀχιλλέιοι φ.*] De vocalium diaeresi vide v. 33 (*ἀνδρ.*). Plutarch. de am. mult. 2 *τὸν μακρὸν καὶ παλαιὸν αἰῶνα μάρτυρα ἅμα τοῦ λόγου καὶ σύμβουλον λάβωμεν, ἐν ᾧ κατὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Πειρίθους* (Plutarch. Thes. 35. Hor. Od. IV, 7, 28), *Ἀχιλλεὺς καὶ Πάτροκλος, Ὀρέστης καὶ Πυλάδης* (Cic. Lael. VII, 24. Lucian. Tox. 1), *Φιντίας καὶ Δάμων* (Cic. de off. III, 10, 45), *Ἐπαμεινώνδας καὶ Πελοπίδας* (Plutarch. Pelop. 3 sq.). Valer. Max. IV, 7. Athen. XIII p. 601, A. Iacob. *prol.* Lucian. Tox. p. III. Apographum

νῦν μὲν κἠπὶ τὰ χρύσια μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν 37

Casaub. habet ἀχιλήιοι (non Ἀχιλλήϊοι ut dicit Ahr. p. 164, quem cf. p. LXXXIII): idem est in codice c. (ut audimus a Studemundio apud Bergk. p. LXIII., a quo discrepans Ziegl. ἀχιλήϊοι tradidit). Codices k. B[5]. praestant ἀχιλήϊοι, codex D. ἀχιλλήϊοι. Emendavit Schaef. ed. 1809. Nam etiam Valcken. Harl. al. habent Ἀχιλλήϊοι.

37. νῦν κτλ.] *Nunc quidem te propter Herculis ritu summos labores adeam.* In codice c. se legisse νῦν μὲν et Zieglerus II p. 156 et Studemundius apud Bergkium p. LXIII aiunt. Casaubonus ex apographo suo ediderat νῦν μὲν δὴ consentientibus codicibus k. B. D. Metro consulens νῦν μὲν κἠπὶ Brunckius primus scripsit. — κἠπὶ τὰ] Ita primus Heinsius. Casaubonus ex apographo suo κ' ἤπι τὰ edidit. Codices nostri omnes κἤπειτα (Zieglerus etiam in codice k. hoc invenit, id quod propter Ahrens. p. 164 dicendum). — χρύσια] Ita pro χρύσεα scripsi e coniectura etiam a Bergkio l. l. capta. Eodem modo ab Ahrensio et Bergkio Sapphus versus emendati sunt, frgm. 84 p. 904 Bergk. (χρύσιον —) et frgm. 85 p. 904 (χρυσίοισιν ἀνθέμοισιν). — μᾶλ'] Codex c. (Studemundio hoc licet credas) nobis subministrat μάλ' (superscr. η). Bergk. l. l. coni. μάλλα coll. lectt. varr. Sapph. frgm. 93, 1, p. 907. — ἕνεκεν σέθεν] Stat. Silv. I, 2, 38 digna quidem merces, et si tibi Iuno *labores Herculeos, Stygiis* (v. 38 πεδὰ Κέρβερον) et si concurrere *monstris* fata darent, si Cyaneos (id. XIII, 22) raperere per aestus. Hanc propter tanti Pisaea lege trementem currere et Oenomai fremitus audire sequentis. In cod. c. εἵνεκεν enotatum est. Rectius ἕνεκεν scribi putat Bergk. l. l. Versus, qui in edd. Ahr. Mein. I. II. cet. et in apographo Casauboni atque in codicibus nostris ordine sunt 37 et 38 (νῦν — βαίην —), potius ante eos versus, qui ibi numerantur 35 et 36 (αἲ — ἐν —) collocandos esse res ipsa docet. Intellexit hoc Mein. III. Frustra est Hermannus, qui ad Viger. p. 924 vulgatam inde a Casaubono versuum seriem defendere studuit, existimans conditionali sententiae versus 35 (αἰ δὲ —) tamquam apodosin respondere versum 39 (τόκα δ' —) et interiectos esse versus 37—38 (νῦν μὲν . . Κέρβερον) versusque 35—36 eo esse consilio interiectos ut ,,praemitteretur descriptio contrarii''. Idem voluisse videtur Wuestemannus, quum haec ad v. 37 adscriberet: ,,ceterum observa orationis iuncturam, quae interrupta est, ut fieri solet ἐν ἤθει''. Haec nemo hodie crediderit. Quemadmodum olim apud Theocritum ordo versuum turbatus est, ita — ut noto exemplo utamur — transmutandi sunt versus, quos socordia librariorum discerpsit apud Horatium Od. I, 36. Ibi versus 15—16 (neu desint epulis rosae neu vivax apium neu breve lilium) ponendi sunt post versum 12, ut sese excipiant versus 13—14 atque versus 17 (neu multi *Damalis* meri Bassum Threïcia vincat amystide. Omnes in *Damalim* putres deponent oculos cet.). Cfr. Hofm. Perlkamp. ad h. l. p. 146. Hor. Epod. II versus 13—14 (inutilesque falce ramos amputans feliciores inserit) Horatius locavit post versum 10 (altas maritat populos), id quod pridem G. Fabricius, H. Stephanus al. viderunt. Bergkius Theocriteorum versuum ordini vulgato succurri posse existimat, si intercidisse post versum (vulg. 36) ἐν θύμῳ sumamus versus duos. Sed nihil excogitaveris, quod desiderari speciose dixeris. Frustra se in versuum cohaerentia explicanda torsit schol. codicis k., de quo vide adn. ad v. 35.

βαίην καὶ φύλακον νεκύων πεδὰ Κέρβερον, 38
αἰ δὲ ταῦτα φέρην ἀνέμοισιν ἐπιτρόπης, 35
ἐν θύμῳ δὲ λέγης „τί με δαιμόνι' ἐνόχλης;“ 36

38. *βαίην*] *impetrem a me ut eam* propter te ad mala aurea Hesperidum, illuc *ire sustineam.* De optativo vide adn. ad id. VIII, 20. — *φύλακον*] Cf. e. gr. Iliad. XXIV, 566: *οὐδὲ γὰρ ἂν φυλακοὺς λάθοι.* Herod. I, 84 *οὐδεὶς ἐτέτακτο φυλακός.* — *πεδὰ*] Cf. id. XXX, 21. XXIX, 25. Sapph. 38 p. 889. 68, 4 p. 899. Ap. Cas. et cod. D^c. *mg.* habent *πέδα*, codd. c. k. B. D. *παῖδα.* Sed cf. id. XXX, 2 p. 270. — *Κέρβερον*] Non animadvertit Zieglerus, id quod vidit Studemundius (Bergk. p. LXIII.), in vocabuli *Κέρβερον* initio litteras *ερ* esse ex correctione.

35. *αἰ δὲ*] Apograph. Casaub. offert *αἰδὲ* sicuti unum vocabulum. Pro *αἰ* Studemundius in codice c. scriptum esse *αἴ* vidit. — *ταῦτα*] Ita cod. D. *sec.* In apographo Casauboni et in codd. c. k. B^5. D. *pr.* est *ταῦτά γε*, id quod etiam in lemmate scholii cod. k. apud Ziegl. schol. p. 97 exstat et ab Heinsio et Reiskio editum est. Primus Brunckius particulam *γε* delevit. Bergkius p. LXIII. *αἰ δὲ ταῦτά γε φρεῖν* scriptum fuisse suspicatur. — *φέρην*] Vide adn. ad v. 20. Recepi cum Ziegl. II. Brunckii coniecturam *φέρην*. Apographum Casauboni nostrique codices portant *φέρειν* (Ziegl. I. Ahr. Mein. al.). — *ἀνέμοισιν*] Vide adn. ad id. XXII, 167—168, ubi indicavi etiam versus Horatii, Od. I, 26, 1 sqq., quos quo saepius considero, eo maiorem cum hoc loco similitudinem habere intelligo: ,,Musis amicus tristitiam et metus *tradam* (*ἐπιτρόπης*) protervis in mare Creticum *portare* (*φέρην*) *ventis* (*ἀνέμοισιν*). — *ἐπιτρόπης*] Cf. v. 36 *ἐνόχλης* (id. XXX, 23 *ὄρη*), adn. ad id. XXVIII, 3. Quod scripsi, occultatum esse duco in latebris lectionum codicis c., ubi *ἐπὶ τρόπις* (οι supra), et codicum k. B^5. *pr.* D. *pr.*, ubi *ἐπιτρόποις* (codd. B^5. *sec.* D. *corr. ead. man.* *ἐπιτρέποις*). Apographum Casauboni tradit *ἐπιτρέπεις* (Ahr. I. Mein. Ziegl. I. al.). Bergkius et Ziegl. II. ediderunt *ἐπιτρόπῃς*, quod Bergkius p. LXIII dicit fortasse esse coniunctivum aoristi. Ahr. II. coni. *ἐπιτρόπεις*. *Ἐπιτρέπεις* non confirmatur imitationibus Nonni, Dion. XXX, 248 (*καὶ κλονέειν ἀνέμοισιν ἐπέτρεπεν*), Dion. XLVIII, 651 (*ὑπναλέης ἀνέμοισιν ἐπιτρέψας λέχος Αὔρης*), XLVII, 271 (*συνθεσίας δ' ἀνέμοισιν ἐπέτρεπεν*). De formatione verbi *ἐπιτροπέω* vide Lobeck. ad Phryn. p. 590. Ceterum memorabile est scholion cod. k. p. 97 Ziegl. *ἐὰν ἅ σοί φημι τοῖς ἀνέμοις φέρειν ἐπιτρέποις καί με ὡς ὀχληρὸν ἀποπέμποις ἄχρι μὲν γενήσῃ ἀνήρ, φιλῶν σε ἐπακούσω σοι, καὶ ἐὰν Ἡρακλείους ἄθλους τελέσαι μοι ἐπιτάσσῃς, μῆλα χρυσᾶ ἀγαγεῖν καὶ Κέρβερον ἐξ Ἅιδου κομίσασθαι.* Intelligitur auctorem huius scholii nescivisse quomodo versus, quorum iam tum ordo turbatus erat (vide adn. ad v. 37), explicaret.

36. *θύμῳ*] Ita Ziegl. II. Casauboni apographum et codices (*θυμῷ*) sequuntur Mein. Ahr. I. II. Ziegl. I. al. — *λέγης*] Hoc et a Zieglero et a Studemundio inventum est in codice c., qui hic habet accurationis praeiudicium (Ahr. p. 164 in hoc codice *λέγῃς* exstare tradiderat). Apographum Casauboni et codices reliqui — ut videtur — omnes ostendunt *λέγεις* (Mein. I. II. III. Ahr. I. II. Ziegl. I. al.). De coniectura Ziegl. II. et Bergk. *λέγῃς* posuerunt. Damnanda utique coniectura Brunckii, *anal.* III, 2 p. 84, *τε λέγεις*, cui Mein. I. aliique obsecundaverant. Et apographum Casau-

τόκα δ' οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
προμόλοιμί κε πανσάμενος χαλέπω πόθω.

boni et codices nostri firmant *δὲ*, id quod apud Mein. II. III. Ahr. I. II. al. postliminium habuit. — *ἐνόχλης*] Recita quasi scriptum sit *ἐννόχλης*, sed noli ita scribere Bergkium imitans et Ziegl. II. Vide adn. ad id. XXIX, 25. 26. XXVIII, 13. 25. 14. 4. Ipsius poetae manum agnosco in hoc, quod servavit codex c., *ἐνόχλης*. (Falso Ahr. p. 164 *ἐνοχλῇς* ibi esse memorat.) In apographo Casauboni et codd. B. D. exsignatum est *ἐνοχλεῖς*, in codice k. *δαιμόνιε ᾿νοχλεῖς*. Superiores editores (Heins. Reisk. Brunck. Valck. Kiessl. al.) *ἐνοχλεῖς* scripserunt. Thierschius coniectavit *εἰνοχλεῖς*, Hermann. ad Vig. p. 924 *ἐννοχλεῖς*. Hermanni coniecturam Mein. I. II. III. Ziegl. I. Ahr. al. probaverunt.

39. *τόκα*] Bergk. e coni. *τότα* edidit. — *οὐδὲ*] Codex c. non *οὐδὲ* commodat, sed *οὐ*. — *ἐπ' αὐλείαις θύραις*] h. e. *ἐπ' αὐλείας θύρας*. De hoc accusativo Aeolico vide adn. ad id. XXX, 5. In codd. c. k. et in apographo Casauboni est *αὐλείαις* (*αὐλεΐαις* esse in cod. k. non vere retulit Ahr. p. 164: at vide Ziegl. II p. 156). Codices B. D. praebent *αὐλίαις*.

40. *προμόλοιμί κε*] Cod. c. *προμήλοιμί κε*. Schol. cod. k. p. 97 Ziegl. haec scripsit: *τότε δὲ, δηλονότι ὅταν ἀνὴρ γενήσῃ, οὐδ' ἐν ταῖς αὐλείαις θύραις ποτὲ προσπελάσαιμι, κἂν σύ με καλῇς*. Quibus in verbis non inest signum diversae alicuius scripturae, id quod Bergkius p. LXIV. suspicari videtur. Vide adn. ad v. 35. — *χαλέπω*] Cf. adn. ad id. XXX, 1. *Χαλέπω* Ziegl. II. scripsit pro *χαλεπῶ*. Cf. e. gr. Alc. 39, 2 p. 944 Bergk. Ahr. *dial. Aeol.* p. 246. Apographum Casauboni sane dat *χαλεπῶ* idemque codices nostri praeter codicem c. (*χαλεπῷ*). — *πόθω*] Ziegleri II p. 156 haec verba sunt: „*πόθω* in margine habet codex c., in textu videtur *μ᾿ οἴωφ* scriptum esse". Plane aliter de eodem codice Bergkius scribit hic usus verbis: „A. pr. *μούνῳ*, m. s. *πόθω*" (siglo A. Bergkius significat codicem a nobis c. appellatum).

XXX.

CARMEN ANNO MDCCCLXIV MEDIOLANI IN CODICE AMBROSIANO INVENTUM.

ARGUMENTUM.

,,Omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori''. Hic versus Vergilii (Ecl. X, 69) complectitnr summam huius carminis tenerrimi, quo poeta, captus venustate pueri cuiusdam et desideriis diurnis nocturnisque exercitus atque agitatus, tandem, quum de mutuò huius quem deperit amore desperet, suum ipse *animum* (v. 12) compellat eumque hortatur ut canitiem suam (v. 14) cum viridi aetate pueri comparet, puerum aliis potius aliquando fauturum, sed ne ipsum quidem diuturna iuventa fruiturum reputet (v. 19 sqq.), cupiditates turbidas dimittat, malum, quod iam in ima praecordia descenderit (v. 22), exstirpet totoque ad salutem impetu nitatur. Cui *animus* respondet (v. 26 sqq.), homini imbecillo, caduco et brevis aevi folio (v. 32), esse ,,bene ferendum'' (Ovid. Amor. I, 2, 10) iugum Cupidinis (v. 30), qui etiam in deos, ne Iove quidem excepto (v. 31), imperium suum exerceat.

Carmen est absolutum, neque ob primum versus primi vocabulum mendose in codice *καὶ* scriptum existimare licet perisse eius initium.

Auctoris nomen non est proditum a codice, cuius unius beneficio idyllium ad nostram memoriam propagatum est. Indigemus etiam aliorum testimoniorum. Quaeritur igitur quibus adducti rationibus Theocriteum nos opus habere dicamus.

Ante omnia videndum est sitne poema eiusmodi ut tu Theocriti hoc esse vel suspicareris vel praefracte contenderes, si forte fortuna in alio codice inter medias reliquias Anacreontis, Theognidis aliorumve poetarum a te repertum esset atque ibi quoque — sicuti in nostro codice — ferretur adespoton. Est vero, inquam, eiusmodi. Nam quicunque ,,tritas aures habet notandis generibus poetarum et consuetudine legendi'' ut facile dicat, quod in illo Plautinorum versuum existimatore miratur M. Tullius: ,,hic versus poetae non est, hic est'', is perlegens hoc carmen intelliget multa paucos hos versus habere, quae plane congruant cum sensis ac verbis aliorum — bucolicorum vel mimicorum — Theocriteorum carminum, quorum quasi imago hinc resonat. Vere hoc a nobis statui disces ex adnotationibus v. 22. 7. 12. 11. 31. 1. 24. 30. 27.

Ad hanc similitudinem idylliorum versibus hexametris a Theocrito scriptorum accedit mira illa non solum similitudo, verum etiam necessitudo, quae intercedit inter hoc carmen et carmina lyrica XXVIII. et XXIX. Quicunque enim hoc carmen

fecit, haud dubie id ad Alcaei exemplar efformavit. Declarat *materia* erotica, declarat *metrum*, declarat *dialectus* civis Lesbii. Ac de *dialecto* quidem testimonium est ipsius codicis (*παιδικὰ Αἰολικά*), ne enumerem verba singula (e. gr. *βραδίως* v. 28 = 27). De *metro* vide arg. id. XXVIII p. 222.

Iam vero satis constat idyllium XXVIII. non potuisse ab alio homine scribi quam a Theocrito (vide arg. id. XXVIII p. 221). Item idyllium XXIX. a Theocrito scriptum esse certis argumentis coarguitur (vide arg. id. XXIX p. 241). Atqui hoc nostrum idyllium, quo de agitur, et *argumento* suo et *dialecto Aeolica* germanum est idyllio XXIX., *metro* vero et *dialecto eadem* germanum est idyllio XXVIII., idyllia XXVIII. et XXIX. autem germana esse in confesso est: ergo concludere nobis licet eundem poetam et hoc idyllium condidisse et idyllia XXVIII. et XXIX., videlicet Theocritum.

Rem probabilem reddit etiam conditio codicis, in quo hoc carmen legitur, qui est codex Ambrosianus 75 a nobis nota *c*. signatus. In hoc codice carmina Theocriti, Bionis, Moschi, mixtis etiam aliorum, e. gr. Dosiadis, ludicris, indiscreta exstant ac temere confusa (vide Ziegl. II p. VII et Iahn. *ann.* 1866 p. 159—160 coll. Bergk. p. III libelli infra indicandi). At vero ibi hoc nostrum carmen continuo sequitur idyllia XXVIII. et XXIX., Aeolicum tertium.

Itaque perquam credibile est ex eodem fonte et capite, unde idyllia duo priora (XXVIII. XXIX.) in codicem fluxerint, manasse etiam hoc idyllium (XXX.), vel, ut aliis verbis rem significemus, perquam credibile est hunc grammaticum, qui primus carmina tria Aeolica (XXVIII. XXIX. XXX.) iuxta composuerit, indidem sumpsisse idyllium nostrum (XXX.), unde sumpserit idyllia XXVIII. et XXIX. Nam mira profecto fors et plane singularis ludum insolentem lusisset, quae haec tria carmina, si a diversis ea scriptoribus facta essent, olim turbulenter in eundem locum ita confudisset ut tamen ex his quasi quaedam unius corpusculi coagmentatio fieret elegantissima et necessitudo intima.

Ac ne illud quidem nobis negligendum est, quod Nicetas Eugenianus, qui non solum bucolica idyllia Theocriti saepissime imitatus est, sed etiam Aeolici idyllii versus adumbravit (cf. arg. id. XXIX p. 241), ex hoc quoque carmine quaedam libavit. Nam posteaquam hic scriptor in extremo libro quarto inde a versu 379 e quattuor aliis Theocriti carminibus suos uno tenore versus conflavit (versibus 379 sqq. expressit id. XI, 1 sqq., versu 397 id. II, 28, versibus 399 sqq. id. II, 55 sqq. adhibito simul id. XV, 83, versu 405 id. XIV, 23, versu 406 id. XIV, 37, versu 410 id. XIV, 51), continuo hos versus addidit (v. 411 sqq.):

δοκεῖ δέ μοί τις, ἂν παρέλθῃ καὶ φύγῃ
Ἔρωτα τὸν τύραννον ἐπτερωμένον,
καὶ τοὺς ἐφ᾽ ὕψους ἐκμετρήσειν ἀστέρας.

Atqui hos versus enatos esse ex imitatione eorum, quae in idyllio XXX, vs. 27—28 legimus, manifestum est. (Cf. et Schwab. p. 17 eius libelli, de quo infra dicetur.) Probabiliter igitur Nicetam colligimus notitiam idyllii XXX. hausisse ex eodem codice, ex quo hauserat notitiam idyllii XXIX. et ex quo hauserat notitiam eorum idylliorum, quae esse Theocriti confessum est. Fuisse autem in illo codice ipsum mendum codicis c. (v. 27 *δοκεῖ μοι*) versu Nicetae 411 (*δοκεῖ δέ μοι*) proditur.

De Niceta Eugeniano imitatore huius carminis non est dubitatio Idem carmen auctorem eius carminis, quod nunc XXIII. inter Theocritea numeratur,

novisse non ausim contendere, sed iuvat tamen comparare adn. ad v. 4. 20. Ne de Vergilio quidem certi quidquam statuerim, cuius versum (Ecl. X, 69) sententiae carminis extremae simillimum esse supra diximus. Ceterum cf. adn. ad v. 11. 13. 22. De Horatio vide adn. ad v. 6. 23. 21. 26. (v. 19 nihil huc pertinet). De Tibullo vide v. 1, cui similitudini non plus tribuo quam Propertianae v. 13.

Renovavit memoriam huius carminis intermortuam Christophorus Ziegler us, qui id, quum auctumno anni MDCCCLXIV versaretur Mediolani, in codice *c.*, de quo supra diximus, inter alia carmina Theocritea invenit consignatum. Monuit igitur Guilelmum Studemundium, qui eodem tempore Mediolani versabatur, ut hic animum et oculorum aciem ad hoc carmen, pessime quidem multis locis habitum et fortasse ob hanc causam a superioribus criticis silentio praetermissum, intenderet: sibi enim (ut scribit ipse in Iahnii *ann.* XCIII. 1866 p. 159) non esse consilium eius in lucem emittendi, sed tantum paucos inde se versus „speciminis loco" esse transscripturum. Transscripsit igitur carmen Studemundius, transscriptum communicavit cum Theodoro Bergkio, qui absconditum per multa saecula primus ex tenebris in apricum protulit eo libello, cui inscriptum est: *Index scholarum in universitate litt. Fridericiana Halensi cum Viteberg. consociata per hiemem anni* MDCCCLXV—MDCCCLXVI *habendarum. Halae formis Hendeliis.* 4.*)

Non ita multo post quam Bergkii programma prodiit, hic liber editus est: *De Theocriti carmine Aeolico recens invento. Epistula critica ad Hermannum Fritzschium professorem Lipsiensem. Scripsit* Theodorus Fritzsche, *gymn. Gustrov. magister ord. Rostochii litteris Adlerianis* MDCCCLXV, 8. Theodoro Fritzschio, Francisci Volcmari, fratris mei patruelis filio, *ego* respondi *epistula critica*, quae exstat in *Mus. Rhen.* XXI (1866) p. 247—262. Praeterea hi duo libelli editi sunt: *Indices scholarum, quae in universitate litt. Dorpatensi per semestre prius — et per semestre alterum anni* MDCCCLXVI *habebuntur. Praecedit Theocriti carmen Aeolicum tertium a* Ludovico Schwabio *recognitum. Dorpati Livonorum. E. I. Karowius typis descripsit.* 4. *De* Theocriti *carmine Aeolico nuper invento. Scripsit* Henr. Lud. Ahrens. *Hannoverae* MDCCCLXVIII. *Typis Culemannianis.* 4. Apographum Studemundii iterum editum est a Bergkio, *anth. Gr. ed. II.* p. LXIV—LXV, carmen emendatum ibidem p. 507. Nos igitur principio Studemundii, qui ad carmen accurate transscribendum diligentiam suam primus contulit, usi sumus apographo, per Bergkium publici iuris facto. Zieglerus autem quum Augusto mense anni MDCCCLXV. rursus Mediolanum venisset, codicem, huius carminis custodem, denuo excussit, carmen et ipse transscripsit, transscriptum in Iahnii *ann.* XCIII (1866) p. 161—162 promulgavit, postea in editionem suam Theocriteorum idylliorum alteram p. 157 recepit. Quae sit apographorum discrepantia, infra indicabimus.

Quum hoc ἕρμαιον quot versus, tot paene habeat difficultates inextricabiles, in commodum doctorum virorum ipsum apographum codicis cum mendis omnibus infra excudendum curabo eique conformationem meam subiiciam, nec tamen — id quod iterum iterumque dico — quasi Pythius Apollo, certa ut sint et fixa quae dixero, sed

---

*) Bergkii nomen nusquam in hoc programmate scriptum est, ne in titulo quidem. Sed paginae primae haec inscriptio est: *Universitatis Fridericianae rector Henricus Dernburg cum senatu s. d. civibus suis.* Quae res fecit ut quidam bibliopolae, qui nunc programmata curiose conquisita vendunt, in catalogis suis programma commemorent hoc titulo insigne: **Henr. Dernburg** de Theocrito.

ut homunculus unus e multis, probabilia coniectura sequens. Ultra enim quo progrediar quam ut veri videam similia in his salebris non habeo. Certa dicent posteri fortasse subsidiis pluribus adiuti. Quamquam insunt, de quibus doctos semper dissensuros esse praevideo. Quo facilius autem in his caliginibus, quae paene totum hoc carmen occupaverunt, intelligatur, quid in universum poeta sibi voluerit, praemittam versus Latinos, quibus carmen amicorum rogatu expressi.

Heu quam triste mihi, quam miserum hoc, quo pereo, malum!
Per bimestre gravis febris habet me pueri calor.
Formosus puer est atque probus. Nil tamen ille dat
Horum, quae puerum gratificari ingenuo decet.
Et nunc assiduas corde gero sollicitudines.
Summa est gratia, si forte genae mollia riserint.
Ne sopore quidem parva mihi mox requies erit.
Limo praeteriens intuitus nos oculo est heri,
Profugit steteratque ante genas virgineus pudor.
Meum sed cruciat pectus amor maior et acrior,
Ac domum petii moestitiae vulnus alens grave.
Tum verbis revocans his animum corripui meum:
,,Eia, dic quid agas! Ecquis erit finis ineptiis?
Canas temporibus nonne vides esse tuis comas?
Tandem sis sapiens! Num facies est iuvenis tibi?
Haec tandem meditere, his studeas, quae senium decent.
Obliviscere! Nam profuit hoc saepe aliis viris.
Felix ille quidem, quem pueri nullus amor trahit.
Illi namque hilare est vita fluens hinnulei citi:
Sed mutabit et hanc atque alio velificabitur:
Nec formae ac decori tam gracili fata dabunt moram.
Ac desideriis flebilibus tu tamen illius
Marcescas? Miserum somnia te sic agitent vaga?
Vix anni spatium te recreet, ni sapias cito.“
Aegro sic animo conqueror et plurima disputo.
Contra sic animus: ,,vir bone, qui vincere se putat
Posse callidulam progeniem Cypridis, hic putat
Posse dicere quot caelum habeat milia siderum.
Et nunc, sive velim colla iugo subdere me gravi,
Fas est, seu fugiam. Sic etenim complacitum est deo
Callenti insidiis fallere vel magnum animum Iovis.
Atque ipsam Venerem. Nonne igitur me, folium breve,
Auraeque exiguae ludibrium, cedere fas deo?“

A.

ΠΑΙΔΙΚΑ.

I.

APOGRAPHUM CODICIS.

ΠΑΙΔΙΚΑ ΑΙΟΛΙΚΑ.

Καὶ τῶ χαλεπῶ κἀινομόρω τῶδε νοσήματος
τετορταῖ^{ος} ἔχει παῖδα ἔρως μῆνα δεύτερον
κάλω μὲν μετρίως ἀλλ᾽ ὁπόσον τῶ παιδὶ περιέχει
καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει ταῖς δ᾽ οὔ.
τᾶς γᾶς τοῦτο χάρις. ταῖς δὲ π‑αύλαις γλυκὺ μειδίαμ^{α}
τάχα δ᾽ οὐδ᾽ ὅσον ὕπνω πίτυχην ἔσσετ᾽ ἐρωΐα

1. Zieglerus et in Iahnii *ann.* l. l. p. 161 et in ed. Theocr. II p. 157 omisso signo spiritus edidit *καινομόρω.*

2. Zieglerus et in Iahnii *ann.* l. l. et in ed. II. l. l. edidit *τετορταῖ^{ος},* Bergkius *τετορταῖ^{ς},* sed p. LXV. *anthol.* dicit compendio, „quod non liceat plane hic exhiberi," revera significari *τετορταῖος.*

4. Zieglerus in editione sua consentiens cum Bergkio in extremo versu fecit punctum, quod non videmus in Iahnii *ann.* l. l.

5. In codice est *π‑αύλαις.* Hoc compendio significari *παραύλαις,* quod Zieglerus in Iahnii *ann.* l. l. p. 161 et ed. II p. 157 scripsit, etiam Studemundius testatur. In extremo versu Bergkius primo ediderat *μειδίαμ^{8}.* Hoc compendium sic esse accipiendum quasi sit *μειδίαμα* Ziegler. Iahn. *ann.* l. l. et Bergkius p. LXV affirmant. Sed Bergkius haec verba addidit: „in codice litterae *α* [sine dubio dicit litteram *α* superscriptam] adhaeret lineola." Ceterum post voc. *χάρις* Zieglerus illud, quo in Graecis libris nunc utimur, coli fecit signum superius, Bergkius punctum in ipsa linea.

6. Ahrensius p. 4 libelli arg. p. 264 indicati dicit Zieglerum legere *πίτυχην,* Studemundium *πιτύχην.* At in utroque apographo Bergkiano vel Studemundiano exstat *πίτυχην.*

ἐχθὲς γὰρ παριὼν ἔδρακε λεπτὰ μελιφρύγων
αἰδεσθεὶς ποτίδην ἀντίος ἠρεύθετο δὲ χρόα
ἔμεθεν δὲ πλέον τᾶς καρδίας σωρὸς ἐδράξατο
εἰς οἶκον δ᾽ ἀπέβαν ἕλκος ἔχων καὶ τὸ
πολλὰ δ᾽ εἰς καλέσασ θυμὸν ἐμαυτοῦ διέλυξε
τὶ δὴ ταῦτ᾽ ἐπόησ ἀλοσύνας τὶ ἔσχατον ἔσεται
λεύκας οὐκ ἐπῖσθησ θ᾽ ὅτι φόροις ἐν κροτάφοις τρία
ὤρα τοι φρονέσιν μὴ . . . ινέος τὰν ἰδέαν πέλη
πάντ᾽ ἔρδ᾽. ὅσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτια γεγευμένοι
καὶ μὰν ἄλλος ἐλάθειτο δ᾽ ἄρης λώῗον ἔμμεναι
ξεῖνον τῶν χαλεπῶν παιδὸς ἔραν
τῶ μὲν γὰρ βίος ἕρπε ρωὶσαγόνοις ἐλάφω θοαῖς
δλάσει δ᾽ ἑτέρα ποντοπόρην αὔριον ἁμέραν
οὐ δ᾽ ἀντ᾽ γλυκερᾶς ἀνθεμονάβασ πεδιμαλικὼ

11. Zieglerus in ed. habet εἰς καλέσασ (in Iahnii *ann.* propter novos typos Teubnerianos ubique sigma lunae falcive simile exhibentes discerni nihil potest). Hoc ego verum esse credo, quia Bergkius in *progr.* dedit εἰςκαλέσας, sed in *anth.* εἰσκαλέσας. Praeterea secutus Bergkium in *anth.* scripsi διέλυξε, quum non satis perspici possit fueritne in codice scriptum διέλυξε an διέλιξε (Bergk. *anth.* p. LXV). Zieglerus in utroque apographo dedit διέλυξε. Falsum est διέλεξε, quod Bergkius in *progr.* posuerat.

12. Zieglerus in utroque apographo edidit ἐπόης, Bergkius in utroque apographo ἐπόησ. Bergkius in *anth.* haud secus ac Zieglerus omisit interpunctionem, quam post ἀλοσύνης in eius *progr.* videmus. Praeterea τὶ scripsi cum Bergkio *anth.* pro τί, quod est in Bergkii *pragr.* et in utroque apographo Ziegleri.

13. Quod repetivi ἐπῖσθησ θ᾽ utrumque Ziegleri apographum obtulit. Textus Bergkii in *anth.* habet ἐπῖσθησθ᾽. Falso in Bergkii *progr.* excusum esse ἐπϊσθησθ᾽ Bergk. *anth.* p. LXV fatetur.

14. Post μὴ cum Bergkio et Ziegler ed. p. 158 tria puncta posui, ut significarentur ,,litterae detritae'' (Bergk. *progr.* p. XII). Ziegl. in Iahnii *ann.* vacuum inter μὴ et ινέος spatium reliquit.

16. In utroque apographo Bergkii λώϊον exaratum est omisso illo, quod Zieglerus appinxit signo. Exstare vero in codice hoc signum e Bergkii *anth.* p. LXVI concludas necesse est.

17. Bergkius utrobique post ἔραν coli fecit signum, id quod in Ziegleri apographo non comparet.

18. Posui id, quod est in ed. Ziegl. p. 158, ρωὶσαγόνοις. Ziegl. in Iahn. *ann.* l. l. p. 162 scripsit ρωὶ σα γόνοις, Bergk. in utroque apographo ρωὶ σαγόνοις.

20. Bergkiano apographo utrique obtemperans οὐ δ᾽ edendum curavi. Zieglerus utrobique οὐδ᾽. Quod attinet ad proximum vocabulum apostrophum illam, quae in Studemundii apographo litterae τ superscriptae adhaeret, Zieglerus in editione sua et in Iahnii *ann.* l. l. appinxit potius litterae ν, sic scripto vocabulo

μένει τῶδ᾽ ὁ πόθος καὶ τὸν ἔσω μιελὸν ἐσθίει
ὄμμι μνασκομένω πολλά δ᾽ ὄρη νυκτὸς εὐύπνι[α]
κ
παύσασθ᾽ δ᾽ ἐνιαυτὸς οὐ χαλέπαι οὐχὶ
ταῦτα χ᾽ ἄτερα πολλὰ ποτ᾽ ἐμὸν θυμὸν ἐμεμψάμαν
ο
ὁ δὲ τοῦτ᾽ ἔφτ᾽ ὅτις δοκεῖ μοι τὸν δολομάχαναν
νικάσειν ἔρον. οὗτος δοκεῖ μοι τᾶς ὑπὲρ ἄμμ᾽
εὑρεῖν βραδίως ἀστέρας ὁπποσάκιν+νενν εὐνέα
καὶ νῦν εἴτε θέλω. χρὴ με μακρὸν ἔχοντα τὸν ἄμφενα

αὐ᾽. Idem in Iahnii *ann.* l. l. dicit videri hoc compendio significari *αὐτοῦ* vel *αὐτῶ*. Praeterea Ziegl. ed. p. 158 (in Iahnii *ann.* differentia litterarum diiudicari non potest) *ἀνθεμονάβασ* scripsit, Bergk. *ἀνθέμονάβας*.

21. Ziegl. in utroque apographo *τῶδ'*, Bergk. in utroque apographo *τῶ δ᾽*. Revera autem in codice esse *ὁ πόθος* (non *ὁπόθον*, ut Bergkio *progr.* p. VI credens Schwabius p. 6 scripsit) Bergkius *anth.* p. LXVI testatur.

22. Vocabulo extremo litteram *α* superscriptam esse Studemundius apud Bergk. l. l. docet. Bergkius primo ediderat *ἐνύπνι*[8]. Zieglerus sic exscripsit ac si legisset *ἐνύπνια*. Idem Zieglerus utrobique edidit *πολλὰ*, sed Bergkius utrobique *πολλά*.

23. Zieglerus utroque in apographo sine elisione edidit *παύσασθαι*. Praeterea *οὐ*, quod post *ἐνιαυτὸς* legitur, in codice ,,inductum'' dicit Zieglerus ed. p. 158, *durchstrichen* idem in Iahnii *ann.* l. l. Hoc Bergkius *anth.* p. LXVI a librario narrat esse ,,*deletum*''. Idem *progr.* p. XIII dixerat hanc voculam ,,*ab ipso librario esse expunctam*''. Denique ,,*in voce*'' *οὐχί* litteram *χ* ,,*deletam*'' esse dicit Bergkius *anth.* l. l. Silentium de hac re Zieglerus egit.

25. Bergk. *anth.* *ὅτις* (?). De ultimo vocabulo Bergkius *anth.* l. l.: ,,librarius ipse litteram *α* adpunxit''. Zieglerus autem ed. p. 158: ,,*α* infra *ο* in codice deletum est''. Magis perspicue idem in Iahnii *ann.* l. l. ,,das *α* unter *ο* in *δολομάχαναν* ist durchstrichen''.

26. Repraesentavi *ἔρον. οὗτος*, verum a Zieglero utrobique scriptum esse arbitratus. Bergkius utrobique *ἔρον· οὗτος* vulgavit.

27. Monstruosum *ὁπποσάκιν+νενν* Bergkius, quum in utroque apographo exhibuerit, veram Studemundii collationem dedisse iudicandus est. Sed affixi signum crucis, quod non est apud Bergkium, est apud Zieglerum in utroque huius apographo. At Zieglerus hoc sibi legisse visus est *ὁπποσάκιν+ ιvν* (non *εvν*). Discrepantiam Ziegleriani et Studemundiani et apographi Bergkius *anth.* p. LXVI commemorat, simul scribit ,,Studemundium asserere *ν*, cui crucis illud signum Zieglerus addiderit, expunctum esse, *consentiente* Zieglero''. Denique pro *εὐνέα*, quod e Studemundii apographis utrobique Bergkius scripsit, Zieglerus in utroque apographo suo nobiscum communicat *ἐννέα*. Sed vide adn. ad v. 28.

28. Bergkius in programmate *θέλω· χρὴ* edidit, idem in *anth.* l. l. *θέλω, χρὴ*. Zieglerus utrobique *θέλω, χρή* (acuto accentu). De vocabulo versus ultimo Zieglerus ed. p. 158 haec adnotavit:

ἕλκειν τὸν ζυγὸν. εἶτ' οὐκ ἐθέλω ταῦτα γὰρ ὦ̓γα θέος
βούλεται θέοσοσ καὶ διὸς ἔσφαλε μέγαν γόον
κἄντας κυπρογενῆας ἔμε μὰν φίλον ἐπάμερ^{ον}
σμίκρας δευόμενον ἄυρας ὁ μέλλων αἶκα φορεῖ.

,,de *ἄμφινα* et *ἐννέα* (v. 27) ambigo. Formae litterarum eae sunt, ut etiam *ἄμφενα* et *εὐνέα* legi possit.''

29. Bergkius in programmate *ζυγὸν· εἶτ'* edidit, in *anth.* l. l. *ζυγὸν. εἶτ'* discrepans a Zieglero, qui utrobique *ζυγόν. εἶτ'* (accentu acuto et puncto facto). — Bergkius utrobique *ὦ̓γα θέος*, Zieglerus utrobique *ὦ̓γαθέος*.

30. Zieglerus in ed. p. 159 *θέοσοσ καὶ διὸς* (apographi in Iahnii *ann.* exhibiti hic ratio haberi non potest), Bergkius utrobique *θέοσος καὶ διὸς*. Gravior inter Studemundium et Zieglerum discrepantia de verbo extremo est. Bergkius, secutus Studemundium, utrobique excudit *νόον*, sed Zieglerus utrobique *γόον*.

31. Zieglerus in utroque apographo dedit *κἄντας*, Bergkius in utroque *καῦ̆τας*. Vide v. 32. Vocabulum extremum huius versus sic scripsi ut utrobique Zieglerus. Bergkius utrobique *ἐπάμερον*.

32. Bergkius in utroque apographo *ἄυρας*, Zieglerus in utroque apographo *αὔ̆ρας*. Bergkius in *anth.* tacet de hac differentia, in *progr.* (p. XV) scripserat litteram *ρ* huius vocabuli esse ,,incertam''.

II.

CARMEN EMENDATUM.

Ὤιαι τῶ χαλέπω καὶνομόρω τῶδε νοσήματος!

De inscriptione carminis (*Παιδικὰ Αἰολικά*) vide arg. id. XXIX p. 240, de metro arg. id. XXVIII p. 221—222.

1. *Ὤιαι*] *vae* —. Ita emendavit Bergkius verbis fretus Apollonii, de adv. p. 538, 2: *καθάπερ οὖν τῷ πόποι τὸ παπαὶ παράκειται καὶ τῷ ὀτοτοὶ τὸ ἀταταί, οὕτως καὶ τῷ ὠιοιοὶ τὸ ὠαιαί, ὅπερ συναλειφθὲν καὶ ἐν βαρείᾳ τάσει γινόμενον παρ' Αἰολεῦσίν ἐστιν ᾦαι.* Legentibus in memoriam redit Tibull. I, 4, 81: *heu heu* quam Marathus lento me torquet amore. De constructione verborum vide id. IV, 40: *αἰαῖ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος* (coll. id. XV, 4). Hinc *αἰαῖ* Theodor. Fritzschius maluit quam *ᾦαι*. Bergkianam etiam Schwabius et Ahrensius praetulerunt coniecturam. — *χαλέπω*] In idyllii secundi memoriam admoniti ab hoc adiectivo substantivi *νοσήματος* comite reducimur, ubi v. 95 *χαλέπας νόσω* simillime dicitur atque adeo v. 96 verbum *ἔχει* ponitur, quod v. 2 huius carminis legimus. Hanc similitudinem considerantibus et animadvertentibus idem adiectivum et in extremo versu idyllii XXIX. ita dici in re eadem (*χαλέπω πόθω*) ut et ipsum congruat cum huius idyllii versu 24 (*χαλέπας*), reputantibus etiam, quemadmodum in

τετόρταιος ἔχει παῖδος ἔρος μῆννά με δεύτερον,

hoc brevi odario ter *χάλεπος* (vel *χαλεπός*) positum (v. 1. 18. 24), ita in odario XXIX. dumtaxat paucis versibus hac ecloga longiore praeter hoc adiectivum eiusdem stirpis adverbium versu 22 usu venire, denique adnumerantibus locos illos ex parte iam indicatos, ubi eodem adiectivo Theocritus usus est (id. II, 95. XXII, 9. XXII, 146. X, 11. XXV, 67. VIII, 15 — ut omittamus Pseudotheocr. XXVII, 28), argumentum de multis unum invenire nobis videmur si minus firmum, at certe probabile, ob quod Theocritum appellemus auctorem huius carminis. — Ceterum genetivi formas *τῶ χαλέπω* cet. Aeolicas, non Doricas, hic recte dixeris, haud secus atque id. XXVIII, 8. 9. 13. 15. 18. 23. XXIX, 40. 14. 15. 24. 25. Cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 111. — *αἰνομόρω*] Cf. adn. ad id. XXV, 168 p. 188. Odyss. IX, 53 al. — *νοσήματος*] Simile quiddam est Eurip. frgm. Inus IX, 2 *ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα*. Soph. frgm. 162 Dind. *νόσημ᾽ ἔρωτος τοὔτ᾽ ἐφίμερον κακόν*. Non arbitror hoc voc. poni propter Stoicorum doctrinam. Cic. Tusc. IV, 10, 32: ,,ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur, quos vocant Stoici *νοσήματα*". Diog. Laert. VII, I, LXIII, 115 *ὡς δὲ λέγεταί τινα ἐπὶ τοῦ σώματος ἀρρωστήματα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς, φιλοδοξία, φιληδονία καὶ τὰ παραπλήσια. τὸ γὰρ ἀρρώστημά ἐστι νόσημα μετὰ ἀσθενείας, τὸ δὲ νόσημα οἴησις σφόδρα δοκοῦντος αἱρετοῦ*. Hor. Sat. II, 3, 27. II, 3, 307. Propius ab hoc loco abest Verg. Aen. IV, 90.

2. *τετόρταιος*] *per duos menses tenet me pueri amor febris quartana* (*,,als ein Fieber"* vel *,,like a fever Love attachs me"* non satis dilucide dicitur). Subiectum sententiae est *ἔρος*, cui praemittitur praedicatum ut XXIX, 38. Odyss. III, 306: *τῷ δέ οἱ ὀγδοάτῳ κακὸν ἤλυθε δῖος Ὀρέστης*. Odyss. XVII, 306 *ἦ μάλα θαῦμα κύων ὅδε κεῖτ᾽ ἐνὶ κόπρῳ*. Demosth. de cor. p. 298, 24 § 212 *ὁ σύμβουλος καὶ ῥήτωρ ἐγώ* (ubi quidam non recte *ὁ σύμβουλος, ὁ ῥήτωρ ἐγώ*, appositionem esse *ἐγώ* statuens). Verg. Georg. IV, 168. (Hor. Epist. II, 1, 195 *diversum genus* accusativum Graecum haberi Klotzius mihi auctor est). Cave ellipsin vocularum *ὡς* vel *tanquam* hic usu venire existimes, cui ne id. XIV, 51 quidem locus est, neque vero in illis exemplis, quae Graeca Dobr. ad Arist. Plut. 314, Latina Doering. ad Hor. Epist. I, 2, 42 collegit. Possis etiam verba poetae sic explicare ut *τετόρταιος* sit subiectum, *παῖδος ἔρος* epexegema (*febris*, scil. *amor pueri*): sed versus primi ratio explicationem superiorem postulat. Etenim *morbo* se gravissimo iactari versu primo poeta in universum dixerat. Iam eleganter quali aegrotet morbo accuratius indicat. Mancipavit autem pro usitato ab Atticis et Hellenistis vocabulo *τεταρταῖος*, de quo ante me Theod. Fritzschius p. 8 dixit et quod ex Ev. Ioann. XI, 39 nosse debent docti, derivatum a Dorico vocabulo *τέτορες* (Theocr. XIV, 16) vocabulum *τετόρταιος*, quod lexicis, sive Doricum dixeris sive Pseudoaeolicum (nam Aeoles non *τέτορες* dixerunt, sed *πέσυρες*), inserendum est, quantumvis dubitet Ahrensius, qui l. l. p. 4 *τερτοταῖος* corrigendum censet, quod Aeolice pro *τριταῖος* esse dictum vult. At Ahrensius non stilum librarii correxit, sed stilum ipsius Theocriti, oblitus eorum quae dixit *dial. Dor.* p. 548. Tu cf. id. XXIX, 18 et infra 20. v. 17. id. XXVIII, 4 (*ὅππα*). Febris *,,quartana"* (Hor. Sat. II, 3, 290. Suet. Iul. 1) et *πυρετὸς τε-*

κάλω μὲν μετρίω τ', ἀλλ' ὀπόσων τῷ πάιδι πρέπει
— — — — — — — — — — ἔχει.
καὶ νῦν μὲν τὸ κάκον ταίς μεν ἔχει τλησιπό[νοις φρένας].

ταρταῖος plene dicitur Plat. Tim. p. 86, A et omisso πυρετός nomine τεταρταῖος, e. gr. Anth. Pal. IX, 503, 3. Lucian. Peregr. 28. — ἔρος] Vide adn. ad v. 27. Quod ego conieci, ἔρος, Schwabius ratum habuit, reliqui ἔρως retinuerunt. — μῆννα] Vide adn. ad Id. XI, 41 p. 361. Antea coniectaveram τετορταῖον ἔχει παῖδος ἔρος μῆννά τε δεύτερον (*per bimestre et quatuor dies*), id quod dico propter Zieglerum, qui ed. p. 156 me narrat τετορταῖος ἔχει παῖδος ἔρος μαινάδι μ' εἴκελον scribere voluisse, *Mus. Rhen.* 1. l. p. 252. At quicunque tenorem verborum meorum consideraverit, intelligat necesse est ista me, superioribus explicatis, non sine causa μετ' εἰρωνείας adiecisse. Bergkius, Theod. Fritzschius, Schwabius, Ahrensius μῆνα antetulerunt.

3. μετρίω τ'] *modesti*, optimis moribus praediti. Cf. Theocr. epigr. XII, 3. Plat. Protag. p. 315, D παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ Παυσανίας καὶ μετὰ Παυσανίου νέον τι μειράκιον καλόν τε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός. — Bergk. nihil deesse aestimans sic scripsit versum: κάλω μὲν μετρίως, ἀλλ' ὀπόσον τοι παῖδι πρέπει. At ridiculus est amator et secum ipse pugnans, qui, quum aestuet flammis, palam hoc profitetur, quod eum profiteri Bergk. *progr.* p. VII scribit, „*puero mediocrem formae esse decorem, sed eum, qui puero conveniat.*“ Vide quae disputavi *Mus. Rhen.* p. 253. Cum Bergkio Schwabius consentit. Transmutatis versibus Theod. Fritzschius haec proposuit: κάλω μὲν μετρίως, ἀλλ' ὀπόσον παῖδα πέριξ ἔχει τᾶς γᾶς, τοῦτο χάρις· ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδίαι. καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν κτλ. Ahrensius haec: κάλω μὴ μετρίως, ἀλλ' ὀπόσον τὤπατι περρέχει χαίτᾳ τ' Αὐτόπαρις· ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδίαι. καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν τᾶς μὲν ἔχει, τᾶς δ' ὀνίῃ πάλιν. — πάιδι] Vindicavit hoc Bergkius, *progr.* p. VII. Cf. Sapph. frgm. 85 p. 904 Bergk. Anacr. frgm. 17 p. 1017 Bergk. κωμάζων παῖδι ἁβρῇ *La Roche* in *ephem. gymn. Austr.* 1868 p. 526 (Odyss. I, 207 al.).

4. Intercidisse versum, cuius ultimum vocabulum fortuna residuum fecit, v. 3 adversativa particula ἀλλὰ — indicatur. Fuerit autem necesse est sententia ei similis, quam supra, arg. p. 265. Latino versu expressi, e. gr. ἀλλ' ὀπόσων τῷ πάιδι πρέπει χαρίσασθ' ἐτάρῳ τὠραμένῳ (cf. id. XXIX, 32) μηδὲν ὅλως ἔχει. Cf. locum simillimum Pseudoth. XXIII, 1—2.

5. ταίς] Accusativus Aeolicus pro τὰς dictus, quem e. gr. apud Alcaeum frgm. 85 p. 954 (Νύμφαις, ταὶς Δίος ἐξ αἰγιόχω φαῖσι τετυγμέναις) legimus, defenditur etiam usu superiorum idylliorum: vide id. XXVIII, 20. XXIX, 29. XXIX, 39. Conz. *Lesb.* tab. XII, A, 8—9 *ΤΑΙΣ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑΣ*. Cf. etiam Ahr. *dial. Aeol.* p. 71 sq. Hirzel. *dial. Aeol.* p. 50. Bergk. in *anth.* hanc recepit Theodori Fritzschii, quem non nominavit, coniecturam: καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖσι δέ μ' οὐκ ἔχει, posse etiam — ταῖσι δέ μ' οὔδαμα vel alia legi *anth.* p. LXVI asserens. Antea, in *progr.*, Bergk. ediderat καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖσι δέ μ' οὐκέτι. Schwabius coni. καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖς δ' ἔχει οὐκέτι. De Ahrensio vide adn. ad v. 3. In extremo versu posui τλησιπόνοις φρέ-

ἄπαν τοῦτο χάρισμ᾽, αἴ τι παραύαις γλύκυ μειδίαι.
τάχα δ᾽ οὐδ᾽ ὅσον ὕπνῳ ᾽πιτύχην ἔσσετ᾽ ἐρωία.
ἔχθες γὰρ παρίων ἔδρακε λέπτ᾽ ἄμμε δι᾽ ὀφρύγων,

νας. Olim quid in libris fuerit Oedipus viderit.

6. *παραύαις*] h. e. *παρειαῖς*, *genis*. Cf. id. XXVI, 1. Cramer. *anecd. Oxon.* I p. 343, 18 ad Odyss. XIX, 208 (*παρήια*): *οἱ Αἰολεῖς πάραυα λέγουσι τροπῇ καὶ ἐπενθέσει τοῦ υ τῷ ἰδίῳ ἔθει.* Mendosa sunt, quae ibid. tom II p. 301, 13 et apud Choerobsc. ibid. tom. II p. 251, 34 leguntur. *Παραύαις* coniecit Bergkius. — *γλύκυ*] Hor. Od. II, 22 extr. *dulce ridentem* Lalagen amabo. Vide adn. ad id. I, 96 p. 47. — *μειδίαι*] Aeolice pro *μειδιᾷ* sicuti *γέλαι*, *γελᾷ* (Gregor. Cor. *dial. Aeol.* § 15) cet. (Ioann. gramm. p. 319, gramm. Meerm. p. 661 ed. Gregor. Cor. Schaef.). Vide Gies. *dial. Aeol.* p. 213. Bergkius in *progr.* sic corrigi voluit: *τᾶς γᾶς τοῦτο χάρις· ταῖς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδίαι.* Idem in *anth.* *τᾶς παῖς ὦτ᾽ ἄχαρις, τᾶς δὲ παραύαις γλυκὺ μειδίαι*, Schwabius *ἄβας τοῦτο χάρις ταῖςδε παραύαις γλυκὺ μειδίαν*. De Theodori Fritzschii et Ahrensii coniecturis vide adn. ad v. 3.

7. *᾽πιτύχην*] h. e. *ἐπιτυχεῖν*. Evidens hic est forma infinitivi aoristi Aeolica, cum qua contende quod infra, versu 9, legimus *ποτίδην*, id. XXIX, 30 (*συλλάβην*) vel versum Alcaei ab Aristotele Rhet. I, 9 p. 1367, a, 9 servatum, ubi Bekkerus e codice A^c. apportavit *θέλω τι τ᾽ εἰπῆν*, id quod esse *θέλω τι Fείπην* Bergkius p. 948, Schneidewinus *delect.* p. 230, alii viderunt. Primus Bergkius *᾽πιτύχην* pro *πιτύχην*. — *ἐρωία*] h. e. *ἐρωή* (id. XXII, 192), *requies*. Servavit hic nobis librarius, cui carmen transscriptum debemus, vocabulum dignum quod in lexica nostra recipiatur. Hesychii est glossa *ἐρωία*, *ἐρωμένη*, quam cave cum Bergkio *progr.* p. VIII corrigas *ἐρωία*, *ἐρωή*, a qua mutatione ipso litterarum ordine qui est apud Hesychium deterremur. Neque vero, ut video a Schmidtio factum, haec Hesychii glossa ad Theocr. IV, 59 referenda est, quae potius alicui carmini olim adscripta fuit, ubi agebatur de puella amata, apud quam poeta nobis nunc ignotus se „*requiem curarum*“ invenisse praedicavit. Redi in memoriam quae dixerit Tibullus IV, 13, 11: tu mihi *curarum requies*, tu nocte vel atra lumen et in solis tu mihi turba locis. Ceterum sententia memoriam replicat Theocriti X, 10, *οὐδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι᾽ ἔρωτα;* et Catulli LXVIII, 5 (quem neque sancta Venus molli requiescere somno — perpetitur) et Horatii, Epist. I, 2, 37 (invidia vel amore vigil torquebere). Tibull. II, 4, 11. Prop. IV, 17, 11.

8. *λέπτ᾽*] *connivens* (Plin. H. N. XI, 54, 144) Theod. Fritzschius comparavit Eur. Or. 225: *λεπτὰ γὰρ λεύσσω κόραις*. Cf. adn. ad id. I, 96 p. 47. Ibyc. frgm. 2 p. 998 Bergk. *Ἔρος αὖτέ με κυανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις τακέρ᾽ ὄμμασι δερκόμενος.* Verbis Pseudotheocr. XX, 13 non effici ut id, quod Bergkius progr. scripsit, *λόξ᾽* —, necessarium iudicetur, Fritzschius p. 12 vere dixit. Si quid mutandum, longe probabilius est *ἔδρακε κλέπτ᾽* —, *furtivum*, *furtim*, *furtivo oculo adspexit*, fuisse primitus, id quod suspicatus est Kreusslerus, qui aptissime ad *potestatem adiectivi verbalis κλεπτός* explicandam pro ea, qua omnibus admirationi est, doctrina comparavit versum Aristoph. Vesp. 900: *ὦ μιαρὸς οὗτος· ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει*, ubi cum

αἰδέσθεις ποτίδην μ' ἀντίος, ἠρεύθετο δὲ χρόα.
ἔμεθεν δὲ πλέον τᾶς κραδίας ὤρος ἐδράξατο,
εἰς οἶκον δ' ἀπέβαν ἕλκος ἔχων καὶ τὸ [κέαρ δάκων].
πόλλα δ' εἰσκαλέσας θῦμον ἐμαύτω διελεξάμαν·

videndi verbo *praesentis temporis participium verbi* κλέπτειν ita coniunctum est ut cum eodem verbo *perfecti temporis participium* (adiuncto simul *adiectivo* σεμνόν) coniunctum est apud Euripidem, Alc. 773: οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις; — ἄμμε] Haec Bergkii correctio est ab omnibus comprobata. — δι' ὀφρύγων] h. e. δι' ὀφρύων, *superciliose* („superciliosus censor" a Seneca, ep. 123, „supercilii severi matrona" ab Ovidio, Trist. II, 309 dicitur). Etiam haec emendatio a Bergkio p. VIII profecta est, accepta Schwabio et Ahrensio et abunde firmata glossis Hesychii (ὀφρυγνᾷ cet.). Accedit autem hoc δι' ὀφρύων ad potestatem adverbii, quod *superciliose* supra diximus. Similia praepositionis διά exempla sunt apud Krueger. ad Thuc. I, 40, 3, Eucken. *praep. Arist.* p. 38. Apte Ahrensius comparavit Anth. Pal *app.* LXVIII, 5—6: ἀμαυρὰ βλέψας ἐκ πελιῶν νωδὸς ἐπισκυνίων. Quamquam puerum *pudentem* significari Ahrensius putat. Theod. Fritzschius sic maluit formari versum: — ἔδρακε παῖς λεπτὰ δι' ὀφρύων.

9. αἰδ.] De participio aoristi cf. Iliad. XVII, 95, Classen. *serm. Hom.* p. 115. Theocr. VII, 128 γελάσσας (Iliad. VI, 484. Odyss. II, 301). Theod. Fritzschius coni. ποτίδην μ' —. — ἠρεύθετο] Ovid. Met. IV, 329 pueri rubor ora notavit. Heroid. IV, 72 verecundus tinxerat ora rubor.

10. ὤρος] h. e. ὁ ἔρος. Vide adn. ad v. 27. Versum reformavit Bergkius (ille quidem ὠ̃ρος).

11. ἕλκος ἔχων] plane ut id. XI, 15. Verg. Aen. IV, 67 tacitum vivit sub pectore *vulnus.* Ovid. Her. XV, 276 Merk. descendit *vulnus* ad ossa meum. Stat. Achill. I, 639 quonam usque premes urentia pectora *vulnus?* Calpurn. XI, 12 sic tua desertis nudarunt *vulnera* silvis. Hor. Epod. XI, 17 fomenta *vulnus* nil malum levantia. Extremo in versu id edidi, in quod Curtius incidit, κέαρ, addito ex mea coniectura participio δάκων (cf. Theocr. XII, 25. Hesiod. ἔργ. 451 κραδίην ἔδακε. Iliad. V, 493. Arist. Ach. 1. Iliad. VI, 201 ὃν θυμὸν κατέδων). Bergkio in optatis est — ἔχων καὶ τεθολωμένος, Theod. Fritzschio — ἔχων καὶ τὸ δέμας ταχείς, Ahrensio — ἔχων καρτερὸν ἤπατι. Schwabius nihil de versu explendo significavit.

12. πόλλα δ' εἰσκαλέσας θ.] Nam „*foris erat animus*" (Plaut. Merc. III, 4, 2), quem studuit tum poeta „*revocare*" (Cic. ad Att. XIII, 1) vel „*recipere*" (Hor. Epist. II, 2, 104), vel — ut aliis verbis enucleemus sententiam — poeta tum sibi ipse hoc dixit, quod bis diversis in carminibus ab eo pronunciatum est: πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; (id. II, 19 et id. XI, 72). Antea scripseram cum Theod. Fritzschio πολλὰ δ' ἐγκαλέσαις (Theodorus εἰσκαλέσας) θῦμον ἐμαυτῷ διελεξάμαν, quod potuisse dici intelligitur ex verbis schol. Callim. in Apoll. 100: ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτόν. — διελεξ.] Hor. Epist. II, 2, 145 „quocirca loquor haec mecum. — Bergkius scripsit πολλὰ δ' εἰσκαλέσας θυμὸν ἐμαυτῷ διελεξάμαν, Schwabio corrigendum visum πολλὰ δ' ἐγκαλέσας θυμῷ ἐμαυτῷ διελεξάμαν, Ahrensio πολλὰ δὲ σκαλίσας θυμὸν ἐμαυτοῦ διέλεγξ' ἐγών.

„τί δὴ ταῦτ᾽ ἐπόης; ἀλλοσύνας τί ἔσχατον ἔσσεται:
λεύκας οὐ συνίησϑ᾽ ὄττι φόροις ἐν κροτάφοις τρίχας;

13. τί δὴ τ. ἐπ.] *quid ista amatoria faciebas? qua tu mente ista agebas? τί παϑὼν ταῦτα ἐποίεις; quid tibi volebas, insane* (*φρένας ἠλέ*, Iliad. XV, 128, cf. proximum *ἀλοσύνας*) *et quas res agebas?* (ut loquar cum Horatio, Sat. II, 6, 29, ubi vide Heindorf.) Verba Theocriti Kreusslerus reformavit. — ἀλλοσύνας τί ἔσχ. ἔσσ.] *quid erit extremum* huius tuae *vesaniae* vel „*dementis furoris*" (Prop. I, 14, 20)? Aeolice sonat *ἀλλοσύνα*, quod est *ἠλοσύνη* apud Nicandrum, Alex. 420. Cf. e. gr. *ΤΑΝ ΣΤΑΛΛΑΝ* (*τὴν στήλην*) Conz. *Lesb.* tab. XII, A, 24, *σελάννα* (Bergk. ad Sapph. frgm. 52 p. 894). Theocrito vindicavit hanc vocem Bergk. *progr.* p. IX. — Ceterum compara Ovid. Met. VII, 10: postquam ratione *furorem* vincere non poterat. Verg. Aen. IV, 101. Catull. C, 7. Prop. I, 13, 20. Prop. IV, 17, 3. — τί ἔσχατον] Ovid. Amor. III, 1, 15 *ecquis erit tibi finis* amandi? Prop. IV, 19, 4 nescitis captae mentis habere *modum*. Verg. Aen. IV, 98 sed *quis erit modus?* Ecl. II, 68 *quis* enim *modus* adsit amori? Ecl. X, 28 *ecquis erit modus?* inquit. Amor non talia curat. Ecl. X, 22 Galle, quid *insanis?* (cf. adn. ad id. I, 80 p. 42.) Hi versus Vergiliani utrum Theocriteo versui debeant originem necne, aliorum sit existimatio. Nullo vero pacto Ecl. II, 5 (studio iactabat *inani*) cum voc. *ἀλλοσύνα* comparandum. Ad recitandorum verborum rationem quod attinet, Ahrensius l. l. p. 17 in voce τι elisionem vocalis ι locum habere statuit, ita tamen „ut vocalis elisioni obnoxia scripta servetur, ut factum aliquoties a grammaticis et in antiquis titulis, semper apud Latinos". Equidem ego synizesin (cf. adn. ad id. I, 51) hic esse vocalium (*τί ἔσχατον*) iudico, tametsi certum exemplum aliud vocalis ι cum sequenti vocali coalescentis nondum inventum est. Esto igitur hic versus exemplo. Bergkius, progr. p. IX, agnovit hic vocalis aphaeresin, *τί ᾿σχατον*, de qua dubitavit iure Ahrensius l. l., quia aphaeresis talis non potest ferri nisi praegressa littera longa. Versum totum recepta Kreussleri emendatione nunc sic scripsit Bergkius: *τί δὴ ταῦτ᾽ ἐπόης;* [in *progr.* *ἐπόησ᾽* ediderat] *ἀλοσύνας τί ἔσχατον ἔσσεται;* Schwabius — *ἀλλοσύνας τί ᾿σχατον ἔσσεται;* Theod. Fritzschius *τί δῆτ᾽ αὐτοποᾶς ἀλοσύνας τὤσχατον ἔσσεται;* Ahrensius *τί δῆὖτε πτόϊησ᾽ ἀλοσύνας; τί ἔσχατον ἔσσεται;* existimans *πτόϊησ᾽* esse *πτοίησαι*, „ab Aeolico *πτοίημαι* = *πτοιοῦμαι*". Bergk. *anth.* p. LXVI coni. *τί δὴ ταῦτ᾽ ἐπόϑης;*

14. συνίησϑ᾽] Cf. id. XXIX, 4. Etiamnunc verâm duco esse hanc Kreussleri coniecturam. — φόροις] Huic, quae a codice offertur, formae temperavi, quum nihil impediat, quin sumamus fuisse verbum Aeolicum *φόρωμι* a *φορόω* ita ductum ut *δοκίμωμι* a verbo *δοκιμόω* (cf. adn. ad id. XXIX, 19). Bergkius, Theod. Fritzschius, Schwabius *φόρεις* corrigunt, Ahrensius *φόρης*. — ἐν κροτάφοις] Rursus audire tibi videris Theocritum id. XIV, 68 dicentem: *ἀπὸ κροτάφων πελόμεσϑα πάντες γηραλέοι.* Quamquam alios quoque me non fugit dixisse similia. — τρίχας] Quum accepissem calens a prelo apographum codicis ac primum huius versus prima verba (λεύκας—) legissem, exspectabam me in extremo versu inventurum esse *τρίχας*. Idem Theod. Fritzschio accidit, qui primus sic correxit. Certissimam hanc correctionem vocat Ahrensius l. l. p. 21. At Bergkius et in *progr.* edidit et in *anth.* pertinaciter repetivit *λεύκας οὐκ οἴδησϑ᾽ ὅττι φόρεις ἐν κροτάφοις τρίας;*

ὠρά τοι φρονέειν! μὴ σὺ νέος τὰν ἰδέαν πέλῃ;
πάντ᾽ ἔρδ᾽, ὄσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτια γεύμενοι.
καὶ μὰν ἄλλος ἐλάσθη· τὸ δ᾽ ἄρ᾽ ἦς λώιον, ἔμμεναι

progr. p. X. τρίας Aeolice pro τρεῖς dictum esse contendens. Tolerabile hoc esset, si legeremus φόρεις ἤδη ἐν κροτάφοις τρεῖς, scil. τρίχας. Sed praef. *anth.* p. LXVII. Bergkius etiam haec coniectavit: λεύκας οὐκ ἐπ᾽ ἴσ᾽ οἶσθ᾽ ὅττι φόρεις ἐν κροτάφοις τρίχας; Theod. Fritzschius versum sic constituit: λεύκας οὐ συνέτησθ᾽ ὅττι φόρεις ἐν κροτάφοις τρίχας; Schwabius legendum arbitratur λεύκας οὐκέτ᾽ ἴσησθ᾽ ὅττι φόρεις ἐν κροτάφοις τρίχας; At οὐκέτι ferri non potest, ferri posset οὔπω ἴσησθα; Ahrensius haec coniectavit: λεύκας οὐκ ἐπύθησθ᾽ ὅττι φόρῃς ἐν κρ. τρίχας;

15. ὠρά] h. e. ὥρα. Qui hoc vocabulum προπερισπωμένως scripsit tanquam Aeolicum (cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 109), eidem ψιλῶς necessario scribendum erat. Reposui igitur ὦρα. Cf. Bergk. ad Sapph. frgm. 52, 3 p. 894 (et adn. ad v. 2). Apud Alcaeum quidem longa ultima est huius vocabuli, frgm. 39, 2 p. 944 Bergk.: ἀ δ᾽ ὦρα χαλέπα. — μὴ κτλ.] *numnam tu specie* (τὰν ἰδέαν, cf. id. XXIX, 6) *es iuvenis? du bist doch nicht ein Jüngling? You are not a youth, I suppose?* Cf. id. V, 74. Hermann. ad Viger. p. 787. Baeumlein. *partic. Gr.* p. 303. De Latina interrogatione *numnam* vel *numne* cf. Ritschl. *proll.* ad Plaut. Trin. p. 75. Holtz. *synt. pr. script. Lat.* II p. 270. — σὺ] Vide adn. ad id. XXIX, 7. — Bergk. et Schwab. coni. ὦρά τοι φρονέειν μὴ οὔ τι νέος τὰν ἰδέαν πέλῃ, Theod. Fritzsch. ὦρά τοι φρονέειν, μὴ αὖτε νέος τὰν ἰδέαν πέλῃ, Ahrens. ὥρα τοι φρονέειν, μὴ οὔτι νέος τὰν ἰδέαν πέλων πάντ᾽ ἔρδ᾽, ὄσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτι γεγευμένοι.

16. πάντ᾽ —] Sententia haec est: *fac omnia ea, quae faciunt viri, qui prorsus gustant annos*, h. e. quorum sunt cani capilli (v. 14), qui conscientia senectutis vel iam urguentis vel subrepentis vident etiam atque etiam et considerant quid aetatem, cuius iam ,,*gustatum*" habent, deceat et vale dicendum esse ludicris intelligunt atque amoribus. De participio γεύμενοι (h. e. γενόμενοι) cf. Pind. Isthm. I, 21 γεύμενοι στεφάνων νικαφόρων, Theocr. XIV, 51 γεύμεθα, h. e. γενόμεθα, et Theocr. XXX, 32 δεύμενος. Propriam feci emendationem Kreussleri, qui duabus litteris deletis pro γεγευμένοι scribendum esse vidit γεύμενοι. Bene a Kreusslero sanatum versum dicit etiam Schwabius p. 13. Th. Fritzschius, qui *prius* quam ego et Kreusslerus de hoc carmine disputavit, et Ahrensius (Ahrensius quidem versu cum proximo coniuncto: vide adn. ad v. 15) senserunt cum Bergkio, qui sic scripsit: πάντ᾽ ἔρδ᾽ — ἄρτι γεγευμένοι.

17—18. καὶ μὰν] Versus 17—18 hoc sibi volunt: *ac profecto* (καὶ μὰν — id. IV, 23. X, 23 coll. id. V, 122 — Odyss. XI, 582. XI, 593. Markl. ad Eur. Suppl. 1010. Rehdantz. ad Dem. Olynth. II p. 20, 19 § 9. Weber. ad Dem. Aristocr. p. 347. Klotz. ad Devar. II p. 650 sqq. —) ,,*aliis* multis *profuit oblivionem amorum petere*". Nam, ut ait Ovidius, Remed. 729, admonitu refricatur amor, vulnusque novatum scinditur. ,,*Hos, qui oblivisci potuere, tu nunc imitare. Nam melius est ,,hospitem" esse in puerorum amoribus et ab his plane liberum.*" Propert. II, 2, 1 liber eram et vacuo meditabar vivere lecto). Horat. Od. I, 6, 19 cantamus *vacui*, sive quid urimur. Contra *servitium* dicitur amor a

ξέννον τῶν χαλέπων παῖδος ἐρώτ[ων καὶ ἐλεύθερον].
τῷ μὲν γὰρ βίος ἕρπει προγόνοις ἶσ' ἐλάφω θόας,
ἀλλάσσει δ' ἑτέρᾳ ποντοπόρην αὔριον ἄμερος.

Tibullo II, 4, 1 et Propertio I, 5, 19. — ἄρ' ἦς] Imperfectum tempus cum voc. ἄρα ita coniunctum ut e. gr. in versu Niciae, arg. id. XI p. 344, vel apud Simonidem, fragm. 89 ἦν ἄρ' ἔπος τόδ' ἀληθές. Priscus versui splendor per Bergkii coniecturam, quam ego, Theod. Fritzschius, Schwabius fautores utroque pollice laudamus, restitutus est. Ahrensius veterem lectionem redintegrari posse credidit hac mutatione: καὶ μὰν ἄλλο σε λάθει· τὸ δ' ἄρ' ἦς λώιον ἔμμεναι. — Dubitavi autem pro ἦς ponere ην, quod est e. gr. Sapph. frgm. 106 p. 911 Bergk. — ἔμμεναι] Vide adn. ad id. XXIX, 2.

18. ξέννον] Vide adn. ad id. XXVIII, 6. Cum significatione vocis pariter a Soph. Oed. R. 219, quem Bergkius testem citat, et a Moscho, quem Theod. Fritzschius, III, 96, laudat, adhibitae libet etiam conferre Plat. Apol. p. 17, D ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. Bergkius haec fuisse scripta suspicatur: ξεῖνον τῶν χαλεπῶν παιδὸς ἔραντι προγενεστέρῳ, Th. Fritzschius ξεῖνον τῶν χαλεπῶν παῖδος ἔρῳ μὴ πεπονημένον, Ahrensius ξεῖνον τῶν χαλεπῶν, παιδὸς ἐράντεσσι τά περ πέλει.

19. τῷ μὲν κτλ.] Nihil melius excogitari potest, quam hoc, quod Bergkio album calculum cum Schwabio adiiciens ego edidi. Τῷ μὲν γὰρ βίος εἷρπ' ἶσα γονοῖς τοῖς ἐλάφω θοᾶς scribi maluit Theod. Fritzschius, Ahrensius vero τῷ μὲν γὰρ βίος ἔρρωτ' ἀπόνως ὡς ἐλάφω θοᾶς. — προγόνοις] De brevitate comparationis vide adn. ad id. V, 57. — ἐλάφω] Anacr. frgm. 52 p. 1024: οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν, ὅστ' ἐν ὕλης κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Hor. Od. I, 23, 1: vitas hinnuleo me similis, Chloe. Hor. Od. III, 11 v. 9 sq.: quae (Lyde) velut latis equa trima campis ludit exsultim metuitque tangi nuptiarum expers. Anacr. frg. 75 p. 1029 Bergk.

20. ἀλλάσσει] *sed hanc ille vitam mutat* (mutabit, mihi crede, si bene pueros novi) *die crastino* (propediem) atque ita quidem *ut mitis vela pandat in partem alteram*, ut „cursum teneat" in partem alteram (Cic. II. Verr. IV, 34, 89), h. e. ut ad amores a puerili ludo sese convertat atque alicui amatori faveat vel „*velificetur*", ut loquamur cum Coelio apud Cic. ad Div. VIII, 10, 2 (ne *velificatus* alicui dicaris). Cf. etiam Ovid. Remed. am. 14: (amator) gaudeat et vento *naviget* ille suo. Verbum ἀλάσσει (de cuius tempore praesenti vide adn. ad id. VI, 22) Kreussleri sagacitati debemus. — ἑτέρᾳ] adverbium est significatque *in partem alteram*. Cf. ἄλλᾳ, id. II, 6 et adn. ad id. II, 6—7 p. 77. De Ligurini pueri persona ac mente mutata Horatius Od. IV, 10, 7: dices, heu, quoties te speculo videris *alterum*, quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit? Ne huc quidem Aeolicam inferre formam (ἑτέρυι) ausim. — ἄμερος] h. e. ἥμερος, *mansuetus*, *mitis* (cf. Pseudotheocr. XXIII, 3). Proprie hoc epitheton animalibus mansuetis tribuitur (Lucian. dial. mar. XV, 2, Odyss. XV, 162) estque contrarium nomini ἄγριος (Iliad. VIII, 338 al.). Quum vero et ἄγριος translate dicatur de puero feroci ac duro (Pseudotheocr. XXIII, 19) et ἥμερος de puero miti (Pseudotheocr. l. l.), cum insigni elegantia Theocritus recens ab imagine proxima (βίος — ἐλάφω θόας) ponit

οὐδ' αὔτῳ γλυκέρας ἄνθεμον ἄβας πεδ' ὑμαλίκων
μένει. τῶ δ' ὁ πόθος καὶ τὸν ἔσω μύελον ἐσθίει

nomen *ἄμερος*, quasi sit iam puer hinnuleus mansuefactus. Bergk. in *progr.* scripsit *τλάσεται δ' ἐτέρυι ποντοπόρην αὔριον ἀμέραν*, id quod Th. Fritzschius (*ἐτέρᾳ* praeferens) probavit. Bergk. in *anth.* recepta Kreussleri emendatione *ἀλάσσει δ' ἐτέρυι κτλ.* Schwabius item recepta Kreussleri emendatione *ἀλάσσει δ' ἐτέρᾳ ποντοπόρην αὔριον ἀμέραν.* Ahrensio placuit *χαλάσει δ' ἐτέρᾳ ποντοπόρην αὔριων ἄρμενα.*

21. *οὐδ'* —] Hanc sententiam haec verba significant: *ne illi quidem flos iuventae perpetuo manet.* — *αὔτῳ*] Hoc ex indiciis codicis Zieglerus (vide adn. ad *apogr.* p. 267) eruit. — *ἄνθεμον*] Theogn. 1305 *γνοὺς ὅτι παιδείας πολυήρατον ἄνθος ὠκύτερον σταδίου.* — *ἄβας*] scripsi coll. Alc. frgm. 101 p. 957 Bergk. — *πεδ'*] h. e. *μετ'* —. Vide adn. ad id. XXIX, 38. — *ὑμαλίκων*] h. e. *ὁμηλίκων* (Odyss. XV, 197 coll. Theocr. XVIII, 22 *συνομάλικες*). *Non iam* „*gestiet puer paribus* colludere" (Hor. Art. poet. 159). Ex adnotationibus ad id. XXIX, 20 et adn. ad id. XXVIII, 3 p. 226 (*ὑμάρτη*) disces ob dialectum meditatum me scripsisse *ὑμαλίκων*, non *ὐμαλίκων*. Nam adspirationem vocabuli *ὕμοιος* Aeolicam firmat Latini vocabuli *similis* comparatio, in quo ut in aliis (*ὗς*, sus, *ἅλς*, sal) alternant sibila littera atque spiritus asper. Similiter, ut omissis exemplis Indicis et Germanicis, Semiticas gentes tangamus e. gr. חנן et כנן dixit Chaldaeus.

22. *τῶ δ' ὁ πόθος*] *huius autem desiderium* nihilo minus *medullam* — tuam videlicet — *exedit intimam*, quum tamen videas illum nunc ab amoribus esse alienum, praevideasque eundem mox aliis potius amatoribus te iunioribus morem esse gesturum, brevi vero tempore flore iuventae et decore privatum iri? Quin tu desistis ineptire! Ne dativum *σοι* vel pronomen possessivum poetae addendum fuisse existimes, cum hac sententia compone id. VII, 50. Cic. Tusc. I, 46, 111: illa suspicio *cruciat* (non dixit *cruciat nos*). Hor. Od. IV, 1, 5—6. Theocritum loqui credes, ubi relegeris tertii idyllii versum 17, quo de Amore dicitur *ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστίον ἄχρις ἰάπτει* vel id. VII, 102 *ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστίον αἴθετ' ἔρωτι.* Catulli et Vergilii versus similes adn. ad id. III, 17 p. 125 indicavi, quibus addere iuvat Aen. IV, 101. I, 660. Georg. III, 271. Prop. IV, 17, 9. Stat. Silv. V, 1, 47. Ovid. Her. IV, 15. IV, 70. Ovid. Met. I, 473 „laesit Apollineas traiecta per ossa medullas". Calpurn. III, 28 „sic intimus arsi ut nihil ulterius tulerim". Particulam *καὶ* satis muniri similitudine id. III, 15 et Bergkius progr. p. XII et Ahrens. l. l. p. 23 dixerunt, quorum posterior Anth. Pal. VII, 31 comparavit: *Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρηκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν.* — *μύελον*] Vide id. XXVIII, 18. — Theod. Fritzschius et Schwabius assensu suo id, quod Bergkius scripsit, comprobaverunt: — *μέλει· τῷ δ' ὁ πόθος κὰτ τὸν ἔσω μυελὸν ἐσθίει.* Ahrensius coniectavit — *μέλδει· τῷ κτλ.* Explicationis causa vir doctissimus p. 25 haec subiunxit: „Quod dedi *μέλδει*, intransitiva notione uti [?] volo, cf. Hesych. *μέλδειν, μέλδεσθαι.* Itaque *μέλδει* = *μέλδεται* est i. q. *τήκεται* (Hesych. *μέλδει, τήκει*), quae vox sententiae bene convenit, cf. Anth. Pal. VI, 285, 5 [potius 6] *ἔργα νέον τήκειν ἄνθος ἐπιστάμενα.*"

ὀμμιμνασκομένῳ, πόλλα δ' ὄρῃ νύκτος ἐνύπνια;
παύσασθαι δ' ἐνίαυτος χαλέπας οὐκ ἴ[κανος νόσω].“
ταῦτα κἄτερα πόλλα προτ' ἔμον θῦμον ἐμεμψάμαν.
ὀ δὲ τοῦτ' ἔφατ'· „ὄττις δοκίμοι τὸν δολομάχανον
νικάσειν Ἔρον, οὗτος δοκίμοι τοὶς ὕπὲρ ἀμμέων

23. *ὀμμιμν.*] h. e. *ἀναμιμνησκομένῳ*. Cf. id. XXIX, 26. Correxit Bergkius assensu criticorum, qui de hoc carmine disputaverunt, omnium. — *ὄρῃ*] h. e. *ὁρᾷ*. *Desiderium tuum multa noctu videt insomnia.* Interpretis loco est Horatius, Od. IV, 1, 37: „nocturnis ego somniis iam captum teneo, iam volucrem sequor te per gramina Martii campi, te per aquas, dure, volubiles“.

24. *οὐκ ἴκανος νόσω*] Hoc modo ut instaurarem versum movit me littera *κ* voci *οὐχί* superscripta, ex qua concludo *οὐκ* pro *οὐχ* e libro meliore olim a grammatico illatum et negationem illam secutum esse vocabulum *ψιλούμενον* a littera *ι* incipiens, quo aptius quam *ἴκανος* nondum inveni. Supplementum ex id. II, 95 petivi. Ceterum hic quoque manus Bergkii emendatrix in universum valuit, qui quidem *παύσασθαι δ' ἐνιαυτὸς χαλεπᾶς οὐκὶ δύας ἄλις*, id quod etiam Theodoro Fritzschio arrisit, edidit. Ahrensii haec coniectura est: *παύσασθαι δ' ἐνιαυτοῖς χαλεπῶν οὐκὶ δυνάσεται*. Schwabius nihil de versu emendando protulit.

25. *κἄτερα*] h. e. *καὶ ἕτερα*. Psiloseos indicium est in versu proximo. — *προτ'*] *apud animum meum questus sum, animo meo conquestus sum* (Sil. Ital. VIII, 94). *Μέμφεσθαι* non minus recte hoc loco dicitur addita praepositione *πρὸς*, quam Xen. Oecon. XI, 23: *ἢ μέμφομαί τινα πρὸς τοὺς φίλους ἢ ἐπαινῶ*. Nam animus poetae, quem hic alloquitur et quem reprehendit, ab ipsius persona divelli non potest: litigans secum ipse litigat etiam cum animo. Accedo igitur Bergkio *προτ'* emendanti, cui etiam Theod. Fritzschius et Schwabius accesserunt. Ahrensius coni. *πόλλ' ἄσπετ* — coll. Odyss. IV, 75.

26. *ὀ δὲ*] Qui miratur loqui hic animum, is comparet inter alia Hor. Sat. I, 2, 68. — *δοκίμοι*] Attice diceres *δοκιμοῖ*. Vide adn. ad id. XXVIII, 19. Ad hanc emendationem Bergkii Theod. Fritzschius, Schwabius, Ahrensius sese iure aggregaverunt. Vide etiam arg. p. 263. Eadem est Bergkii emendatio v. 27. — *δολομάχανον*] Hoc adiectivum admonet nos de verbis Simonidis, frgm. 42: *σχέτλιε παῖ, δολόμητις Ἀφροδίτα τὸν Ἄρει δολομαχάνῳ τέκεν*, ubi fortasse *δολομάχανον* scribendum. Bergkium nuper (poet. lyr. p. 1134) e coniectura *κακομαχάνῳ* edidisse vehementer miror. Ceterum cum Theocrito contende Mosch. I, 8 sqq. Ovid. Remed. 148 (*insidiosus* Amor). Amor. I, 2, 6 (an subit et tecta *callidus* arte nocet?) Tibull. I, 6, 4 (an gloria magna est *insidias* homini composuisse deum?).

27. *νικάσειν*] Cf. id. I, 97: *τὸν Ἔρωτα λυγίζειν*. — *Ἔρον*] Nominativum *Ἔρος* usurpatum vidimus ab Ibyco, adn. ad id. XXX, 8 p. 272, a Theocrito id. XXIX, 22 (id. XXX, 2), id. XXX, 10. Eodem modo loquitur Sappho frgm. 40 p. 890 et frgm. 79 p. 903 Bergk. In formando accusativo *Ἔρον*, quem legimus hoc loco et quem et ipsum Aeolicum Etym. M. p. 379, 35, schol. Iliad. I, 469, Eustath. ad h. l. p. 136, 33 al. appellant, Ahrensio *dial. Aeol.* p. 120 Aeoles e tertia declinatione in secundam declinationem transisse videntur. Rectius

εὔρην βραιδίως ἄστερας ὀππoσσάκις ἔννεα.

Theod. Ameisius, *de Aeolismo Hom.* p. 44, comparata consuetudine loquendi Homerica, sententiam Gregorii Cor. *dial. Aeol.* § 32 defendit atque secundae declinationi vindicat has formas omnes, quibus etiam Homerus utitur: ἔρος (Iliad. XIV, 315), ἔρῳ (Odyss. XVIII, 212), ἔρον (Iliad. VII, 323. I, 469 al.). Eadem est ratio formarum γέλος, γέλον (Ahrens. l. l.), de quibus grammaticus Meermannianus p. 664 Sch. (λέγεται δὲ παρ' αὐτοῖς — Aeolensibus — ὁ ἔρως ἔρος, καὶ ὁ γέλως γέλος. καὶ κλίνουσιν αὐτὰ ὁμοίως τοῖς εἰς ος λήγουσι κυρίοις ὀνόμασι) et Tzetzes in Hesiod. p. 104 (τὸν ἔρον δὲ καὶ τὸν γέλον ὁμοίως Αἰολικῶς). Iusto citius Bekkerus Iliad. I, 599 et Odyss. VIII, 326 γέλος edidit, quum Odyss. VIII, 343 et 344 γέλως non mutaverit. Recte *La Roche* Odyss. VIII, 326 γέλως, quod constantia sermonis postulat, servavit. — δοκίμοι] Vide v. 26.

27—28. τοὶς — ἔννεα] Sententia haec est: ,,qui se Amorem putat posse vincere, *is putat se invenire numerum astrorum*'', vel, ut poeta dicere maluit, ,,*putat se posse astra invenire et dicere quoties exstet* e n n e a s, *numerus ille sanctus novenarius*''. Habes igitur idem dicendi genus, de quo dixi ad id. II, 69 (φράζεο — ἵκετο). Quintil. X, 1, 62 ,,Stesichorum quam sit ingenio validus materiae quoque ostendunt''. De verbo εὑρεῖν (εὔρην) cf. et Herod. I, 5, 1. Quin poeta hic ἔννεα dixerit, eo minus dubium est, quod Zieglerus quoque (vide *adn. ad apogr. codicis* p. 268) idem quod ego de Curtii coniectura antea scripseram vocabulum eruisse sibi e codice visus est. Utitur autem Theocritus *mystico enneadis nomine* quo res videatur augustior. Cf. Eustath. ad Iliad. II, 96 (ἐννέα κήρυκες) p. 180, 18: προσπαθῶς ἔχει ὁ ποιητὴς τῷ ἐννέα ἀριθμῷ διά τε ἄλλας αἰτίας, ἃς λέγουσιν οἱ παλαιοί, οἷον καὶ ὅτι τετράγωνός ἐστι καὶ τέλειος ἐκ τελείου τοῦ τρία γινόμενος πολυπλασιασθέντος εἰς ἑαυτὸν κτλ. Auson. id. XI (*gryph. ternarii numeri*), 1: ter bibe vel *totiens ternos: sic mystica* lex est. Hor. Od. III, 19, 14 ternos ter cyathos petet vates. Sententiam simillimam his verbis Catullus LXI, 206 expressit: ,,ille pulveris Africi siderumque micantium subducat numerum prius, qui vostri numerare volt multa milia ludi'' (cf. et Catull. VII, 7 — ,,aut quam sidera multa, quum tacet nox furtivos hominum vident amores'' — nostri cetera). Plat. Euthydem. p. 294, B ἦ καὶ τὰ τοιαῦτα (ἐπίστασθον) τοὺς ἀστέρας ὁπόσοι εἰσὶ καὶ τὴν ἄμμον. Quae Platonica firmant interpretationem nostram. — εὔρην] Quod scripsi εὔρην (εὑρεῖν), id defenditur versu 7 ('πιτύχην). — βραιδίως] h. e. ῥηιδίως, ῥᾳδίως. Hesych. βραίδιον, ῥᾴδιον Αἰολεῖς. Eustath. ad Iliad. II, 1 p. 163, 21 τὸ ῥᾴδιον Αἰολικῶς βράδιον λέγεται. Vide etiam id. XXVIII, 11 (βράκη). Bergk. *progr.* haec coniectavit: μετρεῖν βραιδίως ἀστέρας, ὀπποσσάκι μεὶς νέα. Idem in *anth.* nostra extremi versus emendatione adoptata μετρεῖν βραιδίως ἀστέρας, ὀπποσσάκις ἐννέα edidit, sed praef. p. LXVII tanquam per lancem saturam harum mutationum dat optionem: ὀππόσσ' ἀκίναγμ' ἴει vel ὀππόσσα κυλίνδεται (,,i. e. ἄστρα'' — at ἀστέρας ipse Bergkius scripsit!) vel ἢ ὀππόσσ' ἀλὶ κύματα. Fovens autem in sinu coniecturam suam μετρεῖν Bergk. l. l. contendit plane confirmari eam imitatione Nicetae Eugeniani, cuius supra arg. p. 263 mentionem fecimus. Theodorus Fritzschius haec olim fuisse suspicatur: εὑρεῖν βραΐδίως ἀστέρας ὀπποσσάκιν εἴνατοι, Schwa-

καὶ νῦν εἴτ' ἐθέλω, χρή με μάκρον σχόντα τὸν ἄμφενα
ἕλκειν τὸν ζύγον, εἴτ' οὐκ ἐθέλω. ταῦτα γὰρ ὤγαθος

bius vero commenticium quoddam vocabulum Aeolicum *εὐνέα* (quasi *ἐννέα*) efficiens *μετρεῖν βραιδίως ἀστέρας ὁπποσσάκιν εὐνέα* (cf. *adn. ad apogr.* p. 268), Ahrensius *μετρεῖν βραιδίως ἀστέρας ἢ ὄπποσά κεν ἔννεα.* Hoc suum Ahrensius sic nos interpretari p. 27 iubet: ,,*vel* — scil. opinatur — *quaecunque stolida sunt*''.

29. *ἐθέλω*] Versus totus a sordibus vetustatis liberatus est per Bergkium, cuius sententiam Theod. Fritzschius, Schwabius, Ahrensius magno assensu consecuti sunt. — *μάκρον* — *ἄμφενα*] iugum nunc mihi Cupidinis trahendum est (v. 30), *quum ego antea* nimium viribus meis fretus (cf. id. I, 97) *cervicem habuerim altam atque* ,,*arduam*''. Imago sumpta est ab equis generosis, quorum, ut apud Verg. Georg. III, 79 et Hor. Sat. I, 2, 89 legimus, est *ardua cervix.* De adiectivo *μακρός* (*μάκρος* scripsi Aeolensium more) vide adn. ad id. VIII, 2 p. 262. Similiter Hor. Od. III, 16. 19 *late conspicuum* (*μακρόν*) tollere ,,*verticem*'', Od. I, 1 extr. *sublimi* feriam sidera ,,*vertice*''. Quod quum scribo, aliud esse *cervicem*, aliud *verticem*, luculente scio. De participio aoristi *σχών* compara Plat. Gorg. p. 519, D: *τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα, ἀνθρώπους ἀγαθοὺς καὶ δικαίους γενομένους, σχόντας δὲ δικαιοσύνην ἀδικεῖν;* Soph. Electr. 551: *γνώμην δικαίαν σχοῦσα τοὺς πέλας ψέγε*, ibique Schneidew. Plat. Tim. p. 60, A al. Ahrensius non acquiescens in ea explicatione adiectivi *μακρός*, quam nos pluribus persecuti sumus, Bergkius *progr.* p. XIV brevissime indicavit (,,poeta dicit se quum antea superbia fuerit elatus iam fractum esse"), haec scripsit p. 27: ,,Verius *μακρὸς αὐχὴν* accipietur *de collo longo, porrecto*, ut *μακραύχην* est, qui *collum longum habet. Porrigunt* autem collum, qui patienter id iugo submittunt: cf. Nonn. Dion. XIV, 265 *εἰς ζυγὸν αὐτοκέλευστον* [*αὐτοκέλευστος* Koechl.] *ἑκούσιον αὐχένα τείνας.*'' At aliud est *porrigere* collum, aliud habere *collum longum*: est autem fallacia usus logica Ahrensius, quum antea vocibus ,,*collo longo*'' adderet ,,*porrecto*''. Ille quidem apud Horatium Sat. I, 3, 89 *porrecto* iugulo historias captivus ut audit. Denique plane diversum *ἑκούσιον αὐχένα τείνειν* (Nonn. l. l.) atque *ἔχειν μακρὸν αὐχένα.* — *ἄμφενα*] h. e. *αὐχένα.* Vindicavit Theocrito hanc vocem Bergkius *progr.* p. XIV laudata glossa Hesychii, quae huius nostri auxilio versus invicem emendatur. Est enim apud Hesychium *ἀμφήν, αὐλήν.* Hesychius non est dubium quin scripserit *ἀμφήν, αὐχήν.* Ceterum cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 42 et *dial. Dor.* p. 503.

30. *ἕλκειν τ. ζ.*] oportet me ,,*subdere colla iugo*'' Cupidinis (Tibull. I, 2, 90). Vide adn. ad id. XII, 15. id. XXVII, 20. Nonn. Dion. VII, 198 Lucian. de merc. cond. 13 *ὑποκύψαντα τὸν ζυγὸν ἐλαφρόν τε ὄντα καὶ εὔφορον.* Valck. ad Eurip. Phoen. 74. — *ὤγαθος*] h. e. *ὁ ἀγαθός*, deus ille quem cupio mihi semper esse ,,*bonum*'' (Hor. Od. IV, 2, 38. Ter. Ad. III, 3, 86. — Hor. Epist. II, 1, 101. Liv. XXX, 21), *aequum, propitium.* Vide id. XVIII, 16 (*ἀγαθός τις*): e cuius versus similitudine de auctore utriusque carminis eodem nihil certi concludo. Fidem explicationi nostrae facit similis ratio Soph. Oed. Col. 486: *ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμένων στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην.* Veram credo esse coniecturam Bergkii *ὤγαθος.* Theod. Fritzschius rescribi voluit *ὤγαθέ*, id quod

βούλεται θέος, ὄς καὶ Δίος ἔσφαλε μέγαν νόον
καἴτας Κυπρογενήας. ἔμε μάν, φύλλον ἐπάμερον,

Schwabius et Ahrensius ratum habuerunt.

31. θέος, ὄς κτλ.] Acquiescendum in Bergkii emendatione esse omnes critici iudicaverunt. — Δίος] Cf. Soph. Antig. 786 καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμον οὐδέν. Ibid. 800. Verg. Aen. I, 665 nate, patris summi, qui tela Typhoïa temnis.'— ἔσφαλε] Venus apud Eurip. Hipp. 6: σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα. — μέγαν] Memoriae nostrae hic recurrit similis *magni* appellatio, id. XXVI, 34, ut eundem Iovem Theocritus, qui μέγας Ζεύς Iliad. XIV, 417 al. audit, cogitatione sua depinxisse videatur. — νόον] Hoc a poeta profectum esse credo sive id exstat vere in codice, ut ait Studemundius, sive ibi est γόον, quod legisse se dicit Zieglerus.

32. καὔτας] Tonosin Aeolicam firmat codex. — Κυπρογενήας] Κυπρογένειαν dixerunt Bion. X, 1. Pind. Pyth. IV, 216 al. Tonum rectum Bergkius vocabulo reddidit. Sed memorabile quod etiam in Etym. M. p. 666, 51 legitur ἔπετον κυπρογενῆας ut est in nostro codice. Exstat ibi fragmentum Alcaei mutilum, quod Cramerus *anecd. Oxon.* I p. 144 sic scriptum exhibuit: ἔπετον Κυπρογεῆας παλαμίῃσιν, sic legens haud dubie compendium codicis, quod Bergk. p. 949 poet. Gr. lyr. non accurate expressit. Sed idem Κυπρογενήας, Ahrensius vero *dial. Aeol.* p. 249 Κυπρογενῆας in eodem illo Alcaei fragmento edidit. Idem tamen Ahrensius hic Κυπρογενήας ponere maluit cum Bergkio, Theod. Fritzschio, Schwabio. Recte vero. Vide Ahrens. *dial. Aeol.* p. 91. Ceterum Veneris eiusmodi hic commemoratio est ut Moschum I, 21 huius versus memorem fuisse suspiceris. — φύλλον ἐπάμερον] h. e. φύλλον ἐφήμερον, *vix unius diei folium, folium celeriter caducum* (vide v. 33). Poeta quum id significare vellet, quod Tibullus I, 6, 3 scripsit: „an gloria magna est *insidias* (ἔσφαλε) homini composuisse deum?“, mortalem hominem cum folio vi ventorum ex arbore decusso comparat, usus imagine Homerica, Iliad. VI, 146: οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν. φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει —. Probabilis fit versu Homerico, cuius primus memoriam Theod. Fritzschius iniecit, eiusdem Theod. Fritzschii emendatio φύλλον a Bergkio *anth.*, Schwabio, Ahrensio comprobata. Antea, *progr.* p. VI et p. XV, Bergkius φίλλον scripserat et Aeolenses pro φίλος dixisse φίλλος demonstrare studuerat. Quam opinionem haud dubie — quum Fritzschii coniecturam adopteravit — ipse postea reiecit. Idem vitium scribae est Theocr. epigr. I, 3 in codice Pal., quod Ahr. p. 274 non accurate notavit. Nam in cod. illo scriptum est ταὶ δὲ μελλάμφυλοι δάφναι, ubi primum λ induxit manus secunda (μελάμφυλοι). Quam familiare autem Graecis dictum Homericum (Iliad. l. l.) fuerit vel e versu Simonidis (frgm. 85 = 60, 2) intelligitur: ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ· „οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν“. παῦροι μὴν θνητῶν κτλ. Mimnermus vero (frg. 2, 1) ἡμεῖς, inquit, οἷά τε φύλλα φύει πολυανθέος ὥρη ἔαρος — τοῖς ἴκελοι πήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης τερπόμεθα. Iam quod ego propter Flaccum meum (Od. I, 36, 16 „breve lilium“) in versu Latino dixi „folium breve“, id Theocritus adiectivo ἐπάμερον eo facilius significare potuit, quod nemo non Graecus audito hoc vocabulo de mortalitate generis humani cogitabat. Audiamus modo Pindarum (Pyth. VIII, 92): — ἐν

σμίκρας δεύμενον αὔρας ὀνέμων, ἦκα φόρην [πρέπει].

ὀλίγῳ βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται —, ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. Audiamus Aeschylum (Prom. 546): *τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν δέδεται* (Mein.) *γένος ἐμπεποδισμένον;* Audiamus Platonem (Legg. XI p. 923 A) *ὦ φίλοι, φήσομεν, καὶ ἀτεχνῶς ἐφήμεροι.* Denique his ipsius Theocriti verba addamus (id. XIII, 4) *ἁμῖν —, οἳ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.*

33. *σμίκρας κτλ.*] me, folium, egens *exigua aura, quae me ventilet, decutiat, auferat.* Nomini *αὔρα* infinitivus (*ὀνέμων*) eodem pacto additur, quo id. XXIV, 136 *ἄρτος κορέσσαι* legimus. Est autem *ὀνέμων* infinitivus Aeolicus verbi *ὀνέμωμι*, h. e. *ἀνεμόω*, cuius prima syllaba ita mutata est ut id. XXVIII, 9 *ὄλοχος, ἄλοχος*. Terminatio autem analogiam habet verbi *δίδων*, id. XXIX, 9 al. De potestate verbi cf. Lycophr. 1119 ibique schol. Anth. Pal. XIII, 12, 2. Lucian. dial. mar. XV, 2. Exquisitior mihi videtur haec explicatio, qua mobilitas significetur animi, qui facillime amore incendatur. Videlicet Suidas s. v. *ἠνεμόεσσαν* haec habet: *ἠνεμῶσθαι τὸ περὶ τὸν ἔρωτα ἐπτοῆσθαι. Αἰλιανός „καὶ ἐδόκει περὶ τὴν ἄνθρωπον ἀκρατῶς ἠνεμῶσθαι."* Cf. Aelian. H. an. VII, 17 *περὶ τὰς νέας ἠνέμωνται* (*μαίνονται*). Bergk. in *progr.* scripserat *σμίκρας δεύμενον αὔρας ἀνέμων οὐ δίκαον φορεῖν;* Idem in *anth.* edidit *σμίκρας δεύμενον αὔρας, ὑμάλως αἶσα κακὸν φορεῖν.* Th. Fritzschius collatis verbis Lysiae, Eratosth. § 28 (*πῶς ὑμᾶς εἰκὸς ἀποδέχεσθαι;*) versum sic voluit conformari: *σμίκρας δεύμενον αὔρας τὸν ἔρον κῶς αἴκες φορεῖν;* Schwabius p. 19 dubitanter haec proposuit: *σμίκρας δεύμενον αὔρας τὸ μέλημ' αἴκε φορέω, ψέγεις;* Ahrensius *σμίκρας δεύμενον αὔρας ὀνέλων* (h. e. *ἀνελὼν*) *ὦκα φορεῖ νότος.*

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Α.

EUSTATH. ad Iliad. V, 905 p. 620, 29. *Ἀδελφὴ δέ ἐστιν Ἄρεως ἡ Ἥβη, ὡς καὶ Θεόκριτος μυθολογεῖ.*

Β.

ΕΤΥΜ. Μ. p. 290, 53 — *δυσὶν ἀντιφέρεσθαι ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ.*

Γ.

ΕΚ ΤΗΣ ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ.

Καἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον,
ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθύν,
ὃν λεῦκον καλέουσιν, ὁ γὰρ φιερώτατος ἄλλων,
καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
ἔμπλεα.

1. Servavit hoc fragmentum Athen. VII p. 284, A. Cf. adn. ad Theocr. XVII, 123. Theocr. XVII, 46 sqq.

2—3. Eustath. ad Iliad. XVI, 407 p. 1067, 43 *Θεόκριτος δ᾽ ἐν Βερενίκῃ ἄλλο τι βούλεται εἰπὼν ἱερὸν ἰχθύν, ὅν λεῦκον ἢ γλαῦκον καλέουσιν; ὁ γάρ θ᾽ ἱερώτατος ἄλλων.*

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Α.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα καὶ ἁ κατάπυκνος ἐκείνα
ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσι.
ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τὶν Πύθιε Παιάν
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτο τοι ἀγλάισε.
βωμὸν δ' αἱμαξεῖ κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλός,
τερμίνθου τρώγων ἔσχατον ἀκρέμονα.

*Β.

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
βουκολικοὺς ὕμνους, ἄνθετο Πανὶ τάδε,
τοὺς τρητοὺς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
νεβρίδα, τὰν πήραν, ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει.

*Γ.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ Δάφνι σῶμα κεκμακός
ἀμπαύων· στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
ἀγρεύει δέ τυ Πὰν καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόρροθοι, ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
φεῦγε μεθεὶς ὕπνου κῶμα καταρχόμενον.

*Δ.

Τήναν τὰν λαύραν τάς τε δρύας αἰπόλε κάμψας
σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον,
τρισκελές, αὐτόφλοιον, ἀνούατον, ἀλλὰ φάλητι
παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.

σακὸς δ' εὐίερος περιδέδρομεν, ἀέναον δὲ
  ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ.
  ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
ἄμπελος, εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
  κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη.
ξουθαὶ δ' ἀδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσι
  μέλπουσαι στόμασιν τὰν μελίγαρυν ὄπα.
ἕζεο δὴ τηνεῖ καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
  εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους,
κεὐθὺς ἐπιρρέξειν χίμαρον καλόν. ἢν δ' ἄρα νεύσῃ,
  τοῦδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι·
ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν ἴσχω
  σακίταν. ἀίοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

* E.

Δῆς ποτὶ τᾶν Μοισᾶν διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
  ἁδύ τί μοι; κἠγὼν πακτίδ' ἀειράμενος
ἀρξεῦμαί τι κρέκειν, ὁ δὲ βουκόλος ἄμμιγα θελξεῖ
  Δάφνις, κηροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
ἐγγὺς δὲ στάντες λασίας δρυὸς ἄντρω ὄπισθεν
  Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνω.

* Ϛ.

Ἁ δειλαῖε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον, εἰ καταταξεῖς
  δάκρυσι διγλήνως ὦπας ὀδυρόμενος;
οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς Ἅιδαν·
  τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος,
αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι· τί τοι πλέον, ἁνίκα τήνας
  ὄστιον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

Z.

Ἦλθε καὶ ἐς Μίλητον ὁ τοῦ Παιήονος υἱός,
  ἰητῆρι νόσων ἀνδρὶ συνοισόμενος
Νικίᾳ, ὅς μιν ἐπ' ἦμαρ ἀεὶ θυέεσσιν ἱκνεῖται,
  καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδους γλύψατ' ἄγαλμα κέδρου,
Ἠετίωνι χάριν γλαφυρᾶς χερὸς ἄκρον ὑποστάς
  μισθόν· ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχνην.

* Η.

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων,
χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴοις.
καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλῆς
πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

* Θ.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὣς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
δειλαῖε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
ἠπείγευ κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης,
ἔμπορος ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτήν
ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

Ι.

Ὑμῖν τοῦτο θεαὶ κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
τὤγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον,
μουσικός· οὐχ ἑτέρως τις ἐρεῖ. σοφίῃ δ' ἐπὶ τῇδε
αἶνον ἔχων Μουσέων οὐκ ἐπιλανθάνεται.

* ΙΑ.

Εὐσθένεος τὸ μνῆμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής,
δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα·
χὐμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦν.
πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής.
καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

ΙΒ.

Δημομέλης ὁ χορηγός, ὁ τὸν τρίποδ' ὦ Διόνυσε
καὶ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς,
μέτριος ἦν ἐν πᾶσι, χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην
ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

ΙΓ.

Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος. ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπών
οὐρανίην, ἁγνῆς ἄνθεμα Χρυσογόνης
οἴκῳ ἐν Ἀμφικλέους, ᾧ καὶ τέκνα καὶ βίον εἶχεν

ξυνόν. ἀεὶ δέ σφιν λώιον εἰς ἔτος ἦν
ἐκ σέθεν ἀρχομένοις ὦ πότνια· κηδόμενοι γάρ
ἀθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί.

* ΙΔ.

Γνώσομαι εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον ἢ καὶ ὁ δειλός
ἐκ σέθεν ὡσαύτως ἶσον ὁδοιπόρ' ἔχει.
„χαιρέτω οὗτος ὁ τύμβος“ ἐρεῖς, „ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος
κεῖται τῆς ἱερῆς κοῦφος ὑπὲρ κεφαλῆς.“

* ΙΕ.

Νήπιον υἱὸν ἔλειπες, ἐν ἁλικίᾳ δὲ καὶ αὐτός
Εὐρύμεδον τύμβου τοῦδε θανὼν ἔτυχες.
σοὶ μὲν ἕδρα θείοισι μετ' ἀνδράσι· τὸν δὲ πολῖται
τιμασεῦντι, πατρὸς μνώμενοι ὡς ἀγαθοῦ.

ΙϚ.

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον ὦ ξένε
σπουδᾷ, καὶ λέγ' ἐπὴν ἐς οἶκον ἔνθῃς·
Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ
τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ᾠδοποιοῦ.
προσθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἅδετο,
ἐρεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

ΙΖ.

Ἅ τε φωνὰ Δώριος χὡνὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν
εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν
τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται πεδωρισταὶ πόλει,
οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ —
σωρὸν γὰρ εἶχε ῥημάτων — μεμναμένους
τελεῖν ἐπίχειρα.
πολλὰ γὰρ πὸτ τὰν ζόαν τοῖς πᾶσιν εἶπε χρήσιμα.
μεγάλα χάρις αὐτῷ.

* ΙΗ.

Ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θραίσσᾳ
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ κἠπέγραψε Κλείτας.

ἑξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντὶ τήνων,
ὧν τὸν κοῦρον ἔθρεψε. τί μάν; ἔτι χρήσιμα καλεῖται.

* ΙΘ.

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν
τὸν τῶν ἰάμβων, οὗ τὸ μυρίον κλέος
διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ.
ἦ ῥά νιν αἱ Μοῖσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων,
ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἠπιδέξιος
ἔπεά τε ποιεῖν πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

Κ.

Τὸν τῶ Ζανὸς ὅδ' ὗμιν υἱὸν ὠνὴρ
τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα,
πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος συνέγραψεν ὡκ Καμίρου
χὤσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους.
τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς,
ἔστασ' ἐνθάδε χάλκεον ποιήσας
πολλοῖς μησὶν ὄπισθε κἠνιαυτοῖς.

ΚΑ.

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ·
εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
θαρσέων καθίζευ, κἢν θέλῃς ἀπόβριξον.

* ΚΒ.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμι Συρακοσίων,
υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίνης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείαν οὔτιν' ἐφελκυσάμην.

* ΚΓ.

Ἀστοῖς καὶ ξείνοισιν ἴσον νέμει ἥδε τράπεζα,
θεὶς ἀνελοῦ ψήφου πρὸς λόγον ἐρχομένης.
ἄλλος τις πρόφασιν λεγέτω· τὰ δ' ὀθνεῖα Κάικος
χρήματα καὶ νυκτὸς βουλομένοις ἀριθμεῖ.

* ΚΔ.

Αὐδήσει τὸ γράμμα τί σῆμά τε καὶ τίς ὑπ' αὐτῷ.
Γλαύκης εἰμὶ τάφος τῆς ὀνομαζομένης.

* ΚΕ.

Ἡ παῖς ᾤχετ' ἄωρος ἐν ἑβδόμῳ ἥδ' ἐνιαυτῷ
εἰς Ἀΐδην πολλοῖς ἡλικίης προτέρη,
δειλαίη, ποθέουσα τὸν εἰκοσάμηνον ἀδελφόν
νήπιον, ἀστόργου γευσάμενον θανάτου.
αἰαῖ ἐλεινὰ παθοῦσα Περιστερί, ὡς ἐν ἑτοίμῳ
ἀνθρώποις δαίμων θῆκε τὰ λυγρότατα.

ΚϚ.

Ἀρτεμιδώρου τοῦ γραμματικοῦ
ἐπὶ τῇ ἀθροίσει τῶν βουκολικῶν ποιημάτων.

Βουκολικαὶ Μοῖσαι σποράδες ποκά, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

---

* ΕΙΣ ΝΕΚΡΟΝ ΑΔΩΝΙΝ.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη
στυγνὰν ἔχοντα χαίταν
ὠχράν τε τὰν παρειάν,
ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτάν
ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
πᾶσαν δραμόντες ὕλαν
στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον
δῆσάν τε καὶ πέδασαν.
χὠ μὲν βρόχῳ καθάψας
ἔσυρεν αἰχμάλωτον,
ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων
ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
„πάντων κάκιστε θηρῶν,
τὺ τόνδε μηρὸν ἴψω;
τύ μευ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;“
ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
„ὄμνυμί σοι Κυθήρη
αὐτάν σὲ καὶ τὸν ἄνδρα
καὶ ταῦτά μευ τὰ δεσμά
καὶ τώσδε τὼς κυναγώς·
τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
οὐκ ἤθελον πατάξαι,
ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον,
καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα
γυμνὸν τὸν εἶχε μηρόν
ἐμαινόμαν φιλᾶσαι.
καί μευ κάτ' εὖ δίκαζε·
τούτους λαβοῦσα τέμνε,
τούτους κόλαζε Κύπρι —
τί γὰρ φέρω περισσῶς
ἐρωτικούς; — ὀδόντας·
εἰ δ' οὐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
καὶ ταῦτ' ἐμοῦ τὰ χείλη.
τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;“
τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι
τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι.
ἐκ τῶδ' ἐπηκολούθει
κἀν' ὕλαν οὐκ ἔβαινεν,
καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
ἔκαιε τοὺς ὀδόντας.

* ΣΥΡΙΓΞ.

Οὐδενὸς εὐνάτειρα, Μακροπτολέμοιο δὲ μᾶτερ,
μαίας Ἀντιπέτροιο θοὸν τέκες ἰθυντῆρα,
οὐχὶ Κεράσταν, ὅν ποτ' ἐθρέψατο ταυροπάτωρ,
ἀλλ' οὗ πιλιπὲς αἶθε πάρος φρένα τέρμα σάκους,
οὔνομ' Ὅλον, δίζων, ὃς τᾶς μέροπος πόθον
κούρας γηρυγόνας ἔχε τᾶς ἀνεμώδεος,
ὃς Μοίσᾳ λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ
ἕλκος, ἄγαλμα πόθοιο πυρισφαράγου,
ὃς σβέσεν ἀνορέαν ἰσαυδέα
Παπποφόνου, Τυρίαν τ' ἐρρύσατο,
ᾧ τόδε τυφλοφόρων ἐρατόν
πᾶμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας.
ψυχάν, ὦ βροτοβάμων,
στήτας οἶστρε Σαέττας,
κλωποπάτωρ, ἀπάτωρ,
λαρνακόγυιε, χάροις·
ἁδὺ μελίσδοις
ἔλλοπι κούρᾳ
Καλλιόπᾳ
νηλεύστῳ.

INDEX

VERBORUM GRAECORUM

ADNOTT. VOL. I—II.

A.

B.

Γ.

Z.

H.

Π.

P.

INDEX LATINUS.

A.

B.

I.

M.

LIPSIAE TYPIS O. WIGAND.